lant, & Confessiones excipiunt, non ta-
men absoluunt, denunciandi sint, ex a-
lijs Decretis Pontificum. 462.
39. An ex vidistarum Constitutionum, de-
nunciandus sit Sacerdos, qui, iuri dic-
tione caret, Confessiones excipit, &
in eis poenitentes sollicitat. 462.
40. An sit denunciandus Confessionis inter-
pres, qui in actu Confessionis, ante, vel
immediate post, poenitentes ad inho-
nesta sollicitat. 463.
41. An foemina solicitans Confessionarium,
sit ab ipso, vel ab alijs, qui hoc sciunt de-
nuncianda. 463.
42. An Confessarius solicitans, teneatur de-
nuntiare se ipsum. 463.
43. An casu, quo foemina, solicitata à Con-
fessore, consentiat, teneatur illum denun-
ciare. 463.
44. An poenitens excusat ab huiusmodi
denuntiatione; si ex illa timeat ali-
quod grane damnum in vita, fama, aut
bonis temporalibus. 464.
45. An etiam excusat ab obligatione de-
nuntiandi, ille, qui ab aliquo, sub secre-
to naturali scivit, foeminam a tali Con-
fessario fuisse solicitatam. 464.
46. An excusat ab denuntiatione Inquisito-
ribus facienda, qui Episcopo solicitam-
tem detulit. 465.
47. An excusat foemina solicitata à denun-
tiatione facienda, si sciat, Confessa-
rium iam esse ab alijs denunciatum, &
punitum. 466.
48. An Sacerdos possit absoluere poeniten-
tem, antequam Inquisitoribus denun-
tiaret Confessariū, qui sollicitauit. 466.
49. An foemina, quæ, ob negligentiam de-
nuntiandi, excommunicationem iam in-
currit, possit à quocunque Confessa-
rio virtute Ballæ, a dicta excommunica-
tione absolvi, si denuntiationis præcep-
tum adimpleat, aut si obligatio denun-
tiandi omnino sit extinta. 466.
50. An Episcopus solicitans sit Inquisitori-
bus denunciandus. 467.
51. An Inquisitor solicitans, sit Inquisitori
Generali denunciandus. 467.
52. An huiusmodi solicitationis crimen,
sufficienter per testimonium duarum
foeminarum probetur. 467.
53. An non solum poenitens solicitatus, sed
etiam quivis alius id sciens, teneatur
denuntiare solitantem, sub pena ex-
communicationis latæ sententia. 468.
54. An dies pro termino in Edicto assignati,
numerari debeant, a die, & hora pu-
blicationis Edicti. 468.
55. An foemina solicitata ignara Inquisi-
tionis Edicti, teneatur denuntiare statim ac sciuerit. 468.
56. An saltem, foemina solicitata Edicti
que conscientia, impedita tamen ad denun-
tiandum, teneatur denuntiare, statim ac
commode possit. 469.
57. An teneatur denuntiare solitan-
tem, ille, qui à foemini leui-
bus & non fide dignis fuisse tam
audiuit. 469.
58. An Edictum Inquisitionis annuale, du-
ret per integrum annum. 469.
59. An

Disputationum, & Questionum

59. An si Editio non publicetur ab Inquisitoribus, teneatur fœmina, sub pena excommunicationis, denuntiare Confessorum sollicitantem. 470.
60. An Fœmina conscientia publicationis Editi, teneatur denuntiare, ante impletos sex dies publicationis, casu, quo ipsa iter agat, ante adimplectionem illorum ad oppidum, ubi non est opportunitas denuntiandi. 470.
61. An Ecclesiastici, qui intersunt sententijs contra Confessarios sollicitantes, teneantur sub mortali, non manifestare personam delinquentem. 471.
62. An Confessarius sollicitans in Confessione ad turpia, sit de hæresi iuspectus. 471.
63. An Confessarius sollicitans in Confessione ad turpia sit de hæresi vehementer suspectus. 471.
64. An Confessarius sollicitans, debeat abiurare de vehementi. 471.
65. An Confessarius, qui propter sollicitationem factam, de leui abiurauit, remaneat, eo ipso, inhabilis, ad dignitates Ecclesiasticas. 472.
- DISPUTATIO DECIMAQUARTA,
- De Indulgencij, & Suffragijs*

- QVÆST. 1. An in Ecclesia sit potestas concedendi Indulgencias. 472.
2. An concessio Indulgenciarum sit actus potestatis Ordinis. 472.
3. An Indulgentia sit actus spiritualis iurisdictionis, quo peccator liberatur a reatu penae temporalis, extra Sacramentum, ex applicatione Thesauri Ecclesie, per liberalem Papæ, huius ætarij Diuini dispensatoris, condonationem. 473.
4. An facultas concedendi Indulgencias, concessa sit Ecclesia, Iure Diuino. 473.
5. An concessio Indulgencie, sit essentia-liter mera solutio, an vero absolutione. 473.
6. An detur Thesaurus Ecclesie, unde Papa Indulgencias concedat. 474.
7. An unicus sit Thesaurus Ecclesie, ex quo Papa Indulgencias concedat. 474.
8. An Thesaurus Ecclesie, solum ex meritis, & satisfactionibus Christi Domini coadunetur. 474.

9. An in lege antiqua, fuerit Thesaurus, ex satisfactionibus superfluis Eleemosynarum constans. 475.
10. An in Thesauro Ecclesie, reponantur satisfactiones superflux, etiam reprobrum. 475.
11. An Pontifex, aliunde quam ex Thesauro predicto, concedere Indulgencias possit. 475.
12. An Quoties de facto Indulgentia conceditur, toties dispensetur Thesaurus, etiam prout continet satisfactiones Sanctorum. 476.
13. An Thesaurus Ecclesie, etiam prout continet satisfactiones Sanctorum, possit aliter, quam per Indulgencias dispensari. 476.
14. An Papa possit protota Ecclesia Indulgencias concedere. 476.
15. An etiam Concilium Generale, possit, Iure Diuino, indulgentias concedere. 476.
16. An saltem Episcopi possint, Iure Diuino, concedere Indulgencias suis Subditis. 477.
17. An Episcopi, Iure Ordinario humano, possint Indulgencias concedere. 477.
18. An potestas concessa Episcopis ad Indulgencias concedendas, sit cum limitacione concessa. 477.
19. An si Episcopus plures dies Indulgencias, vitræ sibi præscriptos, concedat, non solum peccet, sed etiam sit nulla concessio. 477.
20. An si Episcopus concedat sexaginta dies, (v. g.) Indulgencias, valeat ad minus concessio, vique ad quadraginta. 478.
21. An Episcopi possint concedere Indulgencias pro Defunctis. 478.
22. An Episcopus non consecratus, possit Indulgencias concedere. 478.
23. An Vicarius Generalis Episcopi, & Coadjutorum Sede vacante, possint Indulgencias concedere. 478.
24. An Episcopus possit delegare suo Vicario facultatem hanc concedendi Indulgencias. 478.
25. An Summus Pontifex possit, de plenitudine sue potestatis, delegare Laicos potestatem concedendi Indulgencias. 479.
26. An Confessor in foro Confessionis, possit Indulgencias concedere. 479.
27. An requiratur aliqua pia causa, ut

Index Tractatum,

- lícite concedat Pontifex Indulgentias. 479.
28. An Requiratur causa pia, nō solū, vt qui concedit Indulgentias nō peccet, sed etiā vt concessio validia, & rata sit. 479.
29. An quilibet causa pia, sufficiat ad valorem Indulgentiarum, etiā plenissimum. 480.
30. An quādō te ipsa, causa nō est sufficiens, nec proporcionata, etiā ut tamen talis à concedente Indulgentias, sit valida concessio. 480.
31. An si causa non sit proportionata ad totum, quod conceditur, concessio sit validia quoad partem, ad quam datur causa proportionata. 481.
32. An eleemosyna duorum Iuliorum, sue argenteorum, quae in subsidium Bullæ Cruciatæ datur, sit sufficiens causa ad tot, tantisque Indulgentias concedendas. 481.
33. An reperiatur iusta, & pia causa, quando conceditur Indulgentia, habenti aliquod granum, vel imaginem benedictam. 481.
34. An qui lucraturus est Indulgentias, necessario debeat esse homo viator, baptizatus, & ratione utens. 482.
35. An Cathecumeni, qui fidem, & charitatem habent, sint capaces Indulgentiarum, antequam baptizentur. 482.
36. An illi, qui post usum rationis in amittiam incidit, possit concedi Indulgentia. 482.
37. An lucretur Indulgentias ille, qui illas ignorat; sialias, faciat omnia opera iniuncta. 482.
38. An lucretur Indulgentiam, qui v.g. visitat Ecclesiam, principaliter ob recreationem aut ieunat, ex causa non expendiendi in emendis cibis, &c. si dum hoc facit, habeat simul intentionem lucrandi Indulgentiam. 483.
39. An lucrari possit indulgentias excommunicatus contritus, si nequit obtinere absolutionem, aut si est impotens ad solvenda debita, ob qua est excommunicatus. 483.
40. An susceptor indulgentiarum necessario debeat esse in gratia. 483.
41. An requiratur status gratia, pro toto tempore, quo sunt omnia opera, ad consequendam Indulgentiam, praescripta. 484.
42. An si quis non fuerit consecutus effectum Indulgentiarum, eo quod omnia opera ad id requisita, præstiterit in peccato; posse, quando transito illo tempore iustificatur, effectum indulgentiarum recuperet. 484.
43. An si opera ad Indulgentiam praescripta, fiant, non solū in peccato, sed cum peccato, quia vitantur aliquo fine malo, profint ad Indulgentiam. 485.
44. An requiratur status gratia, vt unus alteri applicet Indulgentiam. 485.
45. An sit de necessitate Indulgentiarum, ut concedatur sub conditione alicuius opus operis faciendi ab illo, cui Indulgentia conceditur. 485.
46. An opus pium, quod ad lucrandas Indulgentias, fere semper requiritur, debeat semper esse opus externum. 486.
47. An ad lucrandas Indulgentias, debeat quis, per se ipsum, opera praescripta adimplere. 486.
48. An quando in concessione Indulgentiarum, petitur eleemosyna, sufficiat illam per famulum dare. 486.
49. An si quis præberet eleemosynam famulo ut illam daret; consequatur Indulgentiam, famulo eleemosynam non præbente. 486.
50. An quando in concessione Indulgentiarum præscribitur absolute, & indeterminate, eleemosyna, hæc facienda sit secundum qualitatem personæ. 487.
51. An saltem facienda sit eleemosyna, secundum qualitatem personæ, quando in Bulla id præcipitur. 487.
52. An ad lucrandas Indulgentias, sufficiat eleemosyna spiritualis, quæ comprehenditur hoc versu. Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. 487.
53. An pauperes, qui ad lucrandas Indulgentias, non possunt dare eleemosynam, egeant commutatione in aliud opus pium. 487.
54. An si nolit Superior pro Religiosis eleemosynam dare, possint isti aliquid è monasterij, bonis inscio Superiori, pro eleemosyna largiri, ad lucrandum Inibileum. 488.
55. An ipsem etiā lucraturus est Indulgentias Bullæ, aut Jubilei, debeat necessario eleemosynam praescriptam dare. 488.
56. An ad lucrandas Indulgentias sufficiat dare eleemosynam die Dominico, etiam post communionem. 488.
57. An quando in Bulla præcipitur tribus diebus fieri eleemosynam; necessario facienda sit iisdem diebus, ut Indulgentia

Disputationum, & Questionum.

- gentiam consequatur. 489.
58. An ad lucrandum Jubileum sufficiat dare eleemosynam, cui alias ex obligatione præcepti naturalis, vel voti debetur. 489.
59. An etiā sufficiat dare eleemosynā pauperi credito, qui re vera diues est. 489.
60. An in ieunijs ad Jubileum impositis, possit ieunā svesci ouis, & lacticinijs, si ad minus Bullā habeat crutia. 490.
61. An, si prædicta ieunia incident, extra Quadragesimam, possint lucrantes indulgentias satisfacere illis, vescendo lacticinijs, etiam sine Bulla. 490.
62. An, si dicta ieunia incident in Quadragesima, possit etiam ille, qui non habet Bullam satisfacere illis, edendo oua, & lacticinia. 490.
63. An satisfaciat Jubileo per ieunia, aliud de debita ex voto. 390.
64. An oratio, quæ debet fieri in Ecclesia pro lucranda Indulgētia Bullæ, aut Jubilei necessario debeat esse vocalis. 491.
65. An pro obtainenda Indulgētia, sufficiat quæcumque, etiam minima, & brevis oratio. 491.
66. An pro lucranda Indulgētia, satis sit fundere preces, alias ex obligatione voti, aut pœnitentiaz &c, debitas. 491.
67. An sufficiat extra portam Ecclesiz, orare, ad consequendam Indulgētiam cōcessam, illam visitantibus. 491.
68. An quando ad lucrandam Indulgētiam exigitur visitare quinque altaria, in aliqua Ecclesia, sufficiat, etiam extra portam, illa visitare. 492.
69. An ad lucrandam Indulgētiam concessam visitantibus quinque altaria, requiratur motus corporalis, quo aliquis singula adeat. 492.
70. An quando quis vnum tantū altare quinque visitat, teneatur etiam, qualibet visitatione finita, coronis, vel caput inclinare in signum distinctarum visitationis. 493.
71. An ubi reperiuntur quinque Ecclesiz, sufficiat ad obtainendam Indulgētiam Bullæ, visitare quinque altaria, in eadem Ecclesia, vel in diuersis. 493.
72. An quando in unica Ecclesia sunt tria, vel quatuor altaria, sufficiat vnum quinque visitare. 393.
73. An posset quis lucrari Indulgētiam Bullæ visitando quinque Oratoriū suū, ab Episcopo, pro Missa celebrāda, approbatum. 493.
74. An Indulgētia Bullæ possit quis multas eadem die lucrari. 493.
75. An hanc Bullæ Indulgētia possit quis lucrari pro animabus Purgatorij, vel pro defuncto sibi bene vito. 494.
76. An ad lucrandas indulgentias Jubilei, aut Bullæ teneatur confiteri, qui non habet cōsciētiā peccati mortalis. 494.
77. An teneatur confiteri ad consequendam Indulgētiam, qui cōmisit culpā mortalem, quam non est confessus. 494.
78. An si in Bulla exigatur Confessio, (vt si dicatur omnibus vere pœnitentibus, & confessis; seu contritis, & confessis, qui hoc, vel illud fecerint, concedimus plenariam Indulgētiam) necessaria sit Confessio illi, qui commisit mortale post Confessionem. 495.
79. An qui intra tempus à Jubileo præscriptum, confiterit: sed ante Hebdomadæ finem (in quo consequitur Indulgētiam) incidit in mortale, teneatur iterum confiteri. 495.
80. An si quis fecit, intra Hebdomadam, Confessionem sacrilegum, sufficiat ad effectum Jubilei, habere contritionem, ante finem Hebdomadæ. 496.
81. Ad ad lucrandam Jubileum, sufficiat cōfiteri Dominica sequenti. 496.
82. An ad lucrandum Jubileū, sufficiat etiā confiteri, ipsa die Deminica, qua solet promulgari. 496.
83. An qui tempore Jubilei, ob impotentiam Physicam, vel moralem, non potest confiteri, possit lucrari Jubileum, si alia opera præscripta faciat. 496.
84. An Religiosi, qui Jubileum lucrari volunt, teneantur eligere confessarium, ab Episcopo loci, approbatum. 497.
85. An tempore Jubilei possit Regularis: sine sui Superioris licentia, confiteretur cum confessarijs approbatis extra suum Ordinem. 497.
86. An etiam Moniales tempore Jubilei, possint eligere quoscumque Confessarios, ab Ordinario approbatos. 497.
87. An qui partē operum adimpleret in prima Hebdomada, & partem in secunda, lucraretur Jubileum, quādo in eo præscribuntur duæ Hebdomadæ. 497.
88. An Qui Jubileū lucratus est prima Hebdomada, possit illud in secunda iterū lucrari, & à reserua is absoluī. 498.
89. An si quis Matriti lustratus sit Jubileū, & postea veniat Complutū, ubi idem Jubileum celebratur, possit illud secundum

Index Tractatum

- de lucrari, & à reservatis absolui. 493.
300. An Quicquidem publicatio ius Jubilei, est in Civitate: sed statim compulsus est ea dicitur, posset postea perfecto itinere, Iubileum consequi. 499.
301. An qui, tēpore publicationis, est in Civitate, possit ibi incipere opera à Iubileō præscripta, & prosequi initio re, & in ipso lucrari Iubileum. 499.
302. An si quod initio promulgationis Iubilei non fuerit præsens, posset postea adueniens, ibi Iubileum lucrari. 499.
303. An ad lucrandum Iubileū sufficiat, quod sit Sabbatho cōmutatio lejuniū, & aliorum operum, quæ diebus præcedētibus fieri debuissent. 499.
304. An etiam si ex malitia, quis omisit opera præscripta in Iubileō, possit ultimo die illud lucrari, si dicta opera (quæ fieri debuissent) in alia, à Confessario cōmutentur. 500.
305. An non solum lejuniā, elemosynæ &c; sed etiam ipsa communio, & cōfessione, possit quandoque in alia opera cōmutari à confessario. 500.
306. An Confessarius, qui commutationem operum per Iubileum iniunctio nū, aut votorum, debet facere, sit solus ille, cui pœnitens confitetur. 500.
307. An Confessarius possit commutare vota virtute Iubilei, Bullæ Cruciarum, aut alterius priuilegij, extra Confessionem. 501.
308. An qui tempore Iubilei habebat votum, & noluit, pro tūc illud sibi cōmutari, possit, transactio Iubilei, petere illius voti commutationem. 501.
309. An transactio Iubileo, possint cōmutari vota Pontifici reservata, quorum quis immemor, cōmutationē nō petiat. 501.
310. An Confessarius, qui virtute Bullæ, aut Iubilei, potest cōmutare, & dispensare vota, possit etiam cōmutare, & dispensare Iuramento, circa eandem materiam votorum, soli Deo facta. 502.
311. An Confessarius, virtute Bullæ, aut Iubilei, habens potestatē cōmutandi, & dispēsandi vota, possit etiā cōmutare, & dispensare vota Iuramento confirmata. 502.
312. An facultas delegata ad commutanda vota, extendatur ad Iuramenta adiecta contraria, in quo est turpitudo, aut iniustitia; ut Iuramentum factū homini, solvendi viuras, aut extortum metu &c. 503.
313. An ille, cui conceditur generalia facultas ad omnia vota cōmutanda, possit, vi huius indulti, commutare vota Religionis, & Castitatis. 503.
314. An saltem in illa generali concessione ad vota cōmutanda, cōprehendatur vota reservata peregrinationis Hierusalem; ad limina Apostolorum Petri, & Pauli, & ad invicendum D. Iacobum Compostellam. 504.
315. An ille, cui Papa concederet facultatem cōmutandi, vel dispensandi vota reservata, possit etiam commutare, vel dispensare quinque vota enumerata, nēpe Castitatis, Religionis, Peregrinationis Romanæ Hierosolimitanæ, & Compostellanæ. 504.
316. An Cōfessarius, cui virtute Iubilei, datur facultas cōmutandi vota, exceptis Castitatis, & Religionis, possit cōmutare iuramenta impediendi Religionem, & obseruandi Castitatem. 504.
317. An virtute Iubilei possit Confessarius commutare, vota Religionis, & Castitatis, emissa metu leui, ab extrinseco incuso, ad extorquendū votū. 505.
318. An virtute Iubilei, possit confessarius commutare votum vouchendi Castitatem, seu Religionem. 505.
319. An votum non fornicandi, non committendi peccatum nollitici, nentangendi mulierem libidinose, possit, vi Iubilei commutari. 505.
320. An votum non nubendi, possit vi Bullæ, aut Iubilei commutari. 505.
321. An virtute Bullæ, aut Iubilei possit cōmutari votum Castitatis, aut Religionis emissum, pro tempore limitate, usque ad annum. 506.
322. An etiā possit cōmutari si tale votū esse servanda Castitatis centum annis. 506.
323. An virtute Bullæ, aut Iubilei possit cōmutari votū Virginitatis servanda. 506.
324. An virtute Bullæ, ut Iubilei, sit cōmutabile votum castitatis coniugii. 506.
325. An virtute Bullæ, ut Iubilei, possit cōmutari votum, quo alter coniugio absque alterius licentia, premisit, sed non peritum debitum. 507.
326. An votū castitatis emissum ab uno conciuge, post consummatum matrimonium, sine consensu alterius, possit virtute Bullæ, aut Iubilei commutari. 507.
327. An votum castitatis emissum, ante cōsummatum Matrimonium, possit virtute Bullæ,

Disputationem, & Questionum.

- Bolla, aut Jubilei commutari à Confessario, ut p̄f̄sit vōens petere debitum. 507.
118. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit commutari votum Castitatis, quod vterq. cōiux emisit communī consensu, per modum contractus; facio, ut facias vōneo, ut vōneas 508.
119. An vi Jubilei, aut Bullæ, possit cōmutari votum assumendi Ordines Sacros. 508.
120. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit commutari votum ingrediendi Ordinem Milites, aut Maltesium, seu D. Ioannis Hierosolimitani. 508.
121. An vi Jubilei, aut Bullæ possit cōmutari votum ingrediendi Religionem, militū Alcantaræ, Calatravæ, D. Iacobi, S. Stephani, vel S. Mauricij. 509.
122. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit cōmutari votum assumendi habitus fēminarum, quas vulgo Beatas vocant. 509.
123. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit cōmutari votum ingrediendi Religionem, ad probandum num sibi placeat. 509.
124. An iurite Jubilei, aut Bullæ possit cōmutari votum Paupertatis, & Obedientie, in sēculo, vel in Religione non approbata, emissā. 509.
125. An vi Jubilei, aut Bullæ, possit commutari votum, quo quis promisit ingredi in Religionem strictiorem; vt laxiorem ingrediatur. 510.
126. An votum pœnale Castitatis, vel Religionis absolute emissum, sit dispensabile ab Episcopo, aut vi Bullæ, aut Jubilei. 510.
127. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit commutari votum Castitatis, emissum in pœnam peccati, quod quis heri admisit, vel nunc proponit admissurum, si fuit, vel est mortale. 510.
128. An vi Jubilei, aut Bullæ possit, commutari votum conditionale, pœnale Religionis, seu Castitatis. 510.
129. An vota mere conditionalia, (id est, nō pœnalia) rei reseruatæ, quādo tantum apparenter cōditionalia sunt, possint vi Bullæ, aut Jubilei, commutari. 511.
130. An vota mere, & vere conditionalia, Castitatis, & Religionis, possint, vi Jubilei, aut Bullæ commutari, saltē ante impletam conditionem. 512.
131. An prædicta cōditionalia vota, possint etiam commutari virtute Bullæ, aut Jubilei, adhuc post impletam con-
- ditionem. 512.
132. An vi Bullæ aut Jubilei possint vota Deo facta, in utilitatem tamen tertij v. g. votum dandi calicem alieni Ecclesiæ; dotem alii pueræ, aut eleemosynam tali pauperi, &c. 512.
133. An etiam in casu, quo tale votum sit acceptatum ab Ecclesia, puella, seu paupere, sit adhuc dispensabile, aut commutabile, vi Bullæ, aut Jubilei. 513.
134. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit commutari pœna pecuniaria, ex fractione voti, incursa. 513.
135. An casu, quo Pontifex commutasset totam pœnam, iam debitam vel partem remisisset, partem vero reliquisset; posset Confessarius, vi Jubilei illam, in aliud opus pium, commutare. 514.
136. An vota emissæ post promulgationem Bullæ aut Jubilei, possint commutari per tales Bullam, aut Jubileum. 514.
137. An vi Bullæ, aut Jubilei, aut priuilegiorum Religionis, possit commutari, non solum votum principale, v. g. audiendi sacrum, sed etiam votum non petendi communionem illius. 515.
138. An Confessarius si tempore Jubilei esset occupatus Confessionibus, posset vota commutare dicendo: ex nunc cōmutato tibi vota, in id, quod ego postea, aut vir prudens, iudicauerit cōmutada. 515.
139. An Pœnitens, qui hoc modo obtinuit commutationem, peccaret contra votum, si ante quam Confessor, vel vir ille doctus, illi designaret materiam subrogandam, votum non seruaret. 515.
140. An Confessarius possit commutare, tempore Bullæ, aut Jubilei, omnia vota, quorum numerum pœnitens non memoravit. 515.
141. An vi Bullæ, aut Jubilei possit Confessarius commutare votum disiunctivum, cuius sola altera pars est reseruata, vt si quis voleat Castitatem, aut ieunium. 516.
142. An etiam possit dictum votum disiunctivum commutare, quando pars non reseruata, effecta est impossibilis, ita vt vōens, nequeat illam adimplere, sed tantum partem reseruatam. 516.
143. An casu, quo quis voleat Castitatem, aut Ordinem Sacrum, aut Ieiunium disiunctive, & vōens eligat efficaciter Castitatem seruare, possit tale votum, vi Bullæ, aut Jubilei, Confessarius commutare. 516.
144. An

Index Tractatum,

144. An quando vota referuata, v. g. Castitatis, vel Religionis commutantur à Papa, in materiam, non reservatā ut in Confessiones nestrinas; possit Episcopus, vel Confessarius, vi Bullæ, aut Jubilei, dispensare, aut commutare eam materiam in aliam. 517.
145. An vi Bullæ, aut Jubilei, possit commutari votum non peccandi. 517.
146. An vota referuata, quorum commutatio conceditur per Bullam, & Jubileū, possint commutari, durante Bullæ, aut Jubileo, toties, quoties emissæ fuerint. 517.
147. An vi Bullæ, aut Jubilei possit commutari votum perseverandi in Religione. 517.
148. An vi Jubilei, vel Bullæ, possit commutari votum Religionis, ut non adimpleatur, tempore præscripto, sed aliquando eius executio differatur. 518.
149. An commutatio voti facta, licitum sit vounti, omissa commutatione, servare primum votum. 518.
150. An vota emissæ, sub spe certa obtainendi Jubileum, aut ex' præau' confidentia Bullæ, possint commutari. 518.
151. An qui vi Bullæ, aut Jubilei, potest vota commutare, possit, & illa dispensare. 518.
152. An saltem, qui vi Bullæ, aut Jubilei, potest vota dispensare, possit, & illa commutare. 519.
153. An ad commutanda vota, aut Juramenta, in melius, requiratur aliqua Superioris auctoritas. 519.
154. An etiam commutatio voti in bonum evidenter æquale, possit fieri propria auctoritate vountis. 519.
155. An saltem dicta commutatio voti possit fieri in æquale bonum, auctoritate priuata Confessoris. 520.
156. An commutatio facta, vi Bullæ, aut Jubilei, possit fieri in minus bonum. 520.
157. An iuxta opinionem Doctorum præsententia relatae quæst. 154. possit qui adstrictus esset recitādi Coronam Virginis, hodiernam obligationem, in sequentem diem, per commutationem, transferre. 521.
158. An quando, vi privilegiorum Regularium, aut alterius facultatis delegatae, commutantur vota, etiam in bonum æquale, requiratur iusta causa. 521.
159. An causæ, quæ ad dispensanda vota reguntur, requirantur etiam ad illa commutanda. 521.
160. Ar ad retribuenda vota sufficiant leuisima causa. 522.
161. An ad commutanda vota, vi Bullæ, aut Jubilei, requiratur etiam causa. 522.
162. An quando quis (iuxta opinionem probabilem supra relata) commutat votum suum, propria auctoritate, in bonum æquale, egeat iusta causa. 522.
163. An commutans sine causa, cœlu, quo ead requisita, sit committat aliquid mortale. 523.
164. An si quis, tempore Jubilei sequatur opinionem probabilem circa illud, maneat absolutus à referatis, & etiā Indulgentiam lucretur. 523.
165. An vota commutata virtute Jubilei, reuinificant, eo postea non obtento. 523.
166. An pœnitens, qui bona fide, obtinuit commutationem votorum, si voluntarie omittat opera præscripta in Jubilei, peccet mortaliter. 524.
167. Quid nam si Indulgentia plenaria, seu totalis: Quid vè, non plenaria seu partialis. 524.
168. An Indulgentia plenaria, plenior, & Plenissima, aliquomodo distinguuntur. 524.
169. An saltem Jubileus differat ab Indulgentia plenaria, pleniori, & plenissima. 525.
170. An uno eodem que tempore possit quis lucrari diuersas Indulgentias, diuersis vijs concessias. 525.
171. An per Bullam Cruciatæ lucretur quis in diebus stationum, omnes Indulgentias plenarias Vrbis Romæ. 525.
172. An, qui lucratur Indulgentiam plenariam, maneat liber ab implenda pœnitentia sibi imposta. 526.
173. An Indulgentia Bullæ, aut alias concessa, pro articulo mortis, possit applicari absenti. 526.
174. An ad applicationem Indulgentia plenariae Bullæ, sint aliqua determinata verba. 527.
175. An Clericus tonsuratus possit, Sacerdote absente, diætas Indulgætias morituris applicare. 527.
176. An in dicto articulo mortis de, ficiente etiam Clerico, possit adhuc Laicus Indulgentiam Bullæ, aut alias, condicere. 528.
177. An in peccato mortali existens, possit pro mortuis Indulgætiæ consecui. 528.

TRAC-



TRACTATVS
PRIMVS DE
SACRAMENTIS
IN GENERE.



RACTANT de Sacramentis, facta Concilia, præcipue Florentinum sib Eugenio IV. *sess. ultima.* Et Tridentinum *sess. 7.* Scholastici cum Magistro *in 4. disp. 1.* Vbi Dominicus Soto, Michael de Palacios, Martinus de Ledesma, & alij. Theologi cū suo Principe D. Thoma 3. *parte à quest. 60.* Vbi Thomas avio Cajetano, Didacus Nuño Franciscus Suarez, *tom. 3. in 3. par.* Gabriel Vazquez, *tomo 2. n 3. par.* Egidius de Coninc. *titulo de Sacram.* Gaspar Hurtado, *tom. 1. de Penit.* Gregorius de Valentia, *tom. 4. disp. 3. q. 1.* Ioannes de Lugo, *tom. 1. de Sacram.* Iacobus de Granado, *tom. 4. in 3. par.* Alexáder Pellantius *in 3. p. disp. 3.* Petrus Ochagavia, *tract. de Sacram.* Martinus Bonacina, *de Sacram. à disp. 1.* Tractant etiam summistæ, Martinus Azpilicueta Nauarrus, *in man. cap. 22.* Angelus de Clauasio, Siluetter Pierius, Fráscus Victoria, Fr. Bartholomeus de Ledesma, Petrus de Ledesma, *in suis summis.* Enriques Enríquez *tom. 1. sua summa à cap. 1.* Petrus de Soto, *de insit. Sacer. lib. 7.* Vincentius Filliuc, *tract. 1. à cap. 1.* Martinus Viualdus, *in suo candelabro aureo,* Andreas Molfesi, *1. par. sum, tract. 1. cap. 6.* Valerius Reginaldus, *lib. 26. sua praxis,* Iacobus Graffius, *in suis aureis decis 2. par. lib. 1. à cap. 1.* Martinus Beccanus, *de Sacra. à cap. 1.* Gregorius Sayrus, *tom. de Sacram. in Genere,* Ludouicus de S. Iuan, *in sua summa.* Enríquez Villalobos, *tom. 1. sua sum. Alphonsus de Vega, 2. tom. sua sum. verb. Sacramentum.* Antonius Naldus, *in sua practica, ver. Sacramentum.* Carolus Franciscus de Abra, *de Raconis in 3. par. D. Thoma tract. 2. disp. 1.* Henrriques Canisius, *in summa Iuris Canonici, lib. 2. titulo 2.* Archangelus Rubeus, *in 4. sententiarum.* Chrysostomus Iabellus, *2. tom. sua philosophie,* Franciscus Toletus, *lib. 2. sua summa* Guillelmus Estius, *super 4. sent.* Ioannes Baptista Bernardinus Possevinius, *de officio curati.* Franciscus Villaipando, Torreblanca *in suis practicis.* Paulus Laymam, Ioannes de Cruce *in sua summa;* Antonius Fernandez More, *in examine Theologiae,* Antoninus Diana, *3. parte tract. 4. & alij infra citandi.*

DISPUTATIO PRIMA.

De Sacramentorum quidditate, institutione, materia, & forma.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit Sacramentum.



RE S P O N D E O : quod Sacramentum, iuxta diuum August. lib. 10 de Cinit. & D. Thomam 3. p. q. 60. art. 2. in corp. Magistrū, in 4. dist. 1. cap. quid sit Sacramentum. Enriquez, lib. 1. de Sacram. cap. 2. num. 3. Pesantum, 3. partedisp. 3. concl. 1. Petrum de Ledesma: 1. parte sum. cap. 1. concl. 1. Suariorum tom. 3. in 3. par. disp. 1. sect. 4. §. secunda est, & M. Ihesum, 1. par. sum. tract. 1. cap. 6. num. 13. Carolum Franciscum de Raonis, loco in principio citato, disp. 1. sect. 1. pag. mibi 3. Canisium l. c. cit. est signum reis sacræ sanctificantis nos. vel; est inuisibilis gratia visible forma. Vel deniq; signum visible, inuisibilis gratia formaliter hominem iustificantis.

Iuxta eundem Magistrum l. cit. Vazquiñ 3. par. q. 60. art. 4. disp. 128 c. 3. num. 26. Grassium 2. par. lib. 1. cap. 1. num. 7. Archangelum dist. 1. pag. 4. & alios; est inuisibilis & visibile forma eiusdem gratiae similitudinem gerens, & causa existens.

Iuxta Theologos Cathecismi Pij V. & Bellar. de Sacram. lib. 1. cap. 11. Beccan. de Sacram. cap. 1. q. 2. n. 6. Reginal. lib. 26. n. 1. & alios; est res sensibus subiecta, qua ex Dei constitutione Sanctitatis, & iustitiae, tū significanda, tam eiendiā vim habet.

Iuxta Bonacinam de Sacram. d. 1. q. 1. pun. 1. n. 1. est signum Sacram, non solum significans, verum etiam infalibilit er efficiens rem Sacram sanctificantem homines. Iuxta Gaspar. Hurtado de Sacram. disp. 1. difficult. 3. est signum sensibile Sanctitatis. Iuxta Ioannem de Lugo de Sacra. in communī disp. 1. sect. 2. num. 23. est ceremonia sensibilis, que suo vnu sanctificando subiectum significat gratiam internam, cuius est causa.

Iuxta Jacobum, tandem, de Granado tom. 4. in 3. p. Conteruer. 3. de Sacram. tract. 1. q. 2. num. 3. est signum sensibile, stabili-

aliqua lege institutum, ut corf rat aliquam Sanctitatem externā, & significet internā. Ethac videtur mihi aptior definitio: quia (vt ipse ait) non est alia ab illis, quam assig navit D. Thomas, sed explicatio eiusdem.

QUÆSTIO II.

An omnia Sacra menta sint signa rememoratiua, demonstratiua, & prænuntiatiua?

RE S P O N D E O : esse. Quia omnia sunt signa rememoratiua passionis Christi; siquidem singula Sacra menta Christi passionem representant, & illa nobis applicatur, eiusdem Sacramentis modiantibus. Sunt etiam demonstrativa gratia, quam significant, & conferunt ex se. Et sunt denique, signa prænuntiatiua gloria, quam ostendunt. Sic S. Th. 3. par. q. 60. art. 3. Nuñus, & Aegidius de Cenice. ibidem. Victoria cap. 1. de Sacram. Bonac. l. c. num. 7. Ioan de Cruce 2. par. sum. quæst. 1. dub. 1. conclu. 3. Villalob. tom. 1. sum. tract. 4. dist. 1. n. 2. Petrus de Ledesma to. 1. sum. cap. 1. Molfesius loc. cit. num. 15. Enri quez lib. 1. cap. 2. & omnes.

VÆSTIO III.

An; Sacra menta nouæ legis sunt septem, nempe, Baptismus, Confirmatio, Eucaristia, Pœnitentia, Extremaunctio, Ordo, & Matrimonium?

NE GANT imprimis Hæretici nostri temporis, ex quibus, (vt refert Beccanus, de Sacramentis in com m. cap. 6. quæst. 1.) aliqui solum cognoscunt Baptismum. Alij Baptismum, & Eucharistiam. Alij Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam. Alij Baptismum, cœnam, & Matrimonium. Alij denique Baptismum, cœnam, & ordinationem

Negant etiam ex Catholicis, non nulli, vt refert doctissimus Naunarrus in man. cap. 22. num. 20. asserentes cum Glosa in capite. quid quid, 1. quest. 1. Matrimonium non conferre gratiam, & consequeter, non esse Sacramentum, cuius proprium est ex opere operata.

Tractatus I. de Sacramentis in genere Disp. I.

operato gratiam conferre; ut infra. Negavit etiam, & Glossa in cap. 1. de consecr. disp. 5. docens: extremā Vnctionem, nō esse proprie sacramentum.

Sed certissime deside Respondeo. Sacra menta nouæ legis esse illa septem signata, nec esse plura, nec pauciora. Sic enim definiatur in cap. Ad abolendā, de heret. in Concil. Florent. sub Eugenio IIII. In Con stan tieni. sess. 15. in Trident. sess. 1. can. 1. & sess. 7. can. 1. & tenet omnes Theologi cum suo Principe 3. p. q. 60. art. 1. Legantur Beccanus lo. c. Reginald. num. 5. Valentia disp. 3. q. 6. pun. 2. & alij Recentiores.

QVÆSTIO III.

Cur septem sunt instituta à Christo nouæ legis sacramenta?

RESPONDO. Quia id congruitas ratio nis exigebat. Nam Sacra menta ins tituta sunt, ut medicinæ ad sanandas nostraras infirmitates, quæ sunt septem; nōpe, triplex infirmitas culpe; & quadruplices pœnæ: ergo congruum fuit, ut pro numero nostrarū infirmitatum, numerus sacramentorum adhiberetur: sacramenta ergo instituta sunt a Christo, contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam ex illa ortā. Bap tismus enim, ordinatur contra peccatum originale. Pœnitentia, contra mortale; & Extrema vñctio, contraveniale: Ordo con tra ignorantiam Eucharistia, contra malitiæ Confirma tio, contra infirmitatem; & Matrimonium, contra concupiscentiam. Sic D. Th. in 4. dist. 2. q. 2. & ex illo Philibertus Marchin træt. 1. de Ordine, par. 1. c. 10. à num. 17. & Vin ald. in Candel. aur. 1. par. de Sacram. in genere num. 5. Summa Theol. Loco sexto pag. 122. Beccanus lo. cit. Legantur etiam Scot. & Durand. in 4. dist. 2. quæst. 2. Moure 3. par. examinis Theologiae cap. 1. §. 2. Vbi alias afferunt con gruentias.

QVÆSTIO V.

An omnia hæc nouæ Legis sacramenta sunt immediate à Christo Domino instituta?

NEGRVNT Hugo de S. Viðpre lib. 2. de Sacram. pag. 15. 23. Magister in 4. dist. 2. 3. c. 2. Alfridodore. lib. 4. summatit. 2. c. 3. Alensis 4. par. quæst. 24. alias 11. m. mb. 1. & q. 8. ar. 2.

D. Bonau. in 4. dist. 7. art. 1. q. 2. 3. art. 2. q. 2. docentes; Sacra Confirmationis, institutum esse in in Concilio Meldensi. Et sacramentum mæ vñctionis institutum esse ab A. (quorū sententiā esse probabile, innatius in 4. d. 1. §. 16. vers. His efficiuntur.) Lægauit etiam Glosa in c. principio, de pœnit. dist. 5. afferens: sacramentum Pœnitentie fuisse ab Ecclesia in Niceno Concilio ins titutum.

Sed certissime Respondeo: esse imme diate à Christo Domino instituta. Quia sic habetur in Concilio Tridentino. sess. 7. ca. 1. ubi. Sic dicitur: Si quis dixerit Sa cramenta nouæ legis, non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit. Sic omnes Doctores, præcipue Suarez disp. 12. §. dico primo. Vazq. disp. 135. c. 1. Mour. par. 3. sui examinis, cap. 1. §. 1. num. 2. Reconius træt. 2. disp. 1. quæst. 2. art. 1. Lugo disp. 7. scđt. 1. & ante ipsos Sotus in 4. dist. 1. q. 5. art. 2. Nauarrus cap. 22. num. 2. Conar. lib. 1. cap. 3. §. 1. & apud ipsum Ledes. Cano, Cast. Perez, Vega, & alij.

QVÆSTIO VI.

An sit de fide; septem dicta Sacra menta instituta esse immediate à Christo?

NEGRANT Estius loco eit. (& ita, ut ferenda sit dicat, opinio eorum, qui alicuius sacramenti institutionem Apostolis ascribunt,) & etiam Suarez l. cit. Quia inquit: Lieet Concilium definierit omnia sacramenta instituta à Christo; non tamē definit, omnia instituta à Christo immediate.

Sed probabilius Respondeo: esse de fide. Quia Concilium clare loquitur de institu tione immediata; ut late, & doceat Vazquez & ex illo, Lugo II. cc. Albitz in manuscrip. de Sacram. in genere disp. 13. dub. 2. Torreblanca lib. 2. præf. c. 2. num. 17 & ante ipsos, Enríquez lib. 1. c. ap. 3. §. 1. in glo sa lit. K. & apud ipsum, Ledesma 2. par. 4. quæst. 3. 1. ar. 3. Conar. in cap. Alma. 2. par. §. 2. num. 7. Bellarminus cap. 23.

& alij Thomiste, Reginald.

etiam lib. 26. n. 7.

Tractatus I. de Sacramentis in genere. Disp. I.

QVÆSTIO. VII.

*de essentia Sacramenti, in genere
sacraij, ex rebus, & ver-
bis componi?*

RESPONDEO. Negantè. Nam Sacra-
menta veteris legis, non compo-
nebantur ex verbis, cum non constet,
in eorum administratione fuisse aliqua ver-
ba prescripta. Sic colligitur ex S. Tho. q.
60. art. 6. ad 3. & tenent Ricard. in 4. dif.
1. art. 1. Durand. q. 3. Sotus, q. 1. art. 6. Sua-
rez disp. 2. sect. 1. Vazquez tom. 2. in 3. p.
disp. 128. cap. 1. num. 1. Granados tract. 1.
disp. 3. num. 2. Ioan. de Cruce, de Sacram.
q. 1. dub. 2. concil. 1. Lugo disp. 2. num. 1. pa-
gin. 12. Petrus de Ledesma, cap. 1. cit. con-
cl. 3. & Filliu, tract. 1. num. 50. & omnes.

QVÆSTIO. VIII.

*An saltem, omnia Sacra-
menta nouæ
legis, constent essentialiter ex
rebus, & verbis?*

NE GANT Durand. in 4. dif. 1. q. 3.
n. 8. Adrian. de Baptis. q. 2. in fin.
fol. mibi 25. quibus addi potest
Vazquez, disp. 129. n. 12. quem se-
quitur Albiz in manu scriptis de sacram. in
genere, disp. 2. dub. 1. Existimantes : Saltē
Matrimonij Sacramentum, essentialiter nō
perfici verbis, cum solis nutibus, vel signis
celebrari, absque verbis, possit.

Sed longè probabilius. Respondeo: Om-
nia sacramenta essentialiter constare ex re-
bus, & verbis. Sic habetur in Concil. Flo-
rent. post ses. vltim. in instructio. Armeno-
rum, §: *Quinto Ecclesiasticonum. Vbi, enu-*
meratis omnibus septem Sacramentis, de
ijs omnibus subiungitur: Hac omnia sacra-
menta, tribus perficiuntur, videlicet, rebus,
tanquam materia, verbis, tanquam forma,
*& persona Ministri, cum intentione facie-*di, quo dicit Ecclesiast., quorum si aliquid de-**
fit, non perficitur Sacramentum. Sic S.
Thom. q. 60. art. 5. & 6. & cun eo commu-
niter omnes Theologi, vt dicunt Petrus Le-
désma loco citato, concl. 4. Filliu. num. 51.
Reginald. loc. cit. num. 11. & Suarez, tom. 3.
in 3. p. disp. 2. Et constat inductione. Nam
in omnibus sacramentis reperiuntur res, &
verba. Unde, adhuc in Matrimonio, quod so-
lis nutibus perfici potest; ipsimet nutus
sunt res, & verba, saltē virtualiter, vt opti-

mè Suarez, & Lugo, loc. citat. probant. Sic
etiam Villa ob. 1. part. summa. tract. 4. dif.
2. num. 1. ex Trident. ses. 4. c. 3. Archange-
lus, dif. 1. pag. 5, col. 2.

QVÆSTIO. IX.

*An, in omnibus Sacra-
mentis detur ma-
teria proxima, & remota?*

RESPONDEO. Affirmatè, & pro-
batur inductione. Nam in Baptis-
mo, aqua est materia remota, ablu-
tio, proxima. In Confirmatione,
chrisma, est materia remota; vñctio, proxima.
In Eucharistia, panis, & vitrum est mate-
ria remota; species Sacrametales, proxima.
In Pœnitentia, peccatum est materia remo-
ta; dolor, confessio, & satis facio, proxima.
In Extremavñctione, materia remota, est o-
letum benedicium. Vñctio in quinque sensi-
bus, proxima. In Ordine, materia remota est
calix, patena, liber Euangeliorum, & caté-
tra, qua porriguntur. Traditio verò, & por-
rectio est proxima. Denique in Matrimo-
nio, corpora contrahentium sunt materia
remota; traditio verò ipsum corporum, si-
ue fiat per realem traditionem, siue perva-
ba, est materia proxima. Sic communiter Do-
ctores. Legantur apud Enriquez, lib. 1. c. 8.

QVÆSTIO. X.

*An, Sacra-
menta legis nouæ habeant deter-
minatas materias, & formas ex
Christi institutione?*

NE GANT heretici Pauliciani, &
alij nostri temporis, vt refferunt
Vazquez, disp. 129. c. 5. Suarez,
disp. 1. sect. 3. Becanus, c. 1. de Sa-
cram. q. 7. & Hurtado, disp. 1. dif. 1. 3.

Sed de fide certissimè. Respondeo. Habe-
re determinatas materias, & formas: eas vi-
delicet, quas Christus instituit, de quibus in-
singulis Sacramentis tractabimus. Proba-
tur. Quia omnia Sacra-
menta legi nouæ in-
stituit immediate, & per se ipsum Christus:
ergo necessario determinavit materiam, &
formam eorū. Sic clare colligitur, ex Tridēt.
ses. 7. can. 1. & ses. 21. c. 2. & docent D.
Tho. q. 60. ar. 5. ad 3. Suarez, & Vazquez,
loc. cit. Lugo, disp. 2. sect. 5. Petrus Ledes-
ma, c. 1. cit. concil. 6. Becanus & Hurtado loc. cit.
Bellarm. & ex illo Regin. n. 14. Raton. in
3. p. tract. 2. disp. 1. sect. 3. pag. 34. & alij.

QVÆ

Tractatus I. De Sacramentis in genere. Disp. I.

QVÆSTIO XI.

*An Christus Dominus determinauerit; in
indiuiduo, materiam, & formam
omnium Sacramentorum?*

AFFIRMANT communiter Doctores. Sed probabili Respondeo: Negat. Quia nō determinauit, in indiuiduo, materiam, & formam Sacramenti Ordinis, materialiter sumptas: Nec materiam Eucharistie. Nam pro materia, & forma Ordinis, instituit signum sensible significatiuum potestatis, qua traditur; & verba, talera potestatem exprimentia. Pro materia Eucharistie, instituit panem, non determinando hunc, vel illum; sed panem, quicumque esset. Nec vinum album, vel rubrum; sed vinum quocumque: & ita in Ecclesia Graeca, ordinantur Praesbyteri, & Diaconi per solam manum impositionem, sub certa forma verborum. In Ecclesia vero latina, per manus impositionem, & per traditionem panis, & vini. In Ecclesia Graeca, consecratur in pane fermentato; In latina, in Azimo. Igitur, quia utraque Ecclesia confert ordinacionem, per signum sensibile, & per verba significantia traditionem Sacerdotij; utraque valide conficit; & utraque, formaliter loquendo, seruat materiam, & formam a Christo institutam; licet non materialiter; cum sic, utatur signis diuersis. Sic Innocent. IIII. in c. Præsbyt. de Sacr. non iteran. Bellarm. to. 2. lib. Unico de Sacram. Ordinis, c. 9. in fine Petrus Arcadius, quem citat, & sequitur Lugo, disp. 2. à n. 85. pag. 28. & tenet Philibertus tract. 2. de ordin. p. 1. e. 1. & p. 7. e. 2. n. 9. & seqq. Et est sententia aliorum doctissimorum, de quo latius tractatu de Ordine.

QVÆSTIO XII.

An Christus prototo orbe terrarum, eamdem materiam, & formam Sacramentorum assignauerit.

NEgarunt Innocent. IIII. in c. de Baptis. Felinus in c. que in Ecclesiistarum de constitut. & alijs Canonista, afferentes. Varias materias, & formas esse, a Christo, institutas pro Ecclesia Latina, & pro Ecclesia Graeca.

Sed certissime. Respondeo: Eadem materiam, & formam, prototo orbe, assignasse. Quia Christus Dominus unicam instituit Ecclesiam: ergo protota illa, unicā debuit institutionem facere Sacramentorum. Vnde, & Ecclesia Graeca valide ordinaret Praesbyter-

ros per traditionem panis, & de consecraret in pane azimo crat Latina: & valide baptifonia, qua Latina: & econtra, tina valide ordinaret Praesbyternum impositionem, &c. Sic Och. 4. num. 3. Vazquez disp. 129. cap. 5. n. Gasp. Hurtado disp. 1. diff. 13. & apud omnes Theologi.

QVÆSTIO XIII.

An Ecclesia possit variare materiam Sacramentorum; à Christo Domino, assignatam?

VIETVR quod sic. Nam Ecclesia videtur variasse materiam Matrimonij, faciendo quod consensus contrahentium, absque praesentia Parochi, quæ prius erat materia valida, iam non sit valida.

Sed certissime Respondeo: Non posset. Quia Ecclesia, nō est supra eius caput Christum. Sic colligitur clare ex Trid. seft. 21. c. 2. Vbi declarat, in Ecclesia fuisse perpetuo potestatem, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ magis expedire iudicaret. Sic Nauar. de penit. diff. 5. cap. In principio n. 15. Ochag. q. 5. Enriq. lib. 1. c. 8. n. 10. Suar. disp. 2. seft. 6. Bonac. disp. 1. q. 2. pun. 1. n. 11. Lugo l. c. n. 18. Reginald. lib. 26. à num. 13. Molfesius 1. part. sum. tract. 1. cap. 7. num. 36. & alij. Vnde, ad rationem dubitandi Respondeo: Ecclesiam nō variasse, formaliter loquendo, materiam Matrimonij, sed solum materialiter; eo quod materia, quam Christus voluit ad Sacramentum Matrimonij, non erat qualiscumq; consensus contrahentium, sed consensus legitimus, & validus, & ita Ecclesia optime potuit reddere inualidū illum, qui ante a validus extitit. Legatur Pater Vazquez disp. 129. cap. 5. num. 75.

QVÆSTIO XIV.

An Mutatio materiae, aut formæ Sacramentorum inualidet illas?

RESPONDEO: Si mutatio materiae, aut formæ, est substantialis, vere inualidat Sacramentum; non vero si est accidentalis. Tunc autem mutatio materiae est substantialis, quādo tollit substatiā materiæ à Christo

Tractatus I. De Sacramentis in genere Disp. I.

itx; accidentalis verò, quam
antiam non tollit. Quando
initialis materia maneat, vel
ditione, praxi, & doctrina Ec-
cliorum, & Patrū, desumendum
n similiter dicendum est de muta-
tione, quod videlicet, mutatio subs-
tantialis formæ irritet Sacramentū; secus
accidentalis. Mutatio autem substantialis
formæ, tunc aderit, quando mutatio verborū
fuerit tanta, ut tollat sensum verborum ci-
uilem, & humanum, clarum, & expressum, à
Christo Domino, pro effectu Sacramenti sig-
nificato, & causato, intentum. Acciden-
tialis vero, quæ non collit dictum sensum. Sic
optime D.Th. q. 60. art. 7. Suarez, & Egid.
ibidem Vazq. disp. 129. cap. 7. Becan. q. 7.
de Sacram. nu. 3. Hurtado disp. 1. diff. 14.
Lugo disp. 2. sect. 6. & Petrus Ledes. loc. cit.
concl. 9. Reginald. lib. 26. nu. 20. &c. 21.

QVÆSTIO XV:

*Quot modis potest fieri mutatio in
verbis formæ?*

RESPONDEO: Quod multis, sed præci-
pue modis octo. 1. Mutatione idioma-
tis; & hæc semper est accidentalis.
Ut infra disp. 5. q. 16. 2. Additione alicui
verbi. 3. Detractione verbalicuius 4. Cor-
ruptione verborum. 5. Transpositione verbo-
rum; & hæc séper fere est mutatio accidéntalis.
6. Interpolatione dictioni, vel partiū eius
dem dictionis. 7. Verbis Synonomis. 8. Ver-
bis æquiuocis. Circa quos, variationis for-
mæ, modos, tractatu de Baptismo erit sermo.
Legantur Sotus in 4. diff. 1. q. 1. art. 8. &
Suarez disp. 2. sect. 4.

QVÆSTIO XVI:

*An, Ad valorem Sacramentorum, requiri-
tur, quod materia, & forma eorum,
simultate temporis coexis-
tant?*

AFFIRMANT Scot. in 4. d. 6. q. 1. Ga-
briel q. 1. art. 2. concl. 8. Ricard.
diff. 3. art. 2. q. 2. Navarr. cap. 22.
num. 8. Caiet. tom. 1. obusc. tract. 26. Vi-
ta id. se Sacr. c. 2. n. 15. alias 20. qui pro
hac parte refert Armillam V. Baptismus n.
26. Siluest. Bap. 5. §. 2. & Vng. §. 7. Palu-
danum, & Maiorem. Frias in Summa 1. p.
fol. mibi 83. & alij docentes; requiri simul-

tatem temporis, sicutem inter aliquam, vari-
tem materiæ, & inter aliquam partem for-
mæ, taliter quod nullo modo perficiatur for-
ma, quin coexistat aliquid materiæ; aut non
existat integra materia, quin incipiatur ver-
ba formæ, proferri. Ita etiam sentit Mofse.
tract. 4. Sum. cap. 1. num. 48.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri
ad valorem Sacramentorum coexistentiam
physicam materiæ, & formæ; sed sufficere mo-
rale similitatem, aut coexistentiam utrius-
que. Quia Sacramentum, est morale quoddam
compositum ex materia sensibili, & verbis:
ergo ad eius essentialem constitutionem,
sufficiet moralis coniunctio inter illa. Sic
S.Thom. quest. 60. art. 6. ad 2. Sotus in 4.
d. 6. quest. unica art. 3. Victoria num. 39.
Enriquez lib. 1. c. 9. §. 10. Sa V. Baptismus
num. 4. & V. Ordo. num. 5. Suarez disp. 2.
sect. 2. Toletus lib. 2. cap. 19. Granados to.
4. in 3. part. controv. 3. tract. 1. disp. 4.
num. 4. Bonacina disp. 1. de Sacram. quest.
1. pun. 2. Egidius quest. 60. art. 6. n. 4. & Nu-
ñus ibidem diff. 2. Villalobos tract. 4. diff.
2. num. 6. & Reginaldus lib. 26. num. 17.
& 18.

QVÆSTIO XVII:

*An, Peccat mort. Qui in administratione
Sacramentorum, utitur mate-
ria, vel forma dubia?*

RESPONDRO: Peccare mortaliter; nisi
alias necessitas excusat. Veluti, si
in extrema necessitate baptizaret
quis infantem cum brodio, aut alia materia
dubia, eo quod non esset alia aqua; quia tunc
licite posset; imo & deberet, cum tali ma-
teria baptizare. Et idem dicendum de for-
ma. Solum enim in necessitate posset quis
vti forma dubia, si videlicet, nullus ades-
ser, qui nosset formam certam. Aut casu, quo
quis Ministro minaretur mortem, nisi mo-
rientem baptizaret cum forma dubia: quia
tunc excusaretur sic baptizans, pro vitan-
do periculo, licet in eo casu deberet, si tem-
pus adesset, rebaptizare sub conditione.
Sic Enriquez lib. 1. cap. 9. nu. 7. & cap.
27. nu. 7. Suarez disp. 16. sect. 2. Nuñus
Egid. Reginald. & alij, quos affert, &
sequitur Bonac. lo cit. punct.

1. num. 32. & comis-
munis.

(2)

DIS

DISPVTATIO SECVND A.

De Existentia Sacramentorum in omni statu.

QVÆSTIO PRIMA.

An Pro illo breui tempore, quo durauit statu innocentia, in quo creatus fuit Adam, cum iustitia originali, fuerint Sacramenta?



FFIRMAT Hugo, quem citat, & sequitur Archangel in 4.d. 1. pag. 1. nimirum; Adæ coniugium. Et hanc partem esse probabilem innuunt Becanus, Filiuc, & Racionis, ubi infra.

Sed certissime, Respondeo: Negative. Quia nullum extat in Scriptura, aut Patribus, vestigium ad oppositum afferendum. Sic S. Th. quest. 6. 1. art. 2. Egidius, & Nuño ibidem. Bonac. de Sacram. in gen. disp. 1. quest. 1. pun. 3. num. 2. Filiuc. tract. 1. cap 3. quest. 3. num. 38. Ochagavia tract. de Sacram. in genere quest. 7. num. 4. Enriq. lib 1. cap. 5. Suarez disp. 3. sect. 3. Vazquez disp. 130. Granad. loc. cit. tract. 2. disp. 1. num. 6. Lugo disp. 3. sect. 1. & Becanus de Sacram. incommuni, cap. 2. & communiter omnes.

QVÆSTIO II.

An Si Status innocentia diuturnior fuisset, & Adamus non peccasset, instituta fuissent Sacramenta in illos.

FFIRMAT Suarez disp. 3. sect. 3. referens pro hac parte Alexandru, Durandum, & Scotum; quos tamen oppositum sentire, probant Vazquez disp. 130. & Granados loc. cit. n. 1. Cum Suario tandem sentiunt nonnulli Recentiores.

Sed probabilius Respondeo: Non fore instituenda sacramenta: Quia non essent necessaria. Sic S. Th. quest. 6. 1. art. 2. Ricard. Gabriel. Palud. Maior, Ledesma, Scot. & Calet. quos refert, & sequitur Vazquez loc.

cit. Enriquez, Sot. Palatios, & Angles, quo s. affert, & sequitur Granad. loc. cit. 1. rum. 3. & 6. Bonacina, loc. cit. n. 3. Nuñus, Egidius, Pesantius, Pitigianus, & alij, apud ipsum. Ochagavia, loc. cit. n. m. 6. Villalobos, tract. 4. diff. 5. num. 2. Becanus loc. cit. pag. mibi 23. addens; Quod si quis, durante illo statu ex posteris Adæ peccasset, potuisse per internam contritionem invari. Lugo disp. 3. num. 16. Ludouicus de S. Juan in sua sum. q. 2. de Sacram. art. 1. dub. 1. Filiiuc. loc. cit. num. 39. & communis.

QVÆSTIO III.

An In statu legis naturæ, hoc est, ab Adamo peccato, usque ad legem scriptam, fuerit aliquod remedium originalis peccati infantium?

NEGANT aliqui, quos tacitè refert Vazquez disp. 165. num. 1. existimantes; eos infantes, omni remedio caruisse, & consequenter, omnes eos damnatos esse.

Sed certissime Respondeo: Fuisse aliquod, ex divina ordinatione, pro eis, remedium. Quia non est credibile, Deum reliquisse homines in eo statu sine remedio, quo salvati possent; sicut namque fides parecum, quae patnuli à peccato originali iustificabantur. Sic D. August. lib. 5. contra Julian c. 21. D. Greg. Beda, & alij PP. quos late referrunt, & sequuntur Suarez disp. 4. sect. 1. Vazquez loc. cit. & alibi sape. Lugo disp. 3. num. 23. pag. 49. Granados loc. cit. disp. 2. num. 2. Ochagavia q. 8. Archangelus, Racionis, Becanus, Enriquez, Bonac. Egid. & alij, ll. cit. & omnes con muniter.

QVÆSTIO IV.

An Pro tali parvolorum remedio fuerit necessaria fides propria Ministeri eos offerentis Deo?

NEGANT Palud. in 4. dist. 1. quest. 5. art. 5. Sot. dist. 2. quest. 1. art. 4. & in presentiarum, Suarez disp. 10 sect. 1. existimantes; sufficiere Ministerio habere fidem Ecclesiz, & nomine illius offer-

re Deo infantem; sicut nunc potest Baptismus valide ab infidelis ministrari, cum fide Ecclesia, hoc est cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia.

Sed certissime ferè Respondeo: Necessarium omnino fuisse fidem propriam offertis Ministri; nec sufficisse solam fidem Ecclesiaz applicatā per intentionem faciendo, quod Ecclesia faciebat. Quia tunc, non iustificabantur pueri ex opere operato, sed vel ex opere operantis Ministri, & merentis de congruo (vt aliqui volunt) vel vt alij, & melius, ex fide in Christum: sed ad hoc, nō sufficiebat sola fides Ecclesiaz: ergo. Sic Vazquez 1.2. disp. 165. cap. 4. n. 30. Villalob. diff. 5. num. 3. Lugo disp. 3. num. 40. qui id optimè ex Patribus probat, & dicit commune. Archangelus, vbi infra, & alij.

QVÆSTIO V.

An illa fides Ministri offertenis parvulos, debuerit esse formata charitate?

AFFIRMAT Vazquez quæst. 70. disp. 165. cap. 4. & ante illum, Durand. in 4. diff. 1. quæst. 8. num. 8.

Sed probabilius Respondeo: Nō debuisse necessario esse charitate formatam; sed fidem, sine charitate sufficere. Quia reuera, difficile admodum reliquisset Deus remedium salutis parvulis, si eorum salus, non solum penderet ab aliena voluntate, & fide actuali, sed etiam à conscientia pura. Sic Palud. Sotus, & Suarez loc. cit. nu. 53. & Ludouicus loc. cit. post conclus. 3. pag. 11. Ochagavia loc. cit. quæst. 8. num. 10. & Archangelus diff. 1. pag. 11. col. 2. qui hac ratione, id probat. Nam peccatum actuale parentis, non debet nocere parvulus: noceret autem, si fides parentis, efficaciam saluandi parvulū, perderet ex peccato adiuncto; ergo non perdit, sed saluat. Sic ille. Legatur.

QVÆSTIO VI.

An Prater fidem internam Ministri, requireretur aliqua actio externa?

NEGANT D. Bonau. Ricard. Sotus, Abulen. & Ledesma, quos sequuntur Vazquez disp. 165. cap. 3. & 1.2. disp. 184. cap. 4. Ochagavia quæst. 8. cit. nu. 9. & ante hos, Dionysius Cartus. in 4. diff. 1. q. 9. & postillos, Raconis, træct. 2. disp.

1. sect. 2 quæst. 1. pag. 8. & Archangel. diff. 1. pag. 10. col. 1. docentes; non requiri necessitatem, necessitate precepti, externam aliquam, præter fidem internam, actionem, sed solum de quadam congruentia.

Sed probabilius Respondeo: Prater fidem internam, fuisse necessariam omnino aliquam actionem externam, vel alicuod signum sensibile, quod applicaretur parvulis, vt ab originali mundarentur. Quia etiam in lege naturæ, erat Ecclesia visibilis: ergo pueri debebant aggregari illi, per signum aliquod sensibile, vt posset constare. Sic Alexand. Scot. Durand. Palud. Gabriel. Maior. Adr. & Armachanus, quos affert, & sequitur Suarez disp. 4. sect. 2. & 3. Palat. Enriq. Valen. Cano. & Azor, quos citat, & sequitur Gran. disp. 2. cit. n. 6. pag. 542. Lugo loc. cit. n. 28. pag. 50. Egid. q. 61. art. 3. dub. unico Ludouic. loc. cit. Bonac. disp. 1. de Sacram. quæst. 1. punct. 3. num. 7. & Sayrus de Sacram. lib. 3. cap. 3. q. 3. ar. 2. & communis.

QVÆSTIO VII.

An Prædicta actio externa, qua Minister puerum offerebat, fuerit determinata, & definita à Deo?

AFFIRMANT Scot. in 4. diff. 1. quæst. 6. & 7 (vt refert Suar. disp. 4. sect. 3.) & Sayrus loc. cit. pag. mibi 342. licet hic author, se videatur postea explicare, & nostram sententiam docere.

Sed probabilius Respondeo: Non fuisset determinatam, aut in specie definita à Deo: sed solum modo in genere; vt videlicet, fieret aliquod signum exterius (arbitrio singulorum, quod cumque illud esset) protestatum, & manifestatum gratia, per quam homines sanctificarentur à Deo, infide media toris venturi. Sic Suarez disp. 4. sect. 3. Durand. diff. 1. q. 8. Lugo disp. 3. num. 33. pag. 51. Ludouicens q. 2. de Sacram. ingenio art. 1. dub. 2. concl. 3. Vbi sic ait: Este Sacramento notenia forma de palabras determinadas, mas solamente mandaua Dios, que por palabra, o por obra, se inuocasse sobre el niño la fe del mediador futuro; y presumese que diria el Sacerdote estas palabras;

deprecatorias: futurus me diator, saluet te.

Sic ille.

(•)

QVÆST.

QVÆSTIO VIII.

An, predicta actio exterha fuerit vere, & proprie Sacramentum, ad remedium Originalis parvularum institutum?

NE GANT expresse Duran. in 4.d.1. q.8. Palatios in 4. disp. 1. disp. 2. & negare debent, qui negant, deletum fuisse Originale parvularum, actione sensibili.

Sed longe multo probabilius Respondeo: fuisse vere, & proprie Sacramentum. Quia illa actio vere, & proprie erat signum sensibile, non solum exterius sanctificans infans tem, sed etiam interius quodammodo. Siquidem, posito illo signo, Deus celebat culpam, & infundebat gratiam: ergo. Sic Alex. Scot. Palud. Major, & alij, quos citant, & sequuntur Suarez Vazq., & Granados loc. cit. Lugo disp. 3. num. 33. Bonac in disp. 1. q. 1. pun. 3. num. 7. & Sayrus loc. cit. art. 2. vers. Secundo. Quia Racionis, sect. 2. q. 1. pag. 8. Archangelus disp. 1. pag. 1. & communis.

QVÆSTIO IX.

An, hoc Sacramentum. Valide posset a quocumque, indisciminatim, ministrari?

NE GANT Alex. 4. p. q. 3. memb. 5. ar. 1. Existimans: essentialē fuisse hunc ordinem; nempe, ut Infanti subueniretur primario Parentum fide; & indefectum horum, propinquorum fide; & in horum defectum, fide aliorum. Alexan sequuntur Suarez, 3. to. in 3. par. disp. 4. sect. 2. Ochagavia tract. unic. de Sacram. ingen. quest. 8. num. 11.

Sed longe multo probabilius Respondeo. Valide ab omnibus indisciminatim, tale Sacramentum ministrari potuisse; sicut modo potest Baptismus. Sic Vazquez, disp. 163. num. 246. Lugo disp. 3. num. 36. pag. 51. & communis.

QVÆSTIO X.

An etiam, licite posset administrari a quocumque?

AFFIRMAT Vazq. loc. cit. docens. Il lūd remediū, quovis tēpore, & a quo libet, parvulis adhiberi potuisse.

Sed probabilius Respondeo. Non potuisse licite. Quia sicut nunc Baptismus conferri non potest parvulis in fidelium filijs; inuitis parentibus; sic nec remedium illud, poterat in fidelium filijs parvulis, extra casum necessitatis, nisi consentientibus parentibus. Sic Suarez, & Lugo, loc. cit. & communis.

QVÆSTIO XI.

An, preter dictum Sacramentum Infantium, fuerit aliud Sacramentum in lege naturæ?

NE GANT Suarez disp. 4. sect. 4. Vazquez q. 61. art. 3. & apud ipos Durandus, Soto, & Ledesma, hos etiam sequi videtur Lugo disp. 3. num. 60. pag. 55. & expresse tenent Ochagavia, loc. cit. q. 9. num. 3. & alij.

Sed probabilius Respondeo. Fuisse aliqua Sacra menta, præter illud parvularum; nempe, aliqua sacrificia, per qua remittebantur peccata actualia in virtute Christi venturi. Quod loquendo de Sacrificio, quod Melchisedec offerebat, etiam concedit Suarez. Sic Granados tract. 2. cit. disp. 2. num. 13. pag. 544. qui pro hac parte citat S. Thomam, Ricardum, Durandum, Valentiam, & Canum. Sic etiam (licet non ita clare) Bonac. disp. 1. q. 1. pun. 3. num. 7. Ludouic. q. 2. cit. art. 1. dub. 2. & 3. pag. 10. & 11. Nuñez 3. p. 6. 1. ar. 3.

QVÆSTIO XII.

An, in lege scripta, sive Moyssi, fuerint aliqua Sacra menta?

RESPONDEO: fuisse plura, & vera Sacra menta. Id enim clare constat ex Concil. Florent. in decreto unionis, & ex Trident. ses. 7. can. 2. In his autem Sacra mentis potissimum locum habuit Circumcisio, quia licet non incœperit à Moysi, sed ab Abraham quadringentis annis, ante legem scriptam Moysi traditam; dicitur tamē pertinere ad legem scriptam, quia in ipsa fuit iterum stabilita, Leuitici 12. & erat iuncta ad ingrediendum in alia Sacra menta.

Præter Circumcisionem autem fuerunt plura alia Sacra menta (quid quid neget Racion. tract. 2. disp. 1. sect. 2. q. 1.) de quibus omnibus, late Suarez disput. 5. sect. 2. Vazquez, disp. 162. & 182. Granados, & Lugo loc. cit. Filliuc. num. 45. Sayrus, Valentia, & Nuñez, apud Bonac. loc. cit. num. 10.

DISPUTATIO. III.

De effectibus Sacramentorum.

QUÆSTIO PRIMA.

An omnia Sacra menta nouæ legis, causent gratiam?

ECARVN T olim
Glossa, beneficij,
in cap. i. sicutur,
diff. 23. & Glos-
sa 1. & Glos. des-
ponsata, in e. Ho-
noretur. 13. q. 2.
vt referunt Na-
uar. cap. 22. num.
18. aliis 20. & Vi-
uald. de Sacram.
in gen. num. 9. pag. mibi 16. quatenus assere-
bant : Matrimonium, non conferre gra-
tiam.

Sed certissime de Fide Respondeo: om-
nia septem Sacra menta gratiam conferre.
Sic definitur in Trident. ses. 7. can. 2. 5. 6.
& 7. & docent omnes Theologi cu S. Tho.
3. p. q. 6. 2. art. 1. & 2. & in 4. diff. 25. q. 3.
art. 2. & 26. q. 2. art. 3. Legantur Archan-
gelus, diff. 1. pag. 5. col. 2. Vazquez to. 3. in 3.
part. disp. 131. Ochag. q. 12. Suarez disp.
7. & alij apud ipsos.

QUÆSTIO. II.

*An, Sacra menta nouæ legis conferant gra-
tiam, ex opere operato?*

NEGARVN T olim heretici Mesa-
liani; & hodie Luterani, & Calui-
nistæ, vt refert Bellarmin. libr. 2.
de Sacram. cap. 2. dicentes: Sacra-
menta, nullam habere vim efficiendi gra-
tiam, seu iustificandi homines.

Sed certissime de fide Respondeo. Om-
nia Sacra menta nouæ legis conferre gratiam,
ex opere operato; id est, ex propria virtute,
quam Deus indidit ipsis Sacra mentis. Sic
definitur in Trident. ses. 7. can. 3. & in decre-
to Eugenij IIII. & docent omnes PP. quos
statè referunt, & sequuntur Suarez aisp. 7.

Vazquez disp. 131. cap. 2. Granados tra Et
3. disp. 1. num. 4. Lugo disp. 3. sel. 2. pag.
59. Beccanus, cap. 2. de Sacram. in commun.
q. 1. & alij Recentiores.

QUÆSTIO. III.

*An, omnia Sacra menta nouæ, causent
gratiam habitualē?*

RESPONDEO: omnia causare. Quia
omnia Sacra menta secundum Con-
cilia, & Patres, causant gratiam:
Sed gratia apud Concilia, & Patres, præci-
puè stat pro habituali: ergo. Ex hoc infer-
tur; omnia Sacra menta, etiā causare habi-
tum charitatis, & omnium virtutum infusa-
rum, quæ semper cōitantur gratiam. Sic
omnes Theologi, ex Trident. ses. 7. can. 6.
& 7. latè Suarez disp. 7. sel. 2. Beccano loc.
cit. cap. 3. q. 7. & alij Recentiores: Legantur
Bellarm. lib. 2. de Sacram. in genere, &
Valentia, to. 4. disp. 3. q. 3. & 4.

QUÆSTIO. III.

*An, omnia Sacra menta legis nouæ, per
se, & ex sua primaria institu-
tione, conferant primam
gratiam?*

RESPONDEO. Negatiū. Nam in-
ter hæc Sacra menta, Baptismus so-
lum, & Pœnitentia, per se, & ex sua
institutione, causant primam gra-
tiam, & delent peccatum mortale: reliqua
vero Sacra menta, minimè.

Prima pars huius responsoris cohæsat.
Quia Baptismus, per se institutus est ad de-
lendum peccatum originale, & reliqua dec-
cata, ante illius susceptionē, commissa; Pœ-
nitentia vero, ad delenda peccata commis-
sa post Baptismum: at huiusmodi peccata,
non delentur, nisi per primam gratiam: er-
go.

Secunda autem pars responsoris, etiam
cohæsat: Nam alia quinque Sacra menta, per
se instituta sunt ad causandam secundam
gratiam, seu ad augendam priam, & ad
alios fines, infra explicandos, cum ex vi insti-

tutionis diuinæ petant suscipientes viues, vel constitutos in gratia, qua ratione, hac dicuntur, Sacra menta viuorum; alia verò duo, mortuorum. Sic omnes Theologi. Legantur Suarez disp. 7. sect. 2. Reginald. lib. 26. num. 44. & alij citati.

QVÆSTIO V.

An, sa. tem, Quinque Sacra menta viuorum, possint conferre aliquando primam gratiam sanctificantem?

NE G A N T Vazquez disp. 205. Hurtado disp. 3. diff. 4. Lugo de Eucharist. disp. 12. à num. 13. pagin. 407. Villalobos tract. 4. diff. 7. num. 4. & apud ipsum, D. Bonau. Gabr. Ocam. Mayor, & alij (Quamuis ex his autoribus, Hurtado, & Lugo, Sacra mentum extremæunctionis excipient.)

Sed probabilitas Respondeo: Posse; imò, & de facto, aliquando, conferre primâ gratiam, non primario, & per se; sed secundario per se, ex institutione diuina. Vnde si quis ex istens in mortali, accedat ad Eucharistiam, Confirmationem, & ad alia Sacra menta, bona fide, (idest, non conscient peccati commissi) attritus, & putans, se esse in gratia, tunc vere iustificabitur virtute talium Sacra mentorum. Sic S. Thom. p. q. 72. art. 7. ad 2. & quæst. 99. art. 8. ad 3. Victoria de Eucharist. nu. 77. Nuñus q. 62. art. 1. diff. 2. Ioan. de Cruce q. 2. dub. 2. concl. 2. Enriquez lib. 1. cap. 12. num. 2. Suarez disp. 7. sect. 2. Egidius q. 62. art. 1. dub. 2. Granados tract. 3. disp. 6. num. 6. Reginald. lib. 26. nu. 45. Bonacina disp. 1. q. 4. punct. 2. num. 2. Layman lib. 5. tract. 1. cap. 6. num. 2. & apud ipsum, D. Bonau. Scot. Duran. & Palud. Sapientis. Doctor Ludouicus Montesinos, to. 1. in 1. 2. d. p. 28. q. 4. num. 60. Vbi sic ait: Imò vero existimo esse valde probabilem, & veram sententiam Sancti Thomas, 3. p. q. 79. ar. 3. & q. 80. art. 4. ad 5. Hoc Sacra mentum (idem dico de alijs Sacra mentis, viuorum) per accidens posse facere de atrito contritum, & ita per accidens dare primam gratiam. Sic ille, & Ludouicus de S. Iuan, q. 2. de Sacram. in genere, art. 3. dub. 4. pag. 15. & nouissime Diana, 5. p. tract. 13. resolut. 31. (..)

QVÆSTIO VI.

An, Sacra menta nova, præter gratiam baptismalem, quam occidunt, causant causam aliam Sacra mentalem?

RE PONSEO. Affirmative. Quia Sacra menta sunt septem, & sunt diversa signata; sed eorum signatum est gratia: ergo significant, & causant diversas gratias, singulis proprias, quæ dicuntur, gratia Sacra menta les. Sic S. Thom. q. 62. art. 2. & cum eo omnes Theologi, de quo latè Suarez, tom. 3. disp. 7. sect. 3.

QVÆSTIO VII.

An, bæc gratia Sacra mentalis consistat in actuali auxilio, quod Deus confert ad obtainendum finem proprium cuiuslibet Sacra mentis?

NE G A N T non nulli Doctores. Nam in primis Palud. in 4. d. 2. quæst. 3. Affirmat: dictam gratiam Sacra mentalem, esse peculiarem quendam habitu collatum in singulis Sacra mentis, & seruient fini Vnius cuiusque: V. g. in Sacramento Confirmationis, habitum speciale ad profitendam fidem coram tyrano, &c.

Capitulo in vero in 4. d. 3. q. 1. art. 3. ad 4. Durandi contra 3. concl. afferit: gratiam Sacra mentalem in Baptismo, Confirmatione, & Ordine, esse characterem, in alijs Sacra mentis, alium ornatum animæ.

Sed longe probabilius Respondeo. dictam gratiam Sacra mentalem consistere, in specialia auxilio diuino a Deo collato, ad obtinendum finem cuiuslibet Sacra menti; quæ proinde gratia diversa erit, pro diversitate Sacra mentorum, quæ ad diversos fines immediatos ordinantur. Sic S. Thom. q. 62. art. 2. in corp. per hæc verba. *Gratia Sacra mentalis addit super gratiam communiter dictam, & super virtutes, & dona, quodam diuinum auxilium ad consequendum Sacra mentum.* Sic S. Thom. & sic Caiet. ibi. Sotus in 4. d. 1. q. 3. art. 2. Valentia q. 3. pun. 2. Suarez disp. 7. sect. 3. Vazquez disp. 131. Egidius quæst. 62. art. 2. Hurtado disp. 3. diff. 3. Granados tract. 3. de Sacram. disp. 5. num. 2. Becanus, cap. 3. quæstion. 8. Lugo, disp. 4. numer. 19. Villalob. tract. 4. diff.

diff. 6. num. 3. Bonacina disp. 1. q. 4. punct. 5. num. 2. & communis:

QUÆSTIO VIII.

An Sacra menta nouæ legis causent phisicè gratiam?

NE GANT plures, & graues Doctores, docentes: Sacra menta, non phisice, sed solum moraliter causare gratiam; quatenus videlicet, ex diuina institutione, habent vim, & efficaciam monendi Deum infalibiliter ad dandam gratiam, se per quod perficitur Sacramentum. Ita D. Bonau. in 4. d. 1. art. 1. q. 4. Ricard. art. 4. q. 2. Ocam, & Gabriel, q. 1. Durand. q. 4 à num. 19. Scot. q. 5. Canus, & alij, quos citat, & sequitur Vazquez, q. 62. disp. 132. cap. 5. Hugo disp. 4. sect. 4. per totam. Sancius in selec. Etis, disp. 16. num. 6. Filucius, tract. 1. de Sacram. cap. 6. num. 108. Ochagavia, tract. de Sacram. in genere, q. 14. Egidius, q. 62. art. 4. num. 132. Beccanus, loc. cit. cap. 3. q. 3. Racon. in 3. p. tract. 2. disp. 1. se ct. 4. art. 6. pag. 50.

Sed probabilius Respondeo. Verè, phisice causare gratiam in recipiente ipsa Sacra menta; Quia hæc, non solum sunt causa moralis instrumentalis, gratiæ; verum etiā, causa phisica instrumentalis, verè producēs ipsam gratiam immediate. Sic S. Tho. q. 62. art. 1. & ibi Cajet. Bellarm. lib. 2. de Sacr. cap. 11. Enriquez lib. 1. cap. 16. Suarez dis- put. 8. & 9. sect. 2. & 1. tom. in 3. p. disp. 31. Valentia disp. 3. q. 3. punct. 1. dicens: primam sententiam, nil plus tribuere Sacra mentis, quam hæretici, (sed rigide hoc dixit) Sayrus lib. 5. de Sacram. cap. 3. Granados, tract. 3. disp. 4. n. 4. Philibertus Mar chinus, tract. 1. as Ordine, p. 3. cap. 1. num. 12. Bonac. loc. cit. pun. 1. & apud ipsum Pesantius, & Nuñus. Binsfeldius in suo En chirid. p. 1. de Sacram. in genere, cap. 2. §. 1. pag. mibi 26. Petrus Cañedo, tract. de Sacr. in genere, capite Vico, pag. mibi 27. Ludouicus de S. Juan, quæstion. 2. de Sacra ment. art. 4. concl. 3. pagin. mibi 16. Reginald. libr. 26. numer. 47. Torrebianca, lib. 2. practicarum, cap. 2. numer. 44.

& est communis Thomista
rum sententia,

(§)

QUÆSTIO. IX.

An Sacra menta legis veteris, propriètate, & ex se, contulerint gratiam?

AFFIRMavit Hugo (ut refert Ar change. diff. 1. pag. 11. col. 1.) docens; etiam hæc Sacra menta contulisse gratiam ex opere operato, & per modum Sacramenti.

Sed certissime Respondeo. Negatim. Quia sic habetur in Concil. Florent. sub Eu genio, sif. vitima in decreto fidei ad Armenios, sub his verbis: *Nouæ legi Sacra menta multum differant à Sacra mentis antiquæ legi; hæc enim non causabant gratiam, sed solum per passionem Christi dandam figura rabant: nostra vero Sacra menta, & continent gratiam, & digne suscipientibus eam conferunt. Sic Concilium. Cui cōsonat Tridentinum, sif. 7. c. 2. & tenent omnes Theologicum S. Tho. q. 62. art. 6. Legantur post alios, Suarez, tom. 3. in 3. p. tota disp. 7. En rique lib. 1. cap. 2. n. 3. & 8. & cap. 7. §. 1. & seqq. Archangel. loc. cit.*

QUÆSTIO X.

An saltem, Circumcisio contulerit gratiam ex opere operato?

AFFIRMANT quamplures, & graues Doctores, docentes: Circumcisio contulisse gratiam, ex opere operato, non illâ phisice, aut moraliter causando; sed ex infalibili decreto, & promissione diuina. Sic Alexander. Bonau. Palud. Mayor, Durand. & Marsilius, apud Vazquez disp. 184. Suarez, q. 61. disput. 5. se ct. 1. & disp. 10. sect. 1. & 2. Azor, Pereira, Barrad. Lorinus, Valentia, & Salas apud Lugum disp. 5. num. 4. pag. 36. Granados, tract. 3. disp. 7. sect. 1. Ricard. Scot. Sotus, Argentinas, & Enriquez, apud ipsum, & Villal. tra. 4. diff. 6. à num. 2.

Sed probabilius. Respondeo. Negative: Quia sic sentiunt Grauissimi Patres, & Doctores afferentes: Circumcisio nullo modo contulisse gratiam; nec aliquam habuisse efficaciam ad eum effectum; sed solum fuisse merum signum populi Iudaici. Sic Bellat min. Deza, Capreol. Ledesma, Ferrara, Ca no, & alij, quos refert, & sequitur Vazquez, loc. cit. cap. 3. Ochagavia, q. 10. numer. 9.

Aggi-

gidine, quæst. 62. art. 6. & etiam Lugo loc. cit. num. 40. Vbi se ait: Afferimus itaque, Circumcisionem ex sua institutione, nullam vim habuisse iustificandi, vel tollendi peccatum originale; sed solum suisse datam, in signum, & Characterem populi Iudaici, ac fidelis, ut docet secunda sententia, quam auctoritas Scriptura, Conciliorum, & Patrum, videtur omnino confirmare: cum hoc tamen stat, quod in Circumcisione, & per Circumcisionem, parvuli regulariter iustificarentur, quia remedium legis naturæ, quod applicari debebat, aliquo signo externo, quod esset protestatio fidei interne de Christo vèturo, regulariter etiam applicabatur per ipsam Circumcisionem; vt, vna, & eadem actione, dupli præcepto satisficeret. Debebant enim parentes, ex uno capite, suis parvulis applicare remedium, seu Sacmentum legis naturæ ad expiandos illos à culpa originali, quod fieri debebat applicando illis fidem Christi venturi, aliqua actione externa: debebant aliunde, ex diuino præcepto Abrahæ intime, & renouato in lege Moysis, parvulum octauæ die circumcidere: utique ergo obligationi simul, & semel, satisfacere volentes, Circumcisionem ipsam assumebant ad applicandam fidem Christi venturi suis parvulis, & ad mundandos illos à macula originali: scilicet autem, idem remedium præstabant, aliqua alia actione externa, circa ipsas exhibita: sicut & masculis etiam, qui ante octauum diem periclitabantur; vel qui die octauo, propter morbum, vel aliud impedimentum, circuncidi non poterant. Hæc, & alia Lugo, & omnia, bene. Sic etiæ Racionis, tract. 2. disp. 1. sect. 2. quæst. 1. Vbi ait, quod, licet feminæ caruerint remedio circumcisionis ad delendum peccatum originale, eius tamen loco habuerint presentationem in templo, per quam etiam iustificabantur, ut habetur Leuit. 12. Si per uenientiam diem octauagesimum: si minus, parentum fides, & actus interni sufficiebant ad eorum iustificationem.

QVÆSTIO. XI.

*An, in sententia afferentium Circumcisio-
nem habuisse vim iustificandi, nece-
ssaria fuerit ad hunc effectum, Mi-
nistri fides?*

NE GANT Palud. in 4. dist. 1. quæst. 5. art. 5. D. Anton. 3. part. tit. ul. 14. §. 2. Maior, dist. 1. quæst. 4. Quandus

propositio 15. de Circumcisio, Suarez, disp. 10. sect. 1. & Granados, loc. cit. nu. 13. pag. 592. & apud ipsum Alex. & Scot.

Sed probabilius Respondeo: Necessaria fuisse fidem in Ministerio Circumcisionis. Quia Circumcisio, solum conducebat ad iustificationem parvolorum, quatenus assumebatur pro materia Sacramenti legis naturæ; at hoc non iustificabat, nisi quatenus erat protestatio fidei interne, quæ parvulo applicabatur (ut supra, disp. 2. quæst. 4. est habitum): ergo neque Circumcisio poterat iustificare, absque illa fide. Sic Lugo, loc. cit. num. 58. pag. 96. & apud illum, S. Thomas, Bellarm. Capreol. Basolis, Palatios, Cano, Enriquez, & alij.

QVÆSTIO. XII.

*An, Circumcisso fuerit ex præcepto diuino,
necessaria ad iustificationem parvulo-
rum pro Abraham & posteris?*

AFFIRMAT Suarez, disp. 5. sect. 1. §. Propter hanc ergo. Sed probabilius Respondeo: fuisse quidem necessariam, sed non ad iustificationem parvolorum: cum his, aliud remedium posset applicari ante, vel post octauum die; sicut poterat ante institutionem Circumcisio- nis. Sic Lugo, loc. cit. num. 66. pag. 98. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 1. pun. 3. num. 8.

QVÆSTIO. XIII.

*An, ante octauum diem, potuisset ex causa
pueris Hebreorum remedium Cir-
cumcisio-nis licite applicari?*

AFFIRMAT Magister in 4. d. 1. c. Si vero auaritur. Et Altisiodorens. cap. 4. summa.

Sed longe probabilius Respondeo: Non potuisse licite: Quia nulla necessitas poterat occurrere, quæ id requireret: cum absque circumcisione, posset Infans iustificari per Sacmentum legis naturæ: ergo non erat, cur licet præuenire diem à Deo prescriptum, absque eiusdem Dei speciali dispensatione. Poterat tamen aliqua ex iusta causa, infirmitatis scilicet, aut alterius: Cir- cuncisionem post octauum diem differre, & procrastinare, alioquin lex illa, nimis crude lis fuisset. Sic S. Tho. q. 70. ar. 3. ad 3. Hugo, Alex. Bonav. Durand. & Mayor, quos

B. se-

sequitur Vazquez, *disp. 163. cap. 2.* Suarez dict. *quaest. 70. art. 3.* Lugo *disput. 5. n. 80.* pag. 100. Bonac in loc. cit. Enriquez, lib. 5. cap. 6. num. 5. Nuñus, *quaest. 70. art. 4.* in fine. Pitigianus, *dist. 1. quaest. 6. art. 7.* Archangelus *dist. 1. p. g. 13.* & communis.

QVÆSTIO. XIIIIL

An saltem, foret tale Sacramentum validum, scilicet, vel, illicitè, ante octauum diem daretur?

AFFIRMANT Ricard. Ouandus, Paulud. & Mayor apud Lugum, loc. cit. num. 82. & dicit probabile Suarez, loc. cit.

Negantverò ècontra, Alexand. Bonauent. & Durand. quos sequitur Vazquez, *disput. 163. cap. 2.* Suarez, *quaest. 70. art. 3.* Raynerius. V. circuncisio, *cap. 6.* Palatios, *dist. 1. quaest. 4.* Soto d. 2. *quaest. 1. art. 3.* Ledesma 1. 4. *quaest. 11. art. 3.* & alij. Omnes probabilititer. Legantur Lugo, Vazquez, & Suarez, loc. cit.

Quod si hic curiose inquiras; 1. qua de causa circuncisio fierit in ea corporis parte? 2. Quo instrumento? & 3. Quo in loco?

Ad 1. Respondet S. Thom. q. 70. art. 3. Quod ad ostendendum Christum nasciturum ex semine Abraham.

Ad 2. D. Ang. de peccato Orig. & Mag. *dist. 1.* Respondet facta fuisse cultello lapideo. D. vero Thom. & alij Regentiores puntant fuisse, cultro ferreo. Tu dic, quod utroque instrumento: aliquando videlicet, lapideo; aliquando vero, ferreo.

Ad 3. Respondeo: non fuisse locum determinatum. Vnde circuncisio Baptista, facta fuit domi; & Christi Domini, in Bethlehem. Sic omnino Bonacin. loc. cit. in editione noua, nu. 9. 10. & 11. ex Enriquez loc. cit. numer. 4.

QVÆSTIO. XV.

An, aliqua Sacramenta legis nouæ characterem imprimant?

NEGAN T omnes Hæretici nostri temporis, quos late refert, & optimè impugnat Beliarm. lib. 2. de Sacr. cap. 28.

Sed de fide certum, Respondeo. Tria Sacramenta legis nouæ characterem imprime; nempe, Baptismum, Confirmationem, &

Ordinem. Sic definitur in Concil. Florentino in decreto vñionis, per hæc verba: *Inter haec Sacramenta, tria sunt, Baptismus, Confirmationis, & Ordo, quæ Characterem, id est, spirituale quoddam signum à ceteris distinctionibus imprimunt in anima indeleibile, unde in eadem persona, non reiterantur; reliqua vero quatuor, Characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.* Et Trident. scf. 7. can. 9. sic dicens: *Si quis dixerit in tribus Sacramentis, scilicet, Baptismo, Confirmatione, & Ordine, non in primi Characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale, & indeleibile, unde cauterari non possunt, Anathema sit.* Sic S. Thom. 3. p. *quaest. 63. art. 1. 5.* & 6. & omnes Patres, tam Græci, quam Latini, qui illi optime probant ex Sacra scriptura, ut latè refert Sayrus, libr. 4. cap. 1. *quaest. 1. art. 2.* Ex quo clare constat, maximè decentes fuisse Scotum, Durandum, Gabrielem, Pallatum, & Caietanum, asserentes, nihil de charactere inteniri in scripturis, vel Patribus. Quomodo enim Ecclesia hoc definiret? Legatur Archangelus, *dist. 4.*

QVÆSTIO. XVI.

An etiam, aliqua Sacramenta legis antiquæ, Characterem imprimarent?

AFFIRMAVIT Scotus in 4. *dist. 6. q. 9.* Loquendo de Sacramento Circumcisisonis.

Sed longe probabilius, Respondeo: Nullum Sacramentum legis antiquæ impresisse Characterem: Quia nullum illorum deputabat hominem, vel designabat ad aliquem effectum supernaturalem conferendum, vel recipiendum; sicut faciunt aliqua nostra Sacramenta. Sic S. Thom. *quaest. 63. art. 1. ad 3.* Lugo, *disput. 6. num. 10.* Vazquez, *disp. 134. numer. 40.* Philibertus, *tract. 1. de Ordine, p. 3. cap. 4. num. 14.* & omnes communiter.

QVÆSTIO. XVII.

An, Character sit aliquid reale?

NECA T Durand. in 4. *distinct. 4. question. 1.* (non Scotus, vt forte per errorem Tipographi ab Hurtado citatur) dicens: esse aliquid rationis, nempe denominationem

extrinsecam deputationis diuinæ ad aliquas actiones sacras; sicut enim (inquit Durandus) per actum extrinsecum voluntatis Regis aliquis constituitur *Prætor*, *Senator*, vel *Dux*; ita per actum extrinsecum voluntatis Dei deputantur homines in *Sacerdotes*, & alios Altaris Ministros.

Sed certissime, Respondeo: Characterem esse aliquid physicum, & reale. Quia Concilia absolutè dicunt, illum imprimi in anima; & esse signum spirituale, quod est proprium entis physicæ, & realis. Sic Suarez, *disput.* 11. *sect.* 2. & Bellarmin. *lib.* 2. *de Sacram.* *cap.* 19. Ochagavia, *quest.* 15. *num.* 2. qui dicunt: oppositam sententiam vix posse ab errore in fide vindicari (licet Vazquez, *disput.* 134. *cap.* 2. ab omni censura vindicare intendat) Lugo *loc. cit. num.* 15. & seq. Philibertus, *loc. cit. cap.* 6. *num.* 16. Hurtado, *disp.* 3. *diff.* 11. Granados, *tractat.* 4. *disput.* 2. *num.* 1. Bonacina, *disput.* 1. *quest.* 5. *punct.* 2. Syrus de Sacram. *libr.* 4. *cap.* 2. *q. 2. art.* 1. & omnes Theologi cum S. Thom. *q. 63. art.* 2.

QUÆSTIO XVIII.

An, character fit relatio realis praedicamentalis?

AFFIRMAT Scotus in 4. *diff.* 6. *quest.* 10. Eo quod Character sit signum, & consequenter relatio extrinsecus adueniens. Cum Scoto consentit Mayor in 4. *diff.* 6. *q. 1.*

Sed onge multo probabilius, Respondeo: Non esse relationem realem formaliter; sed qualitatem quandam spiritualem, super naturalem, & indelebilem. Prima pars probatur. Quia relatio proprie, non fit, sed resultat exterminorum positione: sed Character fit propriè à Deo, & à Sacramento: ergo. Vnde licet Character, quatenus est signum, aliquam relationem importet; quia tamen illa in ipsa reali entitate ipsius Characteris fundatur, nequit esse in genere relationis.

Secunda pars constat: Quia Character in primis, nec est substantia, nec quantitas, vt per se patet; nec relatio, vbiatio, duratio, situs, habitus, nec actio, aut passio: ergo necessario pertinere debet ad prædicamentū qualitatis. Sic S. Thom. Cœt. Valentia, Suarez, Gabriel, Albertus, Ricardus, & alij, quos affert, & sequitur Gra-

nado, *loc. cit. numer.* 3. Lugo, Philibertus, Archangelus, Ochagavia, Vazquez, & Hurtado, *loc. citat.* & alij communiter.

QUÆSTIO XIX.

An, Character ad secundam speciem qualitatis, nempe ad potentiam ad agendum, vel recipiendum, pertinet?

NEANT in primis Suarez, *disput.* 11. *sect.* 3. Vazquez *disput.* 134. *num.* 70. Egidius, *uest.* 63. Bellarmin. *cap.* 19. Ochagavia, *quest.* 15. *num.* 9. Hurtado, *disp.* 3. *diff.* 12. Aens. Bonau. & alij, existimantes, characterem esse ornatum animæ; ac proinde pertinere ad primam species qualitatis, in qua sunt Habitus, & dispositio.

Negant etiam Altisidoren. *lib.* 4. *tra-*
ctat. 3. *cap.* 2. Ocam, Alens. & D. Bonavent. apud Salas, *tom.* 1. in 1. 2. *tractat.* 2. *disput.* 8. *sect.* 3. Lugo, *disput.* 6. *num.* 48. pag. 1. 9. & alij docentes; Characterem esse lumen spirituale sine res; vt intellectus melius videat id, quod faciendum est; ac proinde collocari debere in tertia specie qualitatis, in qua sunt passio, & passibilis qualitas.

Negant deinde, Ricard. *diff.* 5. *art.* 2. *quest.* 1. *ad 3.* Marsilius, *diff.* 4. *quest.* 4. *art.* 1. *ad 3.* Chaterinus in Opusc. de Charact. & alij, quos sequitur Salas *loc. cit. af-*
firmantes: Characterem esse figuram spiri-

tualem, qua anima insignitur, & ideo poni debere, in quarta specie qualitatis. Imo, ali qui, vt refert D. Thom. loco infra citan. di-

cunt; haec figuram esse Crucem Christi.

Negant tandem. Alij apud Suarium, & Lugum, dicentes: Characterem ad nullam speciem qualitatis directe pertinere. Pro hac sententia refert Syrus, *lib.* 4. *cap.* 2. *quest.* 3. *art.* 1. D. Thomam in 4. d. 4. *quest.* 1. *art.* 1. *ad 2.* & 3. *part. quest.* 63. *art.* 2. Ricardum *loc. cit.* & Valentiam, *tom.* 4. *disput.* 3. *q. 4. pun.* 3. Alij econtra, ad omnes, sub diuersis rationibus, species pertinere dicunt.

Sed probabilius, Respondeo: Charactrem ad secundam speciem qualitatis pertinere. Quia est potentia, vel actio, vel passiva in ordine ad efficacia, vel recipienda Sacraenta quedam. Charactere, namque Baptismali reddi-

nur potentes ad sacramenta suscipienda: charactere Ordinis ad exercenda diuina; & charactere Confirmationis, ad andacter cōfitendum Christi nomen. Sic S. Thom. q. 63. art. 2. & ibi Cajetan^o, Valentia, Sotus, Enriquez, & alij, quos affert, & sequitur Granados tract. 4. disp. 3. num. 2. Sayrus ex parte, lo. cit. & cap. 3. quæst. unica Martinus, & Barthol. de Ledesma. Viguierius, Capreol, D. Ant. n. Palud, Herueus, & alij, quos refert Salas lo. cit. Ludouicus de san Juan quæst. 3. art. 1. dub. 2. pag. 21. & late, & optime Philibertus Marchinus, tract. 1. de Ordine p. art. 3. cap. 6. pag. 60. Archangelus se et. 4. pag. 31. col. 2. & tenent omnes Thomistæ.

QUÆSTIO. XX.

*An character immediate in intellectu
subiectetur?*

NE GANT Argentin. in 4. dist. 6. art. 2. Bellarm. 2. de Sacramen. c. 19. concil. 4. Suar. disp. 11. sec. 4. Vazquez disp. 134. c. 4. Palatios, Gabriel, & Marsilius, quos refert, & sequitur Lugo disp. 6. num. 55. pag. 110. Bicanus c. 4. quæst. 3. Bonac. disp. 1. quæst. 5. pun. 2. num. 2. Filucius num. 124. Egidius quæst. 63. art. 4. Hurtado disp. 3. diff. 13. Ochagau. q. 15. n. 16. & alij docentes: characterem immediate recipi in ipsa essentia animæ.

Negant etiam, Scotus in 4. d. 6. quæst. 11. Basolis d. 5. & 6. quæst. 2. Villalob. tract. 4. diff. 9. n. 2. Ludouicus l. cit. dub. 3. concil. 2. pag. 23. & alij existimantes; immediate recipi in sola voluntate.

Negant similiter Alexan. 4. par. quæst. .memb. 8. art. 1. §. 3. & D. Bonau. in 4. d. 6. art. 1. quæst. 3. affirmantes; immediate subiectari in intellectu, & voluntate.

Negat tandem Durand. in 4. d. 4. quæst. 1. num. 9. qui, cum probabiliter dici posse existimet, characterem Ordinis esse virtutem actiuam, illum in potentijs executiuis, idest, in membris ipsis extérnis, quibus ministrantur sacramenta, nempe vel in manibus Sacerdotis, vel in ore, aut lingua eius, subiectari putat. Sed certe hæc Durandi sententia omnino reicienda est; cum expresse in Concil. Florent. lo. cit. & in Tridentino sess. 7. de Sacramentis in genere can. 9. definitum sit characterem imprimi in anima; & esse signum quoddam spirituale, & indeleibile. Vnde, haec nonnulla sententia.

Probabilis Respō 'eo; Inni ditate subiectari in solo intellectu. Quia character, est potentia (phisica, vel moralis,) quæ natura sua ordinatur ad exercēda debite, religiose, & reverenter, ea quæ spectant ad diuinū cultum: ergo conuenientius collocatur in potentia intellectu animæ. Sic S. Thom. q. 63. art. 4. in Corp. & ad 3. Enriquez lib. 2. cap. 17. num. 3. Cajet. Valentia, Sotus, Ricard. & alij, quos citat, & sequitur Granados l. c. disp. 5. num. 6. Salas tom. 1. in 1. 2. tract. 2. disp. 8. se et. 3. n. 70. Ioan. de Cruce q. 3. concil. 4. Philibertus tract. 1. de Ordine p. 3. cap. 6. num. 21. Petrus Ledesma c. 5. de Sacram. in genere concil. 3. Sayrus lib. 4. cap. 4. quæst. 1. art. 2. Cano, Martinus de Ledesma, Palud. Capreol. & alij apud ipsum. Archangelus dist. 4. pag. 32 col. 1. & Thomistæ.

QUÆSTIO. XXI.

An, character, ita sit indelebilis, ut etiam post mortem stām in Beatis, quam in damnatis, permaneat?

NECATIVAM sententiam esse probabilem insinuant Lugo disp. 6. se et. 4. num. 69. pag. 112. Hurtado disp. 3. diff. 14. Suarez q. 63. art. 5. & Ochagavia quæst. 16. num. 8.

Sed Longe multo probabilius Respondeo: Manere etiam post mortem. Quia alias Christianus, vel Sacerdos, qui post mortem miraculose resurgeret, esset iterum baptizandus, confirmandus, & ordinandus, quod dici nequit. Sic S. Thomas q. 63. art. 5. ad 3. Suarez, Lugo, Hurtado, Ochagavia, & Sayrus l. c. Egid. q. 63. art. 5. n. 16. dicens: id esse omnino certum Armilla, Vinald. & alij, quos citat, & sequitur Moure par. 3. c. 1. §. 9. num. 7. Racionius tract. 2. Archag. d. 4. pag. 32. col. 1. & 2. & cōmuniis.

QUÆSTIO. XXII.

An, character, ita in alia vita, permaneat; ut maneat cum potestate sibi annexa ad valide recipienda, vel danda alia Sacra menta?

NEGANT Vazquez disp. 134. c. 3. Egidius l. c. n. 18. Hurtado, & Ochag. locis cit. & Lugo disp. 8. n. 2. & 3. pag. 122.

Sed

Sed probabilius Respondeo: Permanere in eternum cum praedita potestate; sicut permanet ipsemet character. Quod autem illa potestas nunquam (saltem post generali resurrectione,) productura sit in actu, id nimis accidentale est. Sic S. Thom. q. 64. art. 7. ad 2. & Suarez disp. 13. sect. 1. Et debet docere omnes, qui docent, characterem esse potentiam phisicam, (non moralē) ut optime docet Philibertus tract. 1. de Ordine p. 3. c. 6. num. 3. pag. 60. Tenet etiam expresse Enriquez lib. 2. cap. 17. num. 4. Vbi loquendo de charactere baptizati, sic ait: Hoc charactere baptizati, quasi quies minio, aut ferro signata, distinguatur a reliquis infidelibus, & manet in heretico, & in animabus separatis, etiam damnatorū. Quod si forte per miraculum suscitetur homo, non est rebaptizandus, nec initiandus Confirmatione, & Ordine, qui Sacerdos obiit, sed retinet indelebiliter suā pristinam dignitatem.

tem, virtutem, & officium Sacerdotis, ita ut beatus, resumpto corpore, posset absoluere, ant consecrare Eucharistiam; sed non facit de lege; quia usus potestatis, solis viatoribus commissus est a Christo. Sic Enríquez.

QUÆSTIO. XXIII.

An, characteres impressi à tribus Sacramentis, differant inter se essentia liter specificè?

R ESPONDEO Affirmative: Quia omnes sunt potentia phisicæ ordinatae, suamet natura, ad diuersos fines, & actus: ergo. Sic Gabriel. Alex. & Suarez, quos assert, & sequitur Granad. tract. 4. disp. 4. num. 3. Bonac. disp. 1 q. 5. pun. 3. num. 1. & communis.

DISPUTATIO III.

De Ministeriis Sacramentorum.

QUÆSTIO PRIMA.

An, soli homines sint Ministeri Sacramentorum?



Eo ait Lutherus in lib. de Missa priuata, ut refert Bellarm. lib. 1. c. 24. existimans: non solum homines, verum etiam Angelos, tam bonos, quam malos esse ministros Sacramentorum. Scotus in 4. d. 6. q. 1. aperte dixit: quodlibet et agens intellectuale posse Sacramentum Baptismi conferre.

Sed certissime Respondeo: Solos homines, ex vi presentis institutionis, posse esse ministros Sacramentorum nouæ legis: licet non aquolibet homine omnia Sacra-menta, licite, nec valide ministrari possint.

Sic S. Thom. q. 64. art. 7. & ibi Caiet. Bellarm. 1. cit. Suarez disp. 13. sect. 1. Granados tract. 3. disp. 2. Lugo disp. 8. sect. 1. Hurtado disp. 4. diff. 3. Racionius tract. 2. disp. 1. q. 2. art. 2. pag. michi 22. & omnes Theologi, qui id ex lege communi, bene intelligunt; nam ex dispensatione, aut de potentia absoluta, etiam Angelos posse esse Ministros, ut certum, supponunt. Legatur Enriquez lib. 1. cap. 26. num. 1. & 2. & in marg. lit. b. & e. ubi id ex scriptura, Patribus, & Concilijs probat.

QUÆSTIO. II.

An, ad valorem Sacramentorum necessaria sit essentialiter fides Ministeri?

AFIRMARVNT olim Agrippinus Epis. copus Cartagin. & Diuus Cyprian, in Epist. 70. & 71. & 73. Vbi testatur: id statutū suisse a septuaginta, & uno Epis copis in Concilio Africano congregatis.

Sed deinde certissime Respondeo: Non esse

esse essentialiter necessariam fidem in Ministro ad valorem Sacramenti. Sic definitū fuit in Concilio Niceno, 1. can. 19. alias 17. in Concil. Carthag. 1. can. 1. in Cōstantiensi ses. 8. & in Trident. ff. 7. can. 4. & can. 12. de Sacram. in genere, & docent Scholastici cum Magistro in 4. dist. 5. & Theologi cum D. Tho. q. 64. Bellarm. lib. 1. cap. 26. Vazquez, disp. 137. Suarez disp. 13. sect. 4. Beccan. cap. 5. q. 5. Granados, tract. 5. disp. 3. Layman. tract. 5. c. 5. num. 6. Raconius, loc. cit. pag. 24 & omnes. Qui etiā affirmant D. Cyprianum, se retractasse.

QVÆSTIO. III.

An saltem, ad valorem Sacramentorum, requiratur probitas, seu Sanctitas in Ministro?

AFFIRMARUNT olim Donatistæ, Albigenses, & alij Hæretici, vt refert Beccanus, loc. cit. afferentes: nō esse valida Sacramēta collata à Ministro existente in mortali.
Sed de fide etiam Respondeo: Non requiri ad valorem Sacramentorum. Quia sic definituit Trident. ses. 7. can. 12. de Sacram. in genere, per hæc verba: *Si quis dixerit Ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum confiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non confidere, aut conferre Sacramentum, Anathema sit.* Sic Concilium, & omnes Catholici.

QVÆSTIO. IIII.

An administ. recouisita sit Bonitas, seu Sanctitas in Ministro, ut licite admittat Sacra menta?

RESENDEO: affirmatiuè. Absolute enim, & simpliciter loquendo, illicitum est, & peccatum, administrare Sacramēta in peccato mort. Sic omnes DD. An autem sit peccatum mortale, an vero veniale? dicemus infra. Pro quo, nunc, solum notandum, quod ex Sacramentorum Ministris, alij sunt consecrati, & ex officio deputati administranda Sacra menta; alij vero, deputati, sed non consecrati; de omnibus ergo sigillatim agemus, inquirendo; an dum ministrant Sacra menta, teneantur esse in gratia?

(§)

QVÆSTIO. V.

An, Laicus, aut Clericus non Sacerdos, baptizans in mortali in necessitate, peccet mortaliter?

AFFIRMANT Durand. in 4. d. 5. q. 2. num. 6. Paludan. q. 2. art. 2. Gabriel, q. unica, ar. 3. cub. 2. Capreol. q. 1. art. 1. concl. 4. Adrian. q. 3. de Baptismo, Angelus V. Baptismus, 5. num. 10. Navar. de Pœnit. dist. 5. cap. in principio, num. 33. Vazquez, disp. 136. cap. 3. Reginald. lib. 26. num. 58. Ochagavia, q. 19. num. 6. Hurtado disp. 4. de Sacram. in genere, diff. 9. Lugo disp. 8. num. 150. pag. 150. & apud ipsum, Basilius Pontius de Matrim. lib. 1. cap. 8. num. 11. & Ledesma de Matrim. q. 42. art. 3. ad ultimum argum. Licet omnes addant: excusari à mortali, casu, quo esset aliqua necessitas, ratione cuius, nō vacaret actum contritionis elicere.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter: Quia non est ratio, quæ ad contrarium asserendum cogat, vt infra. Sic S. Thom. q. 64. art. 6. ad 3. Caiet. ibidem. Siluest. Baptismus, 3. num. 5. Sotus, dist. 1. q. 5. art. 6. Scot. in 4. d. 5. q. 2. ad 2. Suarez, disp. 16. sect. 3. Enriquez lib. 1. cap. 29. Valentia disp. 3. q. 5. punct. 3. Sanchez lib. 2. de Matrim. disp. 6. num. 4. Egidius, q. 64. art. 6. dub. 1. num. 37. Layman. lib. 5. cap. 5. n. 9. Bonacina disp. 1. q. 3. punct. 2. nu. 11. & 12. (Vbi male citat Vazquium pro hac parte). Sa. V. Baptismus, num. 1. & verb. Sacramentum, numer. 1. Beccanus, cap. 5. q. 7. Granado, tract. 5. disp. 5. num. 6. Montesinos, tom. 2. in 1. 2. disp. 28. q. 4. num. 62. Filluciuss, cap. 5. num. 85. Sayrus, lib. 2. c. 7. q. 1. art. 2. Joan. de la Cruz, q. 4. dub. 3. conclus. 1. Ludouicus de S. Juan, q. 5. art. 1. conclus. 2. pag. 29. Diana 3. p. tract. 4. resolut. 10. Sic dicens ex his apparent, non esse amplectendam sententiam Vazquez, 3. p. tom. 3. disput. 136. cap. 3. num. 30. Vbi assertit: etiam Laicos baptizantes in casu necessitatis cum peccato mortali, peccare mortaliter. Sed si hoc esset verum, vix, vix obstetricibus, & alijs laicis in tali casu adstantibus. Sic ille. An autem laicus ex illets in mortali, peccet mort. Si baptismum, extra necessitatem conferat, dicemus infra, tract. 2. de Bapt. disput. 4. q. 6.

QVÆ-

QUÆSTIO VI.

An saltum. Sacerdos, qui in mortali existens, baptizat in casu necessitatis infuntem, peccet mortaliter?

AFFIRMANT omnes DD. nuper pro prima sententia citati. Imo, & ex cœtatis pro secunda, Layman loc. cit. num. 3. & Egidius, num. 36. & ante illos, Palatios, in 4. dift. 5. & 6. disp. 2. conc. 2.

Sed probabilius Respondeo: adhuc non peccare mortaliter. Quia in dicto casu Sacerdos, perinde, ac Laicus baptizat: at iste non peccat mortaliter: ergo. Sic omnes ferre DD. pro nostra sententia, quæst. præced. citati. Qibus addi possunt Ledesma in summa, cap. 6. de Sacram. in genere, concl. 8. fol. mibi 16. Fernandez de Heredia de Sacram. in genere, part. 10. dub. 3. num. 4. & Nuñus, q. 64. art. 6. Citat etiā pro hac parte, Bonacina loc. cit. num. 11. Nauarum, cap. 25. n. 12. & Egidium, q. 64. art. 6. dub. 1. nu. 36. Sed utrumque male. Nam ambo oppositum docent. Nauar. dift. 5. de pœnit. in glossa, nu. 33. fol. mibi 300. & in min. cap. 22. num. 3. fol. 113. Nec cap. 25. numer. 12. oppositum docet: quia ibi nihil ad rem præsentem, tractat. Egidius vero, loco ab ipso citato, contrariam sententiam clare docet, per hæc verba: Sequitur quarto, idem dicendum de Sacerdote in necessitate baptizante, non solemniter. Quia proprio loquendo, utraque causa, etiam in hunc actum concurrexit, quia etiam ad hunc actum rite obeundum proprio Sacerdos consecratur, & gratiam accipit. Sic ille.

QUÆSTIO. VII.

An dominus, Contrahentes Matrimonium in mortali, peccent mortaliter?

AFFIRMANT, & quidem consequenter, Doctores supra citati, præser- tamen Basilius, Nauar. Vazquez, & P. de Ledesma, quos refert, & sequitur Lugo, nu. 150. citato. Hurtado etiam, de matrim. aifp. 3. dif. 22.

Sed probabilius, etiam consequenter, Respondeo: Non peccare mortaliter, ob rationem assignatam. Sic Autores sup. citati, nec non, & Layman. lib. 5. tr. 1. cap. 5. nu.

9. Egidius, loc. cit. num. 38. & P. de Ledesma in Summa, loc. cit. cub. 9. pag. mibi 21. (licet sibi contrarius) Villalob. tom. 1. tractat. 4. diff. 4. rum. 5. & alij, que s' assert, & sequitur Diana. 3. p. tract. 4. resol. 3. 99. Sua rez disp. 16. de Sacram. se ct. 4. S. ayrus de Sacram. ingen. lib. 2. cap. 7. art. 5. Sanchez etiam, loc. cit. & alij apud ipsum. Qui bene addunt; quod licet huiusmodi contrahentes in mortali, mortaliter non peccent contra hendo matrimonium; peccant tamen morta liter, illud Sacramentum in digne recipiendo. Quidquid in contrarium insinuet Sa, in prima editione, verbo Sacramentum, num. 1. loquendo de Sacramento Matrimonij, per hæc verba: *Forte etiam accipere matrimonij Sacramentum in peccato, non est tale peccatum, quæ verba deleta sunt in iumentacione & merito; Quia in digne, sive in mortali, sine contritione, Sacramentum non le git recipere, mortale est.*

QUÆSTIO VIII.

An denique Minister solemnitatis deputatus, & consecratus administranda Sacramenta, peccet mortaliter, illa in mortali administrando?

NEGLANT in primis, Hieronimus Lla mas, 1. part. sua methodi, cap. 1. §. 5. pag. 4. & par. 2. cap. 2. §. 12. pag. 260. per hæc verba: Tamen ad alia administranda Sacramenta: Imo, & Eucharistiam Sacram alijs dandam, non credimus obliga re præceptum contritionis, quidquid Nauar. (vti 1. part. biius summe, cap. 1. §. 5. diximus) affirmariit, absque vero fundamento: quia, qui Sacramentum administrat in mortali, non ponit obice in gratia, quam Sacramentum ex opere operato confert in recipiente digne: ergo non est noua culpa, cū dans Sacramenta non sit recipiens, & si perpetratur, sine fructu opus administrationis Sacramenti, idem de quocunque opere bono secundum se, esset dicere, quod esset error manifestus in fide danatus contra Lutherum, Concil. Trident. ses. 6. cap. 11. & can. 25. & vti, loco supra citato, diximus, doctrina est Sancti Thomæ, & communis. Sic ille.

Negant etiam aliqui Moderni, quos, tacito nomine, refert Ludovicus de San Juan, q. 5. de Sacram. in gen. art. 1. dub. 1. concl. 1. pag. 28. Sic dicens: Con Autores tan graves bien pronado queda, ser peccado mortal de su genero el administrar Sacramentos en pe-

gado mortal. He lo dicho esto tan por extenso, porque se, que anda muy valida la opinó contraria en algunos, cosa harto miserable, y digna de ser llorada. Sic ille, loco citato.

Sed (ó memoria labilis) ipsem Pater in eisdem summa, q. 8. de pœnit. art. 4. dub. i. disp. 2. pag. 503. & 504. expresse eamdem sententiam, quam prius cum lamentatione refutauerat, ex parte docet, his verbis. La duda principal de questo articulo resuelven otros en otra forma. Para cuya resolución apóre, q el estar en pecado mortal puede ser en dos maneras. La 1. en pecado mortal habitual, como el que tiene trato de amancebado, ó logrero, ó actual, de hecho, ó de complacencia en el. La segunda; en pecado mortal, no perdonado por la confession, ó contricion, mas passado el acto, se passó el proposito, ó complacencia. Esto supuesto, dicen estos Doctores los puntos que se siguen. Administrat qualquier Sacramento en la primera manera, esto es, en pecado mortal habitual, actual, ó complacencia en el, es gran pecado mortal de sacrilegio. Porque es gravissima la irreverencia que se hace al Sacramento. Administrar Sacramento en pecado mortal, no perdonado por la confession, ó contricion, no es nuevo pecado mortal. Esta conclusion se prueua. Lo primero, porque no teniendo pecado mortal, actual, ni habitual, ni complacencia, la irreverencia es leve. Lo segundo, porque ni los Theologos, ni los Concilios obligan a la confession al que ha de administrar, sino al que ha de comulgar; ni a tener contricion. Lo tercero, porque si obligara la contrición, huiria dudas, y escrupulos en los Ministros, como lo prueba Victoria, y Llamas con exemplo bien claro: v.g. estan tres Sacerdotes en pecado mortal, y no ay otro confessor. Si estos estuviesen obligados a la contricion, antes de oir confessiones, no se sabria qual dellos la tenía, para oir a los otros, y cada uno se ponía en ocasión de pecar en oyendo a los otros. De lo dicho se sigue, que aunque el dicho Ministro no está obligado a tener contricion, a lo menos lo está a no tener complacencia actual, y a tener algun proposito de arrepentirse. Así lo dice Siluestro. V. confessor 3. §. 4. Sic Ludouicus. Et paulo postea. De lo dicho se sigue, que quando los Doctores dicen comunmente, que administrar en mortal, es mortal, se ha de entender, en mortal actual, ó habitual. Ita hic Auctor, qui in primis, f. 1 sò citat Siluestrum, ubi supra, cum expresse oppositum doceat. Deinde, falso imponit

Theologis omnibus, quasi docentibus, non requiri contritionem ad administrationem Sacramentorum; cum oppositum omnes fere doceant; vt infra.

Pro hac etiam sententia, posset quis citare Ortiz in sua summa, cap. 19. de 4. precepto communionis, §. 3. fol. 183. col. 2. Nā hæc dicit verba. El consagrari este Sacramento, y el darle a los que le reciben, si estas obras haze el Sacerdote en pecado mortal, no peca mortalmēte. Sic ille. Cuius mētem ego plenè non capio, cum oppositum in fine capit is expresse doceat; & expressius, c. 4. §. 6. fol. 11. id ipsum docuerat; sed quidquid sit de hoc, In hanc sententiam inclinat, imo, & tenuit quidam vir doctus, quem tacito nomine, refert Nauar. de Pœnit. 4. 6. §. Sacerdos, num. 10. fol. mihi 339. col. 3. Tenuerunt etiam (vt refert Sayrus de Sacram. lib. 2: c. 7. art. 2.) Ledesma, 1. p. 4. q. 5. art. 6. & Enricus de Ganda in quodlib. 6. q. 30. Affirmantes, posse Sacerdotem existentem in mortali, ministrare, sine novo peccato, alia Sacramenta, præter Eucharistiæ, etiam extra casu necessitatis, dum tamen cōmode aliū habere nō posset, qui loco illius, illa ministret.

Sed ego certissime, Respōdeo: Prædictū Ministrum peccare mortaliter, quotiescumque in mortali conficit Sacramento (nisi per accidens excusat imposibilitate morali se iustificandi per actum contritionis eo, quod extrema necessitas suscipientis, ita ad Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ conferendum cogat, vt nequeat se ad gratiam moraliter præparare.) Quia, qui in statu peccati mortalis conficit Sacramenrum, vel facit contrapræceptum positivum Ecclesiasticum, datum in cap. vltimo, de temporibus ordinatio, & in cap. vltimo de cohabitatio. Clericor. & mulier (vt aliqui DD. volunt vel contra naturale; nam supposita Sacramentorum Sanctitate, & Ministeriorum consecratione, ex natura rei sequitur, vt sancte ab huiusmodi Ministeris dispensentur (vt alij dicunt). Vel denique cōtra præceptum diuinum positivum, habitum ex perpetua traditione Ecclesie (vt alij sentiūt). Vel simul contra hæc omnia præcepta ergo. Sic S. Thom. q. 6. 4. art. 4. & 6. & ibi Caïet. Nunus & Egidius. Sotus in 4. disp. 1. q. 5. art. 6. Scotus, disp. 5. q. 2. ad 2. Enriquez, lib. 1. c. 2. 9. & apud ipsum, Ricard. Ledesma, Gabriel, Durand. Palud. Adrian. Siluester, & alij. Nauar. loc. cit. & in manu. cap. 22. nu. 3. Suar. disp. 16. sect. 3. Vazq. disp. 36. Valent. disp. 3. q. 5. pun. 3. Bonac. disp. 1. q. 3.

fur. Et. 2. §. 1. num. 2. & apud ipsum, Sayrus, Chamerota, Reginaldus, Pitigianus, Viualdus, Angles, Pesantius, & alij. Granados tra. Et. 5. disp. 5. num. 4. Hurtado disp. 4. diff. 9. Lugo disp. 8. numer. 146. pag. 149. Filiccius tract. 1. cap. 5. q. 10. Torreblanca lib. 2. practicarum cap. 4. num. 48. Ochagavia tract. 1. de Sacram. in genere, q. 19. nu. 4. Layman tract. 1. de Sacram. in genere. c. 5. num. 7. Villalobos to. 1. tract. 4. diff. 14. num. 1. Vega 2. to. summa cap. 39. casu 2. Binstedius in Enchirid. p. 1. de Sacram. in genere. cap. 3. §. 3. p. g. mibi 30. Summa Confessorum. fol. mibi 8. Sa. V. Sacramentum, num. 1. Moure p. 3. cap. 1. §. 6. numer. 1. fol. mibi 228. P. Ledesma de Sacram. in commun. cap. 6. concl. 6. fol. mibi 15. & dub. 3. post octauam conclusionem. Luysius Turrianus in suis selectis centuria 4. cub. 54. & 76. Ioa. de la Cruz de Sacram. in genere, q. 4. cubit. 3. conc. 1. fil. 133. Philibertus, tra. Et. t. 2. de Ordine, p. 8. cap. 8. num. 7. pagin. 276. Summa Theologica, sexto loco, vbi de Baptismo, pag. mibi 133. Sic etiam Victoria in summa: vbi, §. de Contritione, num. 112. fol. mibi 100. hec verba habet. Loquendo de hoc præcepto (scilicet, contritionis) in quantu est affirmatum, obligat semper, sed non ad semper, sicut & reliqua præcepta affirmativa: scilicet, in casu necessitatis, putâ cum quis administrat, vel recipit Sacramentum, vel in iuricidio mortis. Sic ille. Male ergo citatur Victoria pro opposito à Ludonico; forte de captus, quia Victoria, num. 136. docet, administrandum Sacramenta, non teneri Sacerdotem confiteri; quia alias sequeretur perplexitas: Nam si essent decem Sacerdotes omnes in peccato mortali, quis andiret prius alterius confessionem? Sic ibi Victoria. Vbi, non dixit, non teneri conteri; sed non teneri confiteri: quod verum est.

QUÆSTIO IX.

Ans. saltem, sit probabile afferere; non peccare mortaliter, illum, qui in mortali conficit Sacramentum, ad quod specialiter est consecratus Minister?

AFIRMANT adhuc, præter citatos, pro prima sententia, Doctores, non nulli: Recentiores, quo sego in suis manuscriptis legi, docentes: Non esse omnino improbabile, afferere: non peccare mortaliter, Ministrum solemitatis, in

mortali ministrando Sacra menta; dummodo prius elliciat (si tempus vacet) actum attritionis, aut habeat aliquam displicantiam peccati à se commissi.

Probant I. Quia sententia negans peccare mort. Ministrum administrantem in mortali, habet pro se non lenia fundamenta, vt constat ex tribus rationibus, quas pro illa refert Ludouicus (vt vidimus) & ex alijs quinque, quas ex illo viro docto, adducit Nauar. hæc post illas, dicens (loc. cit.) verba: *Equique vellem banc sententiam effeveram, eam tamen ipse affirmare non ausus in propter prædicta, quæ tamet si urgere videantur, concludunt tamen minimè. Sic ille. Vrgent ergo in sententia Nauarri argumenta sententia huius.*

Secundo. Quia nulla est ratio, quæ efficaciter ostendat, dictam sententiam esse improbabile, vt in genue confiteri. Granados, tract. 5. cit. disp. 5. num. 6. per hæc verba: *Quod Minister peccet mortaliter in administrandis Sacramentis cum conscientia peccati mortalis, non est adeo exploratum, attenta efficacitate rationis: quia re vera nulla est ratio id omnino conuincere; licet certa sit, propter autoritatem. Sic Doctus Grano do: ergo præfata sententia, non est vnde quaque improbabilis, alias id euidenter ostenderent, tam graues Theologi.*

Tertio. Quia Minister, non consecratus, non peccat mortaliter, conficiens Sacramentum in mortali, vt supra, q. 5. satis probabiliter est habitum; ergo et iam probabiliter inferri potest, quod nec Minister ex officio, & administrandum Sacramentum specialiter deputatus: patet consequētia; quia probabile satis est, quod obligatio, qua quis tenetur ministrare Sacra menta in gratia, non oriatur ex consecratione Ministri, sed ex sanctitate Sacramenti, & Christi, principalis agentis, & reverentia illis debita: quia non minus exhibere debet Minister non consecratus, quam consecratus: ergo si primus, in opinione probabili, non peccat mort, in mortali conficiens Sacramenta; nec secundus, in opinione probabili, peccabit mort.

Quarto. Quia probabile est, quod non detur expressum præceptum, quo prohibetur non administrari Sacramentum in mort, vt concedit Nauar. d. 6. cit. num. 10. §. Ad sextum, & probari potest. Quia in primis non est prohibitum, iure aliquo positivo humano, aut diuino, vt probabiliter probat Hurtado disp. 4. diff. 9. rursus, quod sit prohibi tum

tum Iure diuino naturali, orto ex natura Sacramentorum, quam ex Christi institutione habent, ut cum reuerentia ab omnibus Ministris tractentur; solum est probabile, & verisimile, ut docent Suarez disp. 16. sect. 3. & Filuc. cap. 5. n. 86. Ergo solum erit probabile, quod Minister in mortali administrando, præceptum aliquod transgredietur: Contrarium ergo, non erit improbabile.

His tamen non obstantibus, nunc absolu te, certissime, & absque vlla hæfitatione, Respondeo: præfata sententiam, esse omnino improbabilem. Quia, ut talem, (admissus) delere mandarunt, ex Summa Hieronimi Llamas, 1.p. cap. 1. §. 5. Censores fidei, per indicem librorum expurgat. editum in Hispania, pro tota illa, anno Domini 1640. Sic etiam antea, dictam sententiam improbabilem dixerunt Petrus de Ledesma dub. 3. cit. & Luysius Turrianus loc. cit. Vbi sic sit: Hætenus communis opinio fuit, peccare mortaliter Sacerdotem, qui ministrat Sacramentum penitentiaz instatu peccati mortal. Referuntur tamen hoc tempore, aliqui Recentiores afferentes; non esse peccatum mortale, talem administrationem in peccato mortali. Mihi autem doctrina hæc, non solum improbabilis videtur, sed etiam temeraria, contra communem sensum Doctorum, sine idoneo fundamento; & multis etiam apparet scandalosa, & que parum fuet Sanctitat Ministrorum. Sic Luysius, & nunc, ego.

Nec argumenta contraria, nunc urgunt, quia omnia (fere) auctoritate nituntur, quæ post decretum Sanctæ Inquisitionis, omnino ruit.

QVÆSTIO. X:

An, qui est in mortali teneatur premittere confessionem administrandum, vel conficiendum quodlibet Sacramentum?

AFFIRMANT Marsilius in 4. q. 12. art. 1. p. 5. Adrianus, & Palud. diff. 5. q. 2. & nouissime Molfes, 1. part. summae tract. 7. cap. 10. num. 17. vbi sic ait: Secundo: quotiesquis vult Sacra menta suscipere, vel alteri administrare, similiter tenetur peccata mortalia confessari, si potest, alias faciat actum contritionis, cum propo sito confitendi, &c. Sic ille (licet contrarium, sibi contrarius, doceat alias;) Sed longe multo probabilius, Respon-

deo: Non teneri præmittere confessionem ad conficiendum quodlibet Sacramentum, præter Eucharistiam, sed sufficere elicere contritionem in re, vel faitem putatam, ut alias latius dicemas. Sic Suarez disp. 16. sect. 3. vers. Sed queret aliquis. Vazquez disp. 136. cap. 1. Hurtado disp. 4. diff. 9. Lugo disp. 8. num. 145. Philibertus loc. cit. Bonacini loc. cit. num. 33. & communis Theologorum.

QVÆSTIO XI:

An, ad valorem Sacramentorum legis gratia requiratur in Ministro intentio facienda Sacramentum, formaliter?

NEGLANT Lutherus, Calvinus, & alij hæretici nostri temporis, atque apud Bellarminum, lib. 1. cap. 27. & apud Beccanum, cap. 5. quest. 2. dicentes: nullam prorsus intentionem ad valorem Sacramentorum necessariam esse; sed sufficere debitam formam, materiam debitam applicari, licet à Ministro facte, iocose, art irrisoriè applicetur. Citat etiam pro hac parte Hurtado disp. 4. diff. 4. Ambrosium Chaterinum in opusc. de intentione Ministri; sed in merito profecto, quia multum à sententia Hæreticorum abest Chaterinus; ut benè notant Granados, tract. 5. disput. 4. sect. 1. & Lago disp. 8. num. 14. pag. 125. Sed quidquid sit de hoc.

De fide certissime Respondeo: ad valorem Sacramentorum, necessariam omnino esse intentionem (id est, voluntatem) faciendo Sacramentum; aut faciendo, quod instituit Christus; vel quod intendit Ecclesia; vel quod faciunt Christiani; aut aliam similem intentionem. Sic definitur in Trident. ses. 7. can. 11. his verbis: *Si quis dixerit in Ministris, dum Sacra menta conficiunt, aut conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendo, quod facit Ecclesia, Anathema sit,* & ses. 14. cap. 6. & in Concil. Florent. In decreto fidei. Et sic tenent omnes Catholicæ. Legantur Suarez, tom. 3. disp. 13. sect. 2. Bellarmin. libr. 1. de Sacram. cap. 27. & 28. Vazquez, disp. 138. cap. 2. & alij Recentiores. (.:)

QVÆS-

QUÆSTIO. XII.

An, ad valorem Sacramentorum, sufficiat intentio preferendi verba legitima, super legitimam materiam, prout Ecclesia iubet?

AFFIRMARUNT Chaterians, & alij viri docti, eius coetanei, quibus auent Paludan, in 4.d.6.q.2.art.3. & Silvest. verb. B. prisnas, 3.7.12. & tenet nonissimè Ioannes Marius, Gillus, in summa Theologie, disp. 1. de Sacram. q. 6. & 7. docentes sufficere ad valorem Sacramentorum intentionem faciendi actum externum, & preferendi verba legitima, eo modo, quo ab Ecclesia preferri, & fieri solent, quantumvis Minister interius intentionem habeat illudendi, & non conficiendi verum Sacramentum: cum vere habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia.

Sed certissime omnino Respondeo: ad valorem Sacramentorum, non sufficere intentionem preferendi legitimam formam, supra legitimam materiam, prout Ecclesia iubet; sed necessario requiri, etiam intentionem faciendi Sacramentum, vel id quod, ea externa actione, & ceremonia intendit Ecclesia, aut instituit Christus. Sic tenent omnes Doctores communiter cum Magistro in 4.d.6. Alex. 4.p. mem 3. art. 1. S. Thom. q. 64.art. 10. Suarez, disput. 13 se^t. 2. Vazquez, disp. 138. Granados, tract. 5. disp. 4. se^t. 1. Lugo, disp. 3. se^t. 2. Hurtado, disp. 4. if. 4. Bonac. disp. 1. q. 3. pun. 2. §. 3. num. 6. & alij.

QUÆSTIO XIII.

An, ad valorem Sacramenti, sit necessaria in Ministerio, intentione conferendi effectum Sacramenti, nempe, gratiam?

AFFIRMANT Alexand. apud Enriques, lib. 1. cap. 10. num. 6. lit. G. & apud Vazquez, disp. 33. numer. 35. Ricardus.

Sed certissime, Respondeo: Non esse necessariam. Quia alias haeretici, qui negant produci gratiam per Sacramenta; & rudis homines, qui nesciunt an Sacramenta conferant gratiam, nullum possent valide conferre Sacramentum, quod falsum est. Nam baptismus etiam ab haereticis, & rudibus homi-

nibus collatus habetur ab Ecclesia validus, nec propterea iteratur. Itaque, si quis diceret: ego volo ministrare baptismum, sed non date effectum, quo baptizatus mundetur a peccato; vere profecto baptizaret, cum omnia requisita ad valorem baptismi concurrant, cuius effectus, nequit per accidentalem intentionem Ministri impediri. Sic Enriquez, loc. cit. Suarez, disp. 13. se^t. 2. Sotus in 4. dist. 1. q. 5. art. 8. Scot. d. 6. Bonac. loc. cit. num. 7. Granados, loc. cit. num. 10. Hurtado, & Vazquez, loc. cit. Lugo, disp. 8. num. 32. pag. 123. Raconins, tract. 2. dis. fut. 1. quæst. 2. art. 2. pag. mibi 29. & comuni.

QUÆSTIO XIII.

An, ad valorem Sacramentorum, sufficiat, & requiratur, intentione actualis facienda Sacramentum; vel quod facit Ecclesia; vel quod Christus instituit?

RESPONDEO: sufficere, sed non requiri. Prima pars constat. Quia intentione actualis, qua quis aut perficit Sacramentum, actualiter vult illud confidere, aut facere, quod Christus, vel Ecclesia intendunt, est maxima intentione: ergo sufficiens ad valorem Sacramenti.

Secunda vero pars, etiam constat. Quia nimis durum esset id à Ministris exigere: cum valde humanum sit, dum Sacramentum ministrant aliò, etiam inadvertenter, diuersti. Admonet tamen S. Thom. quæst. 64. art. 8. ad 3. Ut studiosè curet Minister habere intentionem actualem; & bene quidem: quia non tam exigitur, ut ipse formaliter, & expresse tunc dicat, ore, vel mente: *Ego intendo Sacramentum confidere; intendo facere; quod facit Ecclesia*, ut multi scrupulosi faciunt; sed ut mente operi assistat, & attendat ad tantum negotium, quod tunc peragitur. Sic Bellarmin. lib. 1. cap. 27. Scotus in 4. dist. 1. quæst. 5. art. 8. in fine. Enriques, libr. 1. cap. 10. num. 2. Granados, loc. cit. se^t. 2. num. 11. Filuc. tract. 1. num. 75. & 76. Bonac. loc. cit. num. 11. Lugo, loc. cit. num. 72. Hurtado, disp. 4. diff. 5. Reginald. libr. 26. numer. 37.

QVÆSTIO.

QVÆSTIO XV.

An. ad valorem Sacramentorum sufficiat etiam, & requiratur, intentio virtualis explicata?

RESPONDEO: sufficere, & requiri: Est certissima responso; pro cuius intelligentia sciendum est, quod intentione virtualis explicita dicitur illa, quæ aliquo modo remanet in effectu ex aliqua alia intentione actuali, & formaliter prius habitaver. g. Quis habuit domi expressam, & formaliter voluntatem consecrandi, & eo sine domo exit, sacrificium ingreditur, vestes sacras induit, sacrificium offerit, & tandem profert verba consecrationis; licet ille non recordetur intentionis, vere consecrat; quia virtualiter perficerat illa prior voluntas, cù ratione illius facta sint ea, quæ ad consecrationem Ordinatur. Sic omnes DD. præcipue nuper citati. Vazquez disp. 138. c. 6. Suarez disp. 13. se ct. 3. Nuñus q. 64. art. 8. Agidius ibi dub. 1. num. 71. & alij, quos citat, & sequitur Diana 2. par. tract. 17. resol. 32. Granados 1. c. num. 13. Qui ad consolationem sacerdotum, qui scrupulis in hac re angusti solent, post à nobis ex illo dicta, hæc addit. Res quidem in praxi, ni fallor, nullius scrupuli est; Reste autem non nulli dicunt, tunc censeri Ministru[m] habere intentionem virtualem, quando si interrogaretur, quo sine, aut quare profert verba, & applicet materiam, statim sine noua deliberatione responderet; se id facere. ut Sacmentum verum conficiat. Sic ille.

QVÆSTIO XVI.

An ad valorem Sacramenti, satis etiam sufficiat intentio habitualis implicita, & confusa?

AFFIRMAT Enriquez lib. 1. c. 10. num. 2. pe hæc verba. Porro, dum quidam Doctores aiunt: habituali[m] intentionem sufficere, minus propriæ loquuntur, & usurpant pro virtuali intentione: quæ sic dicenda est, quannis non videatur fluxisse ex efficaci vi, & motu prima intentionis, aut quia licet numquam habuit intentionem sic explicitam, volo facere quod Ecclesia Romana intendit, vel quod Christus instituit; habuit tamen confusam; ut si quis Ordines sacros suscepit, ut fiat Sacerdos, &

minister Ecclesiæ, & absque alia formalis intentione (si nunquam habuit contrariam) consuevit celebrare, & ministrare sacramenta, et iam cum distractione mentis: hic enim conficit Eucharistiam, & alia Sacra[m]enta. Sic Enriquez qui pro se citat Sotu disp. 1. q. 5. ar. 8. ad 3. & Nauarrum c. 25. num. 91. Quos & Valentiam disp. 3. q. 5. pun. 3. Vers Intentio autem implicita citant Bonac. & Filucius, & esse probabile insinuat Diana l. c. infine.

Sed probabilius longe Respondeo: absolve loquendo, non sufficere. Quid prædicta intentio, non est virtualis, sed habitualis, cù virtualiter non perficeret in aliquo effectu, sed interrupta sit per plures actiones impertinentes. Sic Bonacina l. cit. num. 15. Granados num. 12. Filucius tra Et. 1. n. 77. qui contrarium asserere, absurdum per hæc verba dicit: Verum hoc modo, qui cum suscepit Sacerdotium, habuit animum semper consecrandi, & hunc non retractauit; si deinde non aduertens quod agit, se paret ad sacram, & semper sit distractus dum celebrat, dicetur habere virtualē intentionem, atque adeò verè consecrare: quod tamen nemo non censeret absurdum. Sic ille. Qui tamen, non bene (sicut, & alij supra citati) refert pro contraria sententia Nauarrum, Sotu: & Valentiam; Nam imprimis, meus Nauartus loco ab ipsis citato fol. mibi 162. col. 3. nec verbum de hac re loquitur, & Valentia, & Sotus, nullo modo à nostra discedunt sententia, si attente legantur, ut tandem vidit Bonacina, & constabit plane ex dicentibus quest. 18.

QVÆSTIO XVII.

An ad valorem Sacramenti, satis etiam sit, intentio habitualis in Ministro?

RESPONDEO Negatiue. Quia actio effectiva Sacramentorum debet esse humana, & rationalis: Sed intentio habitualis, non facit actum perfecte humanum: ergo. Sic omnes DD. cù D. Tho. q. 64. art. 8. Caiet. ibidem, Suarez disp. 13 sect. 3. Vazq. disp. 138 cap. 2. Agidius quest. 64. art. 8. dub 2. n. 73. Ochaganus quest. 23. num. 3. Lugo disp. 8. nnm. 90. & Enriquez lib. 1. c. 10. n. 2. & alij omnes,

(.)

QVÆS-

QUÆSTIO XVIII.

*An valide conficiat Sacramentum ille, qui, ea die, quanatus est infans, habuit actuali-
lem intentionem illum baptizandi; sed
et apud postea oī diebus, non
repetita intentione, eum
fortuitō bap-
tizat?*

AFFIRMAT Enriquez l. c. Quia ex-
stimat; talem intentionem esse, & ma-
nere virtualiter. Sic enim ait: *In-
tentionis virtualis est illa, qua præcessit ex a-
liqua actuali prius habita, ita ut actum
non interruperit contraria intentione, aut
longioris temporis interruptione; & hæc
fatis est, quamvis dū ministrat, vel celebrat
distractione vagetur, absque memoria pri-
ma intentionis, vel si ante annum habuit
intentionem baptizandi, vel consecrandi
non reuocatam habet. Sic ille.*

Sed probabilius longe, Respondeo: Ne-
gatine. Quia in eo casu, non manet inten-
tio virtualis, sed habitualis, vt bene Bonac-
lio. cit. num. 16. Granados num. 12. Lay-
man tract. 1. cap. 5. num. 12. et col. 3. Aegidius lo. cit. & Sotus in 4. disp. 1. quæst.
5. art. 8. expresse per hæc verba: *Ac forsitan
hic quispiā pulsaret animū, cuant a scilicet
intercapto temporis sufficiat, ut illa, qua
præcessit intentio, neque in virtute duret.*
Planum enim est, quod si Sacerdos, illa die,
qua nascitur infans, proponat illum baptizare,
sed tamen in toto dierum octonario
nunquam amplius de eo cogitet, sed sicut dū
quis barbam absque illa cogitatione fricat,
sic illum fortuitō, oī eam die baptizet, pro-
fecto videtur baptismus ille, absque ligiti-
ma intentione fieri. Ad hoc autē, nō opus est
alii responsione, quam verba S. Thomae re-
petero. Ait namque: *virtualē intentionē
requiri, ut quando Sacerdos ad Sacramen-
tum ministrandum accedit, tunc intendat
facere, quo & facit Ecclesia. Itaque requiri-
tur tam proxima intentio, ut illa moueat
membra, vel ad eundum in Ecclesiam, vel
ad preparandum se &c. ita ut tota illa ac-
tio sit actus humanus, in virtute prioris de-
liberationis. Huc usque Sotus. S. Tho-
mas, & ego. Sic etiam Vega 1.
part. cap. 33. casu. 58.*

& alij penes
ipsum.

QUÆSTIO XIX.

*An conficiat Sacramentum, qui sine debita
intentione incipit verba for-
ma proferre?*

RESENDE oī sub distinctione. Si verba prolatā à Ministro sine intentione, sunt de substantia formæ, nullo modo fit Sacramentū, eriam si cum debita intentione reliqua verba subiungat; secus alias. Sit exemplum. Qui sine debita intentione consecrandi proferret illa verba formæ; *Hoc* est; nullo modo consecraret, licet postea cū debita intentione subiungeret; *corpus mortuū*. Qui vero baptizando proferret illam particulam, e.g., sine intentione; ceteras vero, cum intentione subiungeret, valide Baptizaret. Sic Syrus, & Chamberota, quos affect, & sequitur B. nac. l. c. num. 14.

QUÆSTIO XX.

*An ad valorem Sacramenti, requiratur
intentio absoluta?*

RESENDE certissime. Requiri;
nec sufficere conditionata, nisi talis
sit, qua statim transeat in absolutam.
Prima pars constat. Quia intentio debet
esse efficax: at sola absoluta est talis: ergo.
Secunda vero, probatur. Nam conditio, qua
apponi intentioni potest, vel est de præterito,
vel de presenti, vel de futuro: ut si quis
dicat: *ego te baptizo si non es baptizatus:
ego te baptizo si es masculus: ego te baptizo,
si restitutus m' feceris.* Si ergo Sacramentū
ad iuramentum sub conditione de præterito,
vel præsenti, tunc validum profecto erit, si
res ita est, vel fuit, sicut in conditione ex-
primitur: quia voluntas conditionalis, con-
ditione in re posita, transic in absolutam;
in validum vero, si conditio illa non fuit in
re, aut est. Si vero Sacramentū administretur
sub conditione de futuro, nullum erit;
quia huiusmodi conditio, semper est con-
traria substantiæ Sacramenti. Sic authores
cit. præcipue, Nauartus cap. 26. num. 12.

Caiet. verb. absolutio cap. 1. Enriques
lib. i cap. 10. n. 7. & communis
apud omnes.

(9)

C QUÆS-

QUÆSTIO XXI.

An. Hac intentio conditionalis de praesenti; ego te baptizo, si non es hereticus, sufficiat ad efficiendum Sacramentum validum?

NEAT Sotus in 4.d. 1.q.11. ar.8. &
ita acriter, ut dicat, In nulli ortodoxo-
rum hoc indubium renocare licere.
Sed certe probabilius Respondeo: suffi-
cere, si talis conditio ad sit in baptizando:
Quia in hoc casu, intentio condicionalis Mi-
nistris, transit in absolutam. Sic Enriquez
lib. 1. c. 10. num. 7. & Becanus c. 5. quæst. 4.
num. 8. Qui, contra alios, idem existimat
dicendum de Sacramento, cū hac condi-
tionali Ministrato; ego te baptizo, si es præ-
destinatus. Et bene, quia eadem est in utro-
que casu ratio.

QUÆSTIO XXII.

*An. apponere conditionem in conficiendis
Sacramentis, sit peccatum
mortale?*

RESPONDEO cum distinctione. Appo-
nere conditionem de futuro, semper
est mortale: apponere vero condi-
tionem depræterito, vel præsentis, si ad sit
causa rationabilis, nullum erit peccatum; si
desit, erit, & mortale. Sic Enriquez lib. 1. c. Su-
arez disp. 13. sect. 3. Reginald. lib. 36. num.
39. Naldus, Nuñus, Sa & Egidius, quos ci-
tat, & sequitur Bonac. lo. ci. num. ultimo, &
alij communiter. Sed de ac quæstione, sicut
& de alijs, quæ hic ab aliquibus tractari so-
lent, iterum tractatu de Baptismo, & de Pe-
nitentia agemus.

DISPUTATIO V.

De Subiecto Sacramentorum.

QUÆSTIO PRIMA.

*An. soli Homines Viatores sint capaces
Sacramentorum?*

RESPONDEO affirmatiue. Quia solum ad salutem eo-
rum instituta fuerunt. Verum tamen est, quod depo-
tentia absoluta, etiam ho-
mo beatus potest Sacra-
menta recipere, cū in hoc
nulla reperiatur implicatio. Sic omnes DD
communiter.

QUÆSTIO II.

*An. ad valorem Sacramentorum, nece-
ssaria est intentio, seu consensus, in adul-
tis recipientibus?*

NEAT Glosa in cap. Solet. de conser-
v. d. 4. & in cap. Maiores de Baptis-
mo. docens: Validum esse Sacramen-
tum, licet adultus, qui illud recipit, corde
dissentiat, dummodo ore consentire dicat.
Negant etiam Cajet. 3.p.q.6.S. ar.7. & Le-
desma in 4.d. 1.p.q.9. ar.7. affirmantes:
ad valorem Sacramentorum, non requiri,

adhuc in adultis, (nam in parvulis certum est
non requiri) positivum consensum illa reci-
piendi; sed sufficere non habere voluntatem
contrariam.

Sed certissime, Respondeo: Ad valorem
Sacramentorum, necessarium esse positivus
consensum, intentionem, & voluntatem adulti
suscipientis, (excepto ad valorem Sacra-
menti Eucharistie.) Quia in Ministro requiri-
tur intentio positiva ministrandi, ut supra est
habitum; ergo, & requiri debet in recipien-
te. Sic Innocent. III in cap. Maiores, rite
D. Tho. q.68. ar.7. Scot. in 4.d. 4.q.4. Su-
arez disp. 14. sect. 2. Vazquez disp. 128 nu-
m. 65. Egid. a. 68. ar.8. dub. 5. Hurtado disp.
4. diff. 13. Lugo disp. a. num. 115. pag. 188.
Granados tract. 5. disp. 6.n. 3. Bonac. disp.
1. q. 6. pun. 2. n. 1. Layman tract. 1.c. 6. n.
4. & communis.

QUÆSTIO III.

*An. ad valorem Sacramenti, sufficiat inten-
tio, seu voluntas habitualis adulti,
qui illud recipit?*

NEEARE Videntur Filluci tract.
1.c. 8. nu. 121. & Ochag. q. 23. n. 8.
Vbi sic dicit. Hortamen aduertere
oportet, ad valorem Sacramentorum, qua recipi-
tur

turab adiutis hominibus (excepto Sacramento Eucharistiae, cuius valor, non dependet ex voluntate suscipientis) requiri voluntatem directam, & actualē, vel virtutalem recipiendi illa. Sic ille:

Sed probabilitus longe, Respondeo: sufficiere intentionem habitualem, sive specialem, & expr̄ssam; sive generalē, & implicitam, (qua ex vi professionis Christianae censetur quis velle recipere, debito tempore Sacra menta) ad valide recipienda omnia, vel saltem aliqua Sacra menta. Itaque, ut quis valide, & fructuosè Sacra menta recipiat, sufficit habuisse aliquando voluntatem actualē, & expr̄ssam illa recipiendi; vel petuisse implicite. Ex quo sequitur, valide, & licite posse administrari Sacra menta Eucharistiae, & Extremæ uincionis, (& forte Pœnitentia, saltem subconditione) homini existenti in periculo mortis, si Catholice vixerit; etiam si explicite id non petierit. Quia sic viuendo, censetur petuisse sacramenta, que conferuntur tali articulo. Sic colligitur ex Concil. Aranisano i.c. i i. & tenent Valent. d. 4. q. 2. pun. 2. Suarez disp. 14. se ct. 2. Enriq. Silvester Reginald. quos citat, & sequitur Bonac. disp. i. quest. 6. pun. 2. n. 8. Hurtado disp. 4. difficul. ultima, insine. Layman l. c. num. 4. & etiam ex parte Aegidius quest. 64. art. 8. dub. 5. num. 103. Sic dicens: Not. ut quis Sacramentaliter absoluatur, debuisse id petuisse explicite, sua peccata, saltem in genere confitendo, quia actus pœnitentis sunt pars huius sacramenti, ut suo loco dicemus: Pro reliquis sacramentis sufficit ea implicite petuisse. Sic ille, & sic Lugo disp. 9. n° 122 & sequen.

QVÆSTIO III.

An, requiratur aliqua dispositio in adulto suscipiente sacra menta, ut recipiat gratiam?

RESPONDEO: Requiri, Nam ad recipienda Sacra menta viuorum prærequiritur status gratiae, saltem perse loquendo; ad alia vero recipienda, licet non prærequiratur status gratiae, quia perse sunt ordinata ad dandam primam gratiam, prærequiritur tamen, aliquis dolor de peccatis ex motu supernaturali susceptus; ut in Baptismo, & Pœnitentia. Sic omnes Doctores.

Legantur Enriquez lib. 2. cap. 24. à n.

3. Bonac. disp. 2. q. 2 pun. 6.
& num. 14.

QVÆSTIO V.

An Sacra menta eiusdem rationis, equalē, gratiam omnibus suscipientibus conferant, si æqualiter disponuntur sint?

NEGLANT Paludan. in 4. d. 4. q. 1. ar. 9. n. 1. Scot. dist. 4 q. 7. Gabriel q. 2. ar. 2. conclu. 7. & Caiet. q. 64. ar. 1. docentes (licet ex diuerso fundamento) semper conferre inæqualem gratiam, etiam infantibus.

Sed certissime, Respondeo; semper conferre æqualem gratiam subiectis æqualiter dispositis. Quia non potest asignari ratio, cur unius plus gratiae tribuatur, quam alteri; Nam, ut constat ex Tridentin. sess. 6. o. p. 7. dispositio cuiusque est mensura gratiae accipienda: ergo non datur minor gratia non habenti minorem dispositionem. Sic D. Thom. in 4. dist. 4. quest. 2. ar. 3. quest. 2. & 3. par. quest. 64. art. 1. & 2. & quest. 69. art. 8. Alens. par. 4. quest. 21. memb. 3. Suarez disp. 7. se ct. 5. Vazquez disp. 135. Aegidio quest. 62. art. 1. dub. 3. Hurtado disp. 3. diff. 5. Layman tract 1. cap. 6. num. 9. Bicanus cap. 3. quest. 9. Lugo disp. 9. se ct. 2. pagin. 168. Bonac. disp. 1. q. 4. pun. 3. num. 1. Granados tract. 64. disp. 3. num. 3. & communis.

QVÆSTIO VI.

An, etiam, Sacra menta eiusdem species, semper conferant equalē gratiam subiectis inæqualiter dispositis;
v.g. Homini attrito, & contrito?

AFIRMANT adhuc aliqui, quos tacitonomine, referunt Suarez, Aegidius & Bicanus II. cc.

Sed certissime, Respondeo: Nunquam Conferre æqualem gratiam, sed semper maiorem subiecto melius disposito. Quia sic clare colligitur ex Triden. loc. cit. ubi agens de iustificatione adulteri, que fit per Baptismum, dicit, eos suscipere iustitiam internam, unum quemque suam, secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis, prout vult, & secundū propriā cuiusq; dispositiōē &c. ergo Baptismus, & cōsequenter, omnia alia sacra menta, non conferunt semper æqualem gratiam, sed inæqualem

pro inegalitate dispositione subiecti. Sic omnes DD. citati, precipue Lugo, qui dicit nullum inuenisse Auctorem oppositorum sententiarum.

QVÆSTIO VII.

An omnia Sacra menta sicut suscep ta, ablati fictione, seu obice, conferant suum effectum?

NE GANT quam plures Doctores. Nam in primis Sotus in 4. d. 6. q. 1 art. 3. Vazquez disp. 101. c. 2. Hurtado disp. 3. diff. 8. & alij, docent; nulli Sacramento, nisi baptismo, conuenire, conferre gratiam, recedente fictione.

Alij, Baptismo, & etiam Pœnitentia Sacramento; conuenire affirmant. Ita Durand. in 4. dis. 4. quæst. 4. n. 8. & d. 17. q. 13. num. 7. & Canus de pœnit. par. 5.

Alij, id tribuunt omnibus, & solis Sacramentis imprimentibus characterem, nempe; Baptismo, Confirmationi, & Ordini. Ita Maior in 4. d. 4. q. 2. & Couarr. in cap. Alma mater 1. par. 6. 4. num. 23.

Alij, his tribus Sacramentis, addunt Pœnitentiam. Ita Palud in 4. d. 4. q. 5. & Silvestri. Baptismus 4.

Alij, dictam efficaciam gratiae, non solum tribuunt Baptismo, Confirmationi, & Ordini, verum etiam Matrimonio, & Extrema uincioni; ita Egid. q. 62. ar. 1. dub. 3. à num. 74. & Ludouicus Tena Episcopus Tortuensis apud Hurtadum lo. cit.

Alij, id tribuunt omnibus Sacramentis, vna excepta Eucharistia. Ita Suarez disp. 28. sect. 6. Filuc tract. 1. n. 143. Lugo disp. 9. num. 100. qui pro sua sententia citat Egidium, loco à nobis nuper citato, sed non bene: ait enim ibi Egidius num. 78. de Sacramento Pœnitentiae, nihil hic dico: quia probabilius credo, non dari informe. Sic ille.

Alij denique, nulli Sacramento id concedunt, apud Hurtadum, & Filucium.

Probabilius tamen Respondeo: omnia Sacra menta sicut suscepta, ablata fictione, suum effectum conferre. Sic S. Thom. in 4. d. 17. quæst. 3. art. 4. quæst. 1. Caietano tom. 1. Opusc. tract. 5. quæst. 5. §. communis autem. Petrus de Soto lec. 5. de Baptismo Bonacina disp. 1. quæst. 6. punz. n. 3. (quietiam male citat Suarium pro hac parte) Enrriquez lib. 1. cap. 24. Q. 25. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An, sit licitum petere Sacramentum, extra mortis articulum à Ministro non tolerato?

RE S P O N D E O: Negative. Quia Ecclesia strictissime id prohibet. Dicitur autem Minister non toleratus, qui nominatim est excommunicatus, aut manifestus percursor Clerici; & etiam degradatus, suspensus, interdictus, & irregularis, publice, & nominatim denunciatus. Sic Sotus in 4. d. 22. quæst. 1. Suarez, Enrriquez, Sayrus, & alij, quos affert, & sequitur Granados tract. 5. disp. ultima, num. 1 Hurtado disp. 4. diff. 12. Bocanuus cap. 5. quæst. 13. & communis.

QVÆSTIO IX.

An, licitum sit petere Sacra menta à Ministro malo, tolerato, & parato, etiam extra casum necessitatis; si ille, illa administrando peccaturus sit?

NE GANT Sot d. 1. quæst. 3. ar. 6. Reginald. lib. 1. num. 165. Suarez disp. 18. sect. 2. Bonac. disp. 1. quæst. 6. pun. 5. num. 2. Granados l. cit. à num. 4. & alij, & afferentes; non licere, absque necessitate, aut magna aliqua utilitate, petere Sacra menta ab eo, quem (sive paratus sit administrare, sive non) scimus administraturum in mortali.

Sed probabilius Respondeo: Licitum esse, etiam extra casum necessitatis, vel maioris utilitatis, petere, & accipere Sacra menta à Ministro malo, tolerato (id est, ex communicato non denunciato, nec notorie ex communicato, oboperatione clericorum) dummodo paratus sit administrare illa. Quia tunc petens, non inducit Ministrum ad ministrandum, cù adid paratus sit. Sic S. Tho. quæst. 64. art. 6. ad 2. Viuald. cap. 3. de Sacramentis in genere n. 13. Ioa. de Crucce quæst. 4. dub. 4. concl. 1. Bocanuus c. 5. quæst. 13. num. 4. & ex parte Caiet. Sotus, Valentia, & Sa, apud Granados l. c. n. 5. Hurtado l. c.

(§)

QVÆSTIO X.

An etiam, liceat petere Sacramenta à Ministro malo, tolerato; extra casum necessitatis, aut maioris utilitatis; si alias non sit paratus, & peccaturus in administrando sit?

NE GANT D.D. nuper citati, id lice-re, nisi in casu necessitatis, vel maioris utilitatis potentis.
Sed probabiliter Respondeo: licere, non solum quando adest necessitas, vel maior utilitas potentis: verum etiam alias. I. Quia petens vtitur iure suo, & petit quod sibi utile est. 2. Qui a minister facile potest administrare Sacramentum, sine peccato, si velit: ergo administratio illa optime potest separari à malitia: ergo petens talcm administrationem, non petit remex se malam, aut necessario coniunctam cù malitia: ergo illa petitio ex se non est mala. Sic D. Thom. 2.2. q. 78. ar. 4. & ibi Cajet. Natuar. cap. 14. n. 39. & cap. 17. n. 262. Raconius, vbi infra. Ica. de Cruce l.c. concl. 2. Beccan l.c. Sotus lib. 6. de iust. q. 1. ar. 5. Sa inedit Rom. Verbo, peccatum num. 12. in add.

QVÆSTIO XI.

An saltem, in casu, quo receptio Sacramenti à Ministero malo tolerato, nec commo-dior, nec utilior sit potenti, sit què alias probus Minister, qui administrare possit Sacramentum, sit peccatum mort. contra charitatem, tunc amulo Ministero Sacramentum petere?

NE GANT adhuc esse mortale, tunc a malo Ministero Sacramentū petere, & accipere, nisi alias magnum esset scandalum. Sotus d. p. 1. quæst. 5. art 6. conclus. 1. Ioannes de Cruce loc. cit. Quorum sententia, non displicet Enrico Enriquez lib. 1. cap 30. num. 2. lit. f.

Sed longe multo probabilius, imò fere certissime, Respondeo: esse peccatum mortale. Quia in proposito casu, nulla causa rationabilis adest petendi Sacramentū à Ministero malo: cù æque bene, æque utiliter (vt supponim) ab alio bono Ministero accipere possit Sacramentū: ergo mortaliter peccabit, cù sit causa, quod alias peccatum committat, alias nō committatur. Sic Doctores citati, præcipue

Suarez, Sayrus, &c alij, quos citat, & sequitur Granados, loc. cit. num. 4. & 7. Natuar. cap. 21. num. 26. Sanchez, lib. 1. Sum. cap. 7. n. 15. Vazquez, de scandalo, art. 8. dub. 3. Valentia 22. disp. 5. quæst. 21. pun. 4. & 21ij, quos citat, & sequitur Castro Palao, tom. 1. tract. 6. disp. 6. pun. 8. 10. Raconis etiam, tract. 2. in 3. p. disp. 1. q. 2. art. 2. his verbis: Petere Sacramentum à Ministero, quem scis in peccato mortali existere, est peccatum mortale, casu quo possit commode ab alio Sacerdote accipere: secus vero, si non possum ab alio commode accipere; quia tunc optime possum, & debeo ab eo Ministero in mortali existente, re mihi explorata, Sacramentum petere; non enim temeriter defraudare me, & me, meo iure priuare, inique periculo obiciere præ timore, ne i. qui ius illud habet ad ministrandum mihi Sacramentum, hoc faciendo, mortaliter peccet, cum hoc per eum se te neat, non per me. Sic ille, & bene.

QVÆSTIO XII.

An, sit peccatum mortale, reiterare formam Sacramentorum, sine causa, supra eamdem materiam?

RE S P O N D E O. Affirmative. Quia gravis iniuria irrogaretur Sacramentis. Secus dicendum est, si Minister esset dubius, an verba formæ pronunciauerit; nam tunc, sub conditione debet illa repetere, (vt tract. de Baptismo dicimus.) Sic omnes.

QVÆSTIO XIII.

An, sit etiam mortale, reiterare sub condicione, Sacra menta Baptismi, Confirmationis, vel Ordinis, si adhuc scrupulas de eorum validitate?

AF FIRMANT aliqui, quos suppresso nomine, resert Villalobos, loc. cit. diff. 4. num. 2. & videtur sequi Granados, tom. 5. tract. 1. de Baptismo, disp. 8. num. 6.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non esse, nisi veniale. Quia in tali casu, solum vindetur interuenire quedam lenis irreuerentia. Vnde etiam esset solum veniale, repetere ob scrupulum, sub conditione, formam Sacramenti, supra eamdem materiam. Sic Villalobos, loc. cit.

QUÆSTIO XIII.

An. quoties probabilis opinio fert, aliquod Sacramentum, non fuisse validum, pos- sit quis illud sub conditione repetere?

RE S P O N D E O . Posse; imo, & teneri, si Sacramentum est valde necessariū. Sic Angel⁹, Baptism⁹ IIII. & ver. Sa- cramentum, num. 12. Suarez, disp. 22. sect. 2. §. Est autem Valentia, quæst. 1. punct. 4. Granados, tom. 4. de Sacrament. in genere. tract. 1. disp. 4. num. 7. vbi sic ait: Illud ge- nerale principium mihi verum videtur, scilicet, quoties probabilis opinio est, Sacra- mentum, non fuisse validum, licere illud re- petere sub cōditione, scilicet; si illud prius non fuit ratum. Et infra; Imo crediderim, quod quando Sacramentum est valde nece- ssarium, & non iterabile, vt Baptismus, & Ordō Sacerdotalis, esse grauem obligatio- nem illud iterandi sub conditione, alioqui orientur grauia incommoda. Si enim homo, non sit baptizatus, nullum aliud Sacra- mentum recipit valide; & est in non leui pericu- lo damnationis, &c. Similiter; si quis non sit verus Sacerdos, non consecrat, nec mi- nistrat Eucharistiam, à se consecratam, nec vcrē absoluit poenitentes, ex quo pro- uenire potest multorum damnatio, &c. Quando verō Sacramentum, non foret ita necessarium, vt Cōfirmatio; non videtur grauis obligatio illud iterandi, & idem di- cendum est, de Ordinibus minoribus, de Sub diaconatu, & Diaconatu. Hucusque Doctus Pater, loc. cit. & idem docet, tom. 5. contr. 4. tract. 1. disp. 8. num. 7.

QUÆSTIO XV.

An. quando Sacramentum iteratur, propter probabilitatem opinionis de nullitate precedentis, necessarium sit appo- nere conditionem, saltem in mente; V.g. Si receptum non sit?

AFFIRMARE videtur Angel. loc. cit. per hæc verba: *Si dubium est Iu- ris, ut pote; quia Doctores diuersa opinantur, vel si dubium est facti probabile, ut putat, quia inuenitur puer pro- jectus, nec apparet, quod fuerit baptizatus, tunc baptizandus est isto modo; si non es bap-*

tizatus, egote baptizo in nomine Patris, &c.

Sed probabilius Respondeo: Non esse necessarium, licet si tūtius, conditionem i- llam apponere. Sic Granados, loc. cit. num. 8. qui bene addit: secus dicendum esse in casu dubij (in quo loqui videtur Angelus) nā tūc, conditionem debet Minister apponere. Sic sentit etiam Sancius in selectis, disp. 44. n. 32. vbi sic ait: *Quando communiter inquiunt Theologi ministrandum esse Sacramentum, sub conditione, quando dubitatur de valore Sacramenti, id intelligendum est, in dubio proprio, non in opinionibus.* Sic ille. Docue- rat enim ibi: sequenti opinionem probabi- lem, non opus esse ministrare Sacra- menta sub conditione, sed absolute, absque illa.

QUÆSTIO XVI.

An. Sacra- menta valide possint, in qua- cumque lingua ministrari?

NE G A T I V A M sententiam, haud ob- cure indicat Cardinalis Constan- tius Sarpanus in Summa Theologica, loco sexto, vbi de Baptismo. pag. mibi 130. quatenus mutationem secundum sub- stantiam, dicit illam, quæ sit in verbis. Exe- pli gratia; *Si Sacerdos latinus utatur ver- bis Græcis, dum aliquem baptizat.*

Sed certissime Respondeo: Valide posse ministrari. Quia mutatio idiomatis, si eadē significata remaneant, accidentalis solum est, non substantialis. Sic S. Tho. Palnd. Ar- milla, & Siluest. quos citat, & sequitur Vi- uald. de Sacr. in genere in fine. Vbi sic ait: *Sexto Nota. Omnia Sacra- menta Latina in- gua, Græca, Hebraica, Hispana, Italica, uel quacumque alia, dummodo principalia remaneant significata, ministrari posse.* Sic ille. Suarez, tom. 3. disp. 2. sect. 4. vbi bene adhuc, ex Caietano, addit. mixtionē idioma- tū, etiā si in eadē numero forma fiat, nō esse contra substantiam Sacramenti, dummodo voces in unam orationem coniunctæ referant sen- sum, quem debita forma requirit. Reginald. ex vtroque, lib. 26. n. 22. & Racon. in 3. p. tract. 2. disp. 1. loc. cit. Addens, quod licet Ecclesia posset definire verba certi Idioma- tis, & tūc esset peccatum mortale in eo, qui contraniret: non tamen posset effi- cere, vt illo alio idiomate, non esset validum Sacra- mentum.

TRACTATVS
SECUNDVS
DE SACRAMENTO
BAPTISMI.



TRACTANT de Baptismo Doctores citati, tract. præcedenti in principio, & Scholastici cum Magistro in 4. à dist. 3. usque ad 7. & Theologi cum Angelico Doctore, 3. part. à quest. 66. usque ad 72. Doctores Canonistar, de consecratio. dist. 4. fere per totam. Concilium Florent. sub Eugenio IV. Trident. ses. 7. de Baptismo. Summista, verb. Baptismus. Nauarrus in Man. cap. 22. Victoria, §. 8. Suarez, Vazquez, & Egid. in 3. part. (uest. 66. art. 1. Enriquez, ib. 2. Summa, Filliuc. tract. 2. 1. part. Bonac. disp. 2. Gaspar Hurtado, tract. de Baptismo, Beccanus, Vincentius Can didus, Mofesius, Lublin, Vialdus, Bartholomeus, & Petrus de Ledesma, Emanuel Sa, Petrus Cañedo, Villalobos, Chamerota, Barbosa, vbi de Baptismo, & alij statim recensendi.

DISPUTATIO PRIMA.

*De Divisione, Definitione, & Necessitate
Baptismi.*

QUÆSTIO PRIMA.

An Triplex sit Baptismus?



ESPONDEO. Affirmative. Fluminis, videlicet; Flaminis, & Sanguinis. Baptismus Sanguinis, est martyriū. Et de hoc dicebat Christus Domin⁹ Io. 12. *Baptismo habeo baptizari, id est, in Sanguine meo.* Baptism⁹ Fluminis, est pœnitentia, seu dolor de peccatis ob Dei amore, cū proposito suscipiendi baptismum. Et de hoc dicitur, Luca 3. *Prædicans baptismum pœnitentiae in remissionem peccatorum.* Baptismus tandem Fluminis, qui est verus, &

proprius baptismus, verum, & proprium Sacramentum. (De quo in præsentiarum nobis agendum est). Nam alij, scilicet, Flaminis, & Sanguinis, solum dicuntur improprie, & metaphorice: quia supplementum baptismi. Ut habetur in cap. Baptismi vicem, de consecr. dist. 4. & docent omnes Doctores. Beccanus de Baptismo, cap. 8. q. 6. post Enriquez, lib. 2. c. 1. Angelum, verb. Baptismus 1. & Nauarri, cap. 22.

QUÆSTIO. II.
An Baptismus aquæ sit Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitae?

R E S P O N D E O: affirmative. Sic Cathecum Roman. titulo de Baptismo. Henricus Canisius, lib. 2. tit.

3. & alij. Vel clarius. *Est Sacramentum aquæ naturalis, qua unus ab alio, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum debita intentione abluitur. Sic Nauarrus, cap. 23. num. 5. Vel adhuc perfectius; Est ablutio exterior corporis, aqua naturali facta, sub prescripta verborum forma à Christo instituta ad regenerationem spiritualem. Sic Mag. in 4. diff. 3. ibi S. Thom. Sot. diff. 3. q. unica, art. 1. Victor. de Baptismo, Silu. & Angel. eodem verbo Bellarm. controu. 2. de Baptismo. Suar. tom. 3. q. 66. art. 1. Fil. Iuc. tract. 2. c. 1. q. 3. Egid. q. 66. art. 1. n. 3. Bonac. de Baptismo, disp. 2. q. 2. pun. 1. Enriq. loc. cit. num. 9. Viald. loc. cit. nu. 12. & Ludouicus de S. Iuan in sua summa, q. 1. de Baptismo, art. 1. con. 1. Reginald. lib. 27. num. 3. Candidus, 1. tom. disquisitio nū moralium, disquisitio. 16. art. 1. cubitat. 2. Molfesius in sum. tract. 4. cap. 1. num. 27. & Villalobos, 1. part. sum. tract. 5. diff. 1. num. 1. & communis.*

QVÆSTIO III.

An Baptismi Sacramentum fuerit à Christo Domino institutum?

RE S P O N D E O : fuisse à Christo Domino institutum, sicut, & alia Sacra menta. Sic definit Trident. ses. 7. cap. 1. de Sacramentis in genere. Et can. 1. de Bapt. & habetur in cap. ad abo lendam, de heret. Sic omnes Sancti, & Doctores, vt videre est apud Naturalium, cap. 23. num. 2. Enriquez, lib. 2. cap. 1. num. 8. Couar. lib. 1. var. cap. 10. Suarium, tom. 3. disput. 19. sect. 1. Reginaldum, lib. 27. num. 5. & alios Recentiores.

QVÆSTIO IIII.

An fuerit institutum ab ipso, post mortem, & Resurrectionem eius?

AFIRMANT Rupert. lib. 4. in Ioan. in illa verba Ioan. cap. 3. Venit Iesus in terram Iudeam, & Alens. q. 12. memb. 3. art. 1. Albertus in 3. diff. 3. art. 3. Et probabile ex illimat Cano. 8. de locis, c. 5. Quando, scilicet, dixit suis discipulis, Mat. vlt. Itē; docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sic etiam Summa Theologica, 1exto loco, pag. 421.

Sed, longe probabilius, Respondeo; fuis-

se institutum à Christo, ante eius mortem; Quia Christus Dominus, statim post Baptismum Ioannis, prædicabat, & baptizabat per se ipsum, & per suos Apostolos; vt dicitur, Ioan. 1. *Ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto;* & ex cap. 3. & 4. probat Aug. tract. 5. addens, quod etiam Iudas baptizabat: at nō baptizabant Baptismo Ioannis, alias non diceretur, Christus per se ipsum, & per Apostolos baptizare, sed Ioannes; Ergo constat ante mortem Christi fuisse institutum Baptismum. Sic Mag. in 4. diff. 3. S. Thom. 3. p. q. 66. Enriquez, lib. 2. cap. 2. num. 3. & cap. 5. num. 2. & 3. Vbi citat Augustinum, Cirillum, Hieronimum, & alios Patres. Valentia, q. 1. pun. et. 4. Granados, tom. 5. in 3. p. tract. 1. disp. 2. Ochagavia, q. 2. num. 3. & 6. Villalob. tract. 5. diff. 2. Hurtado, disp. 1. de Baptismo, diff. 13. Pesantius in 3. p. q. 66. art. 12. disp. 2. Vazq. disp. 140. cap. 3. & 5. Barthol. de Ledesma, de Baptismo, diff. 2. concl. unica, col. 102. Candidus, disquis. 16. art. 1. dubit. 1. Vega, 1. part. sum. cap. 23. casu 1. dicens: esse certissimam, & omnium sententiam. Reginald. lib. 27. nu. 6. Franciscus de Abra, & Raconis, tom. 1. in 3. part. tract. 2. disp. 2. sect. 1. q. 2. art. 1. & communis.

QVÆSTIO V.

An Baptismus fuerit institutus à Christo, eo die, & hora, qua baptizatus fuit à Ioanne?

NE O ANT Scotus in 4. diff. 3. q. 4. art. 1. Suarez, disp. 19. sect. 2. insit. Egidius, q. 66. art. 2. & Hurtado, disp. 1. dif. 13. Negat etiā Gratius in decis. aur. part. 2. lib. 1. cap. 3. Afferens; multa pliçem fuisse institutionem baptismi; nam quoad materiam (inquit) fuit institutus, quando Dominus fuit baptizatus à Ioanne. Quoad formam, quando discipulis suis dixit: *Ite baptizate omnes gentes.* In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et quantum ad effectum; cum dixit Marc. vii. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit.*

Sed probabilius, Respondeo; institutum omnino fuisse, eodem die, & hora, qua Christus Dominus Baptizatus est à Ioanne; & postea Ioannes à Christo; vt aiunt Naciones, orat. 43. in Sancta Baptis. D. Tho. 3. p. q. 38. art. 6. Chrysost. homil. 22. Imperf. & Hieron. in Mat. cap. 3. Ratio est; quia Christus

Do—

Dominus baptizauit, eodem die Ioannem; sed non baptizauit baptismu Ioannis; ergo baptismu à se de novo instituto. Sic Mag. in 4. diff. 3. Sotus diff. 3. q. vna, art. 2. Cajet. 3. p. q. 66. art. 2. Vazquez, disp. 140. cap. 6. Ochagavia de bap. q. 2. num. 9. Petrus de Ledesma, de baptismu, cap. 2. Vinaldus de baptismu, cap. 1. num. 15. Bart. de Ledesma loc. cit. Filliuc. tract. 2. cap. 1. q. 4. nu. 9. Bonacina. disp. 2. q. 2. pun. et. 1. num. 2. Valentia, Bellarm. quos sequitur Granad. loco cit. qui tam (sicut Bonacina, ac Etmanel Suarez) male citat pro hac sententia Suarium. Nec miror; quia nimis obscuru loquitur. Tenent etiam, Candidus, loc. cit. Molfesi, Sayrus, Valentia, Reginald. Vega, Villalob. & alij. Principue Archangelus, diff. 3. pag. 29. qui id bene probat.

QVÆSTIO. VI.
An. Baptismus in re, vel in voto, sit necessarium, necessitate medijs, ad salutem?

Nec a r u n t Pelagiani; & de facto, negant Hæretici nostri temporis, ut latè refert, Pater Vazquez, disp. 149. cap. 1. Sed certissimè Respondeo: esse necessarium. Est veritas, de fide, definita ab Eug. 4. in suo decreto fidei, & à Trident. ses. 7. can. 5. de Baptismo, & aperte habetur Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei; Ex quo, sic probatur hæc veritas, Quia illud est necessarium, necessitate medijs ad Salutem (vel ad iustificationem, & salvationem) sive quo salus nequit obtineri: at sine baptismu in re, vel in voto suscepito, quando non adeat facultas illum sulcipendi in re, non potest salus obtineri. Ergo. Sic omnes Patres, & DD. vt videri potest, abud Suarium, disp. 27. Bellarm. tom. 2. lib. de Baptismo, cap. 5. Vzquium 3. p. disp. 149. & cap. 1. Valentiam, tom. 4. disp. 4. q. 3. Enriquez lib. 2. c. 3. Bonac. loc. cit. pun. 2. num. 3. & alios.

QVÆSTIO. VII.
An. Baptismus fuerit necessari ad salutem ab eo tempore, quo Christus Dominus, Ioan. 3. Triennio ante eius mortem, dixit: nisi quis renatus fuerit, &c?

AFFIRMANT Fulgēt. lib. de fide ad Petrum, cap. 30. & alij, quos refert D. Bern. Epist. 77.

Sed certissime Respondeo: quod non. Ratio est, quia ante mortem Christi, non fuit abrogatum vetus testamentum, vt supponit Paulus ad Heb. 9. Ergo neq; evanuata eius antiqua remedia. Vnde prædicta verba Christi; Nisi quis renatus fuerit; Non fuerunt dicta ab ipso, pro eo tempore, quo dicebantur; sed pro futuro. Sic omnes Doctores communiter. Bonac. loc. cit. pun. 2. num. 11. Filliuc. num. 119. Hurtado, disp. 1. diff. 15. & ante ipsos. D. Thom. q. 66. art. 2. Cajet. ibidem, Scotus, Alexand. Gabriel, & alij, quos refert, & sequitur Vazquez, loc. cit. cap. 3. num. 28. & communis.

QVÆSTIO. VIII.

An. saltem fuerit necessarius ad salutem, statim post mortem Christi?

AFFIRMANT absolute Vazquez, disp. 145. cap. 3. num. 29. Ochagavia, quaest. 14. Hurtado, loc. cit. Enriquez, libr. 2. cap. 2. numer. 5. 6. & 7. & alij.

Sed probabilis Respondeo: non fuisse necessarium, statim post mortem Christi: Sed expisse esse necessarium, ab eo tempore, quo Euangelium fuit ab Apostolis sufficienter promulgatum. Ratio est; quia præceptū, non obligat, ante eius promulgationem: sed præceptum Baptismi, non fuit promulgatum; statim post mortem Christi: ergo. Sic colligitur ex Trident. ses. 6. cap. 4. & sic Suarez, disp. 27 sect. 4. Filliuc. cap. 6. numer. 118. Egidius, q. 69. art. 1. dub. 2. Victor. de Bapt. num. 10. & alij.

QVÆSTIO. IX.

An. promulgatio huius præcepti facta fuerit in die Pentecostes?

AFFIRMANT Bellarm. de Bapt. c. 5. Scotus diff. 3. q. 4. Egidius, loc. cit. num. 24. Suarez, & Filliuc. loc. cit. & Petrus de Cañedo de Baptismo, cap. 1. & alij.

Sed, & que probabiliter, Respondeo: completam huius præcepti promulgationem factam fuisse, anno 40. elapso, post passionem Christi: Quando Titus, & Vespasian. destruxerunt Hierusalem, quo tempore, obierant omnes Apostoli, & Euangelium in omnem terram prædicauerant, & ita orbem promulgatione Euangelij obligarunt. Ratio est, quia

quia post Pentecostem, Paulus circuncidit Timotheum; & Petrus seruauit Legaliz, Actor. 10. Ergo signum est, quod sufficiens promulgatio Euangelij, non in Pentecoste, sed postea fuit facta. Sic insinuat D. Thom. 1.2.q. 106.art. 4.ad 4. Scotus diff. 3.q. 4. & esse opinionem & que probabilem, docent Bonac in. d. sp. 1. q. 2. punct. 2. num. 13. Enriquez, lib. 2. c. 2. num. 7. & tenet Archangelus, diff. 3. pag. 29. col. 2.

QVÆSTIO. X.

An, Baptismus fit etiam necessarius, ne cessitate præcepti Diuinis?

RESPONDEO: esse. Primo; quia sic colligitur ex Trident. ses. 7. can. 5. de Baptismo, vbi sic dicitur: *Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit.* Quid fundatur in illo, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit.* Et Mat. 28. *Euntes in mundum, doce te omnes gentes baptizantes eos.* Secundo; quia, quod est necessarium ad salutem, nec essitate medijs, est etiam necessitate præcepti, cum unusquisque teneatur sub præcepto sibi, quod est necessarium, consulere: at baptismus est necessarius necessitate medijs: ergo, & præcepti. Sic omnes DD. præcipue citati, q. 6. Legatur Vega in Summa, 1. part. c. 33. casu 30. col. 225.

QVÆSTIO XI.

An, præceptum diuinum de Baptismo, obligat omnes adulti?

RESPONDEO: obligare omnes adultos, mox ut rite illis proponitur. Ratio est; quia Christus Dominus, qui est legislator (vt ait Trident. ses. 6. can. 21.) sua lege, totum orbem generaliter obligauit. Sic D. Thom. q. 63. art. 2. & q. 68. art. 1. & cum eo omnes. Dixi, omnes adults: quia hoc præceptum, non obligat directe parvulos, ante summationis, cum incapaces præceptorum sint. Indirecte tamen ad ipsos præceptum extenditur, & sic baptizatur in fide parentum, vel Ecclesiaz. Sic Molieri us in sum. tract. 4.c. 1.n. 82. Legantur Suarez, tom. 3. disp. 31. & Vazquez, tom. 2. disp. 149.

(§)

QVÆSTIO. XII.

An, hoc præceptum obliget adultos ad recipiendum Baptismum, quam primum commode possunt, sub obligatione peccati mortalis?

NEGAT Ledesma, 1. p. 4. q. 9. art. 3. dub. 1. cuius existimat: præceptum diuinum de Baptismo, pro nullo tempore determinato, ante finem vita, obligare; & in hoc fauet illi Fillius. tract. 2. cap. 6. num. 130. in fine, & num. 131.

Sed longe multo probabilius, immo certissime, Respondeo: obligare cum primum possunt. Primo, quia baptismus, est principium externe vite Christianæ, quæ incipit per fidem: ergo, posito Christi præcepto, veget ratio naturalis, vt quisque statim, ac comode possit, inchoet vitam Christianam per susceptionem baptismi. Secundo, quia ex charitate vegetur homo, statim, ac comode possit, baptizari; tum, ne se priuet magnis bonis, quæ habet ex Baptismo; tum, ne se exponat periculo damnationis aeternæ. Dixi; quam primum commode. Quia si a destrationis causa ad differendum baptismum, potest differre. Sic Caietanus, & Egidius, quæst. 68. art. 3. Enriquez, libr. 2. cap. 4. num. 2. Suarez, disput. 31. section. 2. Fillius. loco citato. & num. 131. Vazquez, disp. 149. cap. 4. Victoria, quæst. 33. Bonac in. disput. 2. quæst. 2. punct. 2. num. 5. Hurtado, disput. 1. diff. 16. Reginaldus, lib. 27 nu. 56. Chamero. a de Baptismo, c. 5. duo 12. & ali.

QVÆSTIO XIII.

An, Parentes, aut Tutores, teneantur, quam primum possunt, baptizare Infantes, sub pena peccati mortalis?

NECANT (nisi adsit articulus necessitatis) Tertul. de bapt. cap. 8. Divus Augustinus, Chrys. & alij, quos citat Enriquez, lib. 2. cap. 4. num. 3. lit. C.

Sed Respondeo: teneri; & alias, peccare mortaliter, contra legem charitatis. Primo: quia sine necessitate exponunt illos, pericula damnationis; vt ait Naz. orat. 40. Secundo: quia consuetudo Ecclesiaz, satis aguit peccatum mortale. Sic Sotus, diff. 3. quæst.

quest. in Tabien. bapt. 5. §. 12. Bellarmin. de bapt. cap. 3. Enriquez, loc. cit. Filius tra. Etat. 2. cap. 6. num. 1; 3. Ochagavia, q. 18. num. 3. Pesantius in 3. p. q. 68. disp. 2. & communis.

QUÆSTIO XIII.

An. Parentes peccant mortaliter, si absque necessitate, differant baptismum Infantibus, ultra duodecimum, aut ad summum, ultra quintum decimum diem?

NEGLANT D. Gregor. Nazian. loc. cit. Vbi ait; quod si necessitas non vrateat, differendus sit baptismus Infantis, vsque ad tertium etatis annum. Idem docet Tertullian. lib. de bapt. cap. 18. dices; Conuenientius esse, (excepto casu necessitatis) differre Infantibus baptismum, vsque ad annos discretionis. Fauent alij dicentes; baptismum differre posse, si non imminent periculum mortis, aut peculiare præceptum, ad arbitrium prudentis: cum non sit ab Ecclesia definitum, quo die conferendus sit. Sic Ochagavia, loc. cit. (addens tamen, caendum esse, ne nimium sine causa baptismus differatur) Bart. Ledesma in diff. 1. 4. vol. 163. per hæc verba: Non tenentur parentes baptizare puerum primo, aut secundo die sive Natiuitatis. Poterunt namque, cū mortis periculum non imminet, si eis libuerit, differre baptismum in diem octavum, imo usque ad decimum, vel duodecimum. Et quamvis Mag. Sot. dicat, quod, quivltra differunt mortaliter peccant; mihi tamen melius esse videtur reliquere arbitrio prudentis viri, ut ipse omnibus consideratis, iudicet, an qui filium baptizare distulit, mortaliter peccaverit, an minime. Sic ille.

Sed longe probabilius, Respondeo: peccare mortaliter: Quia Infantes (regulariter loquendo) commode in Ecclesiam portari, & mergi oportuo, vel decimo, aut duodecimo die, ut moris est; possunt: at sic est, quod parentes sub noxiis peccati mortaliter tenentur illos baptizare, quam primum cōmode possunt, vt supra est habitum: Ergo, Sic Sotus in 4. diff. 5. quest. unica, art. 3. Enriquez, libr. 2. cap. 4. num. 3. (qui non id arbitrio prudentis, vt dicit Diana, relinquity Bonacini, disput. 2. quest. 2. punct. 2. num. 6. Diana, 3. part. tra. 4. r. f. 8. & Petrus de Ledesma, cap. 7. de Baptismo, influe, per hæc verba: Ultima conclusion. Pecan mortalmente

los Padres, quando dilatan el baptizar sus hijos pequeños por largo tiempo, fuera del uso, y de la costumbre, & constitucion, que ay en la Iglesia, ó en el Obispado. Lo que se dice de los Padres, se ha de decir de aquellos, que tienen los niños a su cargo, quando no tienen padres. Llamase largo tiempo, el q. los hombres discretos, y prudentes juzgaren ser largo, y demasiado. Quinze, ó veinte dias sera muy largo tiempo, conforme a lo que se vse en la Iglesia; desuerte, que sera peccado mortal dilatar el baptismo por mas tiempo, sino huiesse alguna urgente razon. Sic ille. Ide m docet Naldus, verb. Baptismus, num. 3. pag. mihi 43. & communis.

QUÆSTIO XV.

An. Ecclesia possit determinare tempus pracepti divini Baptismi, quo adulti, ante finem vita baptizari tenentur?

NEGLANT Suarez, disput. 31. sect. 2. Vazquez, disput. 150. cap. 2. Hurtado, disp. 1. diff. 17. Ochagavia, q. 15. & alii.

Sed probabilius, Respondeo: posse: Primo: quia de facto, Ecclesia determinat vigilias Resurrectionis, & Pentecostes, vt in eis fiat solemnitas baptismus adultorum. Can. Non ratione, & in alijs, cap. de consecratio. diff. 4. Rursus iubet, vt detur eis Baptismus, absque solemnitate, alijs temporibus, postquam per quadragintadies fuerint instructi. Ergo Ecclesia potestem habet ad tempus recipiendi baptismum determinandum. Secundo. Nam id habet ex communione legi: quia Christus Ecclesia commisit Sacramentorum dispensationem; ergo & determinationem temporis pro susceptione eorum. Tertio: quia de facto multa Concilia prouincialia determinat tempus, intra quod Infantes baptizentur; ergo possunt determinare, vt & adulti. Sic Enriquez, libr. 2. cap. 4. numer. 6. Caietan. quest. 66. artic. 3. Sot. is, distinct. 4. quest. unica, art. 3. Ledesma 1. p. 4. quest. 9. art. 3. dub. 1. Bonacini, disput. 2. question. 2. punct. 2. numer. 6. & apud ipsum, Valentia, tom. 4. question. 1. punct. 4. vers. Tempus, & est communis.

QVÆSTIO

QVÆSTIO. XVI.

*An, Infantes possint saluari (saltem
in aliquo casu) si moriantur, ante
realem susceptionem Baptis-
mi, vel martyrij?*

AFFIRMANT Alex. 4. part. memb.
5. art. 1. Gerson. Alpha. 59. lit. R.
Antiphodot. lib. 3. tit. 3. cap. 4. quæst.
2. Bonau. in 4. diff. 3. 1. part. distinctionis,
art. 2. q. 2. Caiet. quæst. 68. art. 2. Angel.
verb. Bapt. 7. num. 8. Ricard. in 4. diff. 3. q.
3. Silvius. Baptism. 1. num. 5. Summa Con-
fess. lib. 3. tit. 15. q. 21. Vinald. de Baptism.
num. 17. mibi pag. 47. Bartholomeus ab An-
gelo in Exam. Confes. Dialogo 1. §. 31. Va-
lentia, tom. 4. disp. 3. q. 5. pun. 3. Zanardus,
Viguerius, Durandus, & alij apud Dianam, 3.
p. tract. 4. res. 17. licet omnes, diuerso mo-
do, hanc sententiam defendant, & concedat
hoc euenire posse in diuersis euentibus, de
quibus infra, disp. 2. quæst. 1. & disput. 4.
quæst. 25.

Sed certissime Respondeo: nullo modo,
ex lege ordinaria, saluari posse Infantes, abs-
que reali susceptione baptismi, vel marty-
rij. Probatur primo, ex illo Ioan. 3. *Nisi
quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu San-
cto, non potest introire in Regnum Dei.* Quæ
locum, omnes Patres, de parvulis, & adultis
intelligunt; probantque ex illo; pro Infan-
tibus esse necessarium baptismum in re sus-
ceptum; in his enim, non habet locum bap-
tismus in voto. Dixi autem, ex lege ordina-
ria, vt excluderé priuilegium martyrij; hoc
namque sufficere, dicemus statim. Sic D.
Thom. quæst. 68. art. 2. & quæst. 73. art. 3.
Sotus in 4. diff. 5. quæst. unica, art. 2. Suarez
disp. 27. se et. 1. & 3. Vazquez, disput. 151.
Ægidius, q. 68. art. 2. Hurtado, disp. 1. diff.
18. Ochagavia, q. 16. Bonacini. disp. 2. q. 2.
punct. 2. num. 8. Filliuc. tract. 2. num. 125.
Et que communis, vt videre est apud hos Do-
ctores, & apud Enriq. lib. 2. cap. 3. num. 2. &
cap. 22. per totum, & Dianam, loc. cit. Etium
in 4. diff. 4. §. 26. Beccan. cap. 10. q. 3. & 5.

QVÆSTIO. XVII.

*An, Infantes saluari possint per suscep-
tionem martyrij, absque Baptismo, re-
ip/a. suscep-?*

NEGLANT Alens. 4. part. q. 22. memb.
5. art. 1. & Armacan. de quæstio. Ar-
menorum, libr. 8. capit. 37. & A-

drian. in 4. quæstion. ultim. de bapt. ad 3.

Sed Respondeo, saluari posse. Imo & de
facto, omnes Infantes, qui mortem pro Chri-
sto passi sunt, salvi facti sunt. Probatur;
quia omnes Infantes, quos Herodes in o-
dium Christi occidit, in discriminatim ab
Ecclesia, vt Martyres, & Beati, venerantur,
& coluntur: at multi eorum, non erant justi-
ficati, cum maximè credibile sit, multos ex
Infantibus Iudaorum, ante octauum diem
occisos esse ab illo: Ergo. Sic D. Thom. 2.
2. q. 124. Vazquez, disp. 151. Suarez, disp.
29. sect. 1. Ægid. 7. 66. art. 12. Bonacini. loc.
cit. Hurtado, disp. 1. diff. 20. & 21. & alij
communiter; qui idem dicendum esse de a-
dultis, qui morte pro Christo perpetra, abs-
que baptismō, in re, vel in voto, è vita dece-
dunt, ptine affirmant. Sic etiam Candidus
disquis. 16. art. 1. dub. 3. & alij communi-
ter.

QVÆSTIO XVIII.

*An, Sanctificati in utero matris, te-
neantur recipere Baptis-
mum?*

RESPONDEO: Teneri, non vt per ip-
sum ab originali mundentur, cum
iam mundati existant: sed vt sicut
capaces aliorum Sacramentorum,
quorum ianua est Baptismus; & vt charakte-
rem, per quem ab infidelibus distinguantur,
recipient: & denique ad obediendum Chri-
sto Domino, à quo præceptum de baptismō
omnibus datum est, & ab omnibus est implē-
dum. Sic Enriquez, lib. 2. cap. 5. num. 3. Sil-
uest. Bap. 4. num. 1. Filliuc. num. 129. Bona-
cin. disp. 2. q. 2. punct. 2. num. 9. Archange-
lus, distinct. 5. pagin. 32. column. 2. & alij
omnes.

QVÆSTIO XIX.

*An, Saluari possint, absque Baptismo,
qui hoc tempore, Baptismile-
gem ignorant?*

AFFIRMAN TALIQUI, si legem natu-
ræ obseruent: Quia credibile est (in
quiunt) in tali casu, Deum daturum
lumen, & speciale auxilium, quo se valeant
ad ipsum conuertere. Ita Bonacini. loc. cit.
num. 15. Summa Corona de Bapt. fol. 29. &
alij apud ipsos.

Sed longe probabilius, & magis conser-
uen-

quenter, Respondeo: non posse. Quia, ut supra est habitur, post Euangelij Christi promulgationem, non est aliud remedium pro remissione peccati originalis, quam Baptismus in re, vel in voto, suscepimus: ergo. Vn-

de, si illum, in voto saltem, in talis casu, non receperint, necessario damnabuntur. Sic Vega, i. p. summa, .33. casu 30. col. 225. Barth. de Ledesma, d. Baptis. diff. 13. col. 161 & alij communiter.

DISPUTATIO SECUNDA.

*De Materia, tam remota, quam proxima,
Baptismi.*

QUESTIO PRIMA.

An, omnis, & sola aqua naturalis, sit materia remota Baptismi?



EGANT aliqui Irreticci Scientiani, & alij, quos referunt Bellar. de bapt. c. 4. & Suar. disp. 20. sect. 1. Negarunt etiam. Alij Catholici, qui putauerunt parvulos, ingruente mortis necessitate, si deesset aqua copia, vel si adhuc inveteris existent maternis, saluari posse voto, vel precibus parentum, aut aliorum fidelium, praesertim, adhibito Signo Crucis, vel alia quam pia ceremonia, cum in vocatione Trinitatis. Ita senserunt, Gabriel, & Calet. & ante illos, Gerson, vt refert Festius in 4. diff. 4. §. 26. pag. mibi 72.

Sed certissime, Respondeo: affirmative. Est veritas de fide definita in Trid. ses. 7. can. 2. de Bapt. Et clare colligitur ex illo Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.* Et ita tenent omnes Catholici docentes consequenter, sufficere aquam naturalem cuiuscumque generis sit, ut maris, fluviij, Pandij, putei, fontis, pluviae, etiam impuræ, aut etiam balnei, etiam sulfurei; siue chiuinsmodi aqua, calida sit, siue frigida, siue tincta colore, siue densa. Sic S. Tho. q. 66. art. 4. Vi&t. q. 12. Sotus in 4. diff. 3. q. 6. art. 4. Nugn. 3. p. q. 66. art. 2. Suar. tom. 3. de Sacram. q. 66. art. 4. disp. 20. sect. 1. Enr. q. lib. 2. c. 6. n. 1. & c. 22. per tot. Petrus de Ledesma, de Bapt. c. 8. conc. 13. dicēs. sententia Caletani esse plusquam temeraria. *V. 2q. to. 2. disp. 149.* Molfes. in sum. tr. 4. c. 1. nu. 32. *Vera lo. cit. casu 29. col. 224.* B. can. c. 1. q. 5. aldens; sententia Caletani iussu Pij V. ex covent. D. Th. expunctam in Romania impressione, Vinald. de Bapt. n. 4. Bon. lo. cit. pun.

3. n. 1. Gran. tr. 1. disp. 3. Candid. diff. 16. ar. 2. dub. 1. pag. 81. Torreb. lib. 2. practica rum, c. 5. n. 9. Regin. lib. 27. n. 10. & 11. & omnes.

QUESTIO. II.
*Quænam quantitas aquæ sufficiat
ad Baptismum?*

RESPONDENT communiter omnes, illa sufficere, qua potest contingere corpus, & incessante fluere per aliquam eius partem, quod facere potest exigua quantitas aquæ. Sic S. Tho. q. 68. ar. 11. ad 4. Sot. diff. 5. ar. 1. Enr. q. lib. 2. c. 7. n. 2. Fil. luc. tr. 2. n. 34. Bon. lo. cit. pun. 4. n. 16. & alij.

QUESTIO. III.
*An, minima quantitas aquæ, ut duas
guttæ, aut una, sufficiant ad
Baptismum?*

NEGANT Valen. tom. 4. disp. 4. q. 17. pun. 2. vers. Itaq; sequitur. Polleu. de Bapt. n. 7. alias 13. Granad. tr. 1. disp. 4. & apud ipsū, Sotus, & Graffius. Negant etiā Ludouic. de S. Iuan, q. 1. cc. B. pt. art. 3. dub. 1. pag. mibi 50. Layman, c. 3. de Bapt. nu. 1. Suar. disp. 20. sect. 2. §. quare Zamb. c. 1. dub. 4. Regin. tom. 2. lib. 27. c. 3. n. 15. Bon. lo. cit. pun. 4. n. 19. qui pro sua sententia citat Vinald. c. 2. num. 4. (qui tamen, nihil de haec questione tractat.) Cädidus/6. cit. dub. 6. Molf. lo. cit. n. 36. pag. mibi 183.

Sed probabilius, Respondeo: sufficere. Quia per aspersionem viius, aut duarum guttarum aquæ (praesertim, si per corpus fluant) vere denominatur homo ablutus, vereque dicitur, alpersus, aut tinctus aqua: ergo quamcumque gutta sufficiet. Sic Enr. lib. 2. c. 7. n. 2. & c. 21. n. 4. qui pro hac parte citat D. Th. q. 68. ar. 11. ad 4. & Sotum, diff. 5. ar. 11. Vazq. diff. 145. c. 4. nu. 32. Neque dissentit Diana, 3. p. tr. 4. res. 5. imo clare consensit, 5. p. tr. 3. resol. 5. Tenent etiā Hurt. diff. 1. diff. 6. Ochag. q. 4. nu. 8. Meratius, to. 3. de Bapt. diff. 2. sect. 4. & alij. Nec recedit ab hac sententia Graffius, citatus à Grana-

do, pro opposita parte; nā solū ait; materiā baptismi esse aquam simplicem naturalem potentem abluere. (Quod nos nō negamus) sic lib. 1. cap. 3. de baptis. n. 17. fol. mibi 7.

QVÆSTIO. III.

An, si quis baptizet aliquem, signo crucis in fronte, aut in capite, impresso dígito, aut lintheo aliquo madefacto aqua, verum efficiat baptismum?

NE CANT Angel. ver. Bapt. 2. num. 4. Aureol. in 4. diff. 3. q. 3. Posseu. de baptis. cap. 7. num. mihi 4. Graf. fius, p. 2. lib. 1. decis. cur. cap. 3. de Baptis. num. 17. fol. mibi 7. Molfes. tract. 4. cap. 1. num. 34. pag. mibi 183. & Reginald. lib. 27. num. 12. pag. mibi 22.

Sed, probabilius Respōdeo: in tali casu, verum efficere baptismum. Quia per talem actionem, vere denominatur homo ablutus. Aqua enim, etiam non expressa, è manibus, vel è lintheo, sufficiens est ad ablendum quemcumque, vt constat. Sic Comitol. in resp. moral. lib. 1. q. 12. Filliuc. num. 34. & Dianalo. cit. Qui narrat hunc casum; cui dam mulieri accidisse, quæ moribundum in fantem baptizavit, Signo Crucis in fronte impresso, dígito aqua madefacto. Sic etiam Candidus lo. cit. pag. mibi 81. & Bonacina in vltima editione, disp. 2. pun. 3. num. 14. pag. mibi 47.

QVÆSTIO. V.

An, aqua ex sale resoluta, sit materia sufficiens ad conferendum Baptismum?

NE CANT Angel. V. Bapt. 4. (alias 3.) n. mibi 2. (alias 3.) Siluest. eo ver. 2. in fin. Ägi. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 22. & pro hac sententia, citat Enriquez, Tabien. Bapt. 4. §. 7. in fin. & eam sequitur Aureol. in 4. diff. 3. q. 3. Lublin. V. Baptismus, num. 2. & Layman, cap. 3. de bapt. num. 1.

Sed, probabilius Respondeo: esse materiam sufficientē. Quia Sal, efficitur ex aqua maris, vel putei salis, congelata & stiua Sole: Ergo lique facta, & resoluta, apta materia erit ad abluendum, & baptizandum. Sic Sotus, diff. 3. q. unic. art. 4. Ochag. o. 3. n. 4. Enriq. lib. 2. c. 6. n. 1. Armilla. ver. Bapt. n. 23. Viuald. eo. V. n. 10. qui pro hac sententia, citat Tabien. eo. ver. n. 8. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 3. n. 4. Posseu. n. 5. Ant. Fernández, More, par. 3. c. 2. §. 4. n. 5. Dian. lo. cit. Filliuc.

n. 29. G. Hurtado, diff. 1. de baptis. difficultate 2. & Cädidus, c. 1. s. 1. fol. 16. ar. 2. dub. 1. & est communis sententia; vnde immitto dixit Ägidius, sibi videri improbatum.

QVÆSTIO. VI.

An, aqua resoluta ex Nixe, Glacie, Gelu, aut Rore cali, sit materia ad Baptismum sufficiens?

NE CANT Marsilius cum alijs, quos, tacito nomine, citant Viuald. nu. 5. & Victor. q. 12.

Sed, longe probabilius, Respōdeo: esse. Quia aqua ex predictis resoluta, vere, & simpliciter est aqua. Sic S. Thom. q. 66. art. 3. Gabriel in 4. diff. 3. q. unic. lit. D. Victoria, lo. cit. Enriq. lib. 2. cap. 6. nu. 1. Sotus, diff. 3. q. unic. art. 4. Berac. Filiiuc. Viuald. ll. cit. Vegz verb. Baptis casu 2. Yribarne, disp. 10. in fin. Lydonicus de S. Iuan, q. 1. de bapt. art. 2. dub. 1. Samuel Lublinus, lo. cit. Bart. de Ledesma, de baptis. diff. 4. col. 111. & 112. Petrus de Ledesma in Summa, cap. 3. de baptismō, Hurtado, diff. 2. citata, Archangel. diff. 3. pag. 27. col. 2. Valétia, disp. 4. de bapt. pun. 2. col. 689. Ochagavia, lo. cit. Diana, 3. p. tract. 4. de Sacramentis, resol. 5. Candidus lo. cit. dubit. 2. & Summa Theologica, sexto lccō, vbi de materia baptismi, pag. mibi 128. Molfesius, tract. 4. cit. cap. 1. num. 34. Reginald. lib. 27. num. 11. post Angelum. Baptismus, 3. num. 4. & est communis.

QVÆSTIO. VII.

An, ipsamet Glacies, Nix, aut Gelu, sunt apta materia Baptismi?

NE CANT communiter omnes. S. Tho. 3. p. q. 66. art. 4. Sotus, Silvester, Archangelus, Victoria, & Angelus, ll. cit. Viuald. num. 5. Filliuc. num. 29. Petrus de Ledesma, cap. 2. cit. Armilla. num. 22. & 23. Regin. lib. 27. num. 12. Ägid. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 27. Enriq. lib. 2. cap. 6. num. 1. Diana, part. 5. tract. 3. resol. 3. Bonac. disp. 2. pun. 2. num. 5. Chamerota, Molfesius, Nuñus, & Rodriguez, apud ipsū, & alij. Quia (inquit) ad baptismum requiri tur aqua apta ad abluendum; sed Nix, Gelu, Glacies, &c. non sunt aqua apta ad abluendum, donec lique fiant: ergo, &c.

Nihilominus tamen, ex dictis probabi liter, sic Respōdeo: Glacies, Nix, aut Gelu, sunt materia apta ad cōficiendū baptismū;

Probatur I. Quia hæc omnia, sūt vere aqua, secundum substantiam (quid quid Archangeli docent DD. Ergo, si applicetur alicui in fronte, aut in capite, cum expressione forme baptismi, vere fiet baptismus. Consequentiam, supposita veritate antecedentis, concedit etiam Archangelus loc. cit. nam sic ait: si mīliter, nec in niue, nec in grādine, neque in glacie celebratur baptismus, non ea præcisè ratione, quia liquida non sunt, cum re vera in niue posset puer madefieri. sed quoniā sūt alia species ab aqua. Sic ille. Secundo. Quia ut Diana. Filii. & alijs cōcedūt; digito aqua madefacto, potest quis baptizare aliquem: Ergo multo melius, niue, glacie, aut gelu; Cū hæc aptiora sint ad ablendum, quam digitus, aut lintheus madefactus; nā, vt bene Sot. diff. 3. quæst. unica, art. 4. (& Archangel. loco citato) in niue, bene potest puer madefieri. 3. Quia Gelu, glacies, aut Niv &c. facilissime ex contactu corporum resoluuntur: Ergo &c. Propter has ergo rationes, certe, instanti necessitate, cum huiusmodi materia, sine scrupulo baptizarem. Vt bene in hoc euentu, concedunt etiam Putaneus, Præpositus, & Hurtadus apud Dianam loc. cit. Sic enim ait Hurtado diff. 2. cit. In extrema tamen necessitate, licitum est vti aqua, quamvis notabiliter permixta, immo, & dubia, vt niue nondum resoluta, sub hac tamen conditio ne (sive exterius, sive mentaliter tantum apposita) nempe; si materia hæc est idonea; quia extrema necessitas excusat irreuerentiam, que alias fieret, conficiendo Sacramentum sub conditione, & illud temere exponendo periculo nullitatis. Hæc, Dominus Pater.

QVÆSTIO VIII.

An, aqua, que distillat ex vite, vel aliqua arbore, sit materia apta Baptismi?

AFIRMAT Ioan. de Cruce parte 2. debapt. quæst. 1. dub. 1. con. 2. & alij, quos, tacito nomine, citat Egius q. 66. art. 4. dub. 1. num. 23.

Sed oppositum Respondeo: Ratio est; Quia ille humor, non est aqua naturalis, sed substantialiter succus. Sic Enriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. Filii. tract. 2. num. 26. Egidius loc. cit. at. Vinald. num. 9. Bartholome de Ledesma de baptism. diff. 4. conclus. 2. sol. 111. Gabriel in 4. diff. 3. quæst. vn.

littera G. Candidus, disquisit. 16. art. 2. dubit. 3. Diana 3. par. tract. 4. resol. 5. & apud ipsum, Moure part. 3. cap. 11. § 2. nu. 3. & Zanardus, Reginaldus lib. 27. num. 11. Bonac. disp. 2. quæst. 2. punt. 3. num. 2. & communis.

QVÆSTIO IX.

An, Lixiuim, Brodium, seu Ius carnium, sint materia apta Baptismi?

NEANT aliqui, apud Siluestrum ver. Bapt. 2. q. 4. & expresse Aureol. in 4. diff. 3. quæst. 3. Graffius par. 2. lib. 1. decis. c. 3. de baptis. rum. 17. & Molfesius in summa tract. 4. cap. 1. num. 34. per hæc verba: Itaque, neque lixiuim, neque ius, neque aqua in qua de coquuntur herba, radices, vel elixantur carnes, vel pisces, & sic de alijs, est apta materia baptismi.

Sed probabilius, Respondeo: esse lixiuim; immo, & brodium, aut ius carnium; dummodo, non sit ita spissum, vt ibi esse aquam dubitetur. Primū, constat; quia ex eo quod aqua naturalis transeat per cineres, non desinit esse aqua. Secundum; etiam patet; quia in brodio, vere, & realiter manet aqua naturalis, si tamen facta sit parua de coctio; quia sicut aqua mixta cū partio vino, manet materia sufficiens pro baptismo, ita & aqua, que remanet in brodio. Sic Diuus Thom. in 4. diff. 4. Sotus art. 4 Silvester loc. cit. & quæst. 1. Egidius quæst. 66. 1. cit. Hurtado disput. 1. diff. 2. Posseuinus quæst. 7. num. 3. Vega de baptism. casu 2. Vinaldus de materia baptis. num. 6. Angel. batif. 3. num. 3. Yribarne in 4. diff. 10. Ludouicus de S. Iuan quæst. 1. art. 2. dub. 2. Lublinus loc. cit. num. 2. Bartholome de Ledesma, loc. cit. Vazquez diff. 141. num. 9. Angles in suis Floribus. de baptism. art. 2. pagina mibi 30. Granadus tract. 1. disputat. 3. Candidus art. 2. cit dubit. 1. pagina 81. summa Theologica loc. cit. pagina 128. Bonacina disput. 2. quæst. 2. punt. 3. num. 3. & 6. Villalobos tract. 5. difficult. 3. num. 2. Beccanus de Baptismo cap. 8. q. 2. & Reginald. loc. cit.

(§)

D 2

QVÆS.

QUÆSTIO X.

An, guttæ aquæ, quæ colliguntur ex vaporibus densatis, & integumento ollæ reperiuntur, sint apta materia Baptismi?

RESPONDEO affirmatiue. Imo idem affirmandum est, de illa aqua, quæ hyemali tempore, ex parietibus, & lapidibus fuit; quia vere sunt aquæ. Sic Moure, part. 3. cap. 11. §. 2. numer. 3. quem sequitur Diana, 3. part. tract. 4. ref. 5. cit.

QUÆSTIO XI.

An aqua, quæ exiuit de latere Christi, posset esse materia debita Baptismi?

RESPONDEO, quod sic. Quia fuit vera aqua, ut habetur in c. Inquadam, de celebrat. missar. Et docent D. Thom. quæst. 66. art. 4. ad 3. & quæst. 74. art. 7. ad 3. D. Chrysost. Cyril. Theophil. Eutimius & alij Patres in Ioan. 19. Sic Angelus, Siluest. Candidus, & Sotus, loc. cit. Viuald. loc. cit. num. 7. Archangelus, loc. ci. pag. 28. & est communis.

QUÆSTIO XII.

An, Ceruifia, Ptifana, Lac, Vrina, Saliua, Sudor, Lachrimæ, & huiusmodi, sint materia debita, aut sufficiens Baptismi?

AFFIRMAT Lutherus, apud Bellarmin. de Bapt. cap. 2. vers. 5. Quatenus ait: valere baptismum in Ceruifia, lacte, aut alio liquore, in quo possit fieri balneum.

Sed oppositum omnino, Respondeo, & dico: non esse sufficientem materiam; quia non sunt vere aquæ; & quidem, de lachrimis, & de flegmate, habetur in cap. Inquadam. cit. & de saliuâ, in cap. pen. de Bapt. Sic D. Thom. art. 4. Sotus, Ledesma, Tabienas, quos citat, & sequitur Enriq. libr. 2. cap. 6. num. 2. Bonac. Viuald. & alij loc. cit. & Binsfeldius in suo Enchirid. p. 1. tract. de Bapt. §. 2. & ibi suus Additionator Franciscus Silvius, & Egid. art. 4. cit. dub. 1. n. 23. (quam quis hic Author, immerito dubitet, an in nec-

cessitate possit fieri Baptismus cum saline, aut sudore, ut infra.) Anct. de bapt. 3. n. 5. & 6. & Valentia, 4. to. q. 1. de bapt. tun. 2. (quam uis, hitres Authores, loquendo de Ceruifia, aut ptifana, dicant, & bene, posse esse materiam baptismi, si fiat leni aliqua decoctione ordei.) Sic etiam Candidus, art. 2. cit. dub. 3. Hurtado, disp. 1. diff. 2. Archang. & Be canus, loc. cit. & omnes.

QUÆSTIO XIII.

An, instanti necessitate, possit quis baptizari cum saline, Sudore, & huiusmodi humoribus?

AFFIRMATIVAM partem, satis insinuat Egid. q. 66. dub. 1. num. 24. Vbi sic ait: De sputotamé, sudore, & similibus humoribus, non videtur id posse dici, ob cap. penult. de Baptism. Vbi Pontifex negat absolute pro Christianis habendos, qui in necessitate sputo baptizati sunt. Hoc etiam certum est, tam hac, quam illa materia baptizatos, saltem sub conditione rebaptizandos, si postea fieri possit, quia ut minimum, est materia dubia. Sic ille. Dixerat autem idem, numer. 22. quod in necessitate, vti licite possit materia dubia secundum omnes Doctores.

Sed oppositum omnino, Respondeo: Quia expresse est hoc prohibitum in cap. penult. de Bapt. Et tenent omnes Doctores, & constat ex dictis, Legantur Dia. Thom. 3. part. quæst. 66. art. 4. Silvester, verb. Baptismus 2. & alij.

QUÆSTIO XIII.

An, aqua artificialis, vel distillata ex floribus, ut rosacea, &c. Sit apta materia Baptismi?

RESPONDEO: non esse. Quia huiusmodi aquæ, non sunt aqua naturalis; quam solam esse sufficientem, dixit Trident. ses. 7. san. 7. cit. Sic omnes Doctores in 4. dist. 3. & cum D. Thom. quæst. 66. art. 4. Nauarr. cap. 22. numer. 5. Sotus, distinet. 3. quæst. unio. art. 4. Valentia, Bonacin. Viuald. Bartholom. de Ledesma, Binsfeldius, & Silvius, Granado, & alij locis citatis. Sic etiam Archangelus, dist. 3. pag. 27. per hæc verba: Non potest autem ce-

celebrari baptismus in cerasia, ac ceteris huiusmodi liquoribus potabilibus, cum certum sit eos, alias species esse ab aqua. Pariter, in aqua rosacea, alijsque herbarum sucis, minimi fieri potest: sicut neque in alchimicis aquis: cum omnes non sint vere aquæ, quamvis cum addito, putâ rosacei, &c. properant apparentiam, aquæ nomen eis ab arte trahuntur.

QVÆSTIO. XV.

An saltem, in necessitate possit aliquis his aquis Baptizarie

AFIRMANT Ioan. Putaneus in 3. part. Diu. Thom. quest. 66. art. 4. num. 5. Praepositus ibidem, num. 22. Tannerus, & Chamerot, apud Dianam, 5. part. tract. 3. resol. 2. & alij apud Regidium, loc. cit. numer. 23. qui dicit, id se non audere facile approbare, posset tamen approbare, iuxta doctrinam suam, nuper, question. 13. traditam.

Sed certe omnino, Respōdeo oppositum. Quia prædictæ aquæ, non sunt naturales. Sic communiter omnes Doctores cū S. Tho. 3. p. q. 6. o. art. 5. & 6. & Mag. in 4. diff. 3. vt docet Diana, loc. cit.

QVÆSTIO. XVI.

An, aqua, per artem ex vino limphato, vel ex brodio spissæ, extracta, sit sufficiens materia Baptismi?

REPONDEO: esse. Quia, vere est aqua naturalis, sicut & est aqua depurata ex luto denso. Sic S. Thom. art. 4. ad 2. Sotus, art. 4. ad 2. Ledesma, quos sequitur Enriq. lib. 2. cap. 6. numer. 2. Vinald. loc. cit. num. 6. Ochagavia, quest. 3. num. 4. Hurtado diff. 2. citata, Vazq. disputation. 141. nu. 9. Bonac. disp. 2. de Baptismo, quest. 2. punct. 3. numer. 4. in noua impressione, & apud ipsum, Reginaldus, Possevius, & Regidius. Et est communis sententia. Secus (inquit Archangel. loc. cit.) dicendum est, de aqua, quæ exprimeretur ex pane calido, aut ex eodem officio ignis destilaretur; cum non sit certum (vt ait Sotus) eam esse veram aquam.

QVÆSTIO. XVII.

An, aqua naturalis mixta cum alio liquore sit sufficiens materia?

REPONDEO: Quod si aqua naturalis mixta sit cum aqua rosacea, V.g. vel cum alio liquore, aut corpore, in tanta quantitate, vt ita admixta, nequeat amplius denominari aqua naturalis; tunc non erit apta materia. Secus dicendum, simisceatur cum parua quantitate aquæ rosaceæ, vel alterius liquoris, &c. Quia, cum sit in parua quantitate admixta, non desinit esse aqua naturalis, secundum substantiam. Et sic apta materia. Sic habetur in Concil. Florent. sub Eng. 4. Angel. loc. cit. num. 3. Ricard. diff. 4. q. 3. art. 5. Angles, q. 1. art. 2. con. 3. Filliuc. num. 28. Bonac. disp. 2. q. 2. pan. 3. n. 6. & Molfesius in sum. tract. 4. cap. 1. n. 33. & alij, post D. Thom. q. 66. art. 4.

QVÆSTIO. XVIII.

An, peccet mortaliter baptizans in aqua naturali fæda, vel in aliquo brodio parum decotto, aut non spissato; aut in alia materia dubiat?

NEPONDEO: Peccare; si tali materia vtatur, absque necessitate; cū illa enim, non peccabit baptizans. Si hoc faciat sub conditione. Ratio est. Quia qui tali materia (vel alia de qua sit dubium) vtitur, absque præcisa necessitate, facit contraria reverentiam Sacramenti, quæ irreuerentia cessat, si vrgeat necessitas, & fiat baptismus sub conditione. Sic Enriq. & Bonac. loc. cit. Regid. art. 4. dub. 1. num. 12. Valentia, disp. 4. q. 1. punct. 2. Sotus, art. 4. ad 2. Ludouicus de S. Juan, q. 1. art. 3. diff. 2. pag. 50. Villalob. de Bapt. diff. 3. num. 2. Scotus, q. 3. & Lublin. V. bapt. num. 11. Vbi sic ait: Si dubitatur de aqua, an vera sit, & baptizatus in periculo existaret, nec alia certior ad manum posset haber i, debet cum ea baptizari, sub conditione tamen huiusmodi: Si haec est materia sufficiens. Postea talis, si superveniat debet rebaptizari, sub conditione. Si non es baptizatus, ego te baptizo. Sic ille, ex Zambrano, cap. 1. de bapt. dub. 1. Reginald. lib. 27. nu. 13. Hurtado etiam, disp. 1. de Baptis. diff. 2. & communis.

QVÆSTIO XIX.

An, ablutio, quæ est materia proxima Baptismi, possit fieri per submersionem, effusionem, & aspersionem?

RESPONDET Angelus V. bapt. 4. num. 1. cum alijs, posse fieri per infusione, & aspersione, non per submersionem.

Sed longe probabilius, Respondeo: tribus predictis modis posse fieri; videlicet, vel immersando corpus in aquam; vel infundendo; vel applicando aquam corpori; vel tāde, per aspersionē. Ratio est: quia, quoniam horum modorum fiat, homo sufficienter denominatur ablutus. Sic Enriquez lib. 2 c. 7. num. 1 Granal tract. 1. disp. 4. num. 6. S. Thom. quest. 66. ar. 7. Sotus dist. 3. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 3. n. 17. Et habetur in Cath. Rom. tit. de Baptismo, n. 17. vt notat Molsfius in sum. tract. 4. cap. 1. n. 41. Archangelus Rub. dist. 3. pag. 20. Hurtado disputat. 1. aff. 4. & omnes. Qui tamen, (licet hac ita sint,) bene notant, quod Minister, qui solemniter baptizat, teneatur seruare consuetudinem sui Ecclesie in qua baptizat, sub peccato saltem veniali; nisi alias, iusta excusat causa; ut honestas in adultis, quos mergi non conuenit: aquæ paucitas; debilitas Ministri, non potentis sustentare baptizandum &c. nam tunc, quamcumque consuetudo haberet, ut baptismus per immersionem conferatur, posset licite, per effusione, aut aspersionem conferri.

QVÆSTIO XX.

An, infans in utero matris existens Baptizari possit, uterum si matris abluitur?

AFFIRMAT quædam Glosa, quam citat Enriquez loc. cit. numer. 2. liter. L.

Sed certissime Respondeo: non posse. Quia per ablutionē vteri, non censetur ipsam personam infantis manere ablutam. Sic D. Tho. q. 68. ar. 11. Enriq. loc. cit. & latius, cap. 22. n. 2. Sotus, Ledesma, Silvestri, apud ipsum. Gabr. dist. 4. q. 2. Valent. disp. 4. q. 1. pun. 2. §. tertio sequitur. Vinal. cap. ult. de bap. num. 16. & est communis per cap. qui in maternis. de consecration. d. 4. citar-

ta. Sic etiam, Candid. disquisitio. 16. art. 2. dubit. 7. Bonac. loco cit. n. 25. Archangel. dist. 5. pag. 52. col. 1 Victoria n. 32. Reginaldus lib. 27. num. 16. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An saltem, valide Baptizaretur, si manu, aut arte obstetricis super ipsum infantem in utero existenter, posset aqua immitti?

NEGRANT Comitol. lib. 1. q. 13. Fi- lue. tract. 7. num. 33. Ochagavia q. 4. n. 5. Lublinus V. Baptismus. n. 22. Vega 1. par. sum. cap. 33. casu 18. Porque (inquit hic autor) aū no aūia nacido en el mundo, y por tanto no puede tornar a nacer ala Iglesia. Sic ille.

Sed probabili. Respondeo: Valide Baptizari, si sic fiat, vel in capite, vel in alia parte corporis. Ratio est: Quia in casu predicto, nihil deesset; si forma ad hiberetur, ut patet. Sic Archangel. dist. 5. pag. 52. V. q. 31. alias 32. Valentia, & Vinald. 11. cit. Gabr. dist. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. Reginald. lib. 27. cap. 3. & alij. Ex quo recte colligunt hi authores esse validum baptismum; neque rebaptizandum esse infantem, p. squam totus ē ventre exiuit; si ante quam totus exiret, baptizatus fuit in capite. Sic etiam Bonacina l. cit. n. 25. qui citat D. Thom. Sotum, Vazq. Pefantium, Philiarcum, Toletum, & ali. s. Et tenent etiam Suan. disp. 2. seft. 2. Diana 2. p. tract. 1. misce. ref. 43. & 5. par. tract. 3. resol. 12. Candidus lo. cit. Molsel. tract. 4. cap. 1. num. 37. & communis.

QVÆSTIO XXII.

An, infans natus cum pelle secundina (id est) cum pellicula sua generationis, dum illa a' huic inuolutus est, possit Baptizari?

AFFIRMANT Angel. V. Baptism. 6. n. 4. Arreol. dist. 5. q. 1. Siluest. Bap. 4. n. 2. & nouissime Hurtado. d. 1. d. 6. Armilla V. Bapt. num. 33. Regius quest. 66. art. 7. num. 78. Ochagavia quest. 4. num. 3. Vazquez disput. 145. num. 31. & penes ipsum, Rosella & Lublinus lo. cit. n. 4. & probabile reputat Layman cap. 3. de Bap. num. 3. & quidem probabiliter, ut ait Valent. disp. 4. q. 1. pun. 2. §. quinto sequitur. & expresse tenet Reginald. lib. 27. num. 16. per

per hæc verbæ. Neque obstat, quod infans in utero existens in voluntate pelle secundina; Nam, & natus potest cum tali pelle baptizari, indicio Angeli in verbo Baptismus. 5. §. 4. & Siliu. eod. verbo 4. q. 1. ratioque eius videtur, quod capillis sit corpori adnata, sicut, & capilli, vel scabies. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo. Non posse baptizari, dum pellicula illa contextus infans fuerit, nisi forte illa pellicula esset porossa, ita, ut aqua illam penetrare posset, & ad carnes infantis peruenire. Ratio est. Quia ad hoc, ut baptismus sit verus, requiritur, ut re vera abluitur aliqua pars corporis, vel ipsa persona, quatenus est subiectum peccati originalis: non ergo sufficiet, ut tantum abluitur secundum id, in quo continetur. Sic D. Thom. art. 7. ad 3. & q. 68. art. 11. Sotus dist. 3. ar. 7. Henr. querit lib. 2. cap. 7. num. 2. V. i. nt. lo. cit. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 4. num. 21. Layman lo. c. Filluc. tract. 2. num. 3. Posselin. cap. 7. mibi. iii. 15. & alij communiter, etiam docentes: non valere baptismum, si puer esset in corio, aut vatre, & eatenus lauaretur. Sic etiam Condus quis. 16. art. 2. Dubit 10. & 11.

QVÆSTIO. XXIII.

An. si aqua, vel eius aspersio, vestes tantum infinitis attingat, fiat Baptismus?

AFFIRMAT Palu. apud Enriquez cap. 7. cit. lit. R. quam opinionem esse probabilem innunt Valent. loc. cit. Sotus dist. 3. art. 7. & Vega casu 67. quatenus, solum contrariam opinionem probabilem, & secundarem, affirmant. Sic enim ad propositam questionem respondet Vega. Respondeo. Quid, aunque algunos podra ser inclinar por la parte affirmativa; que a Soto le parece, y con razon, ser mas segura la parte negativa: Y concluyendo viene a decir, que el creerla, que semejante hombre, debaxo de condicion fuese tornado abaptizar.

Sed probabilius longe, Respondeo: Non fieri baptismum; nisi baptizandi vestes, ita delicate sint, ut aqua attingere possit carnes, nam in hoc casu, vere dicere: ur ablutus infans: non in alio, proprio loquendo. Sic Enriquez, Valentia, Ochagavia, & Sotus, ll. cc. Filluc. num. 21. cit. Hurtad. disp. 1. diff. 6. & Ludouicus de S. Iuan l. cit. art. 3. dub. 2. Layman cap. 3. de Baptismo num. 1. Pe-

trus Cañedo cap. 2. de Baptism. Candidus l. cit. pag. 82. Turreblanca lib. 2. tract. c. 5. n. 31. Bonacina loco citato n. 21 Petrus de Ledesma cap. 3. cit. Reginald. lib. 27. num. 15. & communis.

QVÆSTIO. XXIII.

An. si solum capillos ab' uit, sufficiat ad validum baptismum efficiendum?

NEANT Bonac. disp. 2. q. 2 punt. 4. n. 22. Rodrig. 1. par. cap. 25. con. 2. & ex parte Vega c. 33. casu 62. col. 239. & Zambrana, quem videtur sequi Layman loco. citat. Negant etiam Petrus Cañedo cap. 2. de Bapt. Villalob. de Baptis. diff. 4. n. 3. Turreblanca l. cit.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere. Primo; quia capilli abluti, homo moraliter dicitur ablutus capite, cuod ad baptismum sufficit. Secundo, quia capilli, vere sunt pars hominis continua ad crnatum eius, & secundum Aristotelem, vivunt, & vegetant. Tertio, quia quando D. Petrus, tot millia aspergendo baptizauit, vno die, non est credibile, quin multi aspergerentur, & tinearentur, tantum secundum capillos: ergo. Sic Sotus dist. 3. art. 7. Vazq. disp. 145. n. 21. Egid. q. 66. art. 7. dub. 2. n. 78. Hurt. disp. 1. diff. 6. Filluc. tract. 2. n. 32. Enriq. lib. 2. cap. 7. n. 2. Valen. lo. cit. uers. Sexto sequitur. Tolet. lib. 2. c. 18. Suar. d. 20. sect. 2. Granad. tract. 1. disp. 4. Ochag. o. cit. (qui idem dicendum putat, etiam si aqua baptissimi, solum contingere vngues.) Candidus lo. cit. dubit 10. & 11. Posselinus, Graffius, Molfesius, & alij. apud Bonac. lo. cit. Petrus de Ledesma cap. 3. & alij, pilosus.

QVÆSTIO. XXV.

An. veleat Baptismus, si solus pes, aut digitus infantis, fuerit abutus?

NEANT Sotus in 4. dist. 3. quæst. unica art. 7. Valent. disp. 4. quæst. 1. pun. 2. ver. quarto sequitur. Suar. disp. 20. sect. 2. Petrus Cañedo cap. 2. de Baptis. Villalob. tract. 5. de Bapt. diff. 4. n. 2. Bmacina loc. c. num. 24. Egid. num. 3. Armilla V. Baptism. num. 27. Granad. disp. 4. n. 10. & inclinat Laym. lo. cit. Turrebl. lo. cit. & Molfesius lo. num. 43.

Sed probabilius Respondeo. Valere. Primo. Quia per ablutionem cuiuscumque partis, etiam minima, ut digitus; denominatur homo simpliciter ablatus; ergo ablutio solius pedis, aut digitus, sufficiet ad valorem baptismi. Secundo, quia aspersio facta super capillos infantis, sufficit ad validitatem baptismi: ergo etiam sufficiet, facta in alia parva quantitate corporis. Sic Vazo. disp. 145. cap. 4. Durand. in 4. d. 6. q. 1. Ochagan. q. 4. Entio. cap. 6. n. 2. Hurtado. disp. 1. diff. 6. Fil. Iuc. tra. 2. n. 33. Narar. consil. 2. de Bap. & in manuali cap. 22. infine Paulus Panorm & Innocent. quos sequitur Victoria q. 31. (Vnde male illum citat Bonac. pro contraria opinione.) Tenet etiam Lublinus V. Baptismis n. 10. Legantur Diana 5. part. tract. 3. resol. 4. & Archangelus Rubeus diff. 3.

QUÆSTIO XXVI.

*An, Baptizatio in pectori, vel scapulis,
possit iterum sub conditione
repeti Baptismus?*

NE GANT Vazquez quest. 68. art. 11. & Suir, disp. 20. sect. 2. Quia existimant, non minus firmum, ac ratum censeri, ac factum in capite; Sic etiam sentit Petrus Cañedo cap. 2.

Sed æque probabiliter, Respondeo: Posse. Primo; quia sic habet expresse D. Thos. quest. 68. art. 11. ad 4. vbi sic ait: Si puer, propter periculum baptizetur in capite, non est iterum baptizandus sub conditione. si vero in quacumque alia parte baptizetur, iterum sub conditione baptizandus. Sic Doctor Sanctus. Secundo: quia cum dubium sit, an baptizatus in pectori, vel scapulis, sit vere baptizatus; ex non rebaptizatione, potest evenire aliquid datum baptizato; si forte illa sententia non sit vera: ergo ad minus, iterum poterit sub conditione rebaptizari. Sic Ioan. Sancius disp. 44. n. 1. & 26. & Turrebi. l. cit. n. 33. Vbi non solum posse; sed etiam debere reperi sub conditione, affirmat, & citat pro hac parte D. Anton. Duran. Palud. Aegidium, Bonacinam, & alios.

QUÆSTIO XXVII.

An, possit rebaptizari, qui secundum capilos, manum, pedem, aut, digitum, esset dumtaxat aspersus?

NE GANT aliqui apud Silues. bapt. 4. q. 1. quam sententiam probabilem esse, affirmat Fil. Iuc. num. 33. cit.]

Sed probabilius Respondeo: Posse; immo, & debere (quid quid dicat doctissimus P. Hurtado, ex Vazquo, disp. 1. diff. 12. sub conditione tamen; nepe, si non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine &c. Ratio est. Quia, propter probabilitatem contraria sententiarum, recte sic rebaptizari sub conditione licet. Sic Sotus, Valentia, Nastrus, Layman, Petrus Cañedo, & Villalobos, & alij, ll. cit. Sacius in selectis disp. 44. num. 26. Ludouicus, loc. cit. dub. 4. Suarez disp. 20. sect. 2. & habetur in ritualibus Ecclesiasticis, & sic præcepit Clemens VIII. obseruari. Tenet etiam Turrebi. Cand. Propositus, Diana, & Petrus Ledesma, ll. cc. Molfes. tra. 4. cap. 1. num. 43. & Naldus verb. Baptismus, num. 5. Per haec verba: Baptizari quidem debent pueri, apparentes extra uterum matris cum brachio, pede, vel digitis, cum imminentे mortis periculo, sed egressivini, iterum sub conditione (si non es baptizatus) baptizari debent. Sic Naldus.

QUÆSTIO XXVIII.

An, valeat Baptismus: si quis, ob penitentiam aquæ, Infantem morti proximum, preferendo formam, in flumen, aut putum, proiciat?

NE GANT Scot. d. 5. q. 3. Angel. bapt. 4. n. 1. Siluest. bapt. 4. n. 8. Armilla n. 30. Tabiena. bapt. 5. n. 7. Palud. diff. 3. q. 3. Ludouicus de S. Iuan lo. cit. art. 3. dub. 1. pag. 51. Lublinus V. bapt. na. 24. Sotus diff. 5. art. 3. & diff. 3. art. 8. & Enriquez lib. 2. cap. 7. num. 3.

Sed probabilius Respondeo: esse validum: Quia ad est ablutio infantis, ad est forma, & intentio baptizatis: Ergo ad sunt omnia necessaria ad validitatem Baptismi. Sic Victor. q. 19. Panorm. in cap. Non, ut apponeres Nuñ. art. 8. con. 4. & 5. Suar. disp. 20. sect. 3. Valentia loc. cit. ver. Septimo sequitur. Vazquez disp. 145. cap. 2. num. 19. Egid. quest. 66. art. 7. num. 68. Hurtado. disp. 1. diff. 5. Bonac. disp. 2. quest. 2. pun. 4. n. 27. & ante ipsos. Gabr. diff. 3. quest. 2. & Major diff. 4. q. 1. Layman cap. 3. de bapt. n. 5. Ochagania quest. 6. num. 2. & Villalobos tract. 5. de Bap. diff. 4. num. 7. Candidus disquisitio 16. art. 2. dubit. 3. pag. 82. Petrus de Ledesma loc. cit. Reginaldus lib. 27 num. 21. & alij.

QUÆSTIO XXIX.

*An, Baptizans hoc modo, etiam eo casu, q uo
iam puer certo moriturus, sliter Bap
tizari non posset, peccaret
mortaliter?*

NECAIT peccare mortaliter, immo nec
venia liter, Ochagavia *quæst. 7. n. 2.*
& apud ipsum, Vazquez *2. tom. in 3.
p. disp. 145. cap. 3.* Sed immerito, illum pro
sua sententia citat; cum potius oppositum
clare insinuet, *loc. cit. num. 24. ver. deinde
notandum, unde.*

Probabilius Respondeo: peccare mortaliter, & incurrere irregularitatē. Ratio est, quia prædicta inputeum proiectio, perse est
directa occissio innocētis; que cum sit, iure
naturæ, & diuino, prohibita, adhuc pro lān-
te spirituali illius, non potest a peccato ex-
cusari; non enim facienda sunt mala, vt inde
euocant bona. Sic Vazquez *lo. cit.* & Suar.
quæst. 68. art. 11. Villalobos de Bapt. *diff.
4. num. 5. & 6.* Egid. *nu. 71.* Hurtad. *disp.
1. diff. 5.* Qui omnes consequenter docent:
non esse aperiendam matrem viuum, etiam
si sit morti proxima, & à medicis destituta,
& ipsa met vellet, & precaretur aperiri, vt
puer viuus extractus, baptizari posset, prop-
ter rationem asignatam. Sic etiam Diana
5. par. truct. 3. resol. 8. Reginaldus *lib. 27.
num. 21. & 22.* & communis.

QUÆSTIO XXX.

*An, si quis videns puerum labentem (aut ab
alio proiectum) influmen, proferat
formam baptismi, efficiat Bap
tismum validum?*

NECAIT Bonacina *disp. 2. q. 2. pun.
4. n. 28.* & Candidus *l. c.* qui ambo
citant Victoria pro sua sententia;
sed nihil de hoc casu Victoria. Negant ta-
men omnes Doctores, supra pro cōtraria sen-
tentia, *quæst. 28.* citati; nec non, Petrus de
Ledesma *lo. cit.*

Sed potest nihilominus probabiliter Re-
ponderi; efficere, eo casu, Baptismum vali-
dum. Primo. Quia si puer è manibus bapti-
zantis forte elapsus esset, & tunc ipse bapti-
zans proferret verba Baptismi, vere effi-
ceret validum baptismum, vt aint Sotus, &
Penna, cum alijs, apud Enriquez *lib. 2. cap.
7. num. 3. lit. Q.* Villalob. *lo. cit. num. 7.* &

Filluc. *tract. 2. num. 39.* (quid quid dicant
Olcot. in 4. quæst. 1. art. 8. casu 3. & Pe-
trus de Ledesma *lo. cit.*) ergo, & baptizans
in nostro casu. Secundo; quia formaliter tunc
verificantur verba Baptismi; licet mate-
rialiter ab ipso baptizante, non esset puer
ablutus. Sic Sotus, & Penna, & Silvest. apud
Enriquez, & Ludouicus de S. Juan *ll. cit.* &
confirmabitur ex quæstionis sequentis ref-
ponsione.

QUÆSTIO XXXI.

*An, valeat Baptismus, quando quis aquæ
descendi è te ēto, submittit puerum a-
bluendum, & verba bap
tismi profert?*

NECAIT Franciscus de Raonis
*tract. 2. de Sacram. disp. 2. quæst.
3. art. 1. pag. 132.*

Sed probabilius Respondeo: affirmatiue.
Quia in hoc casu, vere formaliter, & mate-
rialiter, infans denominatur ablutus à sub-
mittente, & proferente verba Baptismi; si-
cūt denominatur à projicēte influmen. Sic
Bonac. *lo. cit. n. 29.* & debent tenere om-
nes Doctores pro nostra sententia *quæst. 28.*
citati. Qui omnes recte colligunt, & addūt:
validum meliori iure, esse baptismum, si in-
fans à baptizante fune mittatur in flumen,
& ab illo viuus extrahatur. Sic etiā Angel.
Baptis. *4. num. 2.* Viualdus *cap. 5. num. 6.*
Bonacina *num. 28.* & est communis.

QUÆSTIO XXXII.

*An, quando Baptismus fuit per tri nam
mercionem, sortiatur suum effectum
post primam mercionem, modo for
ma sufficienter prolat a sit,
ante duas alias
merciones?*

NECAIT Paludanus *distin. 3. quæstion
3. art. 3.*

Sed Probabilius Respondeo: Sortiri. Ra-
tio est, quia ad valorem, & essentiam bap-
tismi, non sunt necessariae tres, neque duæ
ablutiones; sed sufficit una, & prolatio ver-
borum: cum ibi adsit materia, forma, & in-
tentio Ministri. Ergo in una, fit verus bap-
tismus. Sic D. Thom. *quæst. 78. art. 6. ad 2.*
& *quæst. 66. art. 8.* & Caetanus *ibi. ar. 3.*
Sotus in *4. dist. 3. quæst. unicā art. 8.* Victo-
ria *quæst. 19.* Enriquez *lib. 2. cap. 7. num. 4.*
Valentia *disp. 4. q. 1. pun. 2. ver.* & obser-
vandum

uandum est, Vazquez, Egid. & Suar. in q. 66 art. 3. Hurtado disp. 1. diff. 4. Reginaldus lib. 27. num. 20. Bonac. loc. cit. num. 30. Qui omnes, ex hoc recte colligunt, validum esse baptismum, si puer, aut Sacerdos moriatur, post primam mersionem.

QUÆSTIO. XXXIII.

An' etiam, in casu, quo Minister intendat consumare Baptismum, non nisi intentione mersione, valeat, & fiat Baptismus; posita prima mersione, & prolatam formam?

NEGANT Palud. loc. cit. & Silvester bapt. 5. num. 2.

Sed probabilius Respondeo: adhuc valere, & fieri baptismum, posita prima, cum forma, ablutione; modo Minister intendat facere, quod Christus instituit, aut quod Ecclesia intendit, aut quod potest. Ratio est, Quia intentio generalis Ecclesiae, quæ est, ut baptismus perficiatur, cum absoluta est forma, & persona sufficienter abluta, prauet intentioni particulari Ministri. Ergo. Secus dicendum est, si minister directe intendat, trina ablutione, Sacramentum Baptismi confidere, & non aliter; quia in hoc casu, ex defectu intentionis requisite, nihil efficiet. Sic Valentia, Hurtado, Bonacina, & alij. ll. cit. Petrus de Ledesma cap. 3. de baptismo infine.

(§)

DISPUTATIO III.

De Forma Baptismi.

QUÆSTIO PRIMA.

An, hoc sit conueniens forma Baptismi; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen?



EGARVNT aliqui Hæretici, quos la re refert Vazquez disp. 142. cap. 1. post Bellarminiū 2. tom. lib. de Baptismo cap. 3.

Sed veritas catholica docet: esse legitimam, necessariam, ac conuenientem formam. Constat primo, ex Mat. cap. 28. Euntes; docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Secundo ex Conc. Florentin. in instructione Armenorū, & ex Trid. Ieff. 7. can. 4. c. cap. 1. de Baptismo. Sic omnes Doctores cum Doctore Angelico q. 66. art. 5. Navar. cap. 22. num. 2. Suar. to. 3. in 2. par. disp. 31. sect. 1. Nuñus, & Egidius quæst. 66. ar. 5. Enriquez lib. 2. cap. 8.

Archangelus disp. 3. pag. 20. Victoria num. 13. Bonacina disp. 2. quæst. 2. punto 4. i. s. 1. & alij.

QUÆSTIO II.

An, illa particula, Ego, sit de substantia formæ Baptismi?

AFIRMANT aliqui apud Abbatem in cap. Siquis, de Baptismo, & apud Aureolum disp. 3. quæst. 2.

Sed probabilius Respondeo: non esse. Quia in verbo, Baptizo, implicite continetur. Unde, si quis sine tali particula, baptizaret, verum efficeret baptismum. Sic Innocent. III. in cap. 1. de baptismo, & capite Retulerunt. de consecr. disp. 4. S. Thom. quæst. 66. art. 3. & cum eo omnes Doctores; & clare probatur, etiam exemplo Ecclesie Graecæ, quæ sine pronomine illo, Baptizat cum hac vertatur forma; *Baptizetur (aut Baptizatur) seruus Christi, (Petrus vel Ioannes) in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* Qua ratione Pelantius in 3. par. q. 66. disp. 4. docet; quod praedicta particula, Ego, nequidem implicita, est necessaria. Quod antea docuit D. Thom. quem refert, & sequitur Vega cap. 23. casu 7. col. mibi, 211. & post hos Hurtado disp. 1. diff. 7. Legantur Vazquez disp. 152. q. 3. Archangelus. disp. 2. Bona-

Bonacina loc. cit. num. 11. Sayrus lib. 1. de Sacramentis in genere cap. 4. art. 4. & alij apud ipsos.

QUÆSTIO. III.

An, qui scirenter omittent hanc partitulam, Ego, peccaret mortaliter?

AFFIRMAT Filluc tract. 2. num. 49. casu, quo illam omittat in publico, & solemini Baptismo, & ante illum absolute Olcot. in 4. q. 1. de Baptismo, ar. 2. & Graffius par. 2, decif. aur. lib. 1. cap. 3. num. 25. fol. mibi 7. & apud ipsum, Turrecremata.

Sed probabilius Respondeo: tantum peccare evenialiter, (secluso scandalo, & contemptu) siue illam omittat publice, & solemniter, siue priuatim. Ratio est. Quia est materia leuis, & nihil tollit de substantia formæ. Sic Sotus in 4. dist. 3. quæst. unica art. 5. Enriq. lib. 2. cap. 4. n. 6. Barthol. de Ledesma diff. 5. col. 113. & Petrus etiam de Ledesma cap. 4. Egidius quæst. 66. num. 61. Viuald. cap. 3. num. 5. Granado tom. 5. tr. Et. 2. disp. 1. nu. 5. Ochagan. de Bapt. quæst. 3. num. 6 & inuit Samuel Lublinus 1. part Simul V. Baptismus num. 1. & Christoforus Iabellus 2. tom. tract. 2. de Bapt. cap. 4. Binsfeldius loc. cit. §. 3. Hurt. disp. 1. diff. 7. & penes ipsum, Vazquez, Archangelus d. 3. pag. mibi 21. Vbi id absolute, per haec verba, docet. Dicendum est absolute, huiusmodi non peccare mortalitet; tu quia Christus illud (pronomen scilicet, Ego, y non posuit: tum quoniam in verbo, Baptizo, ex vi locutionis subintelligitur. Quid ob rem, hec Ecclesia ad id obligare ex praecerto voluisse, prorsus asserendum est Scanдалum autem, si inde oriretur, potius passum, quam actuum, foret. Sic ille.

QUÆSTIO. III.

An, Baptizans, qui loco, Ego, diceret; nos te baptizamus, &c. efficeret virum baptismum?

AFFIRMANT Viuald. loc. cit. num. 6. 8c Victoria quæst. 17. Vega casu 7. cit. apud ipsum, Sotus in 4. dist. 1. q. 1. art. 7. Ledesma quæst. 5. Enriquez lib. 2. de Baptismo, cap. 12. & Rodriguez tom. 1. cap. 24. num. 2. Ludouicus de S. Juan quæst. 1.

art. 8. diff. 8. pag. 55. casu, quo baptizans sit Papa, aut Episcop' vel huiusmodi personæ, quæ ob dignitatis authoritatem, loco, Ego; solēt dicere, nos, secus, (inquitur dicunt), si persona baptizans est communis, & particularis, ut Parrochus &c.

Sed probabilius Respondeo: quod adhuc vere efficiet baptismum, etiam si persona sit particularis, & communis, si per, nos, intendat dicere, Ego, sicut faciunt Domini; Ratio est. Primo. Quia semper, quod per ly nos intendatur idem, quod, ego, stat principale significatum. Secundo. Quia etiam personæ comunes, & vulgares, communiter dicunt, Nos. Sic D. Bonau. in 4. dist. 5. Angelus Bapt. 2. num. 4. Armilla num. 12. Siluest. Bapt. 1. quæst. 11. Lublinus loc. cit. Bonac. loc. cit. n. 11. Bellarminus. cap. 3. de Bapt. Reginald. num. 24. & 25. Suarez, & Bartholomæus ab Angelo, & alij apud ipsos. An vero, qui ita baptizaret, grauiter peccaret? Affirmat Archang. dist. 3. pag. 25. col. 1. Mihi tamen, id durum videtur.

QUÆSTIO. V.

An, esset Baptismus, si quis diceret, ego Pētrus, aut ego Sacerdos, baptizo te in nomine Patris &c.

NEGLANT absolute, aliqui, quos super nomine, refert Archangelus dist. 3. pag. mibi 22. & negat Inno cētius in cap. 1. de Bapt. casu, quo tale additum, existinet esse de essentia formæ.

Sed oppositum omnino Respondeo: Quia in predictis verbis, nihil de substantia formæ variatur. Sic Sotus dist. 3. quæst. unica art. 5. Layman, cap. 4. de Bapt. num. 6. Alens., & Ricard. quos citat. & sequitur Sayrus de Sacram. lib. 1. cap. 4. art. 3. infine, & Archangelus loc. cit. & communis.

QUÆSTIO. VI.

An, si duo simul, unum baptizarent, & unusquisque diceret: Nos te baptizamus &c. conferrent verum Baptismum?

AFFIRMANT Caietan. quæst. 67. art. 7. Palud. in 4. dist. 3. quæst. 2. Durāndus, & Ricard. dist. 3. quæst. 3. Valentia quæst. 2. punt. 2.

Sed probabilius Respondeo: non conferre nisi in casu quo, per ly, nos, unusquisque

quisque int̄ēderet, Ego; & solum causa gravitatis dicerent, Nos. vt nuper est habitum) quia variaretur sensus formæ. Sic S.Thom. quæst. 66. ar. 5. & quæst. 67. art. 7. Victoria quæst. 17. Vivald. cap. 3. num. 7. Alex. D. Bonavent. Sotus, Silvester, Enriquez, quos citat, & sequitur Gránados tom. 5. tract. 2. disp. 3. nu. 7. Villalobos de Baptismo diff. 5. num. 5. & alij. An vero, si vñus quisque diceret: Ego te baptizo, & vñus quisque aplicaret materiam, vere baptizarent? dicetur infra, disp. 4. quæst. 15.

QVÆSTIO VII.

An, illa particula, Te, sit de essentia, & substantia Baptismi?

RESPONDo: esse. Primo: quia id colligitur ex verbis Christi, Mat. vlt. Baptizantes eos. Secundo: quia nece ssaria est, vt indicetur distinctio baptizantis, & baptizati; qua sicut inter generantem, & generatum significari debet cap. Debitum de Baptismo. Sic D. Thom. quæst. 66. art. 5. & omnes Doctores, qui bene aduentunt; non esse ita necessariam illam determinatam vocem, Te, vt non sufficiat quævis alia, per quam determinetur baptizandus, vt statim dicemus contra Alexandrum 4. par. quæst. 8. mēb. 3. art. 3. §. 2. docente, quod si quis diceret, Baptizo Ioannem, vel, eum, non indicando illud pronomen, Te, nū illum faceret Sacramentū. Legantur Vazquez disp. 142. cap. 3. in fine Archang. diff. 3. pag. 21. & 22. Sotus in 4. diff. 3. quæst. unica ar. 5. Syrus lib. 1. c. 4. ar. 4. Suar. disp. 21. se ct. 2. Tolet. lib. 2. cap. 19. n. 5. Bonac. disp. 2. de Sacram. q. 2. pun. 4. nu. 2. & alij. apud ipsum.

QVÆSTIO VIII.

An, Peccaret mortaliter, qui loco, Te, posseret nomen proprium Baptizati, videlicet: Ego baptizo Petrum, in nomine Patris. &c?

AFFIRMABIT consequenter Alexander, vt aperte colligitur, ex eius doctrina, & affirmant expresse Angel. Bapt. n. 2. Armill. n. 5. & Vivald. l.c. n. 9. & indicat Reginald. lib. 27. n. 25. Negant vero omnino, Scotus (apud Enriq. lib. 2. c. §. n. 4. lit. Z.) quatenus afferit, melius fore, si diceretur. Baptizo Petru; quā Baptizo te. Bonac. l.cit. pun. 4. n. 2. & alij apud ipsum.

Sed probabilius Respōdeo: Non peccare mortaliter; sed venia liter. Primi probatur; quia solum est de necessitate, & ubi antea baptismi, quod exprimatur persona baptizati: at prædicto modo, recte exprimitur, (sicut etiam exprimeretur, si quis diceret; ego baptizo bunc; aut, baptizo tuam Dominationem, aut, tubaptizaris à me) ergo. secundū, etiam constat; quia, qui se baptizaret, ficeret contramorem Ecclesie Latinæ: ergo. Sic Enriq. l.cit. n. 4. Agid. q. 6. n. 49. Vazq. l.cit. Cand. disquisitio 16. ar. 4. dub. 4. & alij.

QVÆSTIO IX.

An, efficeret verum Baptismum, qui baptizans unum, diceret: Ego vos baptizo &c.

NEGABUNT consequenter, Vivald. p̄t. & Vega sup. cit. casu quo, baptizans, nō sit Papa, Archiepiscopus, vel Episcopus. Quia existimat, in eo casu, fieri mutationem substancialiæ in forma.

Sed probabilius Respondō: efficeret verum Sacramentum, etiam si baptizans, non sit Papa, aut Episcopus &c. Sed persona particularis, dummodo, per hoc, quod, dicat; vos, velit significare personam singularem baptizandam, tantumquæ hoc faciat propter ignorantiam, aut propter honorem, aut dignitatem. Ratio est, quam supra dedimus. Verum est, quod huiusmodi baptizans, quis quis ille sit, peccabit, sec'uso scandalo, & contemptu, (sicut in casu, a 4. cit. deciso) ad minus venialiter. Sic AA sup. cit. & Filluc. tract. 2. n. 33. Bonac. disp. 2. o. 2. pun. 4. n. 11. & Vazq. dif. 142. cap. 3. infine.

QVÆSTIO X.

An, valide baptizaret, qui loco, Baptizo, diceret; Lanu, Abluo, Intingo, Immergo, Aspergo, Infundo?

NEGANT Inocēt. Glossator decreti, & Alex. der apud Sotu lo. cit. Gabriel in 4. diff. 4. q. unica dub. 3. & Astēsi. 1. p. summa lib. 4. tit. de batt. fol. mibi 178.

Sed probabilius Respōdeo. Quid sic. Omnia hæc omnia equivalent omnino, verbo Baptizo, synomina enim sunt: secus esset dicendum, si quis diceret: ego te linio, proiecio in aqua; te mundo ab originali; quia tunc non valeret. sic Suar. disp. 21. se ct. 2. Vivald. cap. 3. n. 10. Filluc. tra. 2. n. 51. Agid. q. 66. n. 44.

& Estius in 4. diff. 3. §. 6. Barth. de Ledesma, diff. 5. concl. 4. col. 115. Sotus diff. 3. q. vni. art. 5. Cañedo cap. 2. de bapt. Bonacina diff. 2. q. 2. punct. 4. numer. 4. Toletus, lib. 2. cap. 19. num. 7. Vazquez diff. 142. c. 2. num. 10. Graff. 2. part. lib. 1. cap. 3. num. 21. Sayrus de Sacram. libr. 1. cap. 4. art. 2. Archangelus diff. 3. pag. 22. (Qui fecus dicendum dicit; si quis loco, Baptizo; diceret; Balneo) & communis.

QVÆSTIO. XI.

An, Particula, In, sit de essentia Sacramenti?

AFFIRMANT Angel. Baptismo, 2. numer. 6. & Gualdensis, penes ipsum, Silvest. Bapt. 1. num. 6. Alensis, lo. cit. Nauar. cap. 22. numer. 5. Scot. diff. 3. q. vni. art. 5. Regin. lib. 2. 4. nu. 30. Comit. lib. 2. q. 9. & Gabr. lo. cit. Tolet. libr. 2. cap. 19. num. 5. Viuald. cap. 3. numer. 11. & Ioa. Maior in 4. diff. 2. §. Iam viso.

Sed probabilius Respondeo: non esse. Ratio est; quia, adhuc, prædicta illa particula sublata, remanet idem sensus: nam idem omnino est, sive dicatur, in nomine Patris; sive nomine Patris. Sic Enriquez, lib. 2. cap. 8. num. 6. Egid. loco cit. numer. 61. Filli. num. 63. Bonac. lo. cit. num. 16. & Diana 2. part. tract. 15. ref. 47. Hurtado de Bapt. diff. 1. diff. 7. Candidus diff. quis. 16. art. 4. dubit. 5. pag. 84. (Qui tamen male citat Toletum pro hac parte; oppositam enim aperte docet) Sayrus de Sacram. lib. 1. cap. 4. ar. 4. Vazquez, diff. 52. numer. 30. Bonac. punct. 4. cit. numer. 16. & apud ipsum Chamerota, Toletus, Viuald. & alij. Sed ex his doctoribus, non bene citat profecte, hos duos.

QVÆSTIO. XII.

An saltem, peccaret mortaliter, qui tales particulam, Baptizando omittet?

AFFIRMANT omnes Authores nuper citati assertentes; particulam, *In*, esse de substâlia baptismi; & ex alijs, Filii. lo. cit. qui citat pro te Enriq. cap. 9. §. 4. Vbi nihil de hac re, & oppositum docet, cap. 8. num. 6.

Sed probabilius Respondeo: non peccare mortaliter; sed, venialiter tantum; dummo-

do, prædictam particulam, sine scandalo, & contemptu omittet. Ratio est; quia, licet faceret, contra communem usum Ecclesias non tamen, contra materiam grauem. Sic Enriq. Bonac. & Dian. ll. cit. & alij apud ipsos; quibus ego addo Ochag. de Bapt. q. 10. Et idem videtur docere Egid. q. 60. n. 61. Qui tamen male citat Sot. in 4. diff. 3. art. 5. pro contraria sententia, cum de omissione dictæ particulæ in toto art. nihil tractet. Sic etiâ videtur sentire Hurtad. lo. cit. casu, quo suscipiens baptismum, admoneatur de periculo nullitatis; quia omissione illius particula, facta ea admonitione, est, inquit, parui momenti. Sic Hurtado, sed non bene, quia si semel concedat, adesse in omissione illius particula, *In*, periculum nullitatis baptismi; necessario debet fateri, esse talenm omissionem mortalem.

QVÆSTIO. XIII.

An, valide baptizaret, qui diceret, Ego te baptizo in nomen Patris, & Filij, &c?

REPODEO: quod sic. Quia prædicta mutatio, non corrumpt formam; Nam in Græco, accusatus legitur; licet in Syriaco, ablatiuus habeatur. Sic Estius, lo. cit.

QVÆSTIO. XIV.

An, valide baptizaret, qui diceret, Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, &c?

AFFIRMANT Arriani, & Lutherani. Imo (quod magis mirandum est.) Marsil. diff. 3. q. 3. art. 4. ait; quod si quis, saltem ex ignorantia, vel lapsu lingue, pro eo, quod est, *nominis*, diceret, *nominibus*, non auderet definire non esse Sacramentum, si intentionem habet Ecclesiæ; nam forte (inquit) Deus, ratu haberet. Sic Marsil. Sed male profecto, sicut etiam male prædictam sententiam attribuit Vinaldius, cap. de forma Baptismi, num. mibi 27. Sot. diff. 3. q. vni. art. 5. §. Ut ergo. Cum hic Author, solum referat sententia Marsili, & eius verba, & illâ impugnet. Tenuit tamen hanc partem, ut probabile, Atestans in Summa 1. p. lib. 4. tit. 3. de Baptismo, fol. 178. Vbi sic ait: Dicendum etiam secundum Petrum Pal. quod ibi sumitur singulare pro plurali:

& secundum istam sententiā, videtur quod si diceretur, *In nominibus Patris &c. est baptismus*. Sic ille.

Sed oppositum omnino Respondeo. Quia in forma baptismi, necessario est exprimendavitas diuinæ essentiae, una virtus, una que maiestas trium personarum, ut docent communiter Doctores, quod fit dicendo, in nomine Patris &c. At si quis diceret, *In nominibus*, significaret contrarium; nempe, non esse eandem essentiam, substantiam, virtutem quæ omnium personarū, quod est error in fide: Ergo, Sic S. Thom. q. 66. art. 6. & Mag. dist. 3. & omnes Patres, & Doctores. Ut videre est apud Sotum q. unica ar. 5. Mal donat, & Granad. lo. cit. disp. 5. n. 8. Suar. disp. 21. sect. 3. Vazq. disp. 143. n. 34. Archangel. dist. 3. pag. 25. Enriquez lib. 2. cap. 8. n. 2. Bellarm. de bapt. cap. 6. Sayrum de Sacram. in communilib. 1. cap. 4. art. 2. & alios.

QVÆSTIO XV.

An, valide Baptizaret, qui diceret, Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti?

NEGRAT Bonac. disp. 2. q. 2. art. 2. punt. 4. num. 5. per hæc verba: Si quis baptizando dicat. *Ego te baptizo in nominibus Patris &c.* Aut etiam si dicat, *te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti*, in valide baptizat, ut multi Doctores testantur apud Suarez loc. cit. sect. 3. concl. 2. apud Sayrum l. cit. & apud Reginald. lo. cit. num. 3. & apud Franciscum Pitigianum dist. 13. q. 2. art. 6. apud Graff. loc. cit. num. 26. & apud Viualdum cap. 3. num. 12. Sic ille. Sed male profecto, precipue in eo quod dicit; suam sententiam tenere multos Doctores apud Suarez, Viualdum, & Reginaldum, cum nihil, apud hos AA. (quos attente legi) innuire potuerim.

Sed probabilius Respondeo: Valide, & vere baptizare. Quia talis repetitio; cum sit vnius, & eiusdem nominis, non mutat sensum per se; sicut idem omnino est dicere; Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; ac dicere; Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus. Sic Suarez dist. 21. sect. 3. concl. 2. Filluc. tra. 2. num. 62. Enriquez cap. 8. num. 2. Egidius q. 66. num. 58. Viualdus cap. 3. num. 12. Sotus dist. 2. q. 2. vñica art. 6. Estius in 4. dist. 3. §. 6.

Vazq. l. cit. num. 36. Vribaire in 4. dist. 3. disp. 9. Ludouicus de S. Ioan ar. 2. art. 1. de Bapt. art. 4. dist. 4. pag. mibi 54. Bartholome de Ledesma lo. cit. concl. 6. col. 117. Diana tom. 2. tract. 3. misc. Ref. 15. Candidus disquisitio. 16. ar. 4. dubit. 5. pag. 84. Petrus de Ledesma cap. 4. cit. Archang. lo. cit. (qui idem dicit, de illo, qui hoc modo baptizaret: *Baptizo te in nomine Dei Patris, & in nomine Dei Filii, & in nomine Dei Spiritus Sancti.*) & communis:

QVÆSTIO XVI.

An saltem, sit validus Baptismus datus sub hac forma: Ego te Baptizo cum nomine Patris, cum nomine Filii, & cum nomine Spiritus Sancti?

NEGANT Bonac. l. cit. & apud ipsum, Egidius num. 60. Comitolus lib. 1. q. 10. & (in noua editione) Filluci tract. 2. cap. 3. q. 10. & omnes alij Doctores, qui asserunt particulam, *In, esse de substantia formæ baptismi, ut Scotus, Na- uarrus, Reginald. & alij supra citati.*

Sed probabilius Respondeo: esse validū, quod ex dictis constat. Sic Antores nuper q. 2. 11. citati.

QVÆSTIO XVII.

An, valeat Baptismus sub hac formadatus; Ego te Baptizo cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu Sancto, aut sub ista: Ego te baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto?

AFFIRMANT Comitolus lib. 1. q. 10. apud Filluc. num. 62. (qui etiam dicit; *talem baptismum fore repetendum, sub conditione, ob formam dubiam,*) & etiam Guillelmus Estius in 4. dist. 3. §. 6.

Sed probabilius Respondeo: Non valere. Quia per huiusmodi formam, non exprimitur expressæ vnitatis essentiae; quam esse necessario exprimendam, docent omnes Patres, ut supra. Ergo, Sic Egidius l. cit. num. 60. Filluc. lo. cit. (vbi atente est legendus propter errorē Tipographiij Bonac. & G. nad. & Pesantius ll. cit. Layman cap. 4. n. 4 & apud ipsum, Suar. Valent. Sorus Enria. Candid. disquisitio 16. ar. 4. dubit. 5. pag. 84. & Vazq. disp. 143. num. 36. &c. 27. Qui addit: *secus dicendum esse, si quis hac forma baptizaret: Ego te baptizo in unum Deum*

Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Vel, in uno Deo, Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Quia tunc, non minus firmum, & ratum, esset Sacramentum, quam si diceret, *In nomine Patris &c.* Eo quod modus ille loquendi, in unum Deum, Patrem &c. Vel, in uno Deo Patre, &c. Exprimit tres personas in una essentia, & eas denotat, ut causam. & authorem baptismi. Nam prepositio, *In*, saepe denotat idem, quod, *Per*.

QUÆSTIO XVIII.

An sit validus Baptismus, si loco illius verbis, in nomine, dicatur in virtute?

NEGBUNT Filluc. tract. 2. n. 54. & Ludouicus de S. Iuan q. 1. ar. 4. eit. diff. 6. pag. 55. & apud ipsum, Sotus, Innocentius, & Hugo. Archangelus etiam, diff. 3. pag. 25. col. 2. & alij. Quia existimat particulam, in virtute, non significare idem, ac significat haec particula, in nomine. citat etiam pro hac parte Hurtado, (vbi infra) Valentiam, & Aegidium. Affirmat vero ipse Hurtado disp. 1. diff. 7. pag. 47. in ultima editione, per haec verba. Ex quibus constat, quod si quis dicat: *Ego te Baptizo in Deo Patre, & Filio, & Spiritu Sancto*, aut, in essentia, aut in virute Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, valide baptizat (quid quid dicant Valentia, & Aegidius) quia particula, in Deo; aut, in essentia, aut in virtute, aquiuale particula in nomine. Sic Hurtado.

Sed ego absolute Respondeo: utramque sententiam esse valde probabilem. Ideoque cum talis Baptismus sit valde dubius, sit ne validus, aut non, sub conditione repetendus erit. Sic Enriq. lib. 2. cap. 8. n. 2. Aegid. & Bonac. II. cit. Yribarne disp. 9. & Layman loc. cit. immo, & Sotus diff. 3. q. vni ca art. 5. hoc ipsum docet, si quidem ait: de bere sub conditione iterari.

QUÆSTIO XIX.

An sit validus Baptismus, sub his verbis datus; Ego te baptizo in nomine sanctissime Trinitatis; vel, in nomine unius, & trini; vel, in nomine trium personarum?

AFFIRMAT Caletanus quest. 66. art. 6. post Mag. in 4. diff. 3. & Arianus in 4. q. 2. de bapti. §. Ad rationes.

Sed longe probabilius, Respondeo: Non esse validum. Quia non exprimuntur expressae tres personæ Diuinæ Trinitatis; quarum explicita expressio, & invocatio, necessaria est ad valorem Baptismi. Habetur in cap. In synodo de consecrat. diff. 4. & tenent S. Thomas q. 66. art. 6. & prius diff. 3. q. 2. Sotus diff. 3. ad art. 6. Victoria q. 16. Armilla n. 6. Enriq. lib. 2. cap. 8. n. 1. & cap. 11. n. 1. Suarez diff. 21. se ct. 3. & 4. Aegidius q. 66. ar. 5. num. 52. Toletus lib. 2. cap. 19. n. 7. Vazquez disp. 143. cap. 3. Valentia disp. 4. quest. 1. punto 3. Reginaldus lib. 27. cap. 4. num. 28. & 30. Filluc. num. 54. Viualdus cap. 3. num. 14. Bonac. l. cit. num. 7. Estius l. cit. Granad. tract. 1. disp. 6. Yribarne l. cit. summa Theologica de baptismo, loco sexto, pag. mibi, 130. & Hurtado disp. 1. diff. 9. Cano, Bellarminus, & Communis, penes ipsum.

QUÆSTIO XX.

An, hoc tempore, valeat Baptismus sub hac forma: Ego te Baptizo in nomine Iesu Christi?

AFFINMANT Mag. in 4. diff. 3. Hugon. lib. 2. de Sacramentis p. 6. cap. 2. Arian. in 4. quest. 2. Caiet. q. 66. ar. 6. Iabellus tom. 2. tract. 2. de Baptismo cap. 4. & in hanc partem, aliqua liter inclinat Binsfeldius l. cit. §. 3. & Vinald. cap. 3. n. 20. Addes tamē; quod peccaret mortaliter, qui nūc, sic baptizaret. Fauet huic sententiæ Angelus verb. Baptismas 2. num. 8. quatenus affirmit, quod baptizat⁹ hoc modo, esset iterum sub conditione baptizandus, proper dubium.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non valere; Quia Christi invocatio, non est expressa Trinitatis professio, quam in forma requiri saepe diximus. Sic S. Thom. q. 66 art. 6. Victoria quest. 15. Sotus diff. 3. q. vnic. art. 6. Siluest. Bapt. 1. n. 4. Armilla num. 6. Enriquez lib. 2. cap. 8. num. 5. Suarez diff. 21. se ct. 3. Valentia disp. 4. q. 1. punt. 3. vers. in hac re, Aegid. q. 66. nu. 52. Filluc. tract. 2. num. 56. Bonac. diff. 2. q. 2. p. 4. num. 7. & 8. Vazq. diff. 143. cap. 3. Estius in 4. diff. 3. §. 4. Sylvius loc. cit. Hurtado disp. 1. diff. 9. Citatur etiam pro hac sententia, Scotus; sed hic Doctor, satis inclinat in contrarium, ut notat Gabriel in 4. diff. 4. quest. vnic. Corol. 1. Tenent etiam Petrus de Ledesma de baptismo cap. 4. prope finem. Reginald. lib. 27. num. 28. & alij.

QVÆSTIO. XXI.

An saltem, debeat concedi, tempore Apostolorum, administratum fuisse baptismum, ex dispersione Christi, sub prædicta forma?

AFFIRMANT D. Tho. q. 66. ar. 6. ad 1. Caiet, ibidem; Scot. Bonau. Durand. s. 3. q. 2. Silvest. bapt. 1. n. 4. Tabi. bapt. 3. §. 1. Nuñus q. 66. ar. 6. diff. 2. Arm. n. 6. Tolet. lib. 2. c. p. 19. Valét. q. 1. pun. 3. §. ad secundū Respondeo. Lublinus 1. par. sum. V. baptismus num. 1. Binsfeld. l. cit. §. 3. Victoria q. 15. & alij apud Enriq. lib. 2. cap. 10. n. 1. littera A. Qui omnes afferunt, morē fuisse initio nascentis Ecclesie, (saltem ante passionem, aut ascensionē Christi) ut valeret Baptismus sub hac forma; *Baptizo te in nomine Iesu Christi, ex dispersione, ab ipso me Christo, ad tempus data;* ut ita, nomen Christi Iudeis inuisum, redderetur amabile fidelibus.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Nunquam in administratū fuisse baptismū, in nomine Christi tantū Primo: quia non legitur in Scriptura, Apostolos sub hac forma ad baptizādū habuisse dispēsationē. Ergo semper baptizarunt, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Secundo: quia quando in actibus Apostolorū, dicitur Apostolos baptizasse, *in nomine Iesu;* vel indicatur, baptismū administratum fuisse in merito, & virtute Christi; vel in nomine Christi, sed non solius; quia, videlicet, coniungebantur alia personæ, hoc modo. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii eius Iesu Christi Domini nostri, & Spiritus Sancti.* Sic D. Cipr. epist. 72. & alij Patres. Enriquez l. cit. num. 2. Bellarm. cap. 3. Feidius l. cit. num. 62. Filluc. tract. 2. num. 57 Bonacina disp. 2. ou. & 2 pun. 4. num. 8. & Estius loc. cit. Cano, lib. 6. de locis, cap. 8. ad 7. Suarez, disp. 21. sect. 2. Salmeron, Maldonatus, Baronius, & alij, quos citat, & sequitur Granadus tract. 1. disp. 7. na. 2. Vazquez disp. 143. cap. 2. (vnde male citatur à Bonacina pro contraria sententia.) Petrus Ledesma loc. cit. Hurtado d'rs. 1. diff. 9. & Reginald. loc. cit. num. 29. dicens, sed non bene, contrarium, non esse probabile, est namque: ut innuit Vazquez, l. ci. n. 6. pag. mibi 478.

(§)

QVÆSTIO. XXII.

An, valide Baptizaret, qui diceret: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis, aut Spirati?

NEGANT S. Thom. q. 66. ar. 5. ad 7. Henriquez lib. 2. cap. 9. n. 4. Tolet. lib. 2. cap. 19. Scotus, Sotus, Bonau. Ricard. Argét. quos refert, & sequitur Suar. disp. 21. sect. 4. Filluc. tract. 2. n. 58. Estius & Granad. ll. cit. Bonac. l. cit. num. 12. Vazquez disp. 144. Hurtado disp. 1. diff. 10. Petrus de Ledesma cap. 4. Archangelus diff. 3. pag. 22. Candidus disquis. 16. art. 4. dubit. 7. & communis.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Validē, (licet non licite) baptizare. Ratio est. Primo, quia mutatio accidet talis formæ, non vitiat substantialiter illam: at in predicta formæ, talis reperitur. Ergo. Secundo: quia in alijs formis mutatio verborum in alia, præcipue synonima, non variat, aut destruit sensum earū, neque obstat valeri Sacramētorū, ut supra: at hic, licet fiat mutatio, est in alia nomina synonima, & propria trium personarum, marente expressa earum inuocatione: Ergo. Sic Glos. in cap. Multi. de cōsecrat. diff. 5. Caiet. q. 66. ar. 5. Victoria, q. 14. Vinald. cap. 3. n. 17. & 18. Boid. q. 66. n. 55. & reputant probilem sententiam, Sotus, Suar. l. cit. Valentia q. 4. disp. 1. pun. 3. Mofes. tract. 4. c. 1. n. 46 pag. mibi, 185. & alij.

QVÆSTIO. XXIII.

An valide Baptizaret, qui loco Filii, ponet, Verbi, dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, & Verbi, & Spiritus Sancti?

NEGANT Filluc. num. 61. & 58. Suarez disp. 21. sec. 4. & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Valide baptizare. Quia si mutatio nominum trū personarum in alia æquivalentia, & synonima, non efficit formam inualidam, neque efficiet mutatio vnius, aut alterius personæ. Sic AA. sup. cit. & Bonacina loc. cit. nu. 13. Non tamen consequēter, ut constat. Quia, si hic Autor concedit, quod mutatio nominis vnius personæ, non efficit Sacramētū inualidum, similiter debebat concedere, neq; efficere inualidū, mutationē extremarū personarū, quod negavit q. præcōlenti.

QVÆS-

QUÆSTIO. XXIII.

An validus fuit Baptismus, si dicatur; Ego te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus Sancti?

NEGANT Vazquez disp. 144. cap. 4. nu. 14. & 15. & Hurt. disp. 1. diff. 10. nisi casu, quo addatur, & Iesu Christi Filij eius; Quibus ego addo, Petrum Cañedo de Bapt. cap. 2. pag. mibi 43. & Angles q. de Bapt. art. 3. diff. 6. dicentem: esse probabile.

Sed probabilius Respondeo: fieri validū; etiam si non addantur illæ particulæ, scilicet, & Filij eius. Quia, etiam si non addantur, est verus Filius Patris, & significatur. Sic Sotus diff. 3. q. vñica ar. 5. Tolet. lib. 2. cap. 19. n. 7. Granad. trac. 1. disp. 5. in fine, & innuant Suan. l. cit. sect. 4. & Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 4. n. 8. vers. Respondeo secundo, & expressi hoc tenet Barthol. de Ledet. diff. 5. concl. 4. col. 118. per hæc verba. Siquis baptizaret in nomine Patris, & Christi, & Spiritus Sancti, vere conferret baptismum: quia Christus, etiam est persona diuina, in quantum Deus. Sic ille, & Rodrig. cap. 2. de Baptismo, n. 2. Vega 1. part. summa c. 23. casu 5. col. 211. & Archang. diff. 3. pag. 24. Ad 4. argumentū. Et omnes, cōcedunt esse validum, datum sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & Filij unigeniti, & Spiritus Sancti Paracleti, ex D. Thom. 3. par. q. 60. ar. 8. Durando in 4. diff. 3. q. 1. ar. 5. & ex alijs.

QUÆSTIO. XXV.

An fuit validus Baptismus sic administratus: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus?

AFFIRMANT Hurt. l. cit. & Vazq. apud ipsum l. cit. n. 15. & 16. Quibus ego addo Cañedo de Bapt. cap. 2. pag. 43 tabellū tom. 2. tract. 2. de bapt. c. 4. in fine, & vñsum, quæ habet prouincia Hæreticorum Bosnae, prædicta forma Baptizantium: vt refert Nauar. lib. 3. consil. de Bapt. conf. 3. Sed probabilius, & magis consequenter, Respôdeo: non fieri validū, nō expresso nomine Sancti. Ratio est, quia omisso huiusmodi nomine, nō exprimitur expresse tertia persona, quæ uno nomine, dicitur Spiritus Sanctus; ex D. Tho. 1. par. q. 36. ar. 1. Sic Filic. tract. 2. n. 55. & ante ipsū, doctissimus Nauar l. cit. qui hoc late, & docte probat.

QUÆSTIO. XXVI.

An fuit validus Baptismus collatus sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Patris: Ego te baptizo in nomine Filij: Ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti?

NEGAT Comitol. lib. 1. quæst. 7. apud Layman cap. 4. de Baptismo num. 5. & a fortiori negare debebat Bonacina, qui, vt vidimus q. 15. negavit validum esse baptismum sub hac forma datum: Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filij, in nomine Spiritus Sancti, non tamen negat, sed votius in ultima impressione, id expresse concedit, num. 15. qui etiam pro se citat Comitolum, eadem quæstione, qua Layman, pro sententia contraria, citauit.

Sed probabilius Respôdeo: Quod sic; siue Baptizatus, teraspergatur aqua, siue semel, modo predicta verba morali continuatione dicantur. Ratio est: Quia per hoc, non mutatur sensus formæ, sed clarius exprimitur; cum hæc verba: Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, impli-cite contineant hanc triplicem propositionem assignatam. Sic Layman loc. cit. Sotus diff. 3. q. 1. ar. 5. Filluc. trac. 2. n. 50. & alijs. Addit item Bonac. l. cit. n. 15. cum Toletolo. loc. cit. n. 8. validum esse baptismum, hoc modo collatum; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Ego te Baptizo; Vel, In nomine Patris: Ego te Baptizo, & Filij, & Spiritus Sancti. Quod idem docent Layman l. cit. Estius in 4. diff. 3. §. 6. & communis.

QUÆSTIO. XXVII.

An fit validus Baptismus sub hac forma datum: Ego te Baptizo in nomine Filij, Patris, & Spiritus Sancti?

NEGAT Alexand. Aleiss, apud Dessen. 3. p. q. 60. ar. 8. disp. 4. cui satisfaciet Layman trac. 2. de bapt. c. 4. n. 6. Sed lôge probabilius Respôdeo: esse validū. Quia verè, non mutatur substancialiter sensus formæ; Pater enim, solum est prior, prioritatem Originis: hæc autem ipso nomine Patris, respectu Filij, satis indicatur. Sic D. Bonav. diff. 3. q. 3. Scot. & Durand. q. 2. Sot. & Gabr. quos sequitur Pesat. l. cit. & Bonac. & Tolet. l. cit. neconon, & Estius. l. cit. sub iugens: peccare grauter Ministrū, sic perso-

naturā ordinē, secundum originē, inuertentē: Tenentetiam Hurtad. *disp. 1. de Sacramen-*
tis, diff. 14. Iabellus, tract. 2. cit. cap. 2. Sū-
una Theologica, sexto loco, cit. pag. mibi
131. Lugo de Sacramen. in genere, disp. 2.
sect. 6. num. 117. & Sayrus, lib. 1. cap. 4. ar.
6. & Vega, 1. par. Sum. cap. 33. casu 51. ad-
dens: Que no seria baptismus, si diciendolo,
quisiese introducir error, diciendo ser el
Hijo primero, que el Padre; como lo dice
Soto in 4. diff. 1. q. 1. art. 8.

QVÆSTIO XXVIII.

An etiam, validus sit Baptismus sub hac
forma datus. Ego baptizo in te no-
mine Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti?

AFFIRMAT Ægid. *quæst. 60. art. 8.*
dub. 1. num. 69.
 Sed probabilius Respondeo: non esse. Quia revera mutatur essentialiter sensus formæ Sic Hurtad. & Sayrus *II. cit. & Lu-*
go, l.c. num. 112. addens; fecus esse dicen-
 dum, si baptismus, ijs daretur verbis: *Ego*
Patris baptizo te in nomine Filii, & Spiriti-
tus Sancti: Sed Scotus in 4. diff. 3. q. 2. etiam
dicit invalidum baptismum, ijs verbis da-
tum, & idem ex illo docet Sayrus, lib. 1. cap.
4. art. 6. pag. mibi 118.

QVÆSTIO XXIX.

An illæ duæ particulae, Et, sint de effen-
tia formæ Baptismi?

AFFIRMANT Innoc. quem citat, &
 sequitur Angel. *Bapt. 2. num. 11. Si-*
uest. Bapt. 1. num. 6. Armilla, num. 8.
Gabriel in 4. diff. 4. q. vn. dub. 3. Palud. A-
*drian. Marci. & Maior, quos citat, & se-
 quitur Viuald. *cap. 3. num. 22. Bartholom. de*
Ledesma, diff. 5. conc. 4. col. 118. citat etiā
Diana pro hac sententia Reginaldum, lib.
27. cap. 4. num. 30. Sed meo iudicio, non re-
 ste: cum hic author potius loquaatur in senten-
 tia aliorum, & solum dicat, habere aliquid
 probabilitatis, per hæc verba: Personæ de-
 bent in forma Baptismi exprimi, secundum
 eas maxime rationes, quibus constituantur,
 & inter se distinguuntur, ad quam distinctio-
 nem indicādam, quia particula. *Et, facit a-*
liquid; Si uest. 1. cit. cum Innocentio ad Cz-
put 1. de Baptismo, sentit ea omissa, nō per-
*fici sacramentum, nisi suppleatur per aliquā**

equipolētem. Quod, quia habet a'liq'uid pro
 babilitatis, talis omissione sufficientem cau-
 sam præberet baptismum iterandi sub c'ndi-
 tione. Sic ille. Ex quibus verbis cōstat Re-
 ginaldum, opp' sitam sentētiā probabilio
 rem sentire.

Vnde probabilius Respōdeo: non esse de
 essentia formæ; & ita, etiam si tales coniunc-
 tiones omittantur, non esse invalidum Bap-
 tismum. Ratio est; quia earum omissione, non
 destruit sensum formæ, cum absque illis, to-
 ta inuocetur Trinitas. Erit ergo validus
 Baptismus, sub hac forma datus: *Ego te Bap-*
tizo in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti: Sic Filliuc. *num. 63. Tolet. 1. cit. num.*
5. Ægid. num. 61. Pitigian. in 4. diff. 2. q. 2.
art. 12. Diana 2. p. tract. 15. res. 47. Ocha-
gau. de Bapt. q. 10. infine, Hurtad lo. cit. Lay-
man de Baptismo, cap. 4. num. 5. dicens: esse
communem doctrinam. Sayrus, lib. 1. cap. 4.
art. 4. infine.

QVÆSTIO XXX.

An peccaret mortaliter, qui prædi etiā
particulam, Et, omittet?

AFFIRMANT Doctores, pro prima
 sententia citati, nec non, & Filliu-
 cius *lo. cit. & alij.*

Sed probabilius Respondeo: non necca-
 re, nisi venialiter (omisso scandalo, & con-
 temptu.) Ratio est, materia paruitas. Sic Bo-
 nacin. Hurt. & alij *II. cit. quos sequitur Dia-*
na, lo. cit. Qui tamen, male citat Sotm pro
 hac sententia, cum nihil de hac questione
 agat.

QVÆSTIO XXXI.

An particula, Amen, sit de necessitate,
& substantia formæ?

AFFIRMATIVAM partem late pro-
 bat, & sequitur Viuald. *cap. 3. nu-*
23. & sequentib. licet in fine, se ip-
sum corrigat.

Vnde longe probabilius Respōdeo. Quod
 non sit. Ratio est; quia hæc vox, Amen, sola
 est quædam confirmatio, & de precatio, vt
 Baptismus factus sit proficuus. Sic Filliuc.
numer. 64. Enriq. lib. 2. cap. 8. numer.

6. Ægid. Bonacin. & alij, & est
communis.

QUÆSTIO XXXII.

*An vox Amen, sit saltem de præcepto
forma baptismi?*

NEGANT (nisi forte consuetudo particularis, hoc habeat) Armilla V. Bapt. q. 7. Silueft. Bapt. 1. q. 3. & Bartholomæus de Ledesma, diff. 5. col. 113. & apud ipsum, Petrus de Palud. Negat etiam absolute Gabr. l. cit. lit. E. per hæc verba: Amen, non ponitur in hac constitutione Alexandri, sed neque in Euangelio, Mat. v. 11mo, ubi format traditur; Euntes, do cete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ideo, Amen, non est de complemēto formæ; sed vsu quorundam baptizantium, ac ipsum addentium; ideo nihil refert, siue addatur, siue omissatur. Sic ille, & ante illum, Olcot. l. cit.

Se probabilius Respondeo: esse de præcepto. Hoc enim, ad minus, probant multa iura adducta à Vinaldo, num. 23. præcipue, cap. 1. de Bapt. quod est Alexandri; ut lema Ie dixerunt Olcot. & Gabr. non ponit prædictam particulam, Amen, in dicta constitutione. Sic enim dicit Alexander III. Si quis puerum ter in a uia immitteret in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen; & non dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen; non est puer baptizatus. Sic Alexander, & sic Viner. At. ent. quos sequitur Vinaldo. lo. cit. Filliuc. numer. 64. Hurtado, disp. 1. diff. 7. Archangel. diff. 3. pag. mibi 21. Qui omnes concedunt, solum reum fore culpæ venialis illum, qui talem omittet vocé. Sic etiam Aegid. num. 61. & Bonacino. lo. cit. num. 16. Enriq. lo. cit. & innuit Frias, fol. mibi 82. & Binsfeldius in Euchirid. §. 3. de baptismo. Sic etiam Graffius, part. 2. lib. 1. decif. aur. cap. 3. de baptis. num. 25. dicēs: esse præsumptum peccatum, post Nuarrum, c. 22. n. 5. docētē, illud verbum, Amen: esse de necessitate præcepti, quod idem docuit Fabius Incarnatus, in suo Scrutinio Sacerdot. tr. 2. 1. p. ubi de bapt. pag. mibi 26.

QUÆSTIO XXXIII.

An sit de necessitate præcepti, quod forma proferatur à sacerdotibus, latino sermone?

AFFIRMAT Aureol. in 4. diff. 3. q. 2. do cens, quod sic teneatur proferri à lati-

no, qui scit litteras. Abeo vero, qui Laicus est; sed litteras nescit, debeat profiri in vulgari.

Sed probabilius Respondeo: non esse; Quia vsu receptum est, ut omnes in discrinatim proferant sermam B pt. sñi, vulgari lingua. Imo consultum est, ut si minister nesciat bene exprimere formam, latino sermone; exprimat vulgari. Vnde foemina, sermone vulgari baptizantes, melius faciunt. Sic Victoria, q. 18. Enriq. lib. 1. cap. 9. rum. 2. Angel. Bapt. 2. num. 12. Reginald lib. 28. rum. 31. Bonacino. lo. cit. num. 17. Nung. q. 60. art. 8. diff. 3. Diana, 2. p. tract. 1. mis. ref. 46. Quamuis hi tres Doctores addant; Sacerdotes peccare venialiter, proferendo formam Baptismi in lingua vulgari. Et id locuendo de omnibus, innuit Naldus, verb. Baptismus, num. 23. Sic dicens: Baptismum conferre lingua materna, seu idiomate vulgari, non videtur mortale. Sic ipse.

QUÆSTIO XXXIII.

*An valeat Baptismus, si eius forma, ab
Idiota, aut à Balbo, profera-
tur corrupte?*

RESPONDEO: Quod sic. Quia error syllabæ, non nocet, si non fiat mala intentione, sed ex impotentiâ, aut imperitia, maxime in fine distinctionis. Sic definit Pôtifex Alexand. III. cap. si quis puerū, & Zazar. Papa, c. Retulerunt. de cœférat. diff. 4. de illo, qui sic formam proferebat: Ego te baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritus Santa, &c. Tenent Angel. lo. cit. num. 15. Enriq. lib. 1. cap. 9. num. 6. & lib. 2. cap. 9. numer. 3. Sotus, diff. 1. q. 1. art. 8. & diff. 3. art. 5. & Sayrus, lib. 1. c. 4. art. 4. & art. 5. qui idem afferit, de illo, qui ex lingue defectu, diceret: Ego te aptizo, vel batizo: pro, ego te baptizo, per hæc verba: Quando subtrahitur aliqua syllaba, vel littera per sincopam, non destruitur, propter hoc, formam: dummodo remaneat sensus ex accommodatione. Vnde si quis diceret: ego te batizo, pro baptizo; vel in nomine Patri, vel Pati, pro Patri, non tollitur sacramentum, & similiter si quis diceret: Hoc es: pro, est, corpus meum.

(6)

QUÆSTIO XXXV.

*An etiam valeat, si quis ex industria,
aut ioco, corrumpat verba
formæ?*

RESPONDEO: Valere; si alias seruet intentionem Ecclesiæ; & sensus formæ moraliter maneat; peccabit tamen grauiter, sic Baptismum administrans. Prima pars, probatur; quia in prædicto casu concurrunt materia, intentio, & sensus formæ. Secunda, etiam constat; quia magnam infert irreuerentiam Sacramento. Sic D. Th. q. 60. art. 7. ad 3. Palud. dist. 3. q. 1. art. 3. Angel. Bapt. 2. num. 15. Enriq. lib. 1. cap. 9. num. 6. & lib. 2. cap. 9. num. 1. & alij communiter.

QUÆSTIO XXXVI.

An si quis adderet aliquid formæ baptismi, dicendo, V.g. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatae Mariæ, aut omnium Sanctorum, conficeret Sacramentum?

NEC ANT Graff. p. 2. lib. 1. cap. 3. num. 24. & apud illum, Hostiens. & Archidiac. Arch. Rubeus in 4. dist. 2. Pitionian. in 4. p. 1. dist. 3. q. 2. art. 12. Sed probabilius Respondeo: confidere Sacramentum; dummodo, per illam verborum additionem, non intendat baptizare in nomine Virginis (vel in nomine omnium Sanctorum) sed tantum implorare auxilium eius, parvulo baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem. Ratio est; Quia in hoc casu, non mutatur substantialiter sensus formæ. Sic D. Thom. q. 60. art. 8. in corp. Sotus, dist. 1. q. 1. art. 8. Durand. dist. 3. q. 2. Palud. q. 1. Enriq. lib. 2. cap. 8. numer. 2. Suar. dist. 21. sect. 4. Egid. de Sacram. q. 60. numer. 70. Vazq. dist. 129. cap. 7. num. 107. & 4. tom. q. 84. art. 3. dub. 4. num. 5. Diana lo. cit. ref. 48. Bonac in dist. 2. q. 2. pun. 4. num. 19. & apud ipsum, Summa Corona, Bartholomæus ab Angelo, & Moïses. Scrutinium Sacerdot. tract. 2. 1. part. 8. de Baptis. pag. mibi 28. & Gabr. in 4. dist. 4. q. vni. dub. 1. qui ex Angelo in summa docet; quod etiam, si quis ex malitia diceret. In nomine Diaboli, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. non ut aliquid formæ adderet, vere baptizaret, licet grauiter peccaret.

QUÆSTIO XXXVII.

An valide baptizet, qui proferit verba formæ cum interruptione, aut discontinuatione?

RESPONDEO: Quod si proferat cum magna verborum interruptione, aut interpolatione; ita ut tanta sit, quod intercipiatur intentio pronuntiantis, aut non maneat moraliter, neque una oratio, neque unus sensus, non baptizabit valide: Secus tamen, si proferat cum parua interpolatione; pura, tussis, vel silentij; vel interpositione sermonis, ex aliqua orta occasione, vt si post dicta illa verba: *Ego te baptizo*, dicat *fuge hinc*, vel, *Dominus tecum*; aut similia: Quia per hoc, neque interrupitur oratio, neque sensus formæ, neque intentio proferentis. Sic D. Thom. q. 60. art. 8. ad 3. Angel. lo. cit. n. 13. Enriq. lib. 1. cap. 9. num. 8. & lib. 2. cap. 9. num. 1. Gabr. lo. cit. lit. F. Bonac dist. 1. q. 2. pun. 1. num. 23. & apud ipsum, Valentia, Sylrus, & alij, & est communis.

QUÆSTIO XXXVIII.

An valide baptizet, si quis postquam dixerit, Ego te bap- propter unam tussim, aut propter respirationem, &c. paululum quiescat, deinde addat, tizo in nomine Patris, &c.

NEGAT Bonac in loco cit. numer. 22. qui pro se citat Bartholom. ab Angelo de Baptis. Dialogo 2. n. 122. & Naldum, verb. Sacramentum, n. 4. Sed hanc authorem, quem vidi, non bene, vt infra.

Sed aque probabiliter Respondeo: valide baptizare; Quia huiusmodi interpolatione, aut intermissione, neque intentionem Ministri, neque sensum mutare videtur. Sic Pessantius, 3. p. q. 60. art. 8. Licet exemplum, in alia Sacramenti forma, apponat. Sic etiam Naldus, eodem loco à Bonacina pro opposita parte citato, per hæc verba: Sacramentum non conficitur, si interrumptur perspatium temporis notabile, verba formalia, & necessaria ad ipsorum essentiam; pura, si quis diceret: *Hoc est cor,* & statim quiesceret per aliquod spatium notabile, & poste subiungerer; *Pus meum.* Profecto non consecraret, Quod si pateretur aliquam breuem mentis eu-

euagationem, aliquo, putò, artifice in Ecclesiastice obstrepe[n]te, & propterea aliquantis per requiescēdo subsisteret, & postea subderet, *Pus meum*; tunc non videtur peri[st]erens[us] forma Sacramenti: & sic, illa verba, non es- sent iteranda, post alios docet Bellarmin. tom. 3. controv. lib. 1. cap. 21. Hucusque Nal- dus.

QVÆSTIO XXXIX.

*An validus sit baptismus si puer moriatur, non cum finita forma Baptismi? V.g.
Statim post quam Sacerdos dixit:
Ego te baptizo in nomine
Patris?*

AFFIRMANT Silvest. Bapt. 1. nn. 5. Armilla num. 16. Graff. 2. p. lib. 1. cap. 3. nn. 26. fol. mibi 7. Angel. Bapt. 7. num. 8. Villalob. cap. vlt. de Bapt. num. 17. & alij plures apud Enriq. lib. 2. cap. 11. & nouissimè Lublinus, 1. p. Summæ V. Bapt. num. 6. dicens: esse sententiam communem Doctorum, existimatium in hoc necessitatibus casu, sufficere, Sacerdotem, unam personam exprimere Sanctissimæ Trinitatis: Quia Christus (inquit) summus Sacerdos, tunc supplebit effectum, quam tuta gratiam. Tenet etiam hanc sententiam Ibellus, lo. cit. cap. 4. Vbi absolute docet; quod, si quis baptizaret tantum, *in nomine Patris*, valeret baptismus; quoniam in Patre (inquit) personaliter sumpto, includitur Filius, & Spiritus Sanctus.

Sed longe multò verius, & probabilius, Respondeo: Neque in prædicto casu, valere baptismum, & consequenter, neque puerum sepelit id est in loco Sacro. Primo: quia non adest integræ forma, neque integer sensus illius. Secundo: quia nullo capite, constat, Deum supplere Baptismum; Ergo, cum alias constet esse invalidum, ita tenendum est. Sic Sorus, diff. 1. q. 5. art. 8. Bellarmin. lib. 2. de baptismo, cap. 3. Enriq. lo. cit. num. 2. Naldus, lo. cit. num. 10. Bonacini. diff. 2. cit. q. 2. punct. 4. num. 18. & est communis.

QVÆSTIO XXXX.

An saltem sit validus si puer moriatur in eo instanti, in quo finitur ultima syllaba formæ?

AFFIRMANT Sot. diff. 1. q. 3. art. 1. & diff. 9. q. 2. art. 7. Ledesma, q. 3. art. 1. Maior 4. diff. 16. & consequē-

ter, authores, precedenti quæstione, citati.

Sed & que probabilius, Respondeo: A huc non esse validum; neque puerum recipere in tali casu, effectum Baptismi: cum iam non sit homo Viator. Sic Enriq. lib. 1. cap. 19. num. 2. & lib. 2. cap. 9. num. 2. Adrian. de confes. q. 4. Suar. tom. 3. diff. 8. se & t. 2. Hurt. diff. 3. de Sacram. in gen. diff. 7. Bonacini. diff. 1. de Sacramentis, q. 4. pun. 2. nu. 4. & alij communiter.

QVÆSTIO XXXXI.

An sit necessaria simultas in prolatione formæ, & ablutione; ita ut, eadem tempore, concurrat ablutio cum verbis formæ?

AFFIRMANT Scotus in 4. diff. 6. q. 2. art. 2. Cajet. tom. 1. opusc. tr. 26. Nauar. cap. 22. num. 7. Angel. Bapt. 4. num. 4. Qui omnes docent, sufficere quod prolatione verborum incipiat, ante quam ablutione terminetur; vel e contraria alias esse invalidum Sacramentum.

Sed probabilius Respondeo: quod, licet requiratur simultas in prolatione formæ baptismi, & ablutione; non tamen est necessarium, quod sit talis, quod ante quam ablutione aquæ finiatur, incipiunt verba; vel contra, ante quam finiatur forma, incipiatur ablutione; sed sufficit, quod finita ablutione, proferantur verba; aut finitis verbis, statim ablutione fiat. Et ratio est: quia sic censetur simul moraliter esse. Sic Victor. q. 38. Enriq. lib. 1. cap. 9. num. 10. & lib. 2. cap. 9. numer. 1. Villalob. tom. 1. tract. 4. diff. 2. num. 6. Layman. lib. 6. tract. 2. cap. 7. num. 5. Diana, 3. p. tract. 4. ref. 6. Heredita, diff. de Sacram. p. 6. dub. 2. num. 8. qui sic agit: Qui baptizatur, potest ablui in totum, ante inchoatam formam: quinimodo, interposita breuimorula (ex i.g. in qua possit oratio dominica recitari) adiungi potest forma baptismi, & vice versa. Sic ille. Sed nimis laxe, in exemplo apposito, cuius morula, non breuis, sed longa fatis appetat; aptius ergo est à nobis, supra q. 37. assignatum exemplum.

QVÆSTIO XXXXII.

An validus sit Baptismus datus per nutus, & signa?

PARTEM affirmatinam tueri Valen- ciam, affirmat Ludouicus de S. Juan, q. 1. de bapt. art. 4. diff. 7. pag. 55. his ver-

verbis: Greg. de Valentia dize, que assi como el Sacramento de la penitencia, y el del Matrimonio, se pueden dar sin palabras, so lamente por señales, tambien el del Bautismo, non enim(dize)apparet differentia, & tamen nutibus, non fit omnino expressa significatio. Sic Pater Ludouicus. Sed miror valde, virum, alias diligentem, ita in hac re dormitasse, vt rationem dubitandi Valentia, eiusdem esse sententiam existimet. Cum opus sit, expressis verbis, substineat, vt statim constabit. Melius posset referre pro hac parte opinionem Paludani in 4. dist. 3. q. 2. art. 3. docentis: Valere formam baptismi per nutum, aut scriptum, absque prolatione verborum.

Sed certissime Respondeo: Non esse validum Sacramentum baptismi, per signa, vel per nutus datum. Sic Valentia, disp. 4. de Bapt. q. 1. p. 2. n. 3. col. 703. Vbi sic ait: Ad quintam dubitandi rationem Respondeo: nutibus, nullo modo, posse administrari baptismum. Discrimen enim est, quod baptismus, peculiari quadam ratione, est Sacramentum fidei, cuius ideo facienda expresse confessio est; vt recte ostendit Adrian. q. de b. baptismo, art. 3. ad ultimum, &c. Sic Valentia; & cum eo omnes Doctores, quos etiam sequitur predictus Ludouicus, de quo optimo Sotus, dist. 4. art. 5. Enriq. lib. 1. de Sacram. in genere, cap. 8. num. 5. (vbi in Glosa, lit. L. ait; opposita sententiam esse periculum plenam, & secundum aliquos Recentiores, haereticam, & contra communem sensum Ecclesiae, & Conciliorum.) Sic etiam se, lib. 2. cap. 8. num. 1. lit. D. & ante ipsum, Palatios, dist. 3. q. 1. pag. 60. Vbi expresse refutat sententiam Paludani; Vega etiam, 1. part. summa, cap. 33. casu 72. & alij.

QVÆSTIO XXXXIII.

Quanam sit forma conditionalis Baptismi; & quando sic conferenda?

RE SPONDEO ad primum; Quod hæc; Si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Sichabetur in cap. 2. de bapt. Ad secundum Respondeo. Quod tali forma vti debemus, quando baptisimus est in certus, & dubius. Sic omnes Authores, præcipue D. Thom. 3. p. q. 66. art. 9. ad 4. Sotus, dist. 6. q. 8. Vazq. in 3. p. tom. 2. disput. 146. c. 3. Ochag. de Bapt. q. 11. n. 5. & alij.

QVÆSTIO XXXXIII.

An Infantes expositi debeant baptizari, sub conditione?

AFFIRMANT, debere, si nulla ipsi adiecta sit schedula, quæ de Baptismo testificetur, quamvis in ea testis nomen, non prodatur; Sotus, dist. 3. q. vn. art. 9. Bartholom. de Ledesina, dist. 9. col. 144. & 145. Layman, cap. 5. de Bapt. numer. 3. Palud. Ricard. Angel. Siluest. & alij, quos citat, & sequitur Viualdus de baptismino, nub. mibi 65. Diana in addit. secund. ref. 6. & 10. & 5. p. tr. 13. resol. 85.

Sed & que probabiliter Respondeo: Nō solum debere baptizari, sub conditione, in causa, quo tales Infantes, non ferant schedulæ, in qua scriptum habeatur, eos suisse baptizatos (vt omnes Doctores testantur:) Verū etiam in causa, quo inscriptum ferant suisse baptizatos; si nomen testis ad minus nō prodatur. Sic docet Bartolus. in l. 1. C. ne. sa. Bapt. reit, vt infra; & Gabr. dist. 4. q. 2. dubit. 4. lit. P. per hæc verba. Dubitatur 4. de paruulis expositis, siue inuentitijs, an sint baptizandi; Respondeatur secundum Scotu, dist. præsenti, q. vlt. & Robertum Olcot. q. 1. quarti, & habetur causus de consecratione, dist. 4. Paruulos, & c. Placuit. Quod si inueniantur certa signa, quod non est baptizatus, sicut mulierculæ solent cum eo ponere sal, sicut cum deportantur ad baptismum, & tunc absque hæxitatione baptizadus est parvulus absolute. Si autem non inueniantur aliqua signa, neque habentur vicinatum testimonia, quod baptizatus est, baptizandus est, & tutius sit, si addatur conditio. Si baptizatus es, non te baptizo, &c. Sic ille. Vbi aperte docet nostram sententiam; Illamque approbat vñus, & praxis hospitalis Expositorum Toletana ciuitatis, vbi omnes sub conditione baptizantur: quamvis secum ferant de baptismino schedulas, vt ego à D. Gubernatore accepi.

Adde verba 6. Synodi, can. 84. vbi sic habetur; Quoties non inueniuntur firmities, qui eos, absqueulla dubitatione, baptizatos esse dicant, neque ipsi propter etatem de libi tradito mysterio apte respondere possint; debere baptizari. Sic Concilium. Quid clarus? Ei idem habetur in Concil. Cartagin. 5. c. 6. & in Concil. African. can. 39. & in Concil. Vormaciensi, can. 70. Imò, post hæc scripta inueni Turreblancam nostram docet. tem sententiam, lib. 2. practicarum, cap. 4. Vbi

4. Vbi sic ait: *Vnde expositus baptizandus est in quacumque aetate, saitem sub conditione, quando de eius baptismō non constat.* C. instare autem, non dicitur per schedulam simplicem, etiam subscriptam, quam tales expositi portare solent; aut per assertionem unius vetulæ, ut arbitrantur Palud. Sotus, & Entiquez. Sed per sufficientē probationem; vel ipsius baptizati assertionem, si solum agitur de baptismō iterando, ut de cito est in Concil. Carthag. 5. cap. 6. relatum in cap. Placuit de consecratio. dist. 4. Sic ille. Et sic etiam apud Dianam, lo. cit. Marchantius in Candelabro Sacram. qq. Past. tract. 2. de Baptis. c. 2 q. 4.

QUÆSTIO XXXV.

An, Infantes, qui ob aliquam causam, domi ab obstetricibus. Parentibus, aut alijs laicis, baptizati sunt, iterum baptizari in Ecclesia sub conditione, possint, aut debeant?

NECA NT communiter DD. absolu te docentes: nullo modo esse rebaptizandos; ante quam prius diligenter ex aminentur illi, qui eos baptizarunt, vtrum legitima materia, & forma vni sint, & si legitimis vni reperi antur, solas ceremonias omissas supplendas esse. Si vero deprehendatur, saltem rationabile dubium, an aliquid essentialē baptismō defuerit, tunc sub conditione rebaptizandos esse. Sic Sotus in 4. dist. 3. art. 9. Suar. dist. 31. sect. 6. Egid. q. 66. art. 9. nu. 94. & 95. Layman, tract. 2. de Baptismo, cap. 5. num. 3. Diana, 3. p. in additionibus secund. Ref. 6. & 10. & p. 5. tract. 13. ref. 86. & alij apud ipsos.

Affirmat nihilominus Bartol. in 1. 1. C. ne Sacer. Baptis. reit. Vbi dicit: de iure posse fieri, quod si quis in periculo fuit baptizatus, iterum baptizari possit in Ecclesia cum hac conditione, si non es baptizatus, &c Hanc eamdem sententiam docent nouissime Sylvius in 3. p. q. 66. art. 9. dub. 2. & Molanus, tract. 4. sua practice, cap. 3.

Sed probabiliter Respondeo sic. Licit possunt Curati, imo & debent, baptizare sub dicta conditione Infantes domi à laicis baptizatos, vbi consuetudo id obtinuit, & vbi Rituales suarum diæcesum hoc prescribunt si alias non constet eis, dictos Infantes legitime baptizatos esse. Quia non est verisimile, quod, absque rationabili causa, hu-

huiusmodi morem introductum, nec ab Episcopis, aut Synodalibus decretum fuisse, credamus. Ut constat plane ex his, quæ referunt Layman, & Egid. II. cit. Sic enim ait Layman: *Quod vero Sotus, lo. cit. grauiter reprehendit consuetudinem quorundam Parochorum, qui omnes Infantes, quos obstetrics, ob necessitatem baptizatos à se, asserunt, sub conditione iterum baptizant: hæc reprehensio intelligi debet, si interim moralis certitudo adsit.* Infantes Domi legitime baptizatos esse, sicuti notat Suar. lo. cit. & Zambrana de baptismō, cap. 1. Verum tam in quibusdam locis, vbi experientia constitit obstetrics, non raro à Diabolo deceptas, in ipsius nomine baptizare solitas, consuetudo obtinuit, ut omnes Infantes, quos mulier affirmat, se domi baptizasse, iterum sub conditione baptizantur: quam ego consuetudinem reprehendere nō audeo; Imò approbatā reperio in pastorali Romano, edito Antwerpia anno 1607. Pag. 20. & 31. cum re vera, aliquod dubium, & periculum animæ subsit, ideoque cesset irreuerentia sacramenti; Sic ille, & bene.

Egid. etiam lo. cit. num. 95. Sic ait: Nota tamen primo in quibusdam Episcopatis, in libris Ritualibus, Pastoribus prescribi, ut baptizatos in necessitate ab obstetricibus vulgo, rebaptizent. Prelati autem interrogati, cur hoc statuant; Respondet: Se hoc facere, quia s̄pē deprehendunt obstetrics, non satis, certò, & firmiter calle re rationem baptizandi; aut etiam, si dum examinantur, bene respondeant, & videantur eam callere, tamen dum vrget tale periculum prolis, facile turbari, ita ut postea vix sciant, an legitimate baptizarint: Atque ita semper aliquod sub esse periculum, quod in re tanta, maximi faciendum est, & sufficiens videtur causa, ut possit proles sub conditione rebaptizari. Sic ille. Et mihi videatur sufficientissima ratio, ut licite possint Curati, imo, & debeant, prædictos Infantes, sub conditione rebaptizare; non solum in prædictis euentibus, verum etiam in omnibus alijs, si examen, qua materia, & forma baptizati domi à laicis sint, difficile; (vt regulariter contingit,) fieri potest. Quod si tibi hæc ratio non sufficit, sufficiat alia, vide licet, quod vix, aut raro contingit Baptismum fieri à laicis in quo non subsistat aliquod dubium probabile, sufficiens ad rebaptizationem sub conditione, ut constat ex dictis qq. præcedentibus de materia, & forma, &

earum concurso simultaneo, ut bene notat Silvius, loc. cit. Sic ipse Molanus, Bart. & ego.

QVÆSTIO XXXVI.

An, peccaret mortaliter Caratus, qui vere baptizatum, iterum sub conditione baptizaret?

RE S P O N D E O , peccare. Si illi, esse vere, & valide baptizatum, manifeste constaret. Quia in hoc casu administraret Sacramentum subiecto incapaci. Ergo fieret magna irreuerentia Sacramento, adhuc adiecta conditione; quia haec in tali casu est impertinens, & moraliter habetur pro non adiecta. Sic Suarez q. 71. sect. 6. Ludouicus de S. Iuan, q. 1. art. 8. dub. 2. concl. 1. pag. 61. & Petrus de Ledesma, cap. 5. de Baptismo, concl. 2.

QVÆSTIO XXXVII.

An etiam, peccaret mortaliter, qui non baptizatum, baptizaret sub conditione?

AFFIRMANT aliqui, & satis probabiliter, apud Diana, 3. parte in additionibus. Ref. 6.

Sed probabilius Respondeo: non peccare mortaliter, sed venialiter tantum. Quia iniuria, quam faceret Sacramento, non esset grauius, cum in eo casu, talis conditio habeatur pro non apposita, ut supra. Sic Villalob. tract. 5. diff. 7. nu. 2. Ludouicus, & Diana, & Petrus de Ledesma, ll. cit.

QVÆSTIO XXXVIII.

An forma Baptismi apud Græcos sit hæc: Baptizetur seruus Christi. N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti?

AFFIRMANT Suarez. diff. 21. sect. 1. Bonacini. diff. 2. q. 2. punct. 4. nu. 3. & 10. & Hurtado, diff. 1. diff. 8. Vbi ait: Quod, qui baptizaret, dicendo: Baptizatur talis seruus Christi, &c. inualide baptizaret. Quia (inquit) Eugenius IIII. in suo decreto fidei, quamuis tradat, ut sufficiet, hanc formam Cræcorum; Baptizetur talis seruus Christi, in nomine Patris, &c. Non tamen hanc; Baptizatur

in nomine Patris, &c. nisi addatur; Battitur manibus meis. Ita Hurtado, & communis.

Alij vero, absolute negant, predictam, esse formam apud Græcos, sed hanc: Battitur seruus Christi. N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sic Lucas, diff. 2. de Sacr. ingen. sec. 6. n. 109. n. 4. Filii. tract. 2. c. 3. nu. 42. Qui id, ex lectione Græca probat. Legatur.

Ego vero in hac re, Respondeo: dicendum, quod vtraque forma sit vera; & quoquis modo pronuncietur, validus fiat Baptismus. Primum, constat. Quia in decreto Eugenij, cit. sic habetur: *Non tamen negamus, quin, & per illa verba, Baptizetur (vel ut habetur in margine) baptizatur, talis seruus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, verum perficiatur baptisma, &c.* Ex Eugenio ergo, vtroque modo ex dictis, pronuntiatur forma; ergo quoquis modo pronuncietur, valide efficietur baptisma. Sic Estius in: 4. dist. 3. §. 3. pag. mihi 29. Vazquez. diff. 142. cap. 2. num. 19. Vbi sic ait: Si quis diceret: Baptizaris in nomine Patris, &c. vel, baptizatur seruus Christi in nomine Patris, &c. Verum esset Sacramentum; quia in hac forma denotatur actio ministrandi, est enim sensus, baptizaris a me, hoc ipso, quod additur, *in nomine Patris, &c.* Nec tota actio in Deum refertur, ut patet, & ideo hanc formam probauit Eugenius IIII. in illo decreto fidei citato, Vazquez, & Suarez statim citandus: ergo non bene Hurtado.

QVÆSTIO XXXIX.

An, latini baptizati in huic modi forma Græca, sint vere baptizati?

NEGANT Angel. Baptismus 2. nu. 18. & Silvest. Bapt. 1. in fine (quatenus docent iterandum esse talē baptismum sub conditione) & Cardinalis, Fr. Constantius Saridanus in sum. Theolog. loc. 6. Vbi de forma baptismi, pag. mihi 120. Negarunt, & alij, apud S. Thomam in 4. dist. 3. q. 2. & apud Vazquium, diff. 142. cit. nu. 29. & 30.

Sed Respondeo: esse vere baptizatos. Colligitur ex Concil. Florent. sub Eugenio IIII. c. 5. & docent omnes Doctores communiter; licet verum sit, quod Latinus sub tali forma baptizans peccaret mortaliter, eo quod

cuod in re gravi, non seruaret ritum sue Eccl^{esi}a. Sic Suar. disp. 21. sect. 2. Vinald cap. 3. num. 1. Sotus, dist. 3. q. 1. art. 5. Bonacini.

disp. 2. q. 2. punct. 4. num. 10. & Reginald. num. 24. Vazquez, lo. cit. & communis.

DISPUTATIO QVARTA.

De Ministro Baptismi.

QVÆSTIO PRIMA.

Quotuplex sit Minister baptismi?



ESPONEO: Quod triplex; alter necessitatis: & alter solemnitatis: & alter ex commissione. Minister Baptismi in necessitate; est omnis homo habens usum rationis, potens, & sciens debitam formam Baptismi, & materiam applicare. Minister vero solemnitatis, vel ex officio, est solus Sacerdos: haic enim soli competit ex officio, & cum solemnitate baptizare. Minister tamen ex commissione, est Diaconus, ut infra, q. 22. Sic habetur in decreto Eugenij in Concil. Florent. & in cap. Confat. de consecr. dist. 3. S. Thom. q. 66. art. 3. & q. 77. art. 2. & cum eo omnes DD. Legantur Vazquez, tom. 2. dist. 147. cum seqq. Maldonatus, cap. 1. de Baptism. q. 5. Suarez, disp. 31. sect. 2. Enriquez, lib. 2. cap. 28. num. 1. Bonacini, disp. 2. q. 2. punct. 5. num. 8. Enriquez, Graffius, Filiius. & omnes fere Doctores. Idem docentes, de anima separata a corpore; non posse scilicet, baptizare, quia sic, non est homo.

QVÆSTIO II.

An Angelus possit baptizare ex lege communis?

AFFIRMavit Scot. apud Caietanum, & apud Suarez, questione 64. disputatione 13. sectione 1. Quam sententiam satis probabilem, reputat Gabriel, distinet. 6. questione 1. lit. D. dum ait: Probabile est administrandi Sacramenta potestatem, de facto non concessisse Christum, nisi hominibus viatoribus.

Sed Respondeo: Non posse, ex communione, bene tamen ex dispensatione diuina. Primum patet; quia potestatem conficiendi sacramenta, solum homini Christus, (quia

& homo est,) concedere pre Angelis dignatus est. Secundum, etiam constat; quia potentia Dei, non est alligata Sacramentis; ita ut non possit Angelos quoque Sacramentorum Ministros constituere. Unde si certo constaret Angelum bonum ministrasse baptismum; verbis, per corpus assumptum, prolati, ratum credi debet ex dispensatione Dei. Sic omnes Patres, & Concilium Florent. & Trident. ss. 7. can. 10. D. Thom. q. 64. art. 7. & Magister. dist. 6. Bonac. disp. 2. q. 2. punct. 5. num. 8. Enriquez, Graffius, Filiius. & omnes fere Doctores. Idem docentes, de anima separata a corpore; non posse scilicet, baptizare, quia sic, non est homo.

QVÆSTIO III.

An homo beatus possit ex lege valide baptizare?

NEGANT Aureol. dist. 5. q. 1. & Angel. Bapt. 5. num. 1. Quatenus docent, Ministrum baptismi debere esse hominem viatorem; quam sententiam, probabilem reputat Suarez, lo. cit. quia affirmatiuam, solum probabilem appellat.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Quia homo beatus, vere est homo potens vitaliter verba formæ proferre, & applicare debitam materiam; (neque necesse est Ministru m esse viatorem.) Ergo. Sic D. Thom. q. 64. art. 7. ad 2. Enriq. lib. 1. cap. 26. n. 2. Suar. lo. cit. Bonacini. lo. cit. punct. 5. num. 7. Chamerota, de Baptismo, cap. 4. Raconius, tom. 1. in 3. part. tract. 2. disp. 1. q. 2. art. 2. pag. mibi 23. Vbi absolute docet, quod homo, in quocumque statu consideratus, siue passibilis, & viatoris; siue impassibilis, & comprehensoris, possit esse legitimus Minister Sacramentorum.

QVÆSTIO III.

An Paganus infidelis possit valide baptizare?

NE G A T I V A M partem sequi, *Tertulian.de Baptism. capit. 17.* Hieronymum, contra Lucifer. & *Concilium Elibertin. capit. 36.* existimarent aliqui, & tueretur Calvin. ut refert Bellarmin. *lib. 1. de Bapt. c. 7.*

Sed certissime Respondeo. Posse, dummodo intentionem habeat faciendi; saltem, quod Chatolica Ecclesia facit, (quod idem omnino est dicendum à fortiori de Hæreticis.) Ratio est: quia ita fuit à Christo ordinatum, propter summam baptismi necessitatem; ut posset, videlicet, conferri à quocumque homine, viro, vel fœmina. Sic habetur in Concil. Florent. sub Eugenio III. *capit. 5.* Lateran. sub Innocent. III. & Trident. *ses. 7. can. 4.* Et docent omnes Doctores cum Magistro in 4. *dissimil. 5.* & ibi Diu. Thom. & 3. *part. lo. cit.* in principio. Vbi notat, quod si duo non baptizati se in uicem baptizarent, dum prius unus baptizaret alium, & postea baptizaretur ab eodem, consequeretur uterque, non solum Sacramentum, sed etiam rem Sacramenti. Si vero, extra articulum necessitatis, hoc fieret, uterque graniter peccaret, scilicet, baptizans, & baptizatus, & per hoc impediretur effectus baptismi, licet non tolleretur ipsum Sacramentum. Sic notat Diu. Thom. & bene. Neque Patres citati, contrarium huius veritatis censerunt; Ut bene illos explicant, Enriquez, *libr. 2. capit. 28. lit. F.* & G. & Vazquez, *diss. 147. capit. 2.* Suarez, *dissputation. 31. section. 4.* Legantur etiam Bellarmin. *de Baptism. libr. 1. capit. 7.* Nuñus, *3. part. question. 67. articul. 5. diffi. 2.* Bonacini. *loc. cit. num. 6.* & alij apud ipsum.

QVÆSTIO V.

An, in necessitate possit licite, quilibet homo baptizare?

NE C A V I T Calvinus; asserens, neminem, qui non sit Minister Ordinaris, ad id deputatus, posse, adhuc in extrema necessitate baptizare.

Sed de fide certissime, Respondeo: Posse, & licite, dummodo seruetur debi-

tus ordo. Patet ex dictis. Quia a munis homo in necessitate est Minister; Ergo licet potest fungi suo ministerio. Ordo autem seruandus, hic est. Primo, debet baptizare Pastor; Secundo, Sacerdos; Tertio Diaconus. Quarto, Subdiaconus; Quinto, Clericus; Sexto, laicus homo; Septimo, fœmina; inter quas, obletrix est alijs præferenda; Octavo, infidelis, &c. Sic habetur in c. *Mulier, capite In necessitate. de consecratione distinctione. 4. S. Thom. question. 67. art. 1. 2. 3.* & 4. & omnes. Legantur Vazquez, *dissputatione 147.* Hurtado, *dissputatione 2. diffi. 2.* & 3. Suarez, *dissputatione 31.* Archangelus, *diss. 5.* Becanus, *cap. 9.* & alij, statim citandi.

Nota hic, quod in casu necessitatis, non solum possit quilibet prædictorum baptizare, sed teneri sub mortali, quando non est alius, qui hoc munus exequatur. Vnde bonus est, ut quisque formam baptismi addiscat: quantumvis illam scire sub mortali non teneantur, nisi Curati, & obstetrics. Sic Paulus. *in 4. diss. 5. q. 2. art. 1.* & ex illo Reginald. *lib. 27. num. 45.*

QVÆSTIO VI.

An, peccet mortaliter, non Sacerdos, qui extra necessitatem, & absque solemnitate, baptizat?

NE G A N T Cajetan. *3. part. question. 67. artic. 4.* & 5. Enriquez, *libr. 2. capit. 29. numer. 1. lit. 6. 8.* apud ipsum, Sotus in *4. dissimil. 4. artic. 3.* Nauar. *capit. 22. numer. 7.* Cano, & alij. Sed male profecto citat pro hac sententia, Doctissimum Nauarrum, cum oppositum expresso affirmet, ut infra.

Vnde, & longe probabilius Respondeo: Peccare mortaliter. Primo, quia in re gravi facit contra prohibitionem Ecclesiaz. Secundo, quia per se, & ex directa intentione instituentis, Solus Sacerdos est Minister huius Sacramenti; Ergo nequit laicus, aut Clericus, qui non est Sacerdos, absque mortali peccato, extra necessitatem baptizare (imo idem dicendum est de Sacerdote, absque necessitate, extra Ecclesiam baptizante. Quia in Clement. unica, *de Baptism. Severè præcipitur*, ut Sacerdos solemniter baptizet in Ecclesia, nisi in casu necessitatis, aut casu, quo baptizandi, filii sint Regum, aut Principum. Ergo.) Sic Sanct. Thom, *questione 67. art.*

art. 3. Nungnus, art. 5. diff. 3. Vazquez, disputat. 147. cap. 5. Suarez, disput. 31. section. 4. versu. Secundo grauiter, Valentia, disputat. 4. question. 3. punct. 1. Filiuc. tract. 2. numer. 82. Bonacin. disput. 2. question. 2. punct. 5. numer. 9. pag. mibi 55. (citons Enriquez, sed male, pro hac sententia) & alij communiter apud Diaznam, lo. statim citando. Tenent etiam Granados, tom. 5. tract. 2. disput. 2. numer. 5. Ochagauia, question. 12. numer. 16. Nauir. capit. 22. numer. 7. Layman, tract. 2. de Bapt. cap. 7. numer. 1. Antonius de Hinojosa in directorio regular. verb. Bapt. fol. 47. Villalobos, diff. 8. numer. 6. & 7. Ludouicus, question. 4. art. 1. dub. 1. pag. 77. & art. 2. dub. 1. conclus. 1. & 2 Bartholomaeus de Ledesma, diff. 10 conclus. 2. column. 147. Sic dicens: Crediderim ego, quod tam, qui baptizat, quam qui baptizatur, si sit adultus, & pater etiam consentiens, ut eius filius baptizetur, à non Sacerdote, extra necessitatem, in domo, sine ceremonijs, mortaliter peccent. Nisi ignorantia inuincibili excusentur, existimantes; quod illud licet. Sic Bartholomaeus de Ledesma, loc. cit. Quod idem ait: esse dicendum de Sacerdote etiam Paracho, extra casum necessitatis, sine solemnitate baptizante, diff. 10. conclus. 3. column. 149. Sic etiam Sayrus, libr. 2. de Sacrament. in genere, capit. 7. quest. 1. art. 2. Qui bene pro hac parte, citat Nauarrum. Petrus de Ledesma, loc. cit. cap. 6. Mollesius, tract. 4. cap. 1 i numer. 56. Vega, loc. cit. casu 68. column. 241. Vbi ait: hoc solum licere, tempore pestis, en el qual como dice fray Man. Rodriguez, 1. tom. cap. 26. numer. 4. Pueden baptizar al niño en casa, ó en la más propinqua Capilla, ó Oratorio, por el peligro de ir a la Iglesia del Pueblo, aunque segun derecho, fuera de estanecesidad, ó otra semejante, ninguno puede ser baptizado, sino es en la Iglesia, en la qual está la pila del Bautismo. Sic Vega, Reginald. libr. 27. cap. 6. numer. 46. dicens, nostram sententiam esse Diu. Thomæ, & colligiaperte, ex Clementin. vnic. de Baptismo. Vbi huiusmodi peccatum inuenitur grauiter punire ab Episcopo in Sacerdote, in quo proinde ipsum graue est: & maioritate in non Sacerdote.

(?)

QUÆSTIO VII.

An etiam peccet mortaliter laicus, aut non Sacerdos, qui in necessitate, praesente Sacerdote, baptizat?

NEGLANT Enriquez, loc. cit. Valentia, diff. 4. question. 2. punct. 1. Ioannes Suarez, libr. 5. Enchirid. verb. Baptif. Qui existimant: secluso contemptu, & non renuente Sacerdote, tantum peccare venialiter. Et esse sententiam satis probabilem, affirmant Petrus de Ledesma, capite 6. de Baptif. post secundam conclusionem, Ludouicus de Sancto Ioanne, question. 4. articul. 2. dubio 2. conclus. 3. pagin. 78. Et ex parte, tenet Sotus, diff. 4. q. vni. art. 2.

Sed probabilius Respondeo: Peccare mortaliter, etiam si absit contemptus, & non renuat Sacerdos.

Primo: quia solus Sacerdos est per se institutus Minister Sacramenti; Ergo iniuria grauis erit, contra debitam reuerentiam eiusdem Sacramenti, non Sacerdotem Sacerdoti præferre.

Secundo: Quia hoc peccatum, non consistit in iniuria Sacerdotis, sed Sacramenti: Ergo parum illud diminuit, quod fiat, contradicente, vel annuente Sacerdote. Sic Suarez, loc. cit. Ricardus, & Paludanus apud ipsum. Layman, Villalobos, Chamerota. Pitigianus, & Sylvius, quos citat, & sequitur Diana, 3. part. tract. 4. resolut. 4. Tenent etiam Granados, Ochagauia, Bartholomaeus, & Petrus de Ledesma, & Ludouicus de san Juan, locis cit. Bonacin. punct. 5. cit. numer. 11. & communis apud omnes.

QUÆSTIO VIII.

An, peccet mortaliter non Diaconus, qui in necessitate, in praesentia Diaconi baptizat?

AFIRMANT Vazquez, disputat. 147. capite 5. numer. 34. & sequentib. Reginald. lib. 27. numer. 44. Gasp. Hurtado, disputatione 2. Filiuci, numer. 82. Ioannes de Cruce, part.

part. 2. de Bapt. question. 2. dubitat. 1.
conclus. 3. Nungn. 3. part. question. 67.
art. 5. diff. 7. Egidius, question. 67. dub. 2.
conclus. 3. numer. 19 qui pro hac senten-
tia citat Suarium, non male, vt male
vidit Diana, sed bene. Quia licet Sua-
rez Contrarium teneat, disputatione 31.
sectione 4. §. Vnde Tertio (vt recte Dia-
na) oppositum tamē docuerat, disput.
23. section. 2. infine, per hæc verba: Nam
in absentia Superiorum, Diaconus, veluti
iure suo præferendus est omnibus inferio-
ribus, ita vt inuersio huius ordinis, non so-
luim sit indecens ratione huius Sacramen-
ti, sed etiam sit quædam usurpatio iuris a-
lienii: At vero ordo inter ceteras per-
sonas inferiores Diacono, solum sit ex de-
centia quadam, non vero ratione iuris, quod
aliquis eorum habeat ad administrandum
hoc Sacramentum; adeo, vt probabile sit
inuersione huius ordinis in his inferiori-
bus personis inter se, non esse peccatum
mortale, secluso contemptu; cum tamē
respectu Diaconi non sit dubium, qd in
res sit grauis. Sic ille. Qui tamē posse
sibi fuit contrarius. Bene tamē illum ci-
tat, loc. cit. Egidius. Sicut bene, Hurt-
tado etiam, pro hac parte, illum ci-
tat.

Sed æque probabiliter, Respondeo:
non peccare plusquam venialiter; Quia
Diaconus, non est Minister Baptismi ex of-
ficio; Ergo non erit peccatum mortale, il-
li, alium inferiorem, etiam laicum, ad-
ministrando in eius præsentia Baptis-
mum, præferre. Sic Suarez, disputat. 31.
section. 4. versu. Vnde tertio, Granados,
loc. cit. numer. 6. Tolet. libr. 2. capit.
20. Bonac. loc. citat. numer. 11. (Qui
citat plures D. Doctores pro hac parte, qui
tamē, id nequaquam docent.) Yribarne,
disputat. 22. section. 2. Bartholomæus de
Ledesma, loc. citat. column. 147. Sotus,
diffin. 4. art. 2.

Quam sententiam probabilem esse do-
cet Filliuc. loc. citat. Tenent etiam En-
riquez, & alij supra citati. Layman, li-
br. 5. tract. 2. capit. 7. numer. 4. Villalobos,
tom. 1. tract. 5. diff. 8. numer. 10.

Petrus de Ledesma, & Diana, locis
citat. Sa. verb. Baptismus, num.
7. & alij communiter.

(§.)

QVÆSTIO IX.

An, peccet mortaliter fœmina in præsen-
tia viri; aut vir laicus, in præsentia Cle-
rii; aut Clericus in minoribus in
præsentia Subdiaconi; in ne-
cessitate baptizantes?

A FFIRMAT Vazquez, loc. cit. num.
35. Nisi alias, (inquit;) contingat,
vt mulier melius, quam vir, aut non
baptizatus, melius quam baptizatus sciat
baptizare.

Sed probabilius Respondeo: Non pec-
care mortaliter, sed venialiter tantum.
Quia in hoc, quod fœmina præferatur viro,
& laicus Clerico, & Clericus in minoribus
Subdiacono; licet aliqua indecentia repe-
riatur, est tamē leuissima, & ideo tollum
venialis. Sic Suarez, & Sotus, Filliuc.
Hurtado, Reginald. Petrus Ledesma, E-
gid. & alij locis citat. Qui bene aduer-
tunt, etiam nullum peccatum esse, casu
quo laicus, vel mulier, propter maiorem pe-
ritiam formam, ac modi baptizandi, in præsen-
tia Clerici, baptizaret. Legatur Regin. lo.
cit. num. 44.

QVÆSTIO X.

An, laicus baptizans, sine necessita-
te priuatim, incurrat irregu-
laritatem?

A FFIRMANT Palud. in 4. distin. 5.
quæst. 2. Silvest. Bapt. 3. initio,
& Ioannes de Cruce de Bapt. quæst.
67. conclus. 3. dub. 1. Angel. Bapt.
5. num. 1. Et in hanc sententiam vehementer
inclinat Sotus in 4. dist. 4. art. 4. con-
clus. 1.

Sed probabilius Respondeo: Non incur-
rere. Quia neque in necessitate baptizans,
baptizat, vt Minister ex officio, sed ex ne-
cessitate. Sic Angelic. Doctor, & D. An-
ton. quos sequitur Filliuc. tract. 2. num. 85.
Nauarr. cap. 22. num. 7. & capit. 27. num.
242. Nungn. & Pitigian. quos citat, & se-
quitur Diana, 3. part. tract. 4. Ref. 4. Pe-
trus de Ledesma, cap. 6. cit. Antonius de Hi-
nojosa, lo. cit. Ludovicus, quæst. on. 4. art. 1.
dub. 1. pag. 77. Et est communis.

Imo, nec manere irregularem laicum so-
lemniter baptizantem, affirmit Angel. Ar-
millia, & alij apud Suarium, disp. 31. seft. 3.
§. Sed

I. Sed quares anidem, qui, & dicit esse probabile.

Sed longe probabilius Respondeo: Irregularitatem incurtere laicum, sic solem niter baptizatē: quia sic habetur in cap. I. de Clerico non ordinat. Et docēt Suar. Nauar. Filluc. & alij, II. cit. Sot. loc. cit. & Villalobos diff. 9. num. 1. qui dicunt: esse certissimam sententiam, & Ludouicus quæst. 4. art. 2. dub. 2. concl. 2. pag. 79. (sibi tamen contrarius,) Nam oppositum docet statim diff. 1. con. vni. pag. ead. & ante etiam docuerat art. I. dub. I. con. 1. in fine,

QVÆSTIO XI.

An, possit quis se ipsum valide baptizare?

VIDE TVR quod sic. Primo. Quia olim Iudex poterat si ipsum circuncidere, ut ait Abulēn. Iosue 5. q. 44. & annuit Enriq. lib. I. cap. 6. num. 5. & alij: Ergo potest nunc, quis se ipsum baptizare. Secundo, quia Innoc. III. cap. Debitum de Baptism. de quodam Iudeo, qui se ipsum ignoranter baptizauit, ait: fuisse saluatum.

Certissime tamen Respondeo; in validum esse baptismum, quem quis sibi confert dicendo: *Ego me Baptizo &c.* Primo: quia substantialiter mutatur sensus formæ Baptismi. Secundo: Quia in generatione naturali, nemo se ipsum generat; aut generare potest; Ergo, neque in generatione spirituali se ipsum generare potest. Tertio: quia Christus, non à se, sed à Iohanne baptizari voluit. Sic omnes DD.

Neque obstat argumenta, nam ad Primum Respondeo: Quod in Circumcisione, non erat verborum forma, quæ reddi poterat falsa, ex eo quod quis se Circumcidet. Ad secundum dicendum, quod fuit salutus, non propter Sacramentum fidei; sed propter fidem Sacramenti, aut per Sacramentum in voto. Sic omnes Doctores cum S. Thom. quæst. 66. art. 5. Vazquez disp. 148. cap. 7. num. 53. Enriquez cap. 30. nū. 1. Victoria quæst. 18. Bonacina disp. 2. q. 2. punto 4. num. 20. Archangelus disf.

3. pag. mibi, 22. column. I.
& alij omnes.

(S)

QVÆSTIO XII.

An, unus possit plures, unica aspersione, valide baptizare, dicendo: Ego vos baptizo in nomine Patris,
& Filii &c.

NEGARUNT aliqui, quos suppresso nomine, refert, sed non sequitur; Aureol. in 4. disf. 3. quæst. 2.

Sed certissime Respondeo, Posse. Primo, quia princeps Apostolorū (vt in actibus habetur) vna aspersione complures baptizauit. Secundo. Quia non mutatur sensus formæ, cum idem sit dicere: *Ego vos baptizo.* Ac dicere: *baptizo te, & te &c.* Nam vos, nil aliud est, quam te, & te. Sic S. Thom. quæst. 66. artic. 5. nū. 4. & cum eo omnes DD. docentes: etiam, hunc modum simili plures baptizandi, licet, si necessitas id postulet, alias non. Legatur Vazquez disp. 148. cap. 7. num. 50. Enriquez lib. I. cap. 7. num. 5. & lib. 2. cap. 12. num. 1. Sotus disf. 4. quæst. vna art. 4. Angelus, Silvester, Armilla, Tabiena, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina disp. 2. quæst. 2. punt 4. n. 2. 1. Estius in 4. d. 3. §. 6 Sic dicens: Potest autem dici: *Ego vos baptizo;* si ob aliquam necessitatem plures simul baptizandi veniat: quo modo baptizati leguntur Infantuli Comitis cuiusdam Batauiæ, tot numero, quot sunt dies in anno, quos omnes uno partu effuderat; vt est in annalibus Hollandiæ. Ita hic author. Sed casus ab eo narratus, adeo mirabilis, vt vix credibilis.

QVÆSTIO XIII.

An, saltim peccet mortaliter, qui simul plures, absque necessitate, baptizat?

AFIRMANT Scotus in 4. disf. 6. quæst. 2. §. Respondeo: Gabriel ibi item: quæst. 1. art. 1. concl. 7. Regius quæst. 67. art. 6. dub. 2. num. 52. Fillicus. tract. 2. num. 53. Vazquez quæst. 67. disput. 148. cap. 7. Huatado disf. 2. diffic. 7. & Ochagavia de batism. quæst. 13. num. 18. Quia existimant, facere contra usum Ecclesiarum in re grati.

Sed, neque probabiliter, Respondeo: tantum peccare venialiter, cum, qui sic, absque contemptu, & citra scandalum, baptizaret. Quia ita administrare Sacra-

F 3 mentum,

mentum, contra usum Ecclesie, non gravis materia, sed leuis indicari debet. Sic Sot. diff. 4. art. 4. Enriq. lib. 2. cap. 30. num. 1. Vident. diff. 4. q. 3. punct. 2. initio. Regional. cap. 30. num. 49. Viuald. cap. de Absolutione, num. 13. (& dicit probabile Bonac. lo. cit.) & Aureolus lo. cit. Vbi tantum dicit: peccare, qui tali forma vteretur.

Notant hic etiam, communiter omnes DD. in casu dicto, esse plures Baptismos, & plura Sacra menta, eo quod plures sint ablutiones formaliter, & expresse; & etiam plures formæ aequivalenter. Legatur Hurtado, lo. cit.

QVÆSTIO XIII.

An, plures possint simul unum baptizare?

REPO NDEO: posse. Dummmodo intentio viius non dependeat ab intentione alterius; sed quilibet, independenter intentionem habeat; ita ut se solo baptizare velit, & integrè proferat formam dicendo: *Ego te baptizo, &c.* Et denique, quilibet sufficenter abluat (quamvis Caiet. q. 67. art. 6. Marsil. in 4. q. 4. & Durand. Adhuc concurrendo partialiter dicant, valide etiam posse: Et quidem probabiliter, ut infra.) Ratio est, quia sic quilibet eorum integrè, ac si se solus baptizaret, baptizat. Sic D. Thom. q. 67. art. 7. Et cum eo omnes fere DD. vt videre est, apud Vazq. diff. 148. cap. 1. & 6. Suarium diff. 23. sect. 3. Valentiam, diff. 4. q. 2. punct. 2. Bonac. lo. cit. num. 25. Filliuc. tra. 2. cap. 4. q. 4. & alios, apud ipsos.

QVÆSTIO XV.

An, saltem peccarent mortaliter, qui plures simul, unum, absque necessitate, baptizarent?

VIDE TUR, quod non. Quia solum peccat venialiter, qui simul plures, absque necessitate baptizat, ut supra est habitum. Et sic sentit Sotus, lo. cit. si citra scandalum secreto fieret.

Sed Respondeo: peccare mortaliter. Quia non solum faceret contra morem Ecclesie; verum etiam contra rationem Ministerij; cum de huius ratione sit; Quod unus sit Minister. Quod patet. Quia homo, non baptizatus, nisi ut Minister Christi, & vicem eius

gerens: Ergo, sicut unus est Christus, ita opportet esse unum Ministrum, qui Christum representet, ex quo soluta manet ratio dubitandi. Sic D. Thom. q. 67. art. 7. in corpore, & ad 2. Enriq. lib. 2. cap. 30. num. 3. Hurtad. diff. 2. diff. 5. & Vazq. diff. 148. cap. 1. & apud ipsum, Alex. Ricard. Duran. & Pal. & communis.

QVÆSTIO XVI.

An, in casu necessitatis, possint duo, vel plures, diuidentes Ministerium Baptismi, valide, & licite baptizare. Vg. si effet Infans morti proximus, & non ad effent, nisi duo, unus carentibus, qui non possit ablueri, & alter mutus, qui non posset verba proferre?

NEGANT D. Thom. q. 67. art. 6. ad 3. Egid. ibidem, dub. 1. Enriquez, lib. 2. cap. 12. num. 1. Scot. diff. 6. q. 2. Sotus, diff. 4. art. 4. Ledesma. p. 4. q. 8. art. 6. Victoria, q. 17. Angel. Bapt. 5. numer. 6. Suar. diff. 23. sect. 3. Vazq. diff. 148. cap. 4. num. 23. Hurtad. diff. 2. diff. 6. Filliuc. tra. 2. num. 79. Archangel. diff. 3. pag. mibi 25. col. 1. Ludouicus de S. Juan, q. 4. de bapt. ar. 4. dub. 2. pag. 80. Ochagau. de Bapt. q. 13. num. 9. Bonac. diff. 2. q. 2. punct. 4. num. 23. Diana 3. p. tra. 4. Ref. 11. & 5. par. tr. 3. resol. 26. dicens: opinionem contrariam, non esse probabilem, quia communiter Doctores hanc docent. Obone Deus, si haec esset efficax ratio, quot ipse opiniones improbabiles probat, & approbat. Unde, licet haec sit communis, & verior sententia. Primo. Quia in praedicto casu, non verificatur forma, cum vere non baptizet, qui diceret: *Ego te baptizo.* Secundo; quia Minister baptismi debet representare personam Christi immediate, quæ una est: Ergo debet esse unus, saltem quoad integratem Ministerij.

Nihilominus tamen probabiliter Respondeo: posse, & licite, & valide, in tali casu plures simul unum baptizare. Primo; Quia sic tenet plures, & graves Authores, præcipue Caiet. q. 67. art. 7. Marsil. a. 4. art. 4. dub. 11. in quam sententiam valde inclinat Palud. diff. 6. q. 2. art. 2. & dicere esse probabilem. Angel. lo. cit. Sotus, & Enriq. lo. cit. lit. C. Suar. etiam, lo. cit. vers. Ad ultimam vero. Vbi sic ait: *Non nego tamen, si occurrerit talis necessitatis articulus posse,*

se, iuxta aliam sententiam, conferri baptismum, quia melius est accipere Baptismum dubium & aliquo modo probabilem, quam omnino nullum. Idem docet Hæredia de baptismo, p. 5. lib. 9. per hæc verba: Quia non nulli graues Doctores contrarium, in hoc necessitatis conflietu, sentiunt, non debet in eas uero proposto, sub hac conditio-ne interius prolatu (si ita conferri Baptismus potest) applicare baptismum; melius enim est (ut ne solus in hoc casu iudicem) dubium baptismum, quam omnino nullum accipere. Ceterum si Infans ille mortis euaderet periculum, esset iterum sub conditio-ne baptizandus. Sic ille: Et sic etiam Chapea villa, apud Dianam, s. p. l. cit. Secundo probo ex dictis supra, disp. 2. q. 31. Nam si quis aquæ defluenti è recto puerum submit-tat abluendum, & verba baptismi proferat, valide baptizabit; vt Bonacira, & alij com-muniter concedunt. Ergo etiam in nostro casu, si truncus manibus, quomodo posset applicare puerum aquæ à muto projectæ, & proferret verba, valide baptizabit. Tertio: Quia truncus in tali casu posset uti forma Græcorum (ut concedit Enriq. l. cit.) at hæc vere verificaretur in tali casu. (Saltem lo-quedo de forma, quā assignat cōmuni sentia relata à nobis supr. disp. 3. q. 48. Ergo. Quarto, qui sub hac forma, videlicet, bapti-zet te Christus in nomine Patris, &c. Bapti-zaret; vere ei ficeret verū, & validū baptismū, (ut cōcedūt Soto, Nuño, quos sequitur Ioan. de Cruce de Bapt. q. 66. concl. 3. Quidquid Vazquez neget, disp. 142. n. 27.) ergo, etiam si truncus manibus illam diceret; nā quāmis a ter aquam proijceret, vere verifi-caretur talis forma. Ergo, &c.

QVÆSTIO. XVII.

*Quinam sint Ministri Baptismi
ex officio?*

RE SPONDE O: quod soli Sacerdo-tes; inter quos, primus numeratur Episcopus; Secundus, Parochus: Tertius simplex Sacerdos. Sic habe-tur in Conc. Florent. sub Eugenio IIII. in suo decreto, vbi sic de Baptismo ait: Minis-ter huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio cōuenit baptizare. Et in cap. Constat ce conser. dist. 4. & docet D. Thom. q. 67. art. 1. & 2. & cum eo Nuñus, & Egid. ibidē Suarez, disp. 31. se & 2. Enríquez, libr. 1. cap. 28. num. 1. Valentia, tom. 4. disp. 4. q.

2. pun. & 1. Fillius, tract. 2. cap. 4. q. 2. Bonacira, disp. 2. q. 2. pun. & 1. numer. 2. & omnes.

QVÆSTIO. XVIII.

An, Religiosi possint, extra casum necesse sitatis, baptizare?

RE SPONDE O: Quod possent, stando Iuridiuino; quia ex illo, cuilibet Sacerdoti, etiam Monacho, competit ex officio baptizare; vt docet D. Thom. q. 67. art. 2. Non vero stando Iuri Canonico; Quia per Can. placuit 16. q. 1. prohibitum est Monachis baptizare. Verum est, quod potest Monachus, aut quilibet alius Sacerdos, de Episcopi, vel Parochi licentia, (etiam illis presentibus) extra necessitatem, & cū solemnitate baptizare. Sic habetur in cap. Diaconos, dist. 93. & docet Glosa in cap. peruenit 18. q. 2. Rodriguez, tom. 1. qq. Re-gular. quæst. 31. art. 1. M. Isel. tract. 4. cap. 1. num. 58. Vbi sic ait: An autem possint regulares baptizare, hoc determinatur hodie ex Ritu, seu Baptisterio reformato à S. Paulo V. in usu tamē est, vt non baptizent, nec possunt baptizare solemniter, absque li-cencia Superioris, & Parochi, siue Episcopi loci, aut eius Vicarij.

QVÆSTIO. XIX.

An, Religiosus, vel quilibet alius Sacerdos, sine predicta licentia, & absque ne-cessitate, baptizans, peccet morta-liter, & incurrit, irregula ritatem?

AF FIRMA T utramque partem Ar-milla de Baptis. numer. 39. alias 40.

Sed probabilius Respōdeo: Peccare mortaliter, non tamē incurrit irregularitatē. Primum probo; Quia qui baptizat, absque licentia Episcopi, vel Parochi, usurpat eius officium in re graui: Ergo. Secundum, etiam probo: Quia talis pœna non est iure imposta: Ergo. Sic Sotus, dist. 4. q. 1. art. 3. concl. 3. Angel. Bapt. 5. nu. 1. Siluest. bapt. 2. num. 1. Ioannes de Cruce in Epito. lib. 2. cap. 5. dub. 1. concl. 2. & 3. Hinojosa lo. cit. Viuald. de Ministro bapt. num. 2. & 7. Nauar. cap. 27. num. 10. Hurtad. disp. 2. diff. 2. & communiter.

QVÆSTIO XX.

An. Clericus, non Sacerdos, solemniter abs que necessitate, baptizans; committat aliquid mortale, & incurrat irregularitatem?

RE SPONDEO: Quod sic. Quia ita cauetur, in cap. 1. de Clerico non ordin. ad min. Et sic tenent Angel. & Siluest. lib. cit. Nauar. cap. 22. num. 7. &c. 27. num. 242. Palud. & Ricard. in 4. diff. 5. Sotus, diff. 4. q. 1. art. 3. Vinald. lo. cit. num. 3. Bonac. diff. 2. q. 2. punct. 5. num. 3. Enriq. lib. 2. cap. 29. num. 1. Suar. diff. 31. sect. 4. Filliuc. tract. 2. num. 85. Granad. tom. 5. tract. 2. diff. 2. num. 1.

QVÆSTIO XXI.

An. eandem censuram, & peccatum incurrat, si ipsemet Clericus, non Sacerdos, baptizet aliquem, non solemniter; sine necessitate tamen, & prohibente Parochio?

AFFIRMANT utrumque, Sot. diff. 4. q. 1. art. 3. Armilla de irregularitate, num. 66. Maiolus de irregular. lib. 4. cap. 13. num. 3. Ledesma, q. 3. art. 2. & alij.

Sed probabilius Respōdeo: Peccare mortaliter, non tamen incurere irregularitatem. Primum, constat ex dictis. Secundum, probo. Primo: Quia hic nō est actus ordinis Sacri. Secundo, quia dictum, cap. de Clerico. Tamquam odiosum debet restringi ad casum expressum. Sic Nauar. lib. cit. Palud. diff. 5. q. 2. Siluest. de irregular. num. 127. & 27. Enriq. & Granad. lib. cit.

QVÆSTIO XXII.

An. Diaconus ex vi sua ordinationis, sit ordinarius Minister Baptismi?

RE SPONDEO: Quod non. Est tamen, ex concessione Parochi. Primum, probatum manet, & docet Clem. lib. 8. Constitut. Apost. c. 46. dicens: Nec Diaconos est Baptizare. Secundum, probatur ex Pontificali Romano, in quo dicitur: Diaconum debere baptizare, hoc est, ex commissione, & Gelas. P.P. in Can. Diaconos 9. 3.

diff. ait; Diaconi, absque Episcopo, vel Praebytero, baptizare non andant. Sic S. Thom. q. 67. art. 1. Cajet. ibi, Sotus, Suar. Valent. apud Granados, tract. 2. diff. 1. & alij DD. citati, & est communis. Legatur Vazq. diff. 147. cap. 4. num. 22.

QVÆSTIO XXIII.

An Parochus, vel alius Sacerdos, possit licite baptizare solemniter puerum alterius Parochiae, extra necessitatem?

RE SPONDEO: Quod non possit, si ne licentia Episcopi, aut Parochi; alias peccabit mortaliter, licet nō fiet irregularis, aut excommunicatus. Ratio est. Quia usurparet sibi auctū iurisdictionis alterius; cum pascere animas, quod maxime fit verbo, & Sacramento, pertineat ad Pastores. Qualis est Episcopus in sua diocesi, & Parochus in sua Parochia. Ergo peccaret mortaliter, non tamen fiet irregularis, &c. Quia in tali casu non usurparet auctū ordinis, sed tantum iurisdictionis. Sic Nauar. cap. 22. nu. 7. Palud. lo. cit. Sotus, diff. 4. Siluest. de irregular. §. 12. Enriq. 1. cit. n. 2. & est communis.

QVÆSTIO XXIII.

An Minister, ut valide baptizet, debeat babere intentionem actualē?

RE SPONDEO: Sufficere virtualem, & hanc saltem, esse necessarium. Ratio est. Quia administratio baptismi est actus humanus: Ergo. Sic omnes DD. de quo supra de Sacram. in gener. diff. 4. q. 14.

QVÆSTIO XXV.

An, si deficit intentio Ministri necessaria in conferendo Baptismum, suppletatur à Deo, quoad effectum gratia?

AFFIRMANT Bartholom. ab Angelis de Sacramentis in communi, Dia logo 1. §. 31. Siluest. ver. Bapt. 6. nu. 3. Zanard. p. 1. de Sacram. Bapt. cap. 4. in fine, & à fortiori, Angel. Bapt. 7. nu. 12. Alens. Dur. Gab. apud Suar. diff. 13. sect. 2. & apud Filliuc. tract. 1. num. 80. Tenent etiā

Valentia lib. 3. quæst. 5. punt. 3. eolum mibi, 655. Qui omnes existimant: Deum in Infantibus implore malitiam Ministri; quando hic, malitiose subtrahit intentionem; non quoad characterem, sed quoad gratiam; quia iniquity non videri iustum, cum qui bona fide accedit, obsolem malitiam Ministri, priuari spirituali remedio, absque culpa. Sic etiam tenet Iacobus de Bapt. cap. 4. num. 9. vers. Tu tamen. & Mosefius in sum. tract. 4. cap. 2. num. 93. Vbi pro hac parte citat Gabrielem Vazquez disp. 138. cap. 4. num. 42. & D. Thom. 3. part. quæst. 64. art. 8. ad. 2. citat etiam Vega pro hac parte, Armillam, verb. Bapt. n. 49. & Tabienam, eo ver. Sed certe Mosefius, & Vega male citant predictos Doctores pro hac parte. Nam Vazquez plane contrarium docet, eodem loco citato, cap. 3. à num. 19. & etiam Armilla, & alii, ut intra.

Sed probabilius longe Respondeo: Non suppleri à Deo. Ratio est. Quia, quod Deus supplet effectum intentionis Ministri, in dicto casu, vlla legge, promissione, aut necessaria ratione fundatur; & intentionē Ministri requiri, est de fide: Ergo. Sic S. Thom. quæst. 64. l. cit. Sot. dist. 1. quæst. 5. art. 3. Cap. Caiet. Tabien. Quos sequitur Enriq. lib. 1. cap. 10. num. 3. & Cabrera p. 64. art. 8. disp. 1. num. 65. & 66. Quorum primus, contrariam sententiā, omnino falsam appellat; Secundus autem, temerariam, & erroneam. Sic etiam Suar. & Filiuc. II. cit. Homo bonus. Heredia. Naldus, Syltius, & alii, quos citat, & sequitur Diana 3. p. tra. 4. resol. 17. Estius in 4. disp. 4. §. 26. pag. mibi 72 Sayrus lib. 2. de Sacram. in gen. cap. 4. quæst. 3. Bonacina disp. 1. de Sacramen. quæst. 3. un. 2. §. 3. num. 10. Vega 1. part. sum. cap. 33. casu 57. Dicens quod conarratum, no solamente, es temerario, [y que en ninguna razon estria, sino am signo de peor nombre que ese. Sic etiam Armilla lo. cit. num. mibi 58. & 60. Vbi sic ait: Siquis baptizaret sine intentione, quod facit Ecclesia, si talis baptizatus est adultus, est securus de salute: quia bonum propositum eum saluat, nesciens intentionem baptizantis. Si est puer, credens uero, quod Deus supplet, secundum opinionem, quam recitat Thomas in 4. sen. supra & in 3. part. videtur eam improbare. Tabienam tamē hoc pro meliori, & si constaret post modum de intentione baptizantis deberet puer iterum sub conditione baptizari, quia intentione, ut diximus, necessaria est. Sic Armilla.

Ergo, nec ipse, nec D. Thom. nec Tabienam, bene citantur pro contraria sententia.

QVÆSTIO XXVI.

An valide baptizaret, qui per modum ioci baptizari?

RESPONDEO. Quod sic; Sicut in intentione iocandi; vel ridendi veram habeat intentionem baptizandi ad imitationem Parochi. Probatur ex facto Athanasij. Qui cum ioco baptizasset alios pueros, iudicatus fuit ab Alex. Patriarcha valide baptizasse. Sic S. Thom. quæst. 64. art. 10. ad Secundum; Scot. Sotus, Ledesma. Bellarm. Qos citat, & sequitur Enriquel. cit. num. 4. Bonac. disp. 2. quæst. 2. punt. 5. num. 14. Lublinus ver. Baptism. num. 16. & omnes.

QVÆSTIO XXVII.

An, qui putat baptizare, Petrum, & baptizat Paulum: aut qui putat baptizare feminam, & baptizat masculum, valide baptizet?

NEGANT Hostiens. & Rosella de Baptism. §. 10. quos citat Enriq. lib. 2. cap. 8. lit. D. citat etiam pro hac sententia Bonacina, Angelum, baptismō 5. num. 13. Sed non bene, quia hic Auctor, oppositum videtur docere.

Sed longe probabilius Respondeo: Valide baptizare, modo non habeat intentionem contrariam, quam haberet, si diceret; volo hunc, qui est Petrus (Filius v. g. Titi) baptizare, & si forte alius sit, nolo; vel, volo hanc feminam baptizare, & si masculus est, nolo.) Ratio est: quia licet Minister in tali casu, materialiter, & speculatiue erret; practice tamē, non errat, cum actualiter applicet, & dirigat suam intentionem in personā, quam determinata habet presentem. Sic Siluest. Bapt. 3. q. 15. Tabien. bapt. 6. §. 12. Sotus dist. 1. q. 5. art. 8. Victoriaq. 34. Enriq. lib. 1. cap. 10. num. 6. & lib. 2. cap. 8. num. 4. Vazq. disp. 138. cap. 6. num. 92. & disp. 158. cap. 7. Egid. q. 66. art. 6. dubit. unic. num. 5. & quæst. 64. art. 8. dub. 4. Suar. disp. 13. sect. 4. B. n. c. disp. 2. quæst. 2. punt. 4. num. 26. Hurtado disp. 4. de Sacram. in gener. diff. 7. male citans Siluest. pro contraria sententia, Lubl. 1. cit. num. 17. Toletus lib. 2. cap. 20. infine Graftia

fius 2 par. lib. 1. cap. 3. num. 33. Vinaldus cap 5. num. 22 Valentia diff. 4. quæst. 1. pun. 3. Sayrus de Sacramentis in genere lib. 2. cap. 4. quæst. 6. Reginaldus lib. 26. num. 42. & communis

nados tom. 4. tract. 5. & tom. 5. tract. 2. diff. 1. num. 5. Bonacina diff. 2. quæst. 2. pun. 5. num. 17. Reginaldus num. 47. Archangelus loc. cit. & communis.

QVÆSTIO. XXVIII.

An, Laicus baptizans in necessitate in peccato mortali, & ex communicatione peccet mortaliter?

AFFIRMANT Vazquez diff. 136. cap. 3. Ochagavia q. 19. Hurt. l. cit. diff. 9. Durand. in 4. diff. 5. q. 6. n. 6. Palud. q. 2. art. 2. Capreolus q. 1. art. 1. concl. 2. Angel. bap. 5. num. 10. & alij apud Vazquez loc. cit. num. 27.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter. Quia Minister per accidens, non tenetur esse in gratia, quando Sacramentum administrat. Ratio est. Quia non est Minister consecratus ad hunc effectum, & munus. Sic S. Thom. quæst. 6. 4. art. 3. ad. 3. & in 4. diff. 24. quæst. 1. art. 3. quæst. 5. Caiet. quæst. 6. 4 art. 2. Sotus in 4. diff. 1. q. 5. art. 6. Sylvius. Bapt. 3. q. 4. Suarez. diff. 16. sect. 4. Filliuc. tract. 1. num. 85. Enriquez lib. 1. cap. 29. num. 4. Bonac. diff. 1. q. 3. pun. 2. num. 12. & alij, quos sequitur Diana, loco statim citando. Sic etiam Ludouicus quæst. 4. art. 3. dub. 2. concl. 1. pag. 79. & Archangelus diff. 5. pag. 57. col. 1.

QVÆSTIO. XXIX.

An saltem, Sacerdos in necessitate baptizans, sine solemnitate, in peccato mortali, & excommunicatione peccet mortaliter?

AFFIRMANT consequenter, Vazq. Ochagavia, Hurtado, & alij ll. cit. quibus adde Ludouicu l. cit. con. 2. Sed probabilius, adhuc, Respondeo: Non peccare mortaliter, ob eadem ratione; quia videlicet, in hoc casu, non agit, ut Minister ex officio, aut ad id consecratus: sed veluti Laicus, aut veluti Minister per accidens. Sic S. Thom. lo. cit. art. 6. Nanar. cap. 25. num. 12. Victoria de Sacram. q. 29. Suarez, ll. cit. Filliuc. num. 38. Enriquez lo. cit. & lib. 2. cap. 29. n. 4. Sylvius, Nungus, Heredia, & alij, quos citat, & sequitur Diana, 3. par. tract. 4. resol. 10. Tenent etiam Gra-

QVÆSTIO. XXX.

An, Sacerdos baptizans solemniter, etiam in necessitate, in peccato mortali, peccet mortaliter?

NEGANT aliqui, quos suppresso nomine, citat Ludouicus de S. Juan, & ex parte sequitur, ut vidimus, tract. 1. diff. 4. q. 8. & 9. existimantes, ad licite ad ministranda Sacraenta, sufficere Ministru habere disponentiam sui peccati mortalis, & administrare illa sine contemptu, cum debita fide, & exteriori reverentia.

Sed certissime Respondeo: Peccare mortaliter, (nisi alias extrema necessitas suscipientis, ita ad illud celeriter confidendum cogat, ut nequeat mortaliter se ad gratiam preparare.) Ratio est: Quia Sacerdos est Minister ex officio, & deputatus, & consecratus ad baptizandum: At hic tenetur se disponere ad gratiam, saltem per contritionem existimatam, quando Sacraenta ad ministrat; Ergo. Sic S. Thom. quæst. 6. 4 art. 6. Caiet. ibi Nauar. cap. 22. nu. 3. Victoria quæst. 29. Enriquez lib. 1. cap. 29. num. 4. & lib. 2. cap. 29. num. 4. Suarez, Vazquez, Hurtado, Filliuc. Bonacina, Granad. & alij ll. cit. Archangelus etiam diff. 5. pag. 57. & communis.

QVÆSTIO. XXXI.

An, Pater baptizans filium suum, ex legitimo matrimonio natum, in necessitate, nullo alio presente, qui hoc facere possit, priuatus maneat iure petendi debitum?

AFFIRMATIVAM partem attendarunt (inquit Vinald, loco statim cit.) teneere, Sotum in 4. diff. 42. art. 1. & Palud. ibidem. Sed revera fallitur hic auctor, nam prædicti DD. solum dubitarunt de Patre baptizante in necessitate filium suum ex concubina conceptum, ut melius vidit Nauarrius loco statim citando.

Sed certissime Respondeo: Non manere tali iure priuatum. Ratio est: Quia per actum bonum non debet prædicari matrimonio Sancto, antea contracto. Et sic habetur

in cap. Ad Limina 30. q. 1. & tenent Naturat. cap. 22. num. 40. in fine Sot. lo. cit. & Vivald. cap. de Ministro baptismi. num. 8. Qui bene aduentunt; contrarium esse dicendum, si talis filius fuerit ex fornicatione; tunc enim, e ius Pater, non poterit eius concubinam, & Matrem illius filij, in uxorem ducere. Quia cognatio spiritualis, que inter baptizantes, & Parres baptizati impedit, & dirimit, obstat talibus, ne possint contrahere; de quo adhuc, infra disp. 7. q. 11. & 12.

QVÆSTIO XXXII.

An saltem, si in eadem necessitate, baptizet Pater suum legitimum filium, praesertim multis, qui cum baptizare poterant, maneat tali iure priuatus?

AFFIRMANT in hoc casu, Sanch. tom. 3. de Matrim. lib. 9. disp. 36. num. 7. Villalob. tom. 1. tract. 13. diff. 51. num. 1. quos videtur siqui Ludovicus quæst. 4. art. 3. dub. 3. pag. 80. adiuncta concl. 4. art. 1. pag. 77.

Sed probabilius Respondeo: adhuc in hoc casu, non manere tali iure priuatum, licet mortaliter peccauerit. Ratio est. Quia ex nullo textu, aut iure, probari potest Patrem tali iure petendi debitum priuatum ma-

nere. Sic Star. quæst. 67. art. 8. § penult. Aigid. de Sacram. disp. 34. dub. 8. num. 69. Heredia de Bapt. punt. 6. dub. 2. num. 6. Diana 3. par. tract. 4. ref. 3. Hurtado de Matrim. disp. 10. diff. 6. & alij.

QVÆSTIO XXXIII.

An Obstetrics teneantur sub peccato mortali, formam baptismi, & modum baptizandi, scire?

NE GANT Suarez disput. 31. fol. 57. Diana 2. parte tract. 15. ref. 45. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia unus quisque tenetur necessaria sua artis, & officijs scire. Addo, quod sapientissime in cùbit, & occurrit hæc necessitas, maxime quando puer nondum est integre natus: Ergo. Sie Nauarrus cap. 22. num. 6. Palud. in 4. diff. 5. quæst. 2. art. 1. D. Antoninus 3. par. tit. 14. cap. 13. Enriquez lib. 2. cap. 29. nu. 5. Fillicius. tract. 2. n. 86. Sc. verbo Bapt. n. 12. Vivald. l. cit. num. 9. Reginald, lib. 27. c. 6. num. 45. Rodriguez tom. 3. cap. 26. num. 5. Posseuina. de offcurati cap. 6. num. ultima, Granad. tom. 5. tract. 2. diff. 2. num. 7. Bonac. diff. 2. q. 2. pun. Et. 5. n. 5. Qui etiam pro hac parte, citat Suarium (sed male) Toleatus lib. 2. cap. 19. num. 7. & alij.

DISPUTATIO QUINTA.

De Subiecto Baptismi.

QVÆSTIO PRIMA.

An omnis, & solus homo, siue adultus, siue infans, sit capax baptismi?



EGANT Hæretici Anabatistæ, Ioque de Infatibus; afferentes; eos non esse capaces baptismi. Sic refert Beccanus, cap. 10. de Baptism. quæst. 1.

Sed de fide Respondeo: Non solum adultos, sed etiam Infantes, esse capaces baptismi, & legitime baptizari posse. Quia

baptismus omniibus est necessarius, vt si supra est habitum, & probatum, ex illo Ioan. III. nisi quis renatus fuerit. Secundo. Quia sic tenet vsus antiquissimus ecclesiarum; in ipsa enim semper visitatum fuit, vt infantes baptizarentur. Sic docent omnes Catholici. Legatur Beccanus l. cit.

QVÆSTIO II.

An Satyri, vel conceptus ex famina, & bruto, baptizari possint?

RESPONDEO: Non posse. Quia verè non sunt homines rationales; neque habent peccatum originale; cum hoc traducatur ex Adamo per virilem virtutem; vt docet. Trid. seff. 5. can. 3. & 4. & seff. 6. cap. 3. Sic Enriquez lib. 2. cap. 21. num. 1. ex

ex D. Thom. 1. 2. quæst. 81. art. 5. Bonac. disp. 2 quæst. 2. pun. 6. num. 3. Posseuin. de officio Curati cap. 6. mibi num. 25. Candid. disquisit. 16. art. 5. dubitat. 1. Bartholomæus ab Angelo §. 132. & communis.

QVÆSTIO III.

Et An Monstrum genitum ex vero homine, & bruta fæmina, baptizari possit?

VIDEATUR. Quod non. Quia non erit homo verè rationalis, ut indicat Enriquez lo. cit. Ergo.

Sed probabiliter Respondeo. Posse, falem sub conditione. Ratio est. Quia peccatum originale, (ut nuper, ut certum deside, est habitum) traducitur in prolem per virutem virilē ex Adamo: at huiusmodi proles, hac ratione est genitus: Ergo potest falem sub conditione (si es capax baptismi) baptizari; ut sic per baptismum peccatum originale tollatur. Sic Posseuin. l. cit.

QVÆSTIO III.

An. Monstrum genitum ex viro, & fæmina, absolute baptizandum sit?

RESPONDEO: Quod sic. Quia verè est homo constās corpore, & anima. Sic omnes DD.

Sed maior difficultas est, quomodo Monstrum baptizandum sit? Respondeo ex Diuo Thom. Quod si constet ibi esse duas animas Rationales, puta. Quia ibi sūt duo capita, duo pectora, & consequēter, duo corda, baptizari debet, ut duo; vel dicendo, *Ego vos baptizo in nomine Patris &c.* Vel sigillatim semel in utroque capite. Si vero, non est certū esse duos; ut quia nō sunt duo capita bene distincta; aut si duo capita cum uno pectori; aut duo pectora, cū uno capite, tunc bis baptizādū est; semel absolute in ea parte, in qua perfectius caput apparet; & semel in alia parte, sub conditione dicendo: *Sicut non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris &c.* Sic Siluest. bapt. 3 q. 10. citans, S. Thom. Palud. Landul. Henricum. Tenent etiam Tabiena, bapt. 6. n. 14. Armilla n. 52. Enriq. lib. 2. cap. 21. nu. 6. Posseuin. l. cit. Bonac. l. cit. n. 4. & apud ipsum, Toletus, Chamerota, Graffius, Viualdus, & alij, commuiter. Sic etiam, & optimè, Archangelus dist. 5. pagin. 57. & 58.

QVÆSTIO. V.

An etiam, sit absolute baptizandum, quando dubitatu; An Monstrum habeat animam rationalem; vel, an sit genitum ex fæmina, & bruto?

RESPONDEO. Qnod non; Sed sub conditione tantum. Vnde, si Monstrum habeat caput ferinum, licet cætera membra habeat humana, nō erit baptizandum absolute, sed sub conditione ad sumnum; eo quod signum præcipuum hominis sit caput humanum. Sic Nauar. Consil. 3. de Bapt. Comitol. lib. 1. q. 8. Bonac. l. cit. n. 5. in noua editione, Filliac. apud ipsum & Nald. ver. Baptismus n. 10.

QVÆSTIO VI.

An, validus sit Baptismus collatus Infantibus, absque consensu Parentum infidelium?

NEGANT Palud. in 4. dist. 4. q. 4. n. 23 & 29. Durand. dist. 6. q. 7. Mari. q. 4 art. 4. dub. 3. Siluest. bapt. 4. q. 7. & alij, apud Vazq. q. 6. 8. ar. 10. d. 155. e. 6. n. 64

Sed probabilius Respondeo: Valere. Primo. Quia ad verum baptismū, tantum modo requiritur materia, & forma, & intentio Ministri, quæ omnia adesse supponim⁹: Ergo voluntas parentū, aut eorū repugnantia ne quid quā ob esse potest baptismō filiorū in fidelium. Secundo: Quia Ecclesia nō re baptizat Infantes, in vītis parentibus, baptizatos. Ergo Sic Enriq. lib. 2. c. 25. n. 1. Vazq. dist. 155. cit. Regin. li. 27. n. 68. Egid. q. 6. 8 ar. 10. n. 66. Nuño, & alij, quos citat, & sequitur Bonac. l. cit. n. 11. Suar. dist. 25. ses. 1. Hurt. dist. 3. debap. dist. 3. Ex quo colliguntur omnes Doctores citati, à fortiori asserendū, validū esse baptismū administratū Infantibus parentū baptizatorū, quānis heretico-rum, & Apostatarum, in vītis eorum parentib⁹, & ex statim dicēdis, amplius cōstatib⁹.

QVÆSTIO VII.

An Infantes baptizatorum, etiam hæreticorum, & Apostatarum, possint non solum valide, sed etiam licite, in uitis Parentibus, baptizari?

RESPONDEO. Quod sic. Quia sicut Ecclesia potest cōpellere ipsos parentes, ut potè Ecclesiæ subditos, ratione baptismi, ad seruanda omnia præcepta natu-

naturalis, & divina, & præcipue ad obser-
vandam fidem: ita potest, ipsis inuitis, filios
suos baptizare. Sic S. Thom. q. 68. art. 10.
Caiet. & Nogn. ibi. Suar. Vazquez. Hurtad.
& alij, locis citatis; Bonac. pun. 6. num.
12. & apud ipsum, Valentia, Ægid. Enrici
Reginald. Pitigian. Filiuc. Sotus, & alij.

QVÆSTIO VIII.

*An, filij hereticorum, possint licite bapti-
zari, casu, quo sub Cura Parentum sunt,
& timeratur periculum per-
uerisonis eorum?*

RECANT in hoc casu, licite posse; Æ-
gid. quest. 68. art. 10. nū. 81. Suar.
diff. 25. sec. 5. Heredia, de Bapt.
part. 7. dub. 3. num. 8.

Sed, ex que probabilitate, Respondeo: Li-
cite posse. Primo. Quia periculum pertur-
sionis, non est ita propinquum, & certum; cum fieri possit, experientia id monstrante,
vt Infantes, ante usum rationis morian-
tur, & saluentur per baptismum. Secundo;
Quia hæc praxis obseruatur à viris doctis
in terris, in quibus Hæretici, libere exer-
cent suam Religionem. Sic Layman, lib. 5.
tract. 2. cap. 6. num. 12. Quæ sententia esse
satis probabile, ait Diana, 3 p. tra. 4. ref. 7

QVÆSTIO IX.

*An, Infantes infidelium non baptizatorum,
qui Principibus Christianis subditi
politice (non serui) sunt, possint
licite, inuitis Parentibus,
baptizari?*

AFFIRMANT Scot. in 4. diff. 4. q.
9. Gabriel, quest. 2. art. 3. dub. 9.
Angelus bapt. 6. num. 11. Durand.
in 4. diff. 4. quest. 6. num. 9. & alij, apud
Vazq. diff. 155. cap. 1. & apud Vinaldum,
cap. ultimo de Bapt. num. 14.

Sed probabiliter Respondeo: Non posse.
Quia, vel huiusmodi filii sunt eripiendi à
Parentibus, & sic fieret ipsis iniuria, cù in-
ure naturæ, habeat Pater ius in filios, vt eos
iustruat, & regat, cum filius sit quid Patris;
vel relinquendi in eæ rupestate, & sic fieret
iniuria Sacramento, ob periculum Apostafie:
Ergo. Sic S. Thom. q. 68. ar. 10. & 2. 2.
q. 10. ar. 12. Caiet. ibidem. Sot. in 4. diff. 5.
q. vni. ar. 10. Siluest. Palud. V. & or. & alij,
quos citant, & sequuntur Vazq. 1. cit. cap. 2.

AEGID. q. 68. art. 10. Hurt. diff. 3. diff. 4.
Vinald. l.c. Cand. diff. 16. dub. 5. & alij.

QVÆSTIO X.

*An saltem, Infantes infidelium non bapti-
zatorum, qui serui sunt, & mancipia
Christianorum, possint, inuitis
Parentibus, baptizari?*

NEGLANT etiam S. Tho. Caiet. Sotus,
Capr. apud Diana 2 par tra. 15. ref.
45. & apud Hurt. loc. infra citados.
Sed ex que probabilitate Respondeo: in hoc
casu posse. Quia Dominus habet ius vendi-
di suum seruum, separandi à filio, & mittendi
in regiones, etiam longinas; ad suum ar-
bitrium: Ergo cessat ratio iuris Paterni in
filium: Ergo, sine peccato possunt baptiza-
ri, ipsis etiā inuitis. Sic Suar. diff. 25 sec. 4.
Vazq. diff. 155. cap. 4. n. 30. Luis Turr. 2.
2. tom. 1. diff. 54. dub. 2. Diana, lo. cit.
Filiuc. tra. 2. n. 142. citans pro hac sen-
tentia D. Thom. q. 68. ar. 10. Caiet. Sotu,
& Durandum. Tenent etiam Hurtad. loc. cit.
diff. 5. Candid. loc. cit. & alij.

QVÆSTIO XI.

*An, in hoc casu, non solum sit licitum bap-
tizare prædictos infidelium filios; ve-
rum etiam, teneantur Domini
corum, hoc facere?*

NEGLANT teneri, Lota, 2. 2. quest. 10.
art. 12. diff. 37. nū. 22. & Filiuc.
num. 146.

Sed probabiliter Respondeo: Teneri sub
peccato mortali, ratione charitatis; nisi
alias non sit illis licitum hoc facere, propter
aliqua incommoda. Sic Vazq. diff. 155. c. 7.
Turr. & Diana ll. cit. & 3. p. trac. 4. ref. 14
& alij.

QVÆSTIO XII.

*An, Infantes infidelium, Maurorum, sci-
licet, Turcarum, aut Gentilium, qui nullo
modo sunt subditi Christianis, neque spiri-
tualiter, nec civiliter, sed sua gaudent
naturali libertate, possint, inuitis
parentibus, baptiza-
ri licite?*

NESPONDEO: Quod non. Quia si
filii infidelium subditorum tantum
civiliter, nequeunt licite bapti-

G zari,

zari, in iuitis Parentibus, multominus filij in fidelium, nullo modo subditorum; Sic omnes DD. ut testatur Vinald. cap. ultimo n. 14. Filliuc. ex Suario, n. 145.

QVÆSTIO XIII.

An, borum Infidelium Infantes, & aliorum, qui tantum sunt politice subditi Christianis Principibus, possint licite, in vitis Parentibus, baptizari; si sint in articulo mortis, aut extra paternam potestatem, absque spe resurrectionis?

RESPONDEO. Quod sic. Quia sic, cestant inconuenientia, supra aitata, nec tunc sit iniuria Parentibus, cum habeant ipsi soli ius, ut curent de salute spirituali filiorum. Sic Vazquez, Egid. Filliuc. Hurtad. Candidus ll. cc. Diana, 5. par. tra. 3. resol. 10. & communis. Legantur Bonac. lo. cit. Archang. dist. 4. pag. 41. col. 1. & aliij Recentiores.

QVÆSTIO XIII.

An, filius cuiuscumque Infidelis habens usum rationis, petens quæ baptismum, debeat baptizari, in iuitis Parentibus?

RESPONDEO: Quod sic. Quia habet ius petendi, quod sibi necessarium est ad salutem, nec tenetur Patri obediere in his, quæ contraria sunt saluti suæ & Deo. Sic S. Thom. quæst. 68. art. 15. Sa, Bapt. num. 11. Hurtado, l. cit. Filliuc. n. 134. Archangel. dist. 4. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 6. num. 12. Suarez disp. 25. sect. 3. Enriquez lib. 2. cap. 25. n. 3. & communis.

QVÆSTIO XV.

An etiam, quando dubitatur; utrum puer usurationis polleat, possit baptizari licite, in iuitis Parentibus, si id puer petat?

NEGANT, (si alias, non instet necessitas mortis) Enriq. lib. 2. cap. 25. n. 3. Vazq. disp. 155. Egid. loc. cit. n. 61. Hurtado disp. 3. diff. 4. Ochagauia, q. 19. num. 9. Naldus, Antonin. & aliij, quos citat Bonac. disp. 2. quæst. 2. punt. 6. num. 12. Affirmant autem Sotus, dist. 5. quæst. unica, art. 10. & 15. & dist. 39 art. 3. Candidus, loc. cit. dub. 12. & aliij. Quia in dubio, inclinandum est in favorem fidei, & Christianæ Religionis.

Sed probabilis Respondeo: Posse licite baptizari (etiam extra articulum necessitatis) si complevit septennium; & baptismum petierit. Quia, complecto septennio, presumitur usum rationis habere; si vero non compleuerit septennium, & filius sit in fidelium, non baptizatorum; nec subditorum Christianis, iuxta supra dicta, non est baptizandus, in iuitis Parentibus (nisi, ut dictum est, immineat periculum mortis.) Quia presumitur, non habere usum rationis, & melior est conditio Parentum possidentium. Sic utraque sententia conciliata manet. Sic Bonac. loc. cit. & aliij.

QVÆSTIO XVI.

An possit licite baptizari Infans, si unus ex Parentibus consentiat?

RESPONDEO. Posse. Nam, si alter ex his fidelis sit, haud dubitum est. Quia si Mater est Christiana, & consenties, potest baptizari Infans, quamvis pater dissentiat, quia partus in hoc casu, sequitur trem; Cum sit melior conditione parentis Christiani, & innocentis. Si vero Pater est Christianus, & dissentiat, etiam si Mater dissentiat, potest Infans baptizari. Quia pater est caput, & principia causa filij, & melioris conditionis. Si denique ambo Parentes in fideles sint, modo unus illorum consentiat, potest baptizari, quia preferitur in favorem Religionis, & filij. Sic Valen. dist. 4. q. 3. pun. 3. ver. Quarto dico. Vazq. l. cit. cap. 3. n. 35. Posseuin. c. 6. n. 14. Filliuc. n. 144. Suar. dist. 25. sec. 3. Hurt. dist. 3. diff. 4. Ochagau. q. 19. n. 7. Candid. loc. cit. dub. 11. Bonac. loc. cit. & communis.

QVÆSTIO XVII.

An, Iudei, sint serui, & mancipia Principum, in quorum Regnis habitant?

AFIRMANT Durand. in 4. dist. 4. quæst. 6. & Caietanus, quæst. 68. articul. 10.

Sed probabilis Respondeo: Non esse seruos, sed liberos, & ciues politice, & civiliter tantum subiectos. Primo quia id significatur, in cap. & si Iudeus, de Iud. & Sarrac. Secundo, quia id experientia docet; cum verè tractentur, ut ciues; si quidem eis permittuntur habere bona; ire, quod volunt &c. Sic Sotus in 4. dist. 5. quæst. unica, art. 10. Vazq. loc. cit. cap. 5. Hurt. loc. cit. & Bonacina, loc. cit. num. 12.

QVÆS-

QUÆSTIO XVIII.

An, in Infante baptizando, requiratur alia, na dispositio ad receptio nem baptismi?

RESPONDEO. Quod non. Quia infantes, ante visu rationis, nō sūt capaces propriæ dispositionis; neque enim habent usum liberi arbitrij, quo credere possint; (vt Lutherus finxit) aut velle baptismum suscipere; unde Christus Dominus, & eius Ecclesia, & intentionem, & dispositionem suplent. Ide m̄què omnino dicendum est de adultis am cibus perpetuō à Natiuitate nō habenti bus lucida rationis interualla. Sic S. Thom. quæst. 68 art. 12. Eniq. lib. 2. cap. 24. n. 1. Vazq. quæst. 68. ar. 10. Suarez, disp. 24. sec. 1. Filliuc. num. 102. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 6. n. 16. Archangelus dist. 4. pag. 37. & communis.

QUÆSTIO XIX.

An, ad recipiendum validum baptis- mum, requiratur consen- ssus baptizati?

NEGRVNT Glossa, in cap. Solet. de Consecratione. dist. 4. & Glossa in capite, Maiores, de Baptismo.
Sed oppositum omnino Respondeo. Dicendum enim, requiri. Sic habetur in cap. Maiores. cit. Et probatur; quia omnino est indicens resistenter initiari sacris Christianis. Sic Greg. XIII. qui recte prædictas Glossas, cum censura Magistri Sacri Prae- cij, ius sit deleri; & cum eo omnes Doctores. Legatur Archangelus, dist. 4. pag. 38. col. 1.

QUÆSTIO XX.

An, requiratur possitius consensus bap- tizatorum adultorum?

NEGRANT Caiet. q. 68. ar. 7. & Lodes. 1. p. 4. q. 9. ar. 7. Quia existimat, ad valorē Sacramenti in adultis, iussu cere, non resistere.

Sed lōge probabilius Respōdeo. Requiri possituum consensum, & intentionem. Primo. Quia in baptismos fit spontanea professio legis; & ideo Ecclesia, prius interrogat; vis baptizari? Secundo. Quia baptizatus, per baptismum suscipit multas obligations: Ergo iustum est, vt, qui pollet ratio ne, in eas consentiat, & intēdat eas subire.

Sic S. Thom. q. 68. ar. 7. Scot. in 4. d. if 4. q. 4. S. tus dist. 5. ar. 7. Eniq. lib. 2. ca. 1. p. 24. n. 3. Vazq. dis/p. 138. n. 65. Suar. disp. 14. se Et. 2. Aegid. q. 64. ar. 8. dub. 5. Filliu. c. nu. 103. Hurt. disp. 4. de Sacram. in gener. 1. diff. 13. Candidus l. cit. ar. 6. dub. 2. Archa. n. 10 cit. Bonac. l. cit. n. 16. & 23. & communis.

QUÆSTIO XXI.

An, Dormientes, vel amentes non perpe- tuō, possint valide, & licite baptizari?

RESPONDEO. Posse; si ante somnum, vel ante amentiam baptismum petierint, nec constet, cum rationis viu, talēm consensum reuocasse. Ratio est; Quia virtualiter, vel saltem habitualiter, dicuntur habere intentionem. Sic Angelus, bapt. 6. nu. 10. ex cap. Maiores cit. Eniq. lib. 2. cap. 24. n. 3. & 4. Siluest. bapt. 4. §. 3. Graff. 2. par. lib. 1. cap. 4. nu. 45. Bonac. l. cit. num. 19. & Sancius in selectis, qui bene ex Siluestro addit: prædictum adultū, qui ante quam in amentiam incideret, baptismum petijt, & non reuocauit voluntatem, posse vi baptizari, etiam si postea furia accusus, se baptizari, nolit, &c. Sic Sancius disp. 44. n. 42 & Candidus, disquis. 16. ar. 6 dubit. 3.

QUÆSTIO XXII.

An, baptizandus sit amens, vel dormiens, de quo dubitatur, an petierit baptis- mum ante amentiam, vel somnum?

AFFIRMAT Enriquez loc. cit. num. 4. baptizandum esse sub conditione, si ad sit coniectura, quod petierit.
Sed ego Respondeo: Quod etiam si non ad sit coniectura, quod petierit, possit bap- tizari, sub hac condicione; Si petisti bap- tismum, ego te baptizo, &c. Quia hoc modo, nulla irrogatur iniuria Sacramentum, & potest prodeesse amenti baptizo. Sic Bonac. lo. cit. Sotus dist. 5. qu. est. uni. art. 12. Nu- nus quæst. 68. art. 4. Qui bene adiungit; hu- iusmodo amentem, non esse baptizandum, etiam si constet eum, ante amentiam baptismum petisse; si constet, eum post petitionem baptismi in statu peccandi Iacuisse, vt in concubinatu; quia baptizaretur cum obice, & baptismus administraretur indigno. Sic Victor. q. 26. & Sancius lo. cit. & communis.

QUÆSTIO XXIII.

An ad recipiendum baptismum, requiriatur in adulto fides super-naturalis?

RESPONDENS; Quid non requiritur ad recipiendum verum baptismum, quod ad Charakterem; bene tamen ad recipiendum baptismum cum fructu, & gratia. Duo namque conferuntur in Baptismo: Character, scilicet, & gratia, non ponenti obicem. Loquendo ergo de adulto, & respectu gratiae, fides in eo necessario requiriatur; nam qui non crederet, quod Ecclesia credit nunquam gratiae effectum recipere. At vero loquendo de adulto respectu Charakteris, & Sacramenti tantum, non requiritur in eo fides necessario, sed intentio suscipiens Sacramentum, sicut Christus instituit. Sic S. Tho. q. 68. art. 8. Angel. bapt. 6. n. 8^o Sot. in 4. diff. 5. art. 8. Enriq. lib. 2. cap. 26. n. 1. Ledesma q. 9. art. 7. Sa ver. Baptismus n. 14. Valentia diff. 4. q. 3. punct. 3. Filliuc. tract. 2. num. 135. Bonacina diff. 2. quæst. 2. pun. 6. num. 24. Egid. Pitigianus, Chamerota, & alij, apud ipsum.

QUÆSTIO XXIV.

An, adulto sit opus credere explicite Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis, ut Baptismum recipiat?

AFFIRMANT Sanch. lib. 2. summae. cap. 3. num. 24. Villal. tom 2. tract. 1. diff. 4. n. 13. & alij communiter; Quid verum censeo regulariter loquendo (quod quid alij dicant.) In articulo vero mortis posse ministrari baptismum adulto, non credenti talia mysteria, saltem sub conditione, non dubito; vt docet idem Villal. diff. 3. num. 7. Sancius in select. diff. 44. n. 41. Vega, Aragon. & alij, apud ipsos.

QUÆSTIO XXV.

An, adultus baptizandus, teneatur confiteri prius peccata, ante baptismum commissa?

AFFIRMANT Angel. bapt. 6. n. 15. infine. & verbo Confessio 2. n. 2. Qui pro se citat Ricardum in 4. diff. 17.

sed male, cum oppositum deceat, vt retat Medina, de confess. §. de confessione mortali bus ante baptismum commissis. Instaurare tamen videtur hæc sententiam, Scotus, Adrian. & Grab. euostamen ipse Medinae ptime in oppositum explicat.

Sed certissime, oppositum omnino Respondeo: videlicet Non teneri. In quo, recipere. Ratio est. Quia baptismus debet tollit omne peccatum, vt docet Trid. siff. 5. can. 5. Ergo. Sic S. Thom. quæst. 68. art. 6. Silvest. bapt. 4. q. 10. Armillan. 5. Sotus diff. 4. q. vnic. art. 6. Enriq. lib. 2. cap. 26. n. 1. Bonac. 1. cit. n. 25. Med. 1. cit. & Cand. 1. c. dub. 10. pag. 97. & Naldus, verb. Baptismus, num. 13. Vbi sic ait; Baptismum præcedentia peccata, non sunt confitenda per neophytes, sed nec videtur posse illa confiteri; cum eiusmodi confessio diceretur in iuriam irrogare baptismum, per eum, & originale, & omne actuale cum illo, penitus deletur. Sotus in 4. diff. 15. quæst. 1. art. 3. conclus. 3. Sic Naldus.

QUÆSTIO XXVI.

An saltēm, teneatur habere contritionem peccatorum mortalium, ante baptismum commissorum?

AFFIRMANT Nauar. cap. 1. n. 37. & c. 11. n. 7. Victo. q. 23. Alex. 4. p. quæst. 18. mem. 2. art. 1. Gab. diff. 4. quæst. 2. Adrian. 4. de Pœnit. q. 1. & quodlibet. 5. art. 3. Margarita Confes. fol. 33. & P. Sotus de instruēt. Sacerdot. letio 4. de bapt. & alij, apud Diana, 3. part. tract. 4. resol. 13.

Sed probabilius Respondeo: Non tenerei habere contritionem, sed sufficere habere attritionem, vt statim dicemus. Sic S. Thom. diff. 6. quæst. 1. art. 3. quæst. 1. Scot. diff. 4. quæst. 5. & diff. 14. quæst. 4. art. 3. Suar. diff. 28. sect. 2. Vazquez, diff. 158. cap. 4. Egid. quæst. 62. art. 1. dub. 2. Filliuc. num. 104. Enriquez lib. 2. cap. 26. nu. 2. Diana, 1. cit. Hurtad. de bapt. diff. 4. diff. 6. Villalobos tract. 5. diff. 19. num. 3. Candidus 1. cit. dub. 11. Petrus de Ledesma, cap. 10. concl. 4. Molfes. tract. 4. cap. 1. num. 54. & Llamas 2. par. metho. cap. 2. §. 12. Qui cum Soto docet, nullum dolorem sufficere; dum modo actu, vel virtute, non sit complacentia dictorum peccatorum. Sic illi; sed non ego.

QVÆS-

QUÆSTIO XXVII.

An attritio, quam adultus, qui ante baptismum peccauit mortaliter, debet habere ad recipiendum baptismum cum fructu, debeat esse existimata contritio?

AFFIRMANT Nauar. l. cit. n. 59. Alex. & Adrian. ll. cit. Corduba lib. 1. q. 2. Medina de Penitent. quæst. de Confessione facta iteran. Ledesma 2. p. 4. quæst. 20. art. 1. & alij apud Dian. 3. p. trac. 4. res. 13.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere, habere attritionem veram; etiam ut italem cognitam. Quia contritio, non est necessaria: Ergo neque existimatio, quæ per se nihil confert: cum sit iudicium falsum. Antecedens probo; nam baptismus, cum sit regenerationis, per se est institutus ad remittendum peccatum. Ergo, neque supponit hominem viuum: nec contritionem, per quam remissum sit peccatum, requirit. Sic ex S. Thom. Filliuc tract. 2. n. 105. Sotus diff. 6. q. 2. art. 7. Vazq. Suar. &c. id. Diana ll. cit. Cabrera q. 66. art. 8. diff. 2. §. 2. & 10. Villalob. tom. 1. tract. 5. diff. 19. n. 3. Nugnus q. 6. 9. art. 9. dub. 2. Hurt. diff. 4. de bapt. diff. 6. & alij, communiter cum Enriq. lib. 2. cap. 26. n. 3. & Petrus de Ledesma, lo. cit.

QUÆSTIO XXVIII.

An, attritio sufficiens ad recipiendam gratiam baptismi in adulto, qui peccauit mortaliter, debeat necessario esse supernaturalis?

NEGLIGANT Sotus diff. 6. q. 1. ar. 7. & diff. 14. q. 2. art. 5. Cano relect. de penitent. part. ultima. Ledes. cap. 10. de Bapt. Pitigianus in 4. diff. 4. q. 4. art. 3. con. 3. & alij apud Enriq. lo. cit. lit. T. Putantes; satis esse attritionem naturalem habitam ex virtibus naturæ, & ex motu naturali; videlicet, ex motu pœnitentiæ temporalis; ex turpitudine peccati &c. Præcipue iunctam aetui fidei, & Spei, & desiderio recipiendi baptismum.

Sed longe probabilius Respondeo: Debere necessario esse supernaturalem, & procedentem ex auxilio supernaturali: propter metum gehennæ, aut turpitudinem peccati. Primo: quia id colligitur ex Trid. ss. 6. c. 6. & ss. 14. c. 4. Vbi inter dispositiones ad iustificationem; ponitur attritio, quem esse donum Dei, & Spiritus Sancti, dicit. Secundo: quia naturalis attritio, nequit esse proportionata dispositio ad gratiam; quæ est super naturalis. Sic Mag. tn' 4. diff. 4. Nuño quæst. 69. dub. 4. Ioannes de Crive 2. par. de Bapt. quæst. 4. dub. 3. con. 2. Enriq. lo. cit. Filiiuc num. 104. Bonac. Suar. Vazq. Hurtado, Diana, Petrus de Ledesma ll. cit. Candidus loc. cit. dubit. 12. pag. 97. & alij.

QUÆSTIO XXIX.

An saltem, sufficiat attritio naturalis, existimata supernaturalis?

AFFIRMANT Doctores primæ sententiaz, quibus addendi sunt Nauarrius, Enriquez: Victoria, & alij, a nobis tract. de Confessione citandi, affirmantes: Validam esse confessionem factam cum attritione existimata supernaturali, licet in re, naturalis sit.

Sed longe probabilius, Respondeo: Non dum sufficere; sed in re, requiri attritionem supernaturalem, ob rationes factas. Sic AA. citati de quo amplius loco cit.

QUÆSTIO XXX.

An, adultus, ut debite baptismum suscipiat, debeat in memoriam reuocare omnia peccata sua, ut de illis attritionem habeat?

VIDENTVR: Quod sic. Quia hoc facere debet, qui Sacramentū pœnitentiæ vult recipere.

Sed Respondeo: Quod non sit ei hoc necessarium, sed satis est, si dolorem in generali concipiat. Quia hoc Sacramentum, non fit per modum iudicij; sicut Sacramentum pœnitentiæ. Sic Ragutius de Bapt. quæst. 41. Santius in select. diff. 44. n. 41. in fine, & Candidus, & Archangelus ll. cit.

DISPUTATIO SEXTA.

De Virtute, & Effectibus Baptisimi.

QUÆSTIO PRIMA.

An, Baptismus deleat omnia peccata, tam actualia, quam originalia?



EGANT Hæretici nostri temporis dicentes; per baptismum, nō tolli peccata, sed tantum tegi.

Sed certissime Respondeo: Vete deleri, & eradicari. Sic enim definitur in Concil. Flor. ab Eug. III. in decreto fidei, sic dicente. *Huius Sacramenti, nempe baptismi, effectus, est omnis remissio culpæ originalis, & aequalis. & in Trident. ses. 5. can. 5. & ses. 14. cap. 1. Et ratio est. Quia baptismus est Sacramentum regenerationis, & renouationis in Christo. Ad Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum, &c. Ergo, sicut generatio carnalis Adami omnes inficit originale peccato, ita spiritualis Christi generatio omnes emundabit ab eodem peccato. Rursus, vnum peccatum, non potest tolli, & deleri fine alio: Ergo, &c. Sic S. Thom. q. 69. art. 1. Suarez ibidem, tom. I. de Sacramentis, Enriquez, lib. 2. cap. 16. Filliuc. tract. 2. num. 94. Bonac. disp. 2. q. 2. punct. 7. num. 4. & omnes Catholicci. Legatur Vazquez, disput. 156. à capit. 1.*

QUÆSTIO II.

An, baptismus remittat, & deleat omnem paenam peccatis, etiam actualibus, debitam?

RESPONDEO. Quod sic. Sic enim definitur in Conc. Florent. lo. cit. &c in Trident. ses. 5. can. 5. & ses. 6. cap. 14. & ses. 14. cap. 8. Et probatur ex perpetua Ecclesiæ traditione, & consensu; unde

Concil. Florent. ob id negat esse imponendam satisfactionem pro peccatis, ante baptismum commissis. Sic S. Thom. q. 69. art. 2. Suarez, Nuñus, Aegidius, & Pesantius ibidem. Bonac. loc. cit. num. 5. & 6. Vazquez, tom. 2. disp. 156. & seqq. & omnes.

QUÆSTIO III.

An, Baptismus auferat etiam, omnes penitentes, quæ peccatum Adami, & originale in nobis contractum, sequuntur; ut mors, fames, stitis, morbus, &c?

RESPONDEO: Quod non auferat Baptismus, huiusmodi penitentes in hac vita; vt experientia nos docet; Sed per virtutem illius auferentur in resurrectione, quando mortale hoc induat immortalitatem. Sic cum Diu. Tho. q. 69. art. 3. Vazquez, Suarez, Nuñus, & Aegidius II. cc. Filliuc. lo. cit. num. 96. Bonac. num. 7. Enriquez lo. cit. cap. 16. num. 7. & omnes Doctores.

QUÆSTIO III.

An, Baptismus conferat gratiam insufficentem, cum reliquis donis, & virtutibus, quæ cum ipsa coniunguntur?

RESPONDEO: Quod sic. Modo non ad sit obex ex parte baptizati. Sic definitur in Trident. ses. 7. cap. 6. 7. & 8. & ses. 6. cap. 7. de bapt. & probatur ex dictis. Quia culpa non deletur, nisi per infusionem gratiae habitualis: at per baptismum deletur omnis culpa, ergo. Sic tenent cum Diu. Thom. lo. cit. art. 4. Vazquez, Suarez, Pesantius, Aegid. & Nuñus, ibidem. Bonac. lo. cit. punct. 7. numer. 2. & omnes. (§. §.)

QUÆS-

QUÆSTIO V.

*An, Baptismus conferat omnibus par-
tibus aequalem gradum gratiae?*

NE GANT Palud. in 4. diff. 4. q. 1. Scot. diff. 4. q. 7. art. 1. Gabriel, q. 2. art. 2. concil. 7. Caet. q. 6. 4. art. 1. ad 2. Guillelmus Etius, diff. 4. §. 9. Yribarne, diff. 17. pag. mibi 191. & alij; existimantes: conferre eis in aequalem gratiam; vel ex vi Sacramenti (ut loquitur Palud.) vel ex vi meritorum baptizantis, vel Parentum, vel ad flantium.

Sed longe probabilius Respondeo: aequalem gradum gratiae omnibus parvulis conferre. Ratio est: Quia in aequalitas gratiae, si ius potest pronenire ex inaequalitate dispositionis: at in infantibus nulla est dispositio. Ergo. Sic D. Thom. q. 69. art. 8. Nusius, ibidem. Sotus in 4. diff. 6. q. 1. art. 6. Siluelt. Bapt. 6. num. 4. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 13. Victor. num. 22. Vazq. diff. 135. Suat. diff. 7. & diff. 28. sec. 3. Aegid. 7. 62. art. 1. dub. 3. & q. 69. art. 8. Hurt. diff. 3. de Sacram. in gen. diff. 5. Filluc. tract. 2. num. 109. Bonac. loc. cit. punct. 7. num. 3. Enriq. lib. 2. cap. 17. num. 5. & Candidus, disquis. 16. art. 8. pag. 102. Archangel. diff. 4. pag. 35. col. 2. & communis.

QUÆSTIO VI.

*An, Baptismus, etiam adultis, confe-
rat aequalem gradum gratiae
iustificantis?*

AFFIRMANT aliqui apud Suarium, diff. 7. cit. sec. 5. & apull. Aegid. dub. 3. cit. Existimantes: baptismum, ex opere operato, aequalem gratiam conferre homini tam attrito, quam contrito; seuthomini, tam attrito, ut duo, quam attrito, ut quatuor.

Sed Respondeo: Quod nullo modo conferat illis aequalem gratiam, sed maiorem, vel minorem, ratione maioris, vel minoris dispositionis eorum. Unde homini melius disposito, maiorem; aequali, aequalem; & minus disposito, minorem gradum gratiae, confert. Ratio est: Quia gratia datur, iuxta viuis cuiusque dispositionem; ut habetur in Trident. ses. 6. cap. 7. Sic S. Thom. q. 69. art. 8. Sot. Nugn. Victor. Siluest. Vazq. Suar. Hurt. Fil. liuc. Bonac. Candid. & alij ll. cit.

QUÆSTIO VII.

*An, Baptismus imprimat chara-
terem?*

NE GANT Hæretici nostri tempori.

Sed oppositum est verum de fide. Respondeo ergo: Quod sic. Sic enim definitum est in Concil. Florent. sub Eugenio III. in decreto fidei, & in Trident. ses. 6. capit. 9. & in capit. Maiores, de dapt. & ratio est: Quia baptismus nequit iterari, ut omnes PP. concedunt: at hoc ex nullo alio capite pronenit, nisi quia imprimat in anima characterem, qui est indelebilis, & maneat etiam in Hæretico, & in animabus separatis, etiam damnatorum: Ergo. Sic S. Thos. quæst. 63. art. 1. & cum eo omnes, quæst. 66. art. 9. de quo egimus, tract. 1. disputatione 1. quæst. 15.

QUÆSTIO VIII.

*An Baptismus rite semel collatus,
iterari possit?*

AFFIRMAVIT Marcion. apud Epiphian. hæref. 42. afferens posse, unum, iter baptizari.

Sed oppositum est de fide. Respondeo: Ergo: Quod nullo modo iterari possit, si semel rite collatus sit, etiam a laico, vel Hæretico. Sic est definitum in Florent. & Trident. loc. cit. & constat primo, ex dictis. Secundo, quia sicut impossibile est bis hominem nasci; ita bis renasci. Unde, qui sciens ministrat, aut recipit baptismum secundum pœna irregularitatis incurrit, ex cap. Eos, quos. de consecrat. diff. 4. de qua Nauarrus, cap. 27. num. 247. & alij. Sic omnes DD. Legantur Suarez, diff. 22. sec. 2. & diff. 31. sec. 6. Valentia, diff. 4. q. 1. punct. 4. Bonac. in loc. cit. num. 10. & alij apud ipsos. Imo secundum leges ciuiles, tam rebaptizantes, quam ipsi rebaptizati, puniuntur capite, seu ultimo suplicio, quod importat mortem, qualitercumque inferatur, l. ultimum ff. de penit. nisi etas ipsos rebaptizatores excusat. Lege Graffum, p. 2. libr. 1. c. ap. 4. numer. 13. & part. 1. libr. 4. cap. 26. numer. 10.

QUÆSTIO IX.

An, scienter rebaptizans, non absolute, sed sub conditione, prædictam irregularitatem incurrat?

AFFIRMANT Sayrus de censur. lib. 7. cap. 8. numer. 23. Heredia, disput. de Baptismo, part. 4. dub. 2. num. 5. & Hinojosa, ver. Baptismus, fol. mibi 48. licet hoc neget, de rebaptizante sub conditione dubie baptizatum. Sed absolute probabilius, Respondeo: Non incurrere. Quia huiusmodi irregularitas, non habetur expresse in Iure: Ergo illa non incurritur. Antecedens probatur; quia in iure, lo. cit. solum ponitur irregularitas, propter rebaptizationem: Sed hæc, non est rebaptizatione simpliciter, & absolute; si quidem datur sub conditione. Ergo. Sic Nugnus, q. 66. art. 9. concl. 6. Cabrera, ibidem, nu. 18. & 19. Suarez, tom. 3. disp. 31. sect. 6. num. 5. Possevinius, cap. 16. num. 18. Tollet, lib. 1. cap. 65. num. 5. Avila, Valero, & alij, quos citat, & sequitur Diana, 3. part. tract. 4. resol. 9.

QUÆSTIO X.

An alios effe etius babeat, & producat Baptismus?

RESPONDEO: Affirmative; tres videlicet, præcipuos. Primus est; Aperiatio Ianua Regni cælestis. Quia baptismus, cum ex opere operato, delectat totam culpam, & penam, qui cum baptismio dedit, mox in celum euolat. Sic S. Thom. q. 69. art. 7. Secundus est; Cōiunctio hominis cum Christo. Tertius, Subiectio hominis iurisdictioni Ecclesiæ: per baptismum enim sit membrum illius, & saltem implicite, promittit illi obedientiam. Sic ex Trident. ses. 7. de bapt. cap. 7. colligunt Vazquez, disp. 156. à num. 29. Suar. disput. 22. sect. 2. & disput. 31 sect. 6. & alij communiter, apud Molseium, tract. 4. cap. 1. à num. 77.

QUÆSTIO XI.

An, Baptismus liberet seruum à servitute, & faciat illum liberum?

RESPONDEO: Quod non, per se loquendo. Quia nullo iure, constat. Per accidens autem liberat; vbi hoc receptum est. Sic S. Thom. in 4. dist. 39. art. 4. Barthol. ab Angelis de Sacram. Dialogo 2. §. 170. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 2. 7. nu. 17. & communis; qui tamen, omnes concedunt tolli per baptismum irregularitatem ex dicto; de quo alibi.

QUÆSTIO XII.

An, fictio impedit effe etius Baptismi?

RESPONDEO: Quod sic. Vnde, si quis velit baptizari, actu tamen iuharet peccato mortali; aut non habeat attritionem; quamvis huiusmodi vere recipiat characterem, & baptismum; non tamen recipiet gratiam, nec remissionem culpa, adhuc originalis, (quidquid Gabriel existimauerit) cum unum peccatum, non remittatur, sine alio. Sic S. Thom. q. 69. art. 9. & cum eo omnes Doctores.

QUÆSTIO XIII.

An, Baptismus, recedente fictione (tolente, non Baptismum, sed gratiam) producat suum effectum?

RESPONDEO: Quod sic. Vnde Baptismus, ablato dicto impedimentoo, vere remittit omnia peccata, tam originale, quam actualia, quæ alias remitteret, si sine fictione reciperetur. Sic S. Thom. lo. cit. art. 10. & cum eo omnes DD. Legantur Bonac. lo. cit. nu. 13. & alij Doctores supra cito.

DISPUTATIO SEPTIMA.

De Ritu Patrini.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit Patrinus; & an sit de essentia Baptismi?

D Primum Respondeo: Quod Patrinus, dicitur talis, eo quod spondeat debaptizato se paternam curam habiturum. Vbi nota, quod etiam dicitur, sponsor, & fideiussor, eo quod in baptismo, quando Sacerdos interrogat de fidei articulis, an eos credat, & abrenunciet diabolo? Patrinus pro eo respodeat; credo, & abrenuntio: spōdens se pro eo, ipsum hoc esse facturum.

Circa secundum, Respondeo: Non esse de substantia, aut essentia baptismi: si tamen necessarius, Iure Ecclesiastico, ut licite fiat, vt constat, ex consuetudine Ecclesie. Sic Sotus, *disp. 4. q. 5. art. 7.* Enriq. *libr. 2. cap. 14. num. 1.* & omnes DD. cum D. Thom. *3. p. q. 67. art. 7. & 8.* & Canonistæ de consecrat. *disp. 4.* Sanchez, *libr. 7. de matrim.* à *disp. 57.* Cathec. Rom. tit. de Bapt. à *num. 26.*

QUÆSTIO. II.

An Parochus, solemniter baptizans, sine Patrino, mortaliter peccet?

NEAT Posseuinus, *lo. cit. num. 52.* in casu, quo baptizatus habeat Parentes Catholicos. Negare etiam videtur Archangelus, *disp. 5. citat. pag. 58.* Quatenus ait: Patrinum in Baptismo, esse tantummodo de congruentia.

Sed, probabilius, Respondeo: Peccare mortaliter, etiam in tali casu. Primo, quia facit in re gravi, contra præceptum Ecclesie. Secundo; quia omittere Patrinum in confirmatione, est peccatum mortale, vt docent Nau. *cap. 22.* Siluest. Viguerius, & alij, quos sequitur Viuald. de confirmatione, *nu. 2.* Ergo; & omittere illum in baptismo.

QUÆSTIO. III.

An, in priuato baptismo, tempore necessitatis, sit necessarium adhibendus Patrinus?

AFFIRMAT Zambran. de Bapt. *dub. 18. num. 17.* Sed probabilius Respondeo: Noti esse necessarium: Licet alijs possit adhiberi. Quia nullum extat præceptum, vt in tali baptismo, Patrinus adhibeatur. Sic Sot. in *4. diff. 42. q. 1. art. 1.* Enriq. *libr. 2. c. 18. nu. 3.* Suar. Sanch. Rodrig. quos citant, & sequuntur Diana, *3. p. tract. 4. ref. 18.* & *5. part. tract. 3. resol. 7.* & Layma, *tract. 2. de bapt. cap. 9. num. 5. conc. 1.*

QUÆSTIO. IV.

An unus tantum, debeat esse Patrinus?

RESENDEO: Quod, expectato iure antiquo, *cap. Non plures de conscr. diff. 4.* Unus tantum, siue vir, siue foemina debebat esse Patrinus. Expectato tamen iure novo Trident. *ses. 24. c. 2.* Possunt esse duo, vnius, & vna. Quod si plures adhibeantur; Solos designates à Parocho contrahere affinitatem spirituale, vult Concilium. Legantur Hurtado, *disp. 2. diff. 9.* Raconius, *tract. 2. disp. 2. q. 2. ar. 3. pag. 102.* & Archangelus, *lo. cit.*

QUÆSTIO. V.

An, quando adhibentur duo Patrini, nec sumfit, vt sint diuersi sexus, vir, scilicet, & foemina?

NEANT aliqui, apud Victorellum in annotatio. ad Caput. *23.* libri secūdi Toleti, dicentes: posseduo viros, vel duas foeminas munus obire Patrini. Id ipsum docent ex parte, Naldus, verb. Cognatio, *num. 6.* Sic dicens: Cognatio spiritua-

Hic contrahitur, quamvis unus vir, nomine alterius viri, & altervir nomine mulieris teneant baptizatum, vel confirmatum; non tamen duo viri nomine suo; vel duas mulieres, nomine it idem suo, tenere possunt. Sic Nald. & etiam Farinacius, ubi infra.

Sed Respondeo: Quod in eocasu, necessario debent esse unus, & una vir, scilicet, & foemina. Quia ita decreuit Trident. ses. 24. de Matrimonio, cap. 2. & bene quidem, ut sic generatio spiritualis carnalem immitetur, in qua neque duo Patres, neque duas Matres; sed unus Pater, & una Mater reperuntur. Sic Anton. Cucus, lib. 5. institutio. tit. 2. num. 9. & tit. 14. num. 25. dicens: ita declarasse Cardinales, Toletus, & Victorelius ll. cit. Suaq. q. 67. art. 8. Sanchez, libr. 7. de Matrimonio, diff. 57. num. 4. Pesantius, q. 67. diff. 2. Franciscus Sylvius in additionibus ad §. 9. Binsfeldij. Moure de bapt. §. 9. num. 2. Et Bonacina, q. 3. de Matrim. punet. s. §. 2. num. 33. Addens, & bene; nec Episcopum dispensare posse in hoc, vt du. viri, vel duas foeminas, simul, suscipiat Infantem in baptismo. Sic etiam Racionius, in 3 part. tract. 2. disput. 2. q. 2. ar. 3 pag. mibi 100. & Farinacius, 4. parte, in declaratio, ses. 24. Tridentin. pagin. mibi 282.

QVÆSTIO VI.

An, Parochus, vel naturalis Pater, peccat mortaliter, plures, quam duos, assignans Patri nos?

NE GANT Ludouicus Lopez, 2. p. Vbi de Matrimon. capit. 51. & Sanchez, lib. 7. disputation. 57. num. 6. Existimantes: tantum peccare venialiter.

Sed probabilius Respondeo: Peccare mortaliter. Quia in regraui violent præceptum Trident. cum ex eius transgressione multiplicentur cognationes dirimentes Matrimonium. Sic Egid. question. 67. artic. 7. Rodrig. tom. 2. cap. 226. numer. 1. Bonacini. loc. cit. numer. 32. Basilius, libr. 7. cap. 39. numer. 12. Ochagau. tract. 3. de Matrim. quæst. 56. num. 6. Hurtad. disputat. 18. de Matrimon. diff. 4. Vega, 1. part sum. capit. 33. casu 39. col. 229. per hæc verba: Verdad es. que si los Padres del que se quiere bautizar, nombraren tres Padrinos, si el Parrocho los admittiere, contrahen parentesco es-

piritual, aunque el Parejo pecara mortalmente en ello, admitiendoles a sabiendas, sabiendo que le está prohibido por el Concilio, como lo resuelve Quarco, y Fr. M. Rodriguez. Sic Vega.

QVÆSTIO VII.

An, tenentes Infantem in Baptismo nomine alterius, possint esse quatuor, duo viri, & duæ foeminae?

AFIRMANT Rebel. de obligat. in additio. lib. 4. secl. 1. nu. 90. & Posseuin. cap. 6. num. mibi 59. Et indicat Naldus verbis supra; quæst. 5. relatis, & Farinac. lo. cit. per hæc verba: Procurator non contrahit cognitionem spiritualem fibi, sed mandanti. Hinc est, quod unus, qui sit vir, & alter, qui sit procurator mulieris baptizatum de sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, vel duas mulieres, unusquisque tamē, proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Non posse, saltem licite, ut supra. Quia tantum debent esse unus, & una, vt absolute Concilium determinauit. In his enim, quæ sunt ex institutione Ecclesiæ, & pendent ex iure positivo, decretis Conciliorum standum est.

QVÆSTIO VIII.

An, in quacunque estate possit quispiam esse Patrinus?

NE GANT non nulli. Nam in primis Abbas, in cap. Debitum, num. 3. de Baptismo, & Ludouicus Lopez, 2. p. vbi de Bapt. cap. 62. §. At nota. Dicunt: Illum debere excedere octo decim annis. Anchæ. cap. Debitum. cit. Debet excedere, Saltem 14. Posseuin. tandem, cap. 6. numer. 55. Debere attingere, saltem duodecimum. Quia in hacestate, & non ante, potest quis esse Pater.

Sed longe probabilius Respondeo: Quod quilibet puer, in quacunque estate; dum modo sit capax rationis ad peccatum mortale committendum, possit obire munus Patrini. Primo. Quia nullo iure determinatur aetas ad huiusmodi munus exequendum. Secundo. Quia, licet puer, usque ad 14. annum, nequeat esse Pater naturalis; bene tamen potest esse Pater spiritualis, ante dictam aetatem;

tem; dum modo habeat usum rationis sufficientem ad exercendam illam susceptionem cum legitima intentio facienda, quod alicui Patrihi facient. Addo, quod, secundum aliquos Doctores, baptizans est, qui gerit vicem Patris, & aqua, Matris; & non Patrinus, & Matris, Patris, & Matris. Sic Natus, verb. *Baptismus*, num. 11. pagin. mibi 44. & ante illum S. Thom. in 4. diff. 42. art. 7. ad 2. Nauar. lib. 4. corsi. de cognat. spirit. conf. 4. alias 3. Enriq. lib. 12. cap. 11. n. 2. Rodrig. Vega, & alii, quos sequitur Sanchez, lib. 7. disp. 61. num. 3. & 4. Filliuc. ls. cit. num. 196. Bonac. lo. cit. num. 17. Basil. lib. 7. cap. 37. num. 5. Ochagau. tract. 3. de Matrim. q. 57. num. 1. Molfel. tract. 4. cap. 1. num. 63. & communis.

QVÆSTIO IX.

*An, quando nulli Patrini assignantur,
Et tamen plures baptizatum tangunt,
omnes contrahant cognationem spiritua-
lem?*

NEMINEM tunc contrahere cognitionem hanc, asserunt Suarez, 3. p. quest. 67. art. 8. Rodrig. cap. 226. num. 1. Vega, 1. tom. cap. 33. casu 40. & Sanchez, lib. 7. disput. 57. num. 12.

Sed probabilius Respondeo: Omnes contrahere dictam cognitionem, si omnes simul tangent. Et ratio est. Primo. Quia hic casus fuit omisus à Concil. Trident. & nihil in eo dispositum: Ergo standum est decisioni juris antiqui, secundum quod, omnes qui tam gebant, contrahebant cognitionem spiritualis, cap finali. de cognat. spirit. in 6. Sic expresse declaravit Sacra Congregatio Cardin. apud Farinac. & Rebellum, post. lib. 4. de sponsal. se et. 4 num. 95. Nauar. cap. 22. num. 39. Enriquez, lib. 12. cap. 11. num. 3. Sa. V. de impedim. dirim. num. 5. Graff. Ledesma, Lopez, Viuald. apud Sanch. lo. cit. num. 11. Basil. lib. 7. cap. 39. num. 11. Cornejo, disp. 7. de Matrim. dub. 16. pag. 988. Hurtado, disp. 18. de Matrimon. diff. 4. nu. 19. Rebell. lib. 3. q. 6. Moure de Bapt. 5. 9. num. 3. Et alij, cum quibus nota hic, quod cognitionem spiritualis, ex eo dictum est, quod contrahatur ratione Sacramentorum, quae spiritualia sunt; non qui enim omnium, sed dumtaxat Baptismi, & Confirmationis. Etenim per baptismum spiritualiter renascimur, & per Confirmationem perfectiores reddimur.

Christiani: Ut ergo per naturalem Natiuitatem, naturalis cognitione nascitur, ita per spiritualem, spiritualis.

QVÆSTIO X.

*An, in dicto casu, omnes cognitionem
contrahant, si non omnes simul,
sed successive, teneant, &
fuscipliant?*

AFFIRMANT Nauar. Hurtad. & Rebell. ll. cit.

Sed probabilius Respondeo: Non omnes contrahere, sed solum, qui primo suscipit, siue vir, siue femina. Quia Concilium, unum tantum vult esse Patrimum, duos autem, ex designatione, ut plurimum: Ergo in casu, quo nullus designatus sit, unus tantum debet haberi, secundum ius, pro suscepore, aut Patrino. Sic videtur declarasse Sacr. Cö greg. Cardin. apud Rebell. lo. cit. per haec verba. Congregatio censuit, si plures suscipiant, omnes contrahere cognitionem, si non constat, quis primo tetigerit, si plures sunt electi, vel nullus; Si unus electus, ille tantum contrahit. Sic ibi. Tenuit etiam Basil. & Cornejo ll. cit.

QVÆSTIO XI.

*An, Pater baptizans in necessitate filium suum, & uxoris suæ, contrahat cognationem talem, quæ impec-
diat usum Matrimonijs?*

RESPONDEO: Quod non contrahit. Est enim casus expressus in cap. Ad limina 30. quest. 1. Et sic tenent omnes Doctores, præcipue Nauar. in manu. c. 22. numer. 40. & libr. 4. cons. loco statim cit.

Difficilius autem quaro: An saltem contrahat cognitionem in casu, quo in necessitate baptizet Filium suum, adstantibus aliis, qui hoc facere poterant? Affirmant Sanch. & Villalob. (disp. 4. q. 32. citatis) & innuit Sa. verb. *Baptismus*, num. 8.

Sed probabilius Respondeo: Negatiue, si eut ibidem assertum. Sic, præter Doctores ibi citatos, tenent Hurtad. de Matrimon. diff.

10. Durand. diff. 42. q. 1. art. 3. & dicit probabile Layman, tract. 10. p.

4 cap. 8. num. 8.

QVÆS.

QVÆSTIO XII.

*An, Pater baptizans in necessitate Filium suum, ex concubina suscep-
tum, contrahat cum illa cognationem spiritua-
lem?*

NE C A T I V A M partem, non licet probat Sot. in 4. dist. 42. art. 1.
(Qui tamen non audet eam tenere)
& quidam ex Iuris Consultis, quos refert Palud. aiunt, de hoc esse Papam consulendum.

Absolute tamen Respondeo: Contrahe-
re. Et sic nequire cum illa matrimonium in
hire. Quia cognatio spiritualis impediens,
& dirimens Matrimonium, contrahitur in-
ter baptizantes, & parentes baptizati, ve-
habet regula iuris, aqua non excipitur, nisi
baptizans filium suum, & coniugis sux, cum
qua iam contraxit Matrimonium. Sic Nau.
cap. 22. num. 40. & cap. 16. num. 34. & lib.
4. consil. de cognitione spirit. consil. 5. Gu-
tierrez, Enriquez, & Sanchez, quos citat, &
sequitur Bonac. q. 3. de Matrim. punct. 5.
§. 2. num. 11. Vega, 1. part. sum. capit. 33.
casu 73. col. 243. Lublinus V. Matrim. nu.
20. & ver. Baptism. num. 9. Moure de Bapt.
§. 10. num. 6. Candidus, disquisit. 16. ar. 4.
debit. 14 pag. 89. & communis.

Notat tamen Naldus, verb. Baptismus,
num. 15. Quid si quis baptizaret, vel tene-
ret filium sua concubinæ, ea intentione, ne
deinceps tentaretur de talicrimine, reputa-
ns, nempe, cum commatre iam facti com-
misericarnaliter, grauissimum esse cri-
men, magnoque suppicio dignum, non vi-
deretur peccare. Sic ipse ex Lopazio, 1. par.
instruct. consil. cap. 21.

QVÆSTIO XIII.

An, non baptizatus possit esse Patrinus?

RE S P O N D E O: Quod non, ex cap. In
baptismate. de consecr. dist. 4. Imo
nec debet esse Hæreticus. Quia licet
hic sit baptizatus, non tamen est aptus
ad instruendos alios in fide. Sic S. Thom. in
4. dist. 42. art. 2. quest. 3. Nauar. cap. 22. nu.
36. Angel. bapt. 8. num. 2. Enriquez, libr. 2.
cap. 14. num. 2. Filiuc, tract. 2. num. 160.
Basil. lib. 7. cap. 37. num. 5. Moure de bapt.

§. 9. num. 4. Candidus loc. cit. dub. 12. Pe-
trus de Ledesma, cap. 13. conclus. 3. Recon.
tract. 2. in 3. par. disp. 2. sect. 1. q. 1. art. 3.
& alij communier.

QVÆSTIO. XIV.

*An, si de facto, non baptizatus fiat Pa-
trinus, contrahat cognitionem
spiritualem?*

AFFIRMAT Archidiacanus, de cogni-
tione, cap. 1. num. 6.
Sed probabilius Respondeo: Non
contrahere, ut constat ex dictis. Sic docent,
cū predictis Doctoribus AEGID. Rebellius.
Nuñus, Valentia, Set. P. de Ledesma, & alij.
Apud Sanch. lib. 7. disp. 60. & Bonac. 1. sta-
tim citando, num. 19. Moure lo. cit. §. 10. n.
4. & Candidus lo. cit.

QVÆSTIO XV.

*An, Monachi possint esse Patrini,
aut Compatres?*

RE S P O N D E O: Quod non, ex cap.
Non licet, de consil. dist. 4. & cap.
Monachi. ea. dist. Si tamen de facto
leuent puerum de sacro fonte, vere
fient compatres, & contrahent Paternitatē,
& cognitionem spiritualem, (quidquid di-
cat Nuñus.) Sic Bonac. q. 3. de impedimen-
to Matrimonij, punct. 5. §. 2. num. 23. San-
chez, lib. 7. disp. 60. num. 21. Basil. lo. cit. Vi-
uald. cap. vltim. num. 30. Hurtad. disputation. 2.
diff. 9. Filiuc. lo. cit. Candid. disquis. 16.
art. 4. dub. 11. Molfes. tract. 4. cap. 1. num.
64. Raconius, lo. cit. Petrus de Ledesma, in
sum. cap. vltim. de Baptismo, concl. 6. &
alij communiter apud ipsos.

QVÆSTIO XVI.

*An etiam, alij Religiosi, non Monachi,
sed mendicantes, prohibiti sint
exercere munus Pa-
trini?*

AFFIRMANT Angel. verb. Bapt. 8.
num. 1. Viuald. lo. cit. & de Matri-
mon. Vbi de cognitione, num. 6.
Sanch. libr. 7. disp. 60. num. 21. Fil-
liuc. & Moure, Bonacina, & Petrus de Ledes-
ma, ll. cit. Rodriguez, tom. 2. Regul. q. 58.
art. 3. Diana, 3. part. tract. 4. ref. 21. Lay-
man,

man, tract. 2. de bapt. cap. 9. numer. 3. Nisi alias (inquit) in casu, quo dicti Religiosi ad Episcopatum translati sint. Ita etiam Can did. lo. cit. Sa. num. 9. & Vega, cap. 33. casu 46. col. 233.

Sed aequa probabilitate Respondeo: Quod non sint huiusmodi Religiosi prohibiti; sed tantum Monachi. Quia cum hi, sibi soli vaccent, huiusmodi munus, alienum est ab eorum statu: At vero Religiosi mendicantes, cum sibi, & alijs vaccent, non erit ab eorum statu alienum: ac proinde, nec prohibitum. Sic Aegid. q. 67. art. 7. Hurtad. lo. cit. & alij Moderni. Idemque, potiori iure, dicendum existimo, loquendo de Canonicis regularibus; quidquid doctissimum: Canonicus Nauar. dicat, lib. 3. cōsl. de statu Monach. conf. 10. Fauet etiam nostrae sententiae Molfesi. in sum tract. 4. cap. 1. num. 64. Quatenus indicat clare, posse Religiosos licite esse patrinos de licentia suorum superiorum.

QVÆSTIO XVII.

An, Abbas, vel. Monachus, exercens munus Patrini. peccet mortaliter?

AFFIRMAT Sot. in 4. dist. 4. q. vni. ar. 3. §. Quin vero, quem citat, & sequuntur, Candid. disquis. 16. ar. 4. dubit. 11. & Petrus Ledesma lo. cit.

Sed aequa probabilitate Respondeo: tandem peccare venialiter. Sic Antonius de Hinojosa, in suo directorio V. bapt. fol. 148. & alij, apud ipsum.

QVÆSTIO XVIII.

An, Parentes possint esse Patrini propriæ soboliss; falso in casu necessitatis?

NE GANT Moure de Bapt. §. 10. n. 5. & Hurt. disp. 2. diff. 9. adhuc loquendo in prædicto casu necessitatis.

Sed probabiliter Respondeo: Extra casum necessitatis, nullo modo, posse Parentes exercere munus Patrini propriæ sobolis: Bene tamen in necessitatis casu. Sic colligunt communiter DD. ex cap. Ad limina 30. q. 1. & tenent Sanch. lib. 9. de Matrim. disp. 26. num. 3. Aegid. q. 67. art. 7. ex D. Tho. art. 8. ad 2. Candid. lo. cit. dub. 14. Naldus, verb. Cognatio, n. 4. Racon. tract. 2. disp. 2. sect. 1. q. 2. art. 3. Vbi sic ait: Si vir, & vxor in necessitate suscipiant legitimum filium suū, nullum contrahunt impedimentum petendi debitum. Quia non est congruum, ut iure suo priuentur, quia filio suo subuenient: nec hoc Concil. Trident. statuit; sed tamē cog-

nationem spiritualem, quæ antiquo iure, in varijs casibus contrahebatur, ad certum per sonatum numerum limitavit. Sic ille.

QVÆSTIO XIX.

An saltem, impediuntur Parentes à petendo debito, si exerceant munus Patrini propriæ sobolis?

AFFIRMANT Angel. Bapt. 8. num. 1. Viuald. cap. ultimo num. 30. Mdu re cit. Petrus de Ledesma lo. cit. & alij, sine in necessitate, sine fine illa, id faciant. Quia existimant, in omni quentu contrahere cognationem spiritualem.

Sed probabiliter Respondeo: Non primitur Parentes iure petendi debitū, si in casu necessitatis propriam sobolem ex Sacro Fôte levant. Quia tune non contrahunt cognationem spirituale. Sic Aegid. Nald. & Raco. l. cit. Hurt. disp. 2. de Bapt. diff. 9. & communis.

An autem contrahant illa, & impediuntur à petendo debito, si extra necessitatem, id faciant, negant adhuc aliqui cum Suario, q. 67. ar. 8. & Racon. Sed alij cum D. Tho. q. 67. ar. 8. ad 2. quos sequuntur Laymā, & Candid. ill. 6. probabiliter affirmant.

QVÆSTIO XX.

An duo coniuges, Maritus scilicet, & eius Vxor, possint, absque ullo peccato, esse Patrini alienæ prolixi?

NEGANT Suar. q. 67. ar. 8. & Filliuc. tr. 2. n. 161. Quia existimant, id non posse facere, absque peccato veniam. Id ipsum, videtur sentire Racon. tr. 2. disp. 2. q. 1. ar. 3. pag. 105. Vbi sic ait: Si vir, & vxor simul cum puerū alienū susciperet de Sacro Fôte, non priuarentur iure petendi debitū vir ab vxore, & vxor à viro, proindeque tenerentur mutuo sibi illud reddere: quia quātamen, simul adhuc munus accedere non debant, propter decretum Urbani II. in c. Qui autem 30. q. 4. qui noluit hoc fieri ad maiorem decentiam. Unde, & peccarent, non quidē gravioriter, quia leuis est materia; & forte ab omni culpa salvaretur, si consuetudine receptum esset; ut coniuges simul baptizatū suscipiant. Sic ille.

Sed probabiliter Respondeo: Posse absq; ullo peccato (nisi alias in aliqua diæcesi iure speciali sit prohibitum) Primo. Quia, id nullibi prohibetur, ut fatetur Urbanus II. in c. fin. 30. q. 4. Secundo. Quia quamvis idē Pontifex in eodē, capite videatur statuere Quod non sint Patrini; hoc tamen, non

prohibet sub precepto, vel si prohibet, non est vsu recte pnum; vel potius est sublatu, per Concilium Trident. Sic Nauat. cap. 22. nu. 39. Viuald. lo. cit. Sanch. libr. 7. disp. 57. n. 5. Bonac. q. 3. de impedim. Matrim. pun. 5. §. 2. num. 5. Vazq. q. 67. art. 7. Egid. q. 67. art. 7. Hurtad. & Layman. ll. cit. Ochag. lo. cit. num. 6.

QUESTIO XXI.

An, in Baptismo priuato, contrahat Patrinus, si adhibeatur spiritualem cognationem?

NE GANT Sanch. libr. 7. disp. 62. nu. 15. Suarez, Nugnus, Rebellus, Filiius, quos citat, & sequitur Bona cin. lo. cit. numer. 11. Sot. in 4. disp. 42. c. 1. art. 1. Hurtad. disp. 18. de Matrim. diff. 6. Rodriguez, & alij, quos sequitur Diana, 2. p. tract. 4. ref. 2. & 18. Candid. disquis. 16. art. 4. dubit. 15. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Contrahere. Primo. Quia vere obit munus Patrini, ut etiam contrarij fatentur: Ergo vere contrahit talen cognationem. Secundo. Quia ubi est spiritualis generatio, est spiritualis affinitas: Sed in Baptismo priuato est spiritualis generatio. Ergo & affinitas. Sic Nauar. c. 22. n. 40. Viuald. 1. p. de Matrim. n. 154. Sa. V. Matrim. de impedim. dirim. nu. 5. Armilla, ver. Matrim. n. 14. Egid. disp. 32. de Matrim. dub. 2. nu. 39. Zamb. c. 1. de bapt. dub. 18. n. 4. Syluius in addit. ad 3. p. q. 56. art. 3. ad 1. Basil. libr. 7. c. 40. n. 5. Gutier. c. 84. n. 7. Layman. c. 9. n. 5. vers. Dico secundum Diana (iam sibi contrarius,) 5. p. tract. 2. resol. 7. qui pro hac parte citat Sularum, q. 67. ar. 8. & bene profecto, quidquid Bonac. pro sua citet. Sic etiam Vega, c. 33. casu 73. col. 244. citans pro hac parte, Sotum in 4. disp. 4. q. 1. art. 5.

QUESTIO XXII.

An, ille, qui in Baptismo tenet Infantem, nomine alterius: aut ille, qui eum missit, contrahat cognationem spiritualem?

AFFIRMANT contrahere eam, ipsum procuratorem, qui nomine Principalis Infantem tenet; Sot. disp. 42. q. 1. ar. 2. Salot. libr. 7. cap. 8. nu. 5. Viuald. de Matrim. n. 160. Et etiam Samuel Lublinus, ver. Matrim. nu. 20. dicens: Contrahere dictam cognationem. Si procurator velit illam contrahere, Si autem nolit, non contrahere illam.

Alij vero affirmant, non procuratore; sed solum illum, qui eum mittit, tale cognitionem contrahere. Ita Basil. lib. 7. c. 39. n. 10. Bonac. lit. cit. n. 34. Petrus Ledesma. Berral lo, & alij apud ipsu. Ochag. tract. 3. de Matrim. q. 56. n. 14. Hurt. de Matrim. diff. 18. diff. 5. Egid. lo. cit. n. 40. Layman, libr. 5. tr. 10. p. 4. c. 4. n. 5. Naldus, verb. Conatio. n. 3. pag. 133. Farin. lo. q. 7. cit. Sa. lo. cit. nu. 5. Rebell. p. 2. libr. 3. q. 6. n. 12. & alij. Omnes quidem probabiliter.

Sed aque probabiliter Respondeo: Nullu horu; videlicet, neq; procuratore, nec principalem, huiusmodi cognitionem contrahere. Prima pars, probatur. Quia procurator, non est vere Patrinus, sed eius vicens gerens: Et go. Et ita hanc partem docet Ochag. & Hurt. ll. cit. Siluelt. V. Matrim. 8. q. 7. Armilla eodem ver. nu. 12. Saa. lo. cit. Sanch. libr. 7. disp. 59. n. 2. Syluius lo. cit. art. 5. ad 4. Dian. 3. p. tract. 4. ref. 2. & alij sup. cit.

Secunda pars, etiam probatur. Quia principalis, vere non obit actiones Patrini. Quia nec eleuat est Sacro Fote Infantem, hand tāgit illū, &c. Ergo. Sic S. in lo. cit. n. 4. Regin. libr. 31. c. 20. n. 156. Filliuc. lo. cit. nu. 192. Villalob. tom. 1. tract. 14. diff. 9. num. 18. Cornejo, tract. de Matrim. disp. 7. dub. 16. pag. 987. Vega, 1. p. c. 33. casu 44. col. 233. & alij.

QUESTIO XXIII.

An, vt Patrinus contrahat cognitionem, neceſſe ſit, quod puerum tangat Infantem?

NE GANT Sotus in 4. disp. 42. q. 1. art. 2. Sa. n. 5. cit. Lopez. 2. p. vbi de Matrim. c. 51. Sylu. in addit. ad §. 10. Binsfeldij, & alij existimantes: Sufficere affientiam Patrini, quasi offerentis se, & suscipientis Infantem in suam curam.

Sed probabilius Respondeo: Necesse esse, Patrinum, puerum tangere, aut tenere, dum baptizatur; aut saltē statim, ac baptizatus est, ipsum leuare est Sacro Fote. Quia iura, hanc cognitionem statuentia, vtūtur verbis id significantibus, videlicet, suscipit, accipit, leuat, tenet, tāgit, vt cōstat ex quinq; primis, c. 30. q. 1. Sic Enriq. libr. 12. c. 11. nu. 3. Reg. libr. 31. n. 151. Vazq. q. 67. art. 7. n. 7. Filliuc. tract. 10. p. 2. n. 191. Bonac. de imped. Matrim. q. 3. cit. pun. 5. §. 2. nu. 14. Dian. 3. p. tract. 4. ref. 2. Sanch. libr. 7. disput. 56. numer. 5. Qui bene addit non esse necessarium, quod Patrinus immediate puerum tangat.

Sed

Sed satis esse', si medio vestimento , aut in disco teneat. Quia qui hoc modo tenet, vere dicitur, tanere, ac tenere. Sic etiam Basili. lib. 7. cap. 39. num. 9. Ochagau. tract. 3. de Matrim. q. 56. num. 5. & Hurtad. de Matrim. disp. 18. diff. 3. Vega. lo. cit. casu 44. Sic dicens. Basfa, que toque a la ropa al tiepo que la baptizan, ó que la tenga en una fuente de oro, ó plata, como està dicho; y assi no tocandola de una suerte, ó otra, no còtrahe el dicho Padrino este parentesco cõ la dicha criatura , como lo declararon los señores Cardenales de la Reforma , à peticion del Obispo de Auila, y lo refiere Ledesma in ad dit. ad 3. p. art. 13. diciendo , que el lo vio. Quam declarationem affert etiam Farinac. 4. par. lo. cit. per hæc verba : In Episcopatu Abulensi adest consuetudo communiter. Vulgariter dicta Matrina, non tangit Infantem, donec compater, postquam est baptizatus, & insula super eum aqua baptismi, popat Infantem in manibus commatris. Itaque dicta commater, non tangit baptizatum , donec, ut præfertur, baptizatus est levatus à fonte Baptismali, dubitatur, si attentis premissis, dicta commater contrahit cognitionem spiritualem cum ipso Infante, & illius parentibus ex supra gestis , & assistentia in dicto actu uti commater nominata, ad ipsum effetur, & ne desuper dubitari contingat, supplicamus Sacra Congregationi pro declaratione difficultatis. Congratio Concilij censuit, nullarem, quæ assistit Infantem, si non tetigit Infantem non contrahere cognitionem. Sic Farinac.

QVÆSTIO XXIIII.

An, ut contrahatur cognatio, necesse sit, quod Patrinus, nomine Infantis, respondeat; volo, abrenuntio?

AFFIRMANT Francus, Lancelotus, Hostiens, Brunelus, & alij apud Sanchez, lo. cit. num 7. 8. & 9. Sed probabilius Respondeo: Non esse necessarium. Quia responsio, non est de substantia, sed solum tactus, tentio, seu levatio. Nam huius, tantum modo, ita meminere. Sic Nauar. cap. 22. nu. 38. Sotus, Ledesma, Armilla, Vega, Vinald. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez. lo. cit. num. 10. Tenent etiam Silvest. Matrim. 8. question. 7. Unde male illum pro contraria sententia, citat Bonacina, num. 14.) Egidius, disput. 32.

num. 33. Basil. & Ochagau. lib. cit. Hurtad. lo. cit. num. 10. & alij.

QVÆSTIO XXV.

An, qui tenet Infantem in Ecclesia, quando solum supplentur solennitates Baptismi, contrahat cognitionem spiritualem?

AFFIRMARUNT aliqui, apud Navarrum in man. capit. 22. numer.

40.

Sed absque dubio, Respondeo: Non contrahere. Quia vere non dicitur Susceptor in Baptismo; cum baptismus, tunc non fiat, sed antea administratus sit. Unde certum est non contrahi cognitionem spiritualem distinctamente Matrimonium subsquens. An vero, contrahat impedimentum Catholici, quod impedit, non tamen dirimmat Matrimonium, dicitur alibi. Sic Nauar. cap. 22. numer. cit. Ochagau. question. 56. cit. num. 18. Sanchez, libr. 7. disputat. 62. num. 1. Filliuc. tr. 1. 10. cit. num. 197. Bonacina. quest. 3. cit. num. 9. Farinacius, 4. part. lo. cit. pagin. mibi 283. & communis.

QVÆSTIO XXVI.

An, sit peccatum mortale, omittere solemnitates in Ecclesia, quando puer domi, sine illis baptizatus est?

NEGET Possuin cap. 6. de Bapt. num. 47. alias 23. dicens; Tantum esse peccatum veniale. Possuinum sequi videtur Dian. 5. p. tract. 3. re sol. 6.

Sed probabilius Respondeo: Esse peccatum mortale; non solum, si omittatur ex contemptu; Verum etiam, si ex negligentia omittatur. Quia est omissione rei gravis; ut colligitur ex his, quæ Toletus ait. libr. 2. cap. 23. Et expresse docent Layman, lo. cit. cap. 9. num. 4. 9. & 10. Bartholomæus de Ledesma, diff. 10. conc. 3. col. 149. Granad. tom. 4. in 3. part. tract. 7. num. 5.

& vlt. Bonac. disp. 2. q. 2.

punct. 7. num. 18. & alij.

QUÆSTIO XXVII.

An etiam, sub mortali, teneatur Parochus in talie casu, non solum alias cæmonias; verum etiam exorcismos ad Dæmones prefigandos, adhibere?

NEGRAT Comitus, libr. 1. Respons. Moral. q. 12. Quia existimat; talem cæmoniam, pueri iam baptizato adhibere, esse sacrilegium, & maximam iniuriam Sacramento fieri.

Sed longe probabilius Respondeo: Etiā sub peccato mortali teneri, praedictos exorcismos ad perfectiorem Diaboli (Qui nunquam omnino infestare desistit) expulsionem. Sic habetur in Pastorali Romana: & docent Victoria, q. 38. Vinald. capit. vlt. de bapt. num. 18. & alij, quos sequitur Layman. lo. cit. num. 10. & Diana lo. cit. Legantur S. Thomas, 2. p. q. 71. art. 3. D. Cyprianus, lib. 4. Epist. 7. Estius in 4. diff. 7. §. 5. & alij.

QUÆSTIO XXVIII.

An, qui per errorem leuat, aut suscipit filium Petri, credens se leuare filium Pauli, contrahat cognationem?

NEGRANT Sanch. lib. 7. diff. 53. nu. 7. Regin. num. 155. Bonac. 3. cit. pun. 5. §. 2. num. 18. Villalob. tra. 14. diff. 19. num. 17.

Sed probabilius Respondeo: Contraheret. Quia error ille, non impedit in hoc casu, fidei suoris, & Patris spiritualis officium. Sic Aegidius, diff. 32. dub. 2. nu. 34. Perez, fol. 169. Basilius lib. 7. cap. 39. num. 9. & Diana, 3. p. tract. 4. ref. 16. & alij.

QUÆSTIO XXIX.

Cum quibus personis contrahit Paterius cognationem spiritualem?

RESPONDEO: Quod cum tribus tantum. Cum baptizato, videlicet, cum Patre, & cum Matre eius. Sic Trid. ses. 34. cap. 2. de reform. Matrim. Quare inter illum, & hos, nequit esse Matrimonium. Ex quo constat primo, ablatum esse iam, impedimentum fraternitatis spiritualis. Quod inter baptizatum, & filios Patrini, contrahi-

solebat. Secundo. Quod si deo sint susceptores, vir, scilicet, & femina, nullum inter eos oriatur impedimentum. Sic communiter Doctores, inter quos Naldus, hoc ultimum corolarium his verbis docet: Cognatio nulla contrahitur inter ipsos levantes, seu tenentes, cap. fin. de cognat. spir. in 6. Ideo non indigent dispensatione, seu declaratione aliqua, quamvis ignarus Vulgus alter opinari soleat. Sic Nald. verb. Cognatio. num. 1.

QUÆSTIO XXX.

An, si plures Patrini, quam duo, assignentur de facto à Parochio, contrahant omnes cognitionem spiritualem?

NEGRANT contrahere omnes, aut aliquem illorum, Suan. 3. p. q. 67. art. 8. & Fillinc. num. 161.

Sed probabilius Respondeo: Omnes illos contrahere cognitionem, si omnes simul tangant. Si vero successuè, primus tantur vir, & Mulier. Quia quamvis Tridentinum statuat, ut ad summum assignentur duo, unus, & una; non tamen irritat designationem plurium duobus. Sic Nauar. cap. 22. num. 39. Sanch. lib. 7. diff. 57. n. 14. Basil. lib. 7. cap. 39. num. 12. Saa. V. Matrim. de impedim. dirim. n. 5. Rebell. lib. 3. q. 6. n. 6. & apud ipsos, quedam declaratio Cardinalium. Hurt. diff. 18. de Matrim. diff. 4. Lublinus V. Matrim. num. 20. Naldus loco cit. num. 2 & penes ipsū, Vgolinus, de offi. & pot. Episco. p. 1. fol. 129. Farin. 4. p. lo. cit. pag. mibi 283.

QUÆSTIO XXXI.

An, Patrinus teneatur instruere puerum in rebus fidei, & bonis moribus, sub peccato mortali?

AFIRMAT Pesantius absolute, q. 67. diff. 2. per hæc verba. Susceptoris officium est, ut tanquam nutritius quidam spiritualis, instituat baptizatum in Santa fide, ac moribus Christianis; ac proinde, peccare mortaliter, si negligat. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Teneri quidem; ab hac tamen obligatione excusari, quando probabiliter credit. Quod alia via puer satius instruitur. Vnde inter Catholicos, vix viro talis obligatio, cù credi possit, à suis Parentibus diligenter instrui. Sic Diu.

Diu. Thom. q. 67. art. 3. Et cum eo omnes Doctores. Præcipue, Raconius, tract. 2. in 3 part. diff. 2. sect. 1. q. 2. art. 3. Vbi docet; Patrinum, teneri instruere baptizatum, quādo nō est alius, à quo creditur posse instruī. Et Enriquez, lib. 2. cap. 14. num. 1. per hæc verba: Patrinus tenetur ex implicito quodam pacto, simul cum quodam Ecclesiæ præcepto Infantes in doctrina salutari Christi instituere, tempore necessitatis: aqua tamē obligatione inter Christianos communiter excusat: quia Pater, & Parochus intelligunt illos instruturus, ut qui arctiori vinculo teneantur ex officio. Sic ille.

QVÆSTIO XXXII.

An, baptizans contrahat cognitionem spiritualem, & cum quibus personis?

RESPONDEO. Quod contrahit cum Baptizato, & Patre, & Matre eius. Sic ex Trid. ses. 24. c. 2. de reformat. Matrim. omnes DD. Itaque per hoc nouum ins Concilij Trid. à numero cognitionū spiritualium, auferuntur omnino, tum fraternitas spiritualis, quæ olim inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, atque filios patrinorum intercedebat; tum etiam affinitas spiritualis, quæ cōtrahebatur inter baptizatum, atque parentes eius ex una parte, & uxores patrinorum, vel maritos matrinarū, ex altera; & dumtaxat supersunt paternitas, & compaternitas spiritualis, quarū illa impedit matrimonium inter baptizatum, & baptizantem; & inter eundem baptizatum, & patrinos: hac vero, inter parētes baptizati, & baptizantes; & inter eosdem parentes, & pa-


trinos. Legantur Nauar. in man. c. 22. à nū^o 36. Sanc. lib. 7. de Matri. diff. 54. & seqq. Regin. lib. 3. nū. 143. & seqq. & alijs apud ipsos.

QVÆSTIO XXXIII.

An vir Baptizans contrahat cognitionem spiritualem cum masculo baptizato?

NEGLIGIVAM partem, late probat Sācius, in sel. diff. 40. à n. 10. Eo quod, cogitationē spiritualē tantū contra hi posse videatur, inter personas diversi sexus; videlicet, inter fœminam, & virum baptizantē, aut è Sacro fonte leuantem. Sed nō audet, & merito, hanc sententiā auctoritati. Eā tamen non obscure indicat Fabius Incarnatus in suo scrutinio Sacerdotali, tract. 2. prima partis. Vbi de Sacramento Baptismi, pag. mibi 33. vers. Primo actu. Licet, pag. 34. vers. Tertio actu. Ex Trident. contrariū innuat. Sed quidquid sit de hoc.

Certissime Respōdeo affirmative. Quia Trid. Conciliū, lo. nuper cit. absolute decernit: Cognitionē spiritualē contrahi inter baptizatū, & baptizantē, & Patrē, ac Matrē baptizati; & inter suscipientes baptizatū, ac baptizatū ipsū, & illius Patrē, & Matrē; neque distinguit sexus ad talē cognitionē contrahendā. Et ratio est. Quia hæc cognitionē spiritualis, etiam potest reperiri inter eos, qui incapaces sunt ad Matrimonium contrahendum. Quia cum baptizans generet filium spiritualē, contrahit cum filio, à se spiritualiter genito, quandam cognitionē Patris ad filium. Sic Sancius, lo. cit. Etante ipsum, licet non ita clare, Archangelus Rubens, in 4. diff. 42. pagin. mibi 414.



* * * * *

TRACTATVS TERTIVS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.



R A C T A N T de Sacramento Confirmationis Scholastici cum Magistro in 4. dist. 7. Vbi Sotus, & alij. Theologicum Diu. Thom. 3. part. quæst. an. 72. Vbi Suarez, & Egidius, & alij. Doctores Canonistæ, de consecratio. d. 5. Concilium Florent. in decreto Eugenij. Tridentin. ff. 7. & 23. cap. 4. Silvester, Angelus, Armilla, & alij. Summis, e. b. Confirmatio. Nauarr. cap. 22. nn. 8. Archangelus Rubeus in 4. dist. 7. Bonacina, De Sacrament. disputation. 3. Enriquez, libr. 3. Victoria à num. 212. Filliuc. tract. 3. Hurtado, tr. Et. 3. de Sacrament. Bocanus de Sacrament. cap. 14. Villalobos, Petrus de Ledesma, Lublinus, Vinaldus, & alij plures citandi.

DISPUTATIO PRIMA.

*De, Institutione, Definitione, & Necessitate Sacramenti
Confirmationis.*

QVÆSTIO PRIMA.

*An, Confirmatio sit verum nouæ legis
Sacramentum?*



put. 22. sect. 1. & alij.
Sed certissime Respondeo : Esse verum,

ac perfectum Sacramentum. Est responsio definita in Concil. Trident. sect. 7. & 23. cap. 4. in Florent. in decreto Eugenij, & in 6. Syn. can. 7. & in alijs quam plurimis, quæ referunt Bellarmin. & Enriquez, ll. cit. Sic omnes Catholici. Legantur nuper citati.

QVÆSTIO II.

An, Confirmationis Sacramentum, institutum fuerit ab Ecclesia?

AFFIRMANT in primis Hæretici assertentes; Confirmationem institutam fuisse à Melchiade Papa. Deinde, Affirmant Alex. de Alef. 4. p. quest. 24. m. 1. & D. Bonauen. in 4. dist. 7. art. 1. q. 1. dicentes; Institutam fuisse in Concil. Meldensi.

Sed

Sed certissime Respondeo: Non ab Ecclesia, sed à Christo Domino immediate institutum suisse. Est de fide, ex Concil. Trident. ses. 7. can. 1. de Sacram. ingen. & de Confirm. can. 1. Et probant late Doctores cit. i. & Couar. lib. 1. variar. cap. 10. Bartholom. de Ledesma de Sacram. Confirm. diff. 2. concl. vhi. col. 222. P. Cañedo, de Confirm. cap. 1 & omnes Doctores. De quo etiam emigimus, supratract. 1. disp. 1. q. 5.

QVÆSTIO. III.

Anf. erit hoc Sacramentum à Christo Domino institutum, in nocte sue cœnæ?

NEGLANT. Quidam Doctores affirmantes, tunc institutum, quando Christus, ante passionem svā Matt. 19. Marc. 10. & Luc. 18. Parvulus manus impoſſuit. Sic Canisius, titulo de Confirmatione, in principio, & olim Couar. loc. cit. in. 1. edit. Sed substulit in vltima. Graff. 2. p. lib. 1. cap. 5. nu. 4. pag. mibi 11. Lublinus, 1. part. sum. V. Confirmatione, in principio.

Alij verò dicunt; institutum esse, Ioann. 20. Quando Christus dixit, *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* Sic Scot. in 4. diff. 7. q. 1. vel Ioan. 16. dum dixit. *Si ego non abiiero, Paracletus non veniet ad vos;* *Si autem abierto mittam eum ad vos;* Ita Viuald. de Confirmatione, num. 10. Vega, casu 1. Victoria, q. 40. & Ludou. de S. Iuan, q. 1. de Confirm. art. 1. dub. 2. con. 2. pag. 92. & suus amicus Angles, de Confirmatione, art. 1. diff. vni. conc. 1.

Sed probabilius Respondeo: Institutum esse à Christo in nocte cœna, saltem quoad materiam, & formam; Sed præceptum, & cōpletum, Ioanne 20. cit. Quando dedit Apostolis plenam potestatem confiendi hoc Sacramentum. Sic docet Fabian. Papa ex traditione Apostolica, cap. Litteris, de consecrat. s. 3 & Diu. Thom. q. 72. art. 1. ad 2. Suarez, diff. 32. section. 2. Filliuc. tract. 3. num. 5. & 6. Reginald. lib. 28. numer. 4. Egidius, question. 72. art. 1. num. 23. Bona cin. diff. 1. de Confirmatione, punct. 1. num. 1. & 3. Bartholom. de Ledesma, de Confirmatione; diff. 2. conc. 2. col. 224. Pet. Cañedo, cap. 1. de Confirm. pag. mibi 54. Villalobos, tom. 1. tract. 6. de Confirmatione, diff. 1. num. 3. Torreblanca, lib. 2. pract. cap. 6. num. 6. & ex parte Enriquez, lib. 3. capit. 1.

num. 4. Molfes. in Summa, tract. 1. cap. 7. n. 30. & tract. 4. cap. 2. num. 20. Hurtado. tr. de Confirmatione. diff. 3. Petrus de Ledesma, in Summa, tract. de Confirm. cap. 1. concl. 3. & communis.

QVÆSTIO. III.

Quid sit Sacramentum Confirmationis?

RESPONDEO: Quod est, *Sacramentum Vnctionis chrismati consecratum,* quo Episcopus fronte hominis baptizati ungit, sub præscripta forma verborum. Velt est; *Vnctio exterior chrismati ab Episcopo consecrati in fronte, manu Episcopi in modum Crucis facta, sub præscripta forma verborum.* Velt tandem; *Est Sacramentum confirmationis infidei.* Sic Mag. in 4. diff. 7. S. Thom. quest. 72. & ibi: Caiet, Nauar. cap. 22. num. 8. Filliuc. lo. cit. n. 7. Viuald. num. 7. Hurtado, tract. de Confirmatione. diff. 1. & communiter Doctores. Ut vide est apud Enriquez, lib. 3. cap. 1. num. 6. lit. L. Reginald. lib. 28. num. 3. Qui, nu. 2. Bene notauerat, hoc Sacramentum, Dici, Confirmationem, à suo proprio effectu: à forma, Consignationis Sacramentum; Signaculum dominicum; & Signum Christi: à materia, Sacramentum Chorismati, Inunctionio, Oleum Santificatum, & Sacrum Vnguentum. Et à ritu ipsius, Impositio manuum. Sic ille post Gregorium à Valentia, tom. 4. diff. 5. q. 1. punct. 1. sub initium.

QVÆSTIO. V.

An sit præceptum Diuinum imponitum baptizatis, recipiendi hoc Sacramentum, si commode possint?

AFIRMANT Scot. diff. 7. q. 2. Ricard. art. 5. q. 2. Vbaldens. tom. 2. de Sacram. cap. 3. Pet. Sot. lect. 2. de h. c. Sacramento, & alij, apud Suarez, diff. 38. sect. 1. Quibus fauet Filliuc. tract. 3. n. 40. Quatenus docet, olim saltem, ob frequentes persecutions, videri tale extare præceptum.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Non dari tale præceptum Diuinum. Ratio est. Quia, nec ex scriptura, nec ex traditione Patrum constat, dari tale præceptum. Sic S. Thom. in 4. diff. 7. q. 1. art. 1. q. 2. & 3. p. q. 72.

72 art. 8. ad 4. Nauar. Ochagau. Ludouicus de San Juan. Bartholom. & Petrus de Ledesma, Victoria, Suarez, Bonacina, & alij citati. Enriquez, lib. 1. cap. 4. num. 2. & lib. 3. cap. 1. num. 7. Hurtado, tract. de Confirmatione. diff. 11. & Archangelus, diff. 7. Pagin. 71. & 72.

QUÆSTIO VI.

An saltem, si præceptum Ecclesiasticum recipiendi hoc Sacramentum?

AFFIRMANT Alex. 4. p. q. 25. mem. 2. D. Bonau. diff. 7. ar. 3. q. 2. Palud. q. 1. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 14. §. 5. Silueit. ver. Confirmationem. num. 2. Duran. q. 1. Petrus Soto, lect. 2. Ricardus, diff. 7. Scotus, & Major apud Vegam, statim citandum, & alij, afferentes; peccare mortaliter illum, qui illud omittit, non solum ex contemptu, verum etiam ex negligentia.

Sed probabilius Respondeo: Nec tale præceptum esse datum. Ideoque, secluso contéptu, non peccare mortaliter, qui hoc Sacramentum omittit. Ratio est. Quia nullibet peripitur tale præceptum; Ergo etiam si quis Confirmationem, sponte, & ex negligentia omittat, non peccabit mortaliter. Sic S. Thom. q. 72. art. 8. cit. Caiet. ibidem. Sot. diff. 7. q. 7. art. 3. (Vnde male citatur à Bonac. pro opposita sententia.) Vistor. q. 48. Nauar. cap. 22. nu. 8. Suarez, disp. 38. sect. 1. Fillinc. num. 42. Vinald. de Confirm. ubi de suscip. q. 7. Tolet. Sayrus, Regin. & alij, quos citat, & sequitur Bonacina de Confirm. punct. 2. num. 2. Valentia, Molfes. Heredia, & alij, quos sequitur Diana, 3. part. tract. 4. res. 25. & 5. part. tract. 3. resol. 30. Sa V. Confirmationem. num. 11. Enriquez, lib. 1. loc. cit. & lib. 3. cap. 1. num. 7. lit. V. Ochagau. q. 12. num. 3. & 4. Pesantius, q. 72. diff. 3. infine, Lublinus, loc. cit. num. 2. Layman. loc. cit. num. 4. Granad. tract. 4. disp. 1. num. 4. Ludouicus de San Juan, q. 1. art. 6. con. 3. Tannerus, q. 4. dub. 2. & Bartholomæus de Ledesma, diff. 7. col. 239. & Hurtado de Confirmatione, diff. 11. Villajobos de Confirmatione, diff. 5. Vega, casu 8. Petrus de Ledesma, in Summa, tract. de Confirmatione. cap. 8. concl. 2. Archangelus, loc. cit. & communis.

QUÆSTIO VII.

An, saltem, si peccatum veniale, hoc Confirmationis Sacramentum, solum ex negligentia negligere?

NE GANT Petrus Ledesmius, Granad. & Ludouicus, il. nuper cit. & per se loquendo, hoc ipsum docent Suarez, disp. 38. sect. 2. Torreblanca, lib. 2. præct. cap. 6. Qui etiam pio hac parte refert Sotum, Enriquez, Nanarrum, Bonacinan, Egidium, & alios. Hurtado etiam, diff. 11. Vbi sic ait. Vnde non erit peccatum, saltem mortale, non suscipere confirmationem; quia quod non est contrapræceptum aliquod, non est peccatum. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Esse peccatum veniale hoc Sacramentum negligere; Quia si, cum occasio suscipiendi datur, etiam citra contemptum, negligitur; re vera propter rei præstantiam in ea negligentia esse aliqualis desormitas conspicitur. Sic Valentia, diff. 5. q. 2. punct. 3. dicens; Id communiter ab omnibus concedi. Sic etiam Bartholomæus de Ledesma loc. cit. col. 240. Caiet. & alij apud Suar. loc. cit. Immo hoc idem insinuat Bonacina. Molfesius, & Sal. citatis, & Enriquez, lib. 1. cap. 4. num. 4. littera S. Vnde non bene citantur à Torreblanca pro opposita parte, & tandem in sensu à nobis explicato, id docet Suarez, & ex illo Reginaldus, nu. 27.

QUÆSTIO VIII.

An, peccet mortaliter, qui Ordines, saltem maiores, ante Confirmationem suscipit?

AFFIRMANT Nufius, tom. 2. q. 35. art. 4. Fornatius, tract. de ordine, cap. 3. num. 3. Tolet. libr. 2. cap. 71. num. 6. Tannerus, q. 4. dub. 2. Anton. de Hinojosa in suo directorio, V. Confirmatione, fol. 115. Ludouicus, q. 1. art. 10. diff. 1. pag. 103. Lublin. nu. 8. Maiolus de Irregul. libr. 4. cap. 12. Bonacina. de Sacram. disp. 8. q. vni. punct. 5. num. 10. Quia existimant; facere contra præceptum Trid. ses. 22. cap. 4. de reform. dicentis: Quod non initientur, qui confirmationem non susciperint.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter; sed venialiter tantum. Quia non facit contra aliquod præceptum ad mortale

tae obligans. Nam in verbis Concilij; nil præcipitur inciandi; sed præscribitur Episcopis, Quod facere debent. Sic Sotus in 4. dist. 7. art. 8. con. 3. Victor. q. 48. & de Sacramento Ordinis, quæst. 232. Viuald. n. 41. & vbi de suscipiente nu. 13. Bartholomæus de Ledesma, diff. 5. col. 234. Valent. disp. 5. quæst. 2. punt. 3. Suar. diff. 38. sect. 1. infine. Egid. diff. 20. nu. 103. & quæst. 72. art. 8 num. 90. Ochag. de Sacramento Confirmationis quæst. 8. num. 5. & quæst. 12. num. 9. Granad. tract. 4. diff. 1. num. 9. Qui existimat, nec adhuc venialiter peccare. Layman, cap. 5. n. 4. Rodriguez, cap. 121. num. 4. Diana, 2. par. tract. 16. ref. 4. & 3. par. tract. 4. ref. 24. Hurtad. tract. de Confim. diff. 11. infine. Enriq. lib. 3. cap. 5. infine. Moure, de Confim. §. 5. Doctissimus Nauarrus, cap. 22, num. 9. Qui eum alijs docet; neque ipsum met Episcopum peccare, plus quam venialiter, cōferendo ordinem, aut ipsum met Sacramētum Confirmationis, antequā ipse met confirmatus erit. De quo infra diff. 2. q. 6. Te-

nent etiam Turreblanca l. cic. num. 37. & Philibertus Marchinus tract. 1. de Ordine part. 4. cap. 3. num. 3. Qui tamen male citat Suarium pro opposita sententia, cum in istraclare doceat, lo. cit. Molfesius in summa tract. 2. cap. 11. num. 7. & tract. 4. cap. 2. num. 21. Reginaldus, num. 24. & communis.

QVÆSTIO IX.

An saltem, mortaliter peccet Episcopus, ordinando illum, qui non est Confirmatus?

AFIRMARE a fortiori, tenentur Authores pro contraria sententia nuper cit; & ex nostris tenent Moure, l. cit. & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non peccare, plus quam venialiter. Sic Nauar. loc. cit. cum Soto, dist. 24. quæst. 1. art. 4. Turreblanca loc. cit. & apud illum, Victoria, Suarez, Enriquez, & alij.

DISPUTATIO SECUND A.

De Ministro Sacramenti Confirmationis.

QVÆSTIO PRIMA.

An, Minister ordinarius Confirmationis sit solus Episcopus?



3. & Sotus, quæst. 1. dicentes: id esse probabile.

Sed opositum omnino Respondeo: & dico. Quod solus Episcopus est ordinarius Minister confirmationis. Est hæc responsio de fide. Nam habetur in Trident. suff. 7. can. 3. de Confim. vbi sic dicitur. *Siquis*

dixerit Sanctæ Confirmationis ordinariū Ministrum, non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem, Anathema sit. Ergo solus Episcopus est ordinarius Minister Confirmationis, & hoc iure diuino, vt docent Autores statim citandi. Præser-tim D. Thom. quæst. 72. artic. 11. & ibi Theologi. Magister dist. 7. & ibi D. Bonau. art. 1. quæst. 3. Palac. quæst. 4. Soto, ar. 11. Enriquez lib. 3. cap. 6. nu. 1. & allij, apud ipsum. Hurtado, diff. 12. Archangelus dist. 7. & omnes.

QVÆSTIO. II.

An, simplex Sacerdos ex commissione Papæ possit esse Minister Confirmationis?

NE GANT D. Bonau. dist. 7. post litteram. Scotus ibidē q. 1. Maior, & Gabr. quæst. unica, Duran. quæst. 3. & 4. Adrian. q. de confirmat. ar. 3. Castro, V. Cōfirmatio, & Estius, in 4. dist. 7. §. 21. Sed lōge probabilius Respondeo: Posse: Quia

Quia sum. Pōtīfex habet potestatem à Christo, ut possit facultatem confirmandi committere simplici Sacerdoti; & ita, illam exercuisse Gregorium PP. I. affirmat Concil. Florent. Immo nostris temporibus, ut fertur; Gregor. XIII. hanc potestatem confirmandi in India simplici Sacerdoti commisit. Sic habetur in cap. Peruensis. dist. 95. & docent D. Thom. quest. 72. art. 11. vbi, Caiet. Nūsus, Pessantius, & Egidius, Ledesma, quest. 11. Soto dist. 7. quest. 11. Palud. quest. 4. Aureol. in 4. dist. 7. quest. 2. Victor. quest. 49. Nuvar. tom. 2. cons. lib. 5. de priuileg. consil. 14. Bellar. cap. 12. de confirmat. Enriq. lib. 3. cap. 6. num. 4. & 5. Suar. disp. 33. sect. 2. Vazq. q. 72. disput. 219. cap. 1. num. 3. Bonac. lo. cit. num. 3. Filiiuc. num. 13. Hurtad. tract. de Corfir. diff. 13. Viualdus de Ministro Confirm. num. 4. Ochagau. quest. 10. num. 2. Toletus lo. cit. Grana. tract. de Confirmation. diff. 1. nu. 5. Lublinus lo. cit. num. 10. Layman. cap. 6. num. 1. Lud. vicus de S. Iuan, q. 1. art. 7. dub. 1. p. 17. 98. Archangel. dist. 7. pagin. 68. col. 1. Angles de Confirmatione, art. 7. Sylvius in addit. §. 3. de Confirmatione summæ Binsfeldij. Petrus Cañedo, c. 3. pag. 58. & 59. Torreblanca lo. cit. nu. 26. Gratius, 2. part. decis. lib. 1. cap. 5. num. 23. pag. mibi 14. Petrus de Ledesma in Summa de Sacr. Confirmationis, cap. 9. Molfesius in sum. tract. 4. cap. 2. num. 27. dicens, non tam sententiam esse de fide. Reginald. numer. 18. & communis

QVÆSTIO. III.

An. Episcopus possit etiam committere simplici Sacerdoti, ut valide confirmet?

AFFIRMANT Caiet. q. 72. art. 11. Sot. & Ledesma, q. 13. art. 11. Id posse, nisi alias Papa, hoc sibi reseruerat.

Sed certissime Respondeo: Non posse, etiam si à Papa non prohibeat. Quia solus Pontifex id potest; Cum ille de plenitudine potestatis, multa habeat à Christo, quæ in feriores Episcopi, non habent. Sic DD. prætraque sententia sup. cit. Præcipue Suarez, Enriquz, Bellarmin. Egidius Filiiuc. & Viualdus, quos affert, & sequitur Bonac. dist. 3. q. 4. nic. punct. 2. num. 8. Molfesius lo. cit. Hurt. dist. 13. & communis.

QVÆSTIO. III.

An. ex commissione Papa, possint Diaconi Confirmare?

AFFIRMANT Abbas, & Innocent. in cap. Quando. de consuetudine; Glossa in cap. Manus. de consecr. dist. 5. & Aug. el. V. Confirmatio n. 2. Quia existimant; ex mandato Papa, quemlibet Clericum posse conferre ordinem, & Sacramentum, quod habet. Sic refert etiam Aureol. in 4. dist. 7. q. 2. Sed certissime Respondeo: Non posse, licet Diaconus sit Cardinalis. Quia solus Sacerdos eleuar i potest, ut quædam Episcopalia officia attingat. Sic D. Tho. dist. 7. q. 3. art. 1. & q. 72. art. 11. Sot. Ledesma, Tabiena apud Enriq. lib. 3. cap. 6. num. 5. Granad. lo. cit. num. 9. Ludouicus de San Iuan, lo. cit. diff. 2. & Doctores supra citati. Præcipue Reginald. lib. 28. num. 19. Qui id, bene probat, ex cap. Manus de consecr. dist. 5. & cap. Quanto. de consuetudine.

QVÆSTIO. V.

An. Episcopus hereticus, degradatus, vel ex communicatus, possit valide confirmare?

NEGLANT Magist. dist. 13. cap. 4. & dist. 25. Glossa in c. Accedens. 50. dist & alij iuris periti, apud Castrū, lib. 2. de iusta hæret. punitio, cap. 21. & apud Couar. 1. var. cap. 10. num. 8. Et esse sententiam probabilem, innuit Ludou. de S. Iuan, lo. cit. dub. 4. pag. 100.

Sed certissime omnino, Respondeo: Posse valide, licet non licite. Quia neque hæsis; neque excommunicatio, aut degradatio, tollit characterem, aut ordinem Episcopalem, in quo fundatur potestas confirmandi. Sic Enriq. lib. 3. cap. 6. num. 2. Suar. disput. 36. sect. 3. Filiiuc. nu. 29. Egidius, q. 72. art. 11. Bonac. de Confirm. q. 1. vni. pun. 2. num. 6. Ochagau. q. 10. num. 9. Lublinus lo. cit. num. 5. Petrus Ledesmius, cap. 9. post. 7. concl. Reginald. num. 20. Et est certa, & eomunis sententia. An vero Episcopus non confirmatus possit valide confirmare, constat ex dictis, dist. 1. q. 8. Posse. Ita Doctores cit.

QVÆSTIO VI.

An, Episcopus non Confirmatus, peccet mortaliter alios Confirmans?

AFFIRMAT Tannerus q. 4. dub. 2.
Sed probabilius Respondeo. Solum peccare venialiter; Quia, licet sit aliqua in ordinatio, Ministrare hoc Sacramentum ex officio, & illud nolle suscipere; non tamen est grauis. Sic Navar. cap. 22. num. 9. Granados, tract. 2. disp. 1. num. 21. & alij communiter.

QVÆSTIO VII.

An, Episcopus, non Confirmans in sua Diœcesi, opportunis temporibus, peccet mortaliter?

RESONDEO: Peccare. Quia cum sit Pastor, tenetur oves pascere, etiam in his, quæ ad utilitatem sui Ecclesie à Christo sunt instituta. Sic Angel. V. Confessio. num. 2. Siluest. num. 2. Viual. num. 8. Suar. disp. 38. sect. 2. Filiuc. num. 31. Ochag. quest. 11. num. 4. & Layman, cap. 6. num. 3. Reginaldus, lib. 28. num. 21. Sic dicens: mortaliter peccat Episcopus ille, qui multo tempore, negligenter talem administrationem omittit.

QVÆSTIO VIII.

An, peccet mortaliter Episcopus, in sua Diœcesi, subditos alterius, Confirmans?

AFFIRMANT Vinald. loc. cit. Petrus Ledes. de Confirmatione, c. 9. con. 7. Bartholom. ab Angelis dial. 3. §. 62. Suar. loco cit: in fine. Bonac. de Confirmatione, quest. uni pun. 2. num. 11. Pandanus, dist. 7q. 4. & Siluest. V. Confirmatio. quest. 5. Ludouicus, q. 1. art. 7. dub. 3. pag. 100. Toletus, lib. 2. cap. 24. num. 5. & Reginaldus, loco cit.

Sed & que probabiliter Respondeo: Non Peccare; & consequenter, neque incurrire in censuram aliquam. Quia credendum est, hoc esse ratum, & gratu proprio Episcopo; quod sufficit in praesenti; nam cum iurisdictio non sit de necessitate huius Sacramenti facilius presumi potest ratiabitio, quam in Sacramento penitentia, vbi re-

quiritur iurisdictio de praesenti, ut infra. Sic Enriquez lib. 3. cap. 6. num. 6. Sa, ver. Confirm. num. 2. Genuensis in man. pala. cap. 54. num. 7. Barbosa, de potestate Episcopi, p. 2. allegat 30. num. 12 Diana, 2. par. tra. 17. ref. 17. & 3. p. tract. 4. refol. 24. & 4. p. tract. 4. misc. refol. 50. Ochagau. q. 11. & Layman, cap. 6. num. 2.

QVÆSTIO IX.

An etiam possit absque graue peccato, confirmare in aliena Diœcesi sine expressa licentia proprii Episcopi?

RESONDEO: Quod Non. Quia id expressie prohibet Trid. fest. 6. de Reformatione, cap. 5. ad iuncta declaratione Congreg. Card. Sic Enriq. loc. cit. Sa, num. 3. Suarez, Bonacina, Silvester, Palud. Ludouicus, Filiuc. Ochagan. ll. cit. Reginaldus, num. 21. Chamerota, de Confirmatione, cap. 7. dub. 3. & communis.

QVÆSTIO X.

An, possit Episcopus licite Confirmare aliquem afferentem dimisierias suis Episcopi, ut Ordinetur?

RESONDEO: Posse. Nam concessio uno, etiam reliqua concessa censentur, sine quibus ad illud conuenienter perueniri non potest; at Confirmatione praemitte debet Ordinibus; Ergo. Sic Diana, 3. p. tract. 4. ref. 24. & apud ipsum, Zambranus, Layman, Fagundez, & alij.

QVÆSTIO XI.

Qua nam dispositiones requirantur in Ministerio Confirmationis?

RESONDEO: Quod quatuor. Primum enim, debet habere intentiōnem, saltem virtualem, administrandi hoc Sacramentum. Sicundo; debet esse sine conscientia peccati mortalis. Tertio; debet vti Chrismate illius anni. Quarto, debet celebrare cum debita solemnitate, Sic omnes DD. Praecipue Enriquez, lib. 3. cap. 5. & 6. Bonac. loc. cit. num. 13. Angel. Silvester, Tabiena, Toletus, Vinald. Graff. & alij, apud ipsos.

QVÆS-

QUÆSTIO XII.

*An requiratur, Qued Episcopus mi-
nistrans Confirmationem,
sit Ieiunus?*

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Sa, ver Confirmatione, numer. 1. ait Bonacina, loc. cit. punt. 2. num. 13. Sed non ita bene id tribuit Emmanueli Sa; nam oppositum, expresse docet, loc. cit. in editione non correcta, per hæc verba: Confirmare potest Episcopus, etiam in suo Palatio, aut alio loco honesto, & tempore interdicti, & post prandium. Sic ille. Et clarius numer. 13. Sic dicens: Non est necessè premitti ieiunium, aut Confessionem. Sic Sa, in editione prima: licet verum sit, quod in correcta contrarium dicat. Melius posset pro hac affirmativa parte citari, Nicolaus Ploue, (licet hunc Authorem, posse confirmationem post prandium, quouis necessitate, conferri, in dubitanter affirmet.) Et tex. in cap. ut Ieiuni, & cap. Episcopi, de consecrat. dist. 5.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri de præcepto; sed tantum de Consilio (quaque ratione intelligitur capita cit.) quod consilium, iam usus sustulit. Sic Ochagavia, quæst. 1. num. 2 Granado, loc. cit. disput. 2. num. 3. Enriquez, loc. cit. num. 7. Angelus num. 7. Reginaldus num. 17. Toleatus, lib. 2. cap. 24. num. 9. Bonacina, loc. cit. nu. 13. Egidius, quæst. 72. art. 7. Hurtado, dist. ultima, & Filiius num. 62. Dicens: consuetudinem esse, ut post prandium

conferatur. Sic etiam Bartolomæus de Ledesma, diff. 10. col. 248. Angles, de Confirmat. art. ultimo con. vlti. Archangelus, dist. 7. pag. 68. col. 2. dicens; Confirmationē posse fieri, tam post, quam ante prædixim, & est communis.

QUÆSTIO XIII.

*An, teneatur Episcopus sub peccato mon-
tali confirmare in Ecclesiâ?*

AFFIRMANT Nufus, quæst. 72. art. 2. vers. Secundus ritus, Granado, loc. cit. Quibus fauet Sa, loc. cit. & innuit satis Suarez, disp. 37. sec. 2. § secundo notarii.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, sub tanto onore; cum communiter Episcopi in suo Palatio Confirmationem conferant. Sed potius posse in quocumque loco de centri, licet interdicto, &c. Sic Sancius, inse- lecit. diff. 40. num. 4. Ragucius, in Lucerna, Paroch. de Confirmatione, q. 37. nu. 1. Palud. dist. 7. quæst. 3. art. 3. Enriq. cap. 6. cit. num. 7. Egidius, & Bonac. II. cit. Filiucus, num. 62. Qui solum, (& bene) ait; conuenientius hoc Sacramentū in Ecclesia conserri. Et dicit probabile Suarez, loc. cit. Sic etiam Bartholomæus de Ledesma, diff. 10. col. 248. & Diana, 4. p. tract. 4. misce. ref. 50. & antea 2. par. tract. 17. misce. ref. 17 Hurtado, loc. cit. Per hæc verba: Confirmationē, quouis tempore, etiā in Festo, & in Interdicto conferri potest, sicut Baptismus; & extra Ecclesiam, & a non ieiunis conferri, & suscipi. Sic ille.

DISPUTATIO TERTIA.

De Materia, & Forma Confirmationis.

QUÆSTIO PRIMA.

*An, Chrisma ex oleo oliuarum, & balsa-
mo confectum, sit materia remota
Confirmationis?*



E GANT aliqui apud Ochagavia, tract. de Sacramento Confirmationis quæst. 2. n. 1. & apud Marsilium, in 4. quæst. 5. art. 1. Docentes: materiam remotam huius Sacramenti, non esse Chrisma, sed nudam impositionem

mānum Episcopi. Negat etiam ex parte; Canis, dicens; materiam esse oleum, & balsamum, sed quodlibet eorum sufficere, cui sententia facient satis Cajet. Soto, Conar, Rubio, & alij, infra citandi.

Sed certissime Respondeo: Esse. Ita enim expresse definitur in Concil. Flarentino, sub Eugenio III. (Et sic etiam intelligendum Trident. eff. 7. can. 2.) Et in Concil. Brach. 1. cap. 4. & docent omnes Doctores cum D. Thom. quæst. 72. art. 2. Cathe. Rom. pag. 223. & D. Dionisius, Cyprian, & alij Patres, apud Authores citatos. Legantur Nauar. cap. 22. num. 8. Suarez, disp. 33. sect. 1. & 2. Sot. in 4. dist. 7. quæst. 1.

art. 2. Nuñus in 2. p. q. 72. art. 3. Aegid. ibi. n. 29. & 30. Erria. Sayrus, Toletus, Grafius, & alij, quos affert, & sequitur Bonac. disp. 3 q. vni. pun. 3. n. 1. Vega, c. 64. casu 2. col. 686. & Archangel. dist. 7. pag. 62.

QVÆSTIO. II.

An, hæc materia Confirmationis fuerit ab Ecclesia, an vero à Christo, instituta?

AFFIRMANT ab Ecclesia esse institutam, aliqui Canonistæ, apud Marsilium in 4. dist. 5. q. 1. art. 5. Scot. & Thesaurus Sacerd. apud Vinald. cap. de materia, nu. 2. Alenfis, & D. Bonan. apud Suar. disp. 33. sect. 1. & apud Enriq. lib. 3. c. 1. nu. 3. & 4. & dicit esse probabile, Aureol. in 4. dist. 7. art. 1. §. Quod si videatur. Et in id vi detur inclinare Nicol. Ploue de Sacram. Cōfirm. fol. mibi 10.

Sed Respondeo: Non ab Ecclesia, sed immediate à Christo Domino, materiam Confirmationis fuisse institutā. Ratio est. Quia de fide est, Christum immediate, per se ipsum, hoc Sacramentum, quoad omnia essentialia, instituisse; vt supra trsct. 1. disp. 1. q. 5. & 6. est habitum: At de fide est, Chrismæ esse materiam essentialē: Ergo de fide est Chrismæ institutum esse à Christo. Sic Cathecis. Rom. pag. 223. Enriq. Suar. Vinald. & Ochagau. Et est communis sententia. Quod si dubites; an Deus possit dispensare, quod non confirmetur cum Chrismate, respondet Aureol. Quod non. Sed ego non dubito, quin Deus possit. Sic Authores statim citandi. Legantur Enriq. lib. 3. cap. 2. per totum, & alij apud ipsum.

QVÆSTIO. III.

An, Balsamum, quod in materia Confirmationis reperitur, sit de necessitate Sacramenti?

NEANT Valent. disp. 5. q. 1. punc. 2. Victor. q. 40. Nauar. c. 22. nu. 8. Couar. 1. var. cap. 10. Caiet. q. 72. art. 2. Sot. in 4. dist. 7. art. 2. Vinald. de Materia Confirmationis, n. 3. Moure, c. 3. §. 2. Reyna, Carrillo, Zanar. Barbos. Filiarcus, epid Dianam, 3. p. tract. 4. ref. 23. Guillel. Estius in 4. dist. 7. §. 8. Pefantius, q. 72. disp. 2. Lublinus V. Confirmatio, in initio, & Barthol. de Ledesma, diff. 3. concl. 2. col. 224. Angles de Confirmat. art. 2. conc. 2. Et Aureol. lo. cit. Vega lo. cit. casu 2. Torreblanca lib. 2. tract. cap. 6. n. 19. Graffius, part. 2.

lib. 5. cap. 5. n. 27. pag. 14. & Archangelus, dist. 7. pag. 63. col. 2.

Sed probabilius Respondeo: Esse de necessitate Sacramenti. Itaque Chrisma ex oleo, & Balsamo vero, vel saltē adulterino consecutum, est necessaria materia Confirmationis. Ratio est. Quia Concilium Florent. cit. absolute, & simpliciter affimat: Materiam huius Sacramenti, esse Chrisma confectum ex oleo, & Balsamo: Ergo utrumque est necessarium, necessitate Sacramenti. Quia si alterum deest, deerit materia. Sic Nuñus, q. 72. art. 3. ex D. Tho. art. 2. Suar. disp. 33. sect. 1. Durand. q. 1. ex Diu. Thom. in 4. dist. 7. q. 1. art. 2. q. 2. Scot. q. 1. Ledesma, 1. 4. q. 1. 3. art. 2. dub. 3. Gabriel. Palud. Bonan. Alenf. Adrian. Silvest. Bellarm. Pet. Sot. & alij apud Suarez lo. cit. conc. 4. Pet. de Ledesma in summa de Confirmat. cap. 2. conc. 7. Enriq. lib. 3. cap. 2. n. 1. dicens: Esse sententiam omnino certā, Tolet. lib. 2. cap. 24. num. 3. & Hæredia, Sylvius, Pitigian. Zambran. Layman, Villalob. Aegidius, & alij, quos sequitur, & citat, Diana lo. cit. Ochagau. q. 2. num. 4. & 6. dicens. Hanc conclusionem esse de fide. Granado, tom. 5. tract. 1. dist. 2. sect. 1. num. 3. Bonac. lo. cit. punct. 3. num. 2. Hurtad. de Confirmat. diff. 4. Ludsonicus de S. Iuan, q. 1. art. 2. concl. 3. pag. 92. P. Cañedo, cap. 2. de Confirmatione, pagina. mibi 56. & Ioannes de la Cruz, de Confirm. q. 72. dub. 1. conc. 1. addens, & benè: Quod si hoc Sacramentum forte administratū fuerit cum oleo simplici tantum, non sit iterandum absolute, sed sub conditione, propter probabilitatem opinionis contrariæ.

QVÆSTIO. III.

An, sit de necessitate Sacramenti Confirmationis, quod Chrisma sit consecratum?

NEANT, in primis, Molles. in sum. tr. 4. c. 2. n. 22. & apud illū, Maldonatus: docentes: Quod si quis oleo non consecrato esset confirmatus, non esset iterū confirmandus. Negant etiam Palud. dist. 7. q. 1. n. 19. & q. 4. n. 34. Caprcol. dist. 7. q. 2. Estius lo. cit. §. 9. & alij. Quatenus affirmant. Posse Ecclesiæ dispensare, vt Confirmationis Sacramentum fiat ex Chrismate non consecrato.

Sed longe probabilius Respondeo: Esse de necessitate Sacramenti; & ita non posse Ecclesiæ dispensare, vt ex Chrismate non consecrato, Confirmation fiat. Quia quæ sunt de essentia, & necessitate Sacramenti;

nequebit ab Ecclesia mutari. Ratio est. Quia materia Sacramentorum, qua Christus Dominus, non est vsus, necessario consecranda est, ante quam ad usum Sacramenti applicetur; At materia Confirmationis, non est vsus. Ergo necessaria est praevia consecratio eius. Sic S. Tho. q. 72. art. 3. Sot. dist. 23. q. 1. art. 3. Victoria. q. 42. Suar. disp. 33. se et. 2. Angles lo. cit. con. 4. Petrus Cañedo, c. 2. cit. Tolet. lib. 2. cap. 24. n. 2. Vega casu 3. Granad. lo. cit. se et. 2. n. 10. Filliuc. n. 12. Pefan tius, q. 72. disp. 2. Layman, c. 2. num. 2. More lo. cit. n. 5. Petrus de Ledesma, c. 2. concl. 9. Hurt. diff. 5. in fine, Archangel. lo. cit. Ludou. de S. Iuan lo. cit. concl. 4. Enriq. lo. cit. n. 2. per hæc verba: Similiter de Sacramenti necessitate, iure diuino est, ut hæc materia sit benedictione aliqua consecrata (vt probat vsus Ecclesiæ, cum traditione Pontificum, & Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum, id que passim in Concilijs totius orbis definitur) cum sit materia exterior permanens, qua Christus nunquam est vsus.

QVÆSTIO V.

An, Chrisma debeat necessario, necessitate Sacramenti, consecrari ab Episcopo?

NEGLANT Palud. lo. cit. Caiet. q. 72. art. 3. Victor. q. 43. & Valentia, to. 4. disp. 5. q. 1. pun. 2. apud Reginaldū, lib. 28. n. 8. (qui & probabilem sententiā reputat) & ita existimant, confirmationem factam cum chrismate, à simplici Sacerdote consecrato, esse verum Sacramentum.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo. Quod necessario debeat consecrari ab Episcopo; vt fiat ex illo Sacramentum. Ratio est. Quia iure diuino, data est hæc potestas solis Episcopis; vt constat ex multis Concilijs, præcipue ex Florentino, sub Eug. IIII. vbi definiente materiam Confirmationis, ait: *Esse Chrisma ex oleo, & balsamo per Episcopum benedictum; & Concil. V. Vormahensi, c. 2.* Sic dicit; *Chrisma nullus confidere præsumat, præter Episcopū;* Nam illi sola hæc dignitas concessa est. Sic S. Tho. q. 72. art. 4. Siluest. Confirm. q. 2. Victor. q. 53. Nuñus, q. 72. art. 4. diff. 4. Suar. disp. 33. se et. 2. Viuald. lo. cit. n. 5. Bonac. pun. 3. nu. 2. Granad. lo. cit. se et. 2. n. 12. Layman l. cit. Bartholom. de Ledesma, diff. 3. conc. 4. col. 227. Petrus Cañedo, Vega, Torreblanca, Petrus de Ledesma, lo. cit. Hurt. tr. de Confirmation. diff. 5.

QVÆSTIO VI.

An, Summus Pontifex possit simplici Sacerdoti, talem consecrationem committere?

AFFIRMANT Valentia, disp. 5. q. 1. pun. 2. Caiet. l. cit. art. 3. Victor. nu. 43. Sot. dist. 23. q. 1. art. 3. Ludouic. de S. Iuan lo. cit. dub. 2. concl. 2. pag. 93. & Biescas in apologia pro doctrina D. Thom. tom. 1. pag. 788. & Ledesma, q. 72. art. 3. Angles l. cit. con. 6. Binsfeld. de Confirmat. §. 2. Petrus Cañedo, lo. cit. & apud ipsum, & Enricum Enriq. Scot. q. 1. Palud. q. 4. Capreol. q. 2. & Palac. q. 4.

Sed probabilius Respondeo: Non posses. Quia (vt ostensum est) de iure diuino, soli Episcopis est data potestas cōficiendi Christi. Sic Suar. lo. cit. Filliuc. nu. 13. Egid. q. 72. art. 3. dub. 1. conc. 4. Barbosa de potestate Episcopi, p. 2. allegat. 30. n. 6. Joannes de Cruce, q. 72. concl. 3. Hurtado. lo. cit. Archang. dist. 7. pag. 66. col. 2. & pag. 67. col. 1. Ochagau. q. 3. nu. 9. & latius, q. 10. nu. 2. Layman lo. cit. nu. 3. & videtur inclinare in hanc sententiā Diana, 3. p. tra. 4. resol. 23. & tenet Barthol. de Ledesma, lo. cit. concl. 6. col. 228. & Sylvius, 3. p. q. 72. art. 3. & in addit. ad §. 2. Binsfeldij, Vega de Confirmatione, casu 2. Petrus Ledesma, lo. cit. & ante hos Doctores, Enriq. lib. 3. c. 2. nu. 2. lit. V. Qui id probat ex vsu Ecclesiæ; ex Patribus, & Cōcilijs. Legantur Diu. Tho. dist. 13. q. 1. 2. & 3. & Bellarm. de Confirm. c. 8. Ex quo constat, falso docuisse Ledesmam (vt refert Hurtado) posse Episcopum consecrationem Chrismatis simplici committere Sacerdoti; cum nec Summo Pontifici data sit talis potestas,

QVÆSTIO VII.

An, sit de necessitate materiæ Confirmationis, ut Chrisma sit nouum, & re- cens illius anni?

VIDETVR, quod sic. Nam in Cōcil. Cartagin. IIII. c. 36. Toletan. I. c. 12. Va sensi, c. 3. præcipitur Parochis, vt singulis annis à suis Episcopis, ante Pasche solemnitatem, Chrisma petant.

Sed certissime Respondeo: Hoc non esse de necessitate Sacramenti; sed solum de necessitate præcepti; & ideo Validum esse Sacramentum administratum cum Chrisma te consecrato, alio anno. Prima pars

probatur. Quia Concil. Florent. simpliciter dixit: Chrisma esse materiam huius Sacramenti. Sed quoniam sit alterius anni, est verum Chrisma. Ergo. Secunda pars, constat ex Conciliorum decretis, supraaddictis. Sic Suar. disp. 33 sect. 1. Bonac. punct. 3. nu. 3. & Ochagau. q. 2. cit. nu. 9. Ludouicus de San Juan. lo. cit. concl. 2. pag. 93. Moure, §. 2. num. 6. Lublianus V. Confirmat. num. 8. ex Nauar. cap. 22. num. 9. Petrus Cañedo, Villalob. & Torreblanca, ll. cit. & communis.

QUÆSTIO VIII.

Quando, & quo modo consecrandum est Chrisma?

RESPONDEO: Quod debet in die Cœna Domini consecrari, vetere cōbusculo Christmate, soleinnibus cæmonijs, iuxta Cathec. Rom. pag. 224. Sic Suar. & Bonac. ll. cit. Viuald. num. 8. Enriq. lib. 3. cap. 1. num. 4. & communis omnium, ex decretis supra citatis.

QUÆSTIO IX.

Quænam sit materia proxima Confirmationis?

RESPONDEO: Quod est vñctio Christi, facta in fronte in modū Crucis. Est responsio certa, & patet ex generali regula Sacramentorum, quæ in vñctu consistunt. Sic enim ablutio, in baptismo; & vñctio, in Extremaunione, sunt de essentia Sacramenti. Sic S. Thom. q. 72. art. 9. & cum eo Suarez, disp. 33. sect. 3. Bellarm. lib. de Confirmatione. c. 8. Aegid. 3. p. q. 72. a. n. 47. Enriq. lib. 3. c. 2. nu. 3. Valentia, tom. 4. disp. 5. q. 1. punct. 2. Bonac. disp. 3. punct. 3. num. 4. & omnes communiter.

QUÆSTIO X.

An sit de necessitate Sacramenti, quod Vñctio sit in fronte baptizat?

NEGAT Ledesma, q. 72. art. 9. Existimans: Solum esse de necessitate præcepti Ecclesiæ, & consequenter cuocumque loco, vel parte corporis fiat Vñctio, factum tenere, licet peccet sic administrans. Negat etiam Victor. de Confirmatione. q. vlt. Et id esse probabile, ait Filliuc. tract. 3. num. 15.

Sed longe probabilius, imo certissime, Respondeo: Esse de necessitate Sacramenti.

Quia communiter apud Patres, hoc inter essentia numeratur. Sic S. Thom. q. 72. art. 9. Bellarm. cap. 8. propof. 4. qui hoc ex Pontifice Innoc. I. Leone, Ioanne III. Greg. I. Concil. Hispal. 2. cap. 7. & Florent. probat. Sic etiam, Enriq. lib. 3. c. 2. n. 3. & c. 5. n. 4. Bartholomæus de Ledesma, disp. 4. conc. 2. co. 131. Aegidius, q. 72. art. 9. n. 50. Filliuc. n. 15. cit. Viuald. de suscip. Corfum. n. 4. Bonac. disp. 3. pun. 3. nu. 5. & apud ipsum Chamerota, Nuñus, Graffius, & alij, Sotus, disp. 7. art. 9. n. 5. Suar. disp. 33. sect. 3. dicēt oppositam sententiam, non solumesse falsā, sed valde temerariam, Hurtad. disp. 6. Diana, 3. p. tract. 4. ref. 27. Philip. de Cruce in suo norte, tract. 10. pag. 145. Ochart. q. 4. n. 3. & apud ipsum, Scot. Durand. & Gabriel, dist. 7. Pesantius in 3. p. q. 72. disp. 2. concl. 6. Ludou. de S. Juan, q. 1. art. 3. dnb. 2. conc. 2. pag. 95. Vega casu & Valentia, disp. 5. q. 1. punct. 2. infine. Layman de Confirmation. cap. 2. numer. 5. Angles de Confirm. art. 3. concl. 3. Petrus Cañedo, cap. 3. Reginald. lib. 28. num. 9. & ante hos omnes, Nicolaus Ploue. de Confirm. lo. cit. Archangelus, disp. 7. pag. 69. col. 2. & pag. 70. & 71. & communis.

QUÆSTIO XI.

An sit de necessitate Sacramenti, quod Vñctio fiat in modum Crucis?

NEGAT Aureolus in 4. dist. 7. q. 1. prope finem Viuald. lo. cit. n. 5. (qui & dicit: nullum authorem, cōtrariū asserere) Moure. 3. p. exam. c. 1. §. 7. & innuit Scrutiniū Sacerd. tract. 2. §. de Sacram. Cōfirmat. vers. Quot sunt de substantia, pagin. mibi 44.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Esse de necessitate Sacramenti. Quia alias, non verificaretur forma, in qua dicitur: *Signo te signo Crucis, &c.* Sic S. Thom. q. 72. art. 4. ad 3. Victor. q. vlt. de Confirm. Sotus, art. 4. Vterque Ledesma, Gabriel. Dur. Scot. Bellarm. quos citat, & sequitur Enriq. lo. cit. nu. 3. Nicolaus Ploue, & Vega ll. cc. Filliuc. n. 16. Dian. Hurt. Philip. de Cruce, & Villalob. Suar. & Regin. ll. cc. Bonac. disp. 3. pun. 3. n. 4. & apud ipsum, Sa, Aegid. Nuñus, Pitigianus, Petrus de Ledesma, Angles, & Barthol. ab Angelis, Archang. dist. 7. pag. 70. Binsfeldius de Confirm. §§. 2. & alij ll. cc. vnde immerito, dixit Viuald. nullū Authorum, nostram sententiā asserere, cū tot, & tam grates Doctores id affirmet, & doceat; vt bene notat Archangelus lo. cit.

QVÆSTIO. XII.

*An sit de necessitate Sacramenti, quod vñctio
buiusmodi, si it immediate ma-
nu Episcopi?*

AFFIRMANT Ochagau. q.4. num.4
Suar. diff. 33 sect. 3. in fine. P. Sant.
loc. cit. con. 7. Granado, loc. a. t. Fil-
liuc. num. 17. & Diana tract. 4. cit. ref. 28
& 22. Victorell. in add. ad Emanuelem Sa,
n. 9. Nuñus, apud Dian. lo. cit. Lublinus, V.
Confirmatio, num. 12. Layman. lo. cit. n. 5.
Egidius, art. 3. dub. 1. num. 50. Reginald.
lib. 28. num. 10. Bonac. lo. cit. & alij.

Sed æque probabilitet, Respondeo: Non
esse de necessitate Sacramenti; sed de præ-
cepto Ecclesie, vñctionem fieri immediate,
ipsam manu, vel digito, Episcopi. Primo: Quia
tia si fiat vñctio, medio aliquo instrumento,
v. g. penna, verificantur verba formæ, vt
constat. Secundo. Quia non est credibile,
Christum instituisse, vt ex re, non tanti mo-
menti, pendeat valor Sacramenti Confirmationis:
suficit Ergo, quod fiat instrumento
aliquo. Quod vero sit de necessitate præcep-
ti, quod fiat manu immediate; constat ex
vñctio, & ritu Ecclesie, Sic Heredia, de Con-
firmat. diff. 5. punt. 5. dub. unico, num. 2.
Hurt. tract. de Confirm. diff. 6. qui citat En-
riquez lib. 3. & Viualdum, cap. 5. Sed hi
AA. Clare id non docent, docent tamen esse
probabilem satis nostram sententiam, Suar.
Filliucius, Pessantius, & Dian. II. cit. Vnde,
tempore pestis, licite potest confirmare E-
piscopus, medio instrumento aliquo, quid
quid renuat, Diana, concedere.

QVÆSTIO XIII.

*An peccaret mortaliter Episcopus, qui in
Confirmatione vngueret, alio dígito,
quam dextro pollice?*

AFFIRMANT Filliuc. n. 17. Laymā. lib
5. trac. 3. c. 2. n. 5. Suar. sect. 3. cit.
Zábran. apud Dianā trac. 4. cit. ref.
22. Hurt. lo. cit. Ochag. q. 4. n. 4. & Lublinus,
V. Confirmatio n. 12. & Regin. lib. 28. n. 10.
& Bonac. lo. cit. pag. mibi, 67. Qui etiā citat
pro hac parte, Nuñus, Emanuelē Sa, & non
nullos alios, qui tamē id nullo modo docēt,
immo ex illis aliqui, contrarium.

Sed æque probabilitet Respondeo: Nō pec-
care mortaliter, Quia res leuis est, & parum
refert quod vñctio fiat cùdextro pollice, vel
indice, manu dextra; vel sinistra: Ergo. Sic
Nuñus. q. 72. ar. 4. diff. 3. con. 4. Diana, l. ci.

QVÆSTIO XIII.

*Quænam quantitas materiae requiratur ad
istam Vnctionem?*

RESPONDO: Minimā sufficere. Quia
hac, potest Minister digito linire frō-
té pueri. Sic communiter Doctores,
& nos sup. de materia Bapt. diff. 2. q. 2. & 3
Legantur Authores ibi citati. Et Hurtado,
tract. de Confirmatio. diff. 6 in fine.

QVÆSTIO XV.

*An sit aliqua forma necessaria huius Sa-
cramenti Confirmationis, &
quænam sit?*

NEAT Archidiac. de Consec. diff. 5.
cap. Nouissime, apud Hugonem, ib-
dem (licet apud Nicolaum Ploue. de
Confirm. pag. mibi 10. solum hoc referat,
aut sub dubio negat) quod forma aliqua sit
necessaria, & de substantia huius Sacramenti.
Quia credit, quod Sacramentum olei, & Sa-
cramentū Chrismatis, possit conferri, sine
verbo; Dum modo fiat vñctio de oleo, vel de
balsamo consecrato.

Sed certissime oppositum, tamquam
de fide Respondeo, videlicet esse om-
nino necessariam formam, & hanc ab om-
nibus Theologis ex Florent. Concil. Af-
gnari: Nempe, Signo te signo Crucis, & Con-
firmote Chrismate salutis, in nomine Pa-
tris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Sic
Concil. Florent. Cathec. Rom. pag. 225. S.
Thom. ar. 4. & omnes Doctores, qui & opti-
me affirmant, etiam à Christo Domino esse
hanc formam traditam, & ab Apostolis pre-
mulgatam. Legantur Enriquez, lib. 3. cap. 2
n. 4. & apud ipsum, D. Thom. art. 4. Ledet-
ma, & Victoria, §. 43. Sotus art. 3. Hosius,
cap. 38. Suarez disp. 33. sect. 5. & Archan-
gelus diff. 7. pag. 67. col. 2.

QVÆSTIO XVI.

*An, omnia praedita verba forma, sint
essentialia, & ad valorem Sa-
cramenti requisita?*

NEGANT aliqui Doctores. Nam
imprimis, Guillelmus Estius in 4.
diff. 7. §. 10. & alij quidam, dicunt;
quod illa verba; Signo Crucis, non sint es-
sentialia; alij vero, quod nec illa verba;
Chrismate salutis, & tandem alij, quod neq;
illa duo verba, Signo, & Confirmo, simul,
sed sufficere vnum, aut alterum. Omnes
quidem

quidem probabiliter, ut sentit Diana trac.
4. cit. resol. 27. & ante ipsum, Enriquez, lo.
cit in Glossa lit. I. cum alijs.

Sed longe multo probabilius, Respōdeo:
omnia prædicta verba esse essentialia; & ad
valorem Sacramenti requiisita. Quia omni-
bus illis semper vfa fuit Ecclesia, & omnia
a signatur pro forma à Concil. Florent. Sic
D. Thom. q. 72. art. 4. Palud. Soto, Scot. A-
lexand. D. Bonav. & Ricard, quos sequitur
Suar. disp. 33. sect. 5. Ochagau. q. 5. n. 1.
Nicolaus Plute lo. cit. Angel. V. Confirmat.
num 1. Filliuc. & Hurt. II. cc. Granado, de
Confirm. disp. 3. num. 3. & Diana, loc. cit.
Bonacina, lo. cit. num. 7. & communis.

QUÆSTIO XVII.

*An, expressa inuocatio Sanctissimæ Tri-
nitatis, sit essentialis, & requisita ad
valorem Confirmationis?*

NE CANT aliqui apud Guille. Es-
tium, loc. cit. & negare videtur A-
ureol. in 4. disp. 7. q. 2. vbi ait, quod
forma huius Sacramenti, sit ita: *Signote
signo Crucis, Confirmo te Chrysate sa-
lutis. Vbi non apponit inuocationem Sanctissime
Trinitatis.*

Sed Respondeo certissime: Quod sic.
Primo. Quia sic exprimitur in forma, à Flo-
rent. tradita. Secundò. Quia confirmatio
est perfectio baptismi; at in forma baptismi
necessario exprimitur: Ergo, & hic. Tertio
Quia confirmatio præcipue armat ad fidē:
At huius præcipuum mysterium est Trini-
tatis. Ergo. Sic omnes fere Doctores, cum
D. Thom. art. 4. Pessantius, & Aegid. ibi-
dem, Suarez, disp. 33. sect. 5. Sa, ver. Confirmatio,
num. 9. Enriquez, cap. 2. num. 4. Re-
ginald. Filliuc. Petrus de Ledesma, & alij,
quos citat, & sequitur, Bonac. lo. cit. nu. 8.

QUÆSTIO XVIII.

*An, effet valida Confirmatio sub hac forma
data; Confirmerur seruus Christi, N.
in nomine Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti.
Amen.*

AFIRMANT Enriquez, lib. 3. cap.
2. num. 5. Bonacina, loc. cit. num. 9.
Qui citat pro se Suariū, disp. 33. ses.
& 5. Reginaldū, n. i. 3. Affirmat Bellar. c. 10.
qui etiā putat esse validā sub hac forma; Cō-

firmote in nomine Patris, &c. Quibus adde
Vegam, casu 4. quatenus addit. esseratū Sa-
cramentum sub hac forma collatum; Con-
firmote Chrysate Sanctificationis, &c.

Sed Probabilius Respondeo: Non esse
validam, quoniam modo ex his conferatur.
Quia in his formis, non explicatur materia
unctionis, nec alia, que supra, esse necessaria
est habitū. Sic Philippus de Cruce, tra.
10. fol. 144. Enriquez, lo. cit. num. 6. (sibi
contrarius) Quatenus docet: Non sufficere
verbū, *Confirmo*, nisi ad iungatur verbum
Consigno; idemque docuit Bonacina (vt e-
tiam sibi contrarietur) in ultima impressio
lo. cit. vbi etiam male citat pro se Suarium,
& Reginaldum; Nam hi Autore's, id non
docent; vt constat ex verbis Reginaldi, quæ
sic se habent: Notandum tertio, non esse ne-
cessario proferenda prædicta verba (*forma*,
scilicet) in presenti indicatiū modi: *Signo*
Crucis; *Signo* te Deus signo fidei sue in
nomine Patris, &c. Quod etiam notat Sua-
rez in citata sect. 5. non longe a fine. Sic Re-
ginald. ex Suario. Nil ergo fauent Bonacina.

QUÆSTIO XIX:

*An saltem, effet valida data sub hac forma:
Signetur (aut, signatur) seruus Christi, sig-
no Crucis, & Confirmetur (aut, Confir-
matur) Chrysate salutis, in
nomine Patris, &c.*

NE CANT Philippus de Cruce, tract. de
Confirmat. fol. 144.
Sed probabilius Respondeo: esse
validam; sed peccare mortaliter, qui sub ta-
li forma Confirmaret. Prima pars, constat
ex dictis tract. 2. de Baptismo, disp. 3. q.
48. & 49. Secunda etiampatet: Quia face-
ret cōtra vñiuersalis Ecclesię, tam La-
tinę, quam Græcę. Quia licet fuerit cōcessa
Ecclesię Græcę facultas baptizāti sub hac
forma. *Baptizetur* (aut, *baptizatur*) seruus
Christi, non tamen est illi concessa similis
facultas in Sacramento Confirmationis.
Sic Enriquez, loc. citat. Nuñus, quæst.
72. art. 1. difficul. 1. Diana, tractat. 4.
cit. resol 27. Reginald. & Suarez, loc. cit.
Petrus Ledesminius in, sum. tract.
de Confirmatio cap. 3. in
fine, & alij,

(§)

DISPUTATIO QVARTA.

De Subiecto Confirmationis, & Illius Dispositione.

QVÆSTIO PRIMA.

An, Capax huius Sacramenti Confirmationis sit omnis homo baptizatus, sive adultus, sive Infans?



petuo amentes, nec Infantes ante septennium confirmari posse.

Sed certissime Respondeo: Affirmative. Quod scilicet, si omnis utriusque sexus Christianus, sive sit Infans, sive adultus. Quia id constat ex cap. 1. de consecratione dist. 5. & ex usu, & traditione Ecclesie. Requiritur autem; Quod primus sit Christianus, sive baptizatus: Quia cum baptismus sit ianua omnium Sacramentorum, necessario requiritur ante Confirmationem. Sic habetur cap. 1. de Consecr. Et in Trid. sect. 7. de Confirmation. 1. & omnes fere Doctores cum S. Tho. 3. par. q. 72. art. 8. Granad. tract. 2. dist. 2. num. 1. Prudentius, & Nufius, 3. par. lo. cit. Bonac. dist. 3. pun. 4. num. 4. Nauar. c. 122. num. 8. Enriquez, lib. 3. cap. 5. & Archangelus, dist. 7. pag. 72. & communis.

QVÆSTIO. II.

An, aliqua determinata etas requiratur ad licite suscipiendum Confirmationis Sacramentum?

AFFIRMANT Glossa, in cap. vt Ieiuni, de Consecratione. dist. 5. Marsilius, in 4. quæst. 5. art. 4. & alij assertentes; expectandam esse etatem duodecimum annorum. Diuus tamen Anton. Cathec. Roma pag. 230. Sotus, dist. 7. art. 8.

Silvest. V. Confirmat. num. 4. & Valentia, q. 2. pun. 2. Villalob. diff. 6. n. 1. Vega, casu 9. & Filii luc num. 35. Ajunt: expectandum esse septennium; Cui sententiae fauent Suar. dist. 35. sect. 2. §. utraque ex his opinionibus, Ledesma, insim. cap. 7. de Confirmatione, & Reginald. lib. 28. num 23.

Sed probabilius Respondeo: Nullam requiri determinatam etatem. Idoque nullo modo necessarium esse expectare, adhuc septennium; nec usum rationis, ut Infantes confirmantur: sed licite posse, ante dictam etatem confirmari. Primo: Quia hoc Sacramentum datur infantibus, sine propria voluntate, aut dispositione, sicut datur baptismus, cuius complementum confirmationem dicitur; Ergo potest illis conferri in quacumque etate. Secundo: Quia olim, statim post baptismum Infantes confirmabantur. Immo nunc, multoties Infantes viiis, duorum, vel trium annorum confirmantur in Hispania, (& in toto orbe, casu quo Infans sit in articulo mortis, aut sit filius Principis) ut infra: Ergo. Sic S. Tho. in 4. dist. 7. quæst. 3. ar. 2. q. 2. Angel. num. 3. Victor. quæst. 48. Vinaldus de suscipiente, num. 2. & 10. Diana, 3. par. tract. 4. ref. 19. & 5. par. tract. 3. ref. 31. Archangelus, dist. 7. pag. 72. Tanner. tom. 4. dist. 4. q. 4. dub. 2. Bonac. dist. 3. pun. 4. num. 5. Granado, dist. 2. num. 4. & 5. Moure, de Confirmatione §. 7. num. 2. Hinojosa, in direct. decis. Regul. ver. Confirmation fol. mibi. 115. Ludovicus de S. Iuan. q. 1. ar. 5. dub. 2. con. 4. pag. mibi 96. (qui tamen, malecit Marsilius, pro hac sententia.) Torreblan. lib. 2. pract. cap. 6. num. 30. & sequent. & alij, apud ipsum.

QVÆSTIO. III.

An saltem, sit conuenientius Infantes post septennium Confirmari?

AFFIRMANT Sot. & Filli luc. lo. cit. Bonac. pun. 3. num. 5. Sa. nu. 5. Enriquez, lib. 3. cap. 5. num. 2. Victoria, quæst. 48. Petrus de Ledesma, cap. 7. cit. concl. 5. Suar. dist. 35. sect. 2. Reginald. nu. 23. Hurtad. dist. 10. Estius, lo. cit. §. 23. Ochagau. q. 3. num. 4. Granado, lo. cit. nu. 4.

& Ludouicus de San Juan, *lo. cit. concl. 5.* &
Villal. & Vega *ll. cc.* Archangelus, *disp. 7.*
pag. 73. col. 2. addens illum, qui confirmare
puerum, statim post baptismum, extra-
mortis articulum, ad minus peccare venia-
liter. Qui vero confirmaret pueros duorum,
vel trium annorum, si id faciat, iuxta con-
suetudinem loci, minime peccare. Ita ille.
Legatur.

Sed probabilius, Respondeo: Conuenien-
tius esse, Infantes ante usum rationis con-
firmari. Primo: Quia conuenientius est, in
Infantia baptizari: Ergo, & confirmari; cu
confirmatio sit complementum baptismi.
Secundo: Quia hoc cedit in favorem Infan-
tium, nam si confirmati dicendum, & maiore-
rem gloriam consequentur; & duplarem
Characterem impressum animae habebunt. Sic
S. Thom. disp. 7. q. 3. art. 2. quæst. 2. D. Bon-
au. art. 3. quæst. 1. Vinald. num. 11. lo. cit.
Petrus Soto, lect. 2. de Confirmatione, &
alij apud Suarum, lo. cit. afferentem; hanc
opinonem esse æque probabilem contra-
ria. Tenent etiam Alex. 4. par. quæst. 28.
Vitriacus in Hist. occident. c. 37. Bartholo-
mäus de Ledesma, de Confirm. disp. 5. col.
234. & hoc observari in Archiepiscopatu
Tarrachon. affirmat Ludou. lo. cit. dub. 3.
& intra Hispania, Moure, lo. cit. Tenent e-
tiam Angles, de confirma. art. 6. conclus. 2.
& Graffius par. 2. decis. lib. 1. cap. 5. n. 20.
Sic dicens: immo, secundum D. Bonaventu-
ram, conuenientius pueris, ante usum ra-
tionis, ministratur; quia adueniente etate
adulta, habebit suam efficaciam, quemad-
modum fides, qua in baptismo infunditur.

QUÆSTIO III.

An perpetuo Amentes, possint valide
Confirmari?

NECA T Marsil. in 4. quæst. 5. art. 4.
vnde male citat illum, & Sotu, Ro-
driguez, de Confirmatione cap. 121
num 3. pro opposita sententia, sic
dicens: Y aun Marsilio, y Soto, tienen, que
se den dar a los que nunca tuvieron enten-
dimiento: Cum Marsilius dicat, quod non
possit; Sotus vero quod non debeat admi-
nistrari. Sic enim ait, Sot. in 4. disp. 7. art.
8. §. En nascitur. Si autem sint nati perpetuo
amentes, respondet illuc Marsil. eadem ra-
tione non esse confirmandos, propterea quod
numquam possunt gratia Confirmationis in
fidei confessionem fungi. Respondetur autem,

sicut de Infatibus dicebamus, quod scilicet
tur, legitimum erit Sacramentum. Ceterum
post quamiam usum Ecclesia habet, non con-
firmare Infantes, tisque ad usum rationis,
sit, ut neque possit idē Sacramentum am-
bitibus dispensari. Sic Sot. male ei o utrūq;
Doctoré. Rodrig. citat. Citar tamē potest;
pro hac parte, Emmanuel Sa, ver. Confirma-
tio, num. 5. & alij. apud Bartolomäum ab
Angelo *dialogo 3. §. 58.*

Sed oppositum Respondeo: & dico; Posse
uale: immo, & licite, vt statim dicem. Est
Comunis sententia omnium fere Doctorum,
vt videre est apud S. Thom. q. 72. ar. 8. E-
gid. ibi n. 83. apud Suar. disp. 35 sec. 2. apud
Enriq. lib. 2. c. 5. n. 3. apud Bonac. disp. 3. pt. 4
n. 6. & apud alios communiter. Legatur
etiam Archangelus, *lo. cit.*

QUÆSTIO V.

An, perpetuo Amentes sint de facto
Confirmandi?

NECA T Sot. *disp. 7. q. vni. art. 8. Pe-*
trus de Ledesma de Confirm. cap. 7.
Valēt. disp. 5. q. 2. pun. 2. in fine. Sa,
V. Confirmatio n. 5. Ludouicus de S. Iuan,
lo. cit. pag. mibi. 97. & Petro Cañedo cap. 3.
pag. mibi 59. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia
vere sunt capaces huius Sacramenti, sicuti
sunt Infantes: Ergo possunt. Immo, & debet
ab Episcopis confirmari, vt sic, & maiorem
gloriam, & duplarem Characterem habeat,
vt supra. Idemque a fortiori, dicendum est,
de amentibus, qui ante amentiam usum
rationis habuerunt. Sic S. Thom. q. 72. ar. 8
ad 2. & 4. Nuñus, ibidem con. 7. Enriq. lib.
3. cap. 5. n. 3. Suar. disp. 35 sec. 2. Filliuc. n.
37. & 38. Egid. q. 72. ar. 8. n. 83. Villalob.
tom. 1. tra. 6. dff. 6. n. 2. Hurt. lo. ci. Laymā,
Silvius, Pitigian. & Zábran, quos citat, &
sequitur Diana, tract. 4. cit. ref. 20. Tenent
etiā Granado, disp. 2. cit. n. 11. Lublin, V. Cō-
firmatio, n. 11. Vega. casu 9. Archan. disp. 7.
pag. 74. & communis.

QUÆSTIO VI.

An, licite possint Confirmari Infantes, vel
adulti statim morituri?

NECA T Rodriguez in sum. cap. 121.
n. 3. ubi haec dicit: Y aunque S. Tho-
mas diga, que se puede Confirmar al
que está en el articulo de la muerte, esto no
está en uso. Sic ille.

Sed iōge probabilius Respondeo: Licitē posse confirmari. Quia cōpates sunt; & per accidens est, quod nunquam sint spiritualiter pugnaturi. Idemque dicendum de Frencicis, Mutis, Surdis, & huiusmodi. Sic S. Thom. art. 8. ad 4. Cath. Rom. pag. 22. Sot. lo. cit. Silvest. q. 4. Vinald. num. 8. Suarez, & Filliuc. lib. cit. & Sanctius, disp. 40. num. 4. & Ochagau. qnaest. 8. num. 8. Ludouicus de San Iuan, lo. cit. diffi. 1. pag. 97. Layman, cap. 5. num. 3. Egid. qnaest. 72. art. 8. num. 82. Lublinus lo. cit. Vega casu 8. Bonacini. lo. cit. n. 6. Enriquez, lib. 3. cap. 5. num. 1. Archangel. diff. 7. pag. 74. col. 1. & 2. & communis.

QVÆSTIO VII.

Quænam dispositio requiratur in Adulto recipiente Sacramentum Confirmationis?

RE S P O N D E O: Requiri, Primo. Quod habeat intentionem, saltem virtualem, vt in baptismo. Secundo; Quod sit in gratia, vel saltem, vt bona fide putet, se esse contritum; hoc enim sufficit habenti conscientiam peccati mortalis. Nec enim tenetur confiteri; sed conteri, ante receptionem huius Sacramenti, vt infra. Tertio, addunt aliqui. Quid sit ieunus, tamen vt supra disp. 2. q. 12. de conferente dictum est, hoc non est de necessitate præcepti, sed de Consilio. Sic S. Thom. art. 7. ad 2. Sot. Ledes. Enriq. Suar. II. cc. Petrus de Ledesma de Confirmatio. cap. 6. Filliuc. tract. 3. cap. 3. q. 6. Bonac. lo. cit. num. 7. Reginald. libr. 28. num. 33. & seqq. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An, habens peccatum mortale teneatur præmittere confessionem, ante receptionem huius Sacramenti, saltem sub reatu peccati venialis?

AFFIRMANT Sot. diff. 7. art. 8. vers. De Confessione vero, & Scrut. Sacerdot. §. de Confirmatione, pag. mibi 46. & innuunt Ludouic. de S. Iuan, q. 1. art. 4. diffi. 3. & Bonacini. lo. cit. & alij, apud ipsum, & probari potest ex can. vt ieuni. de Consecr. diff. 5. Vbi dicitur: Quod, qui ad hoc Sacramentum accedit, debet esse ieunus, & de peccatis confiteri. Sed probabilius Respondeo: Non teneri;

adhuc sub peccato veniali. Quia nullū adest præceptum ad hoc obligans. Nam quod continetur in Canone citat. Tantum est Confessum, non præceptum; ut ipsem Ludou. & Angles de Confim. art. 4. diffi. 1. concl. 3. concedunt. Sic etiam Tolet. lib. 2. cap. 24. num. 4. Enriquez, lib. 3. cap. 5. num. 6. Reginald. lo. cit. & Archangelus, distinct. 7. pag. 71. col. 1.

QVÆSTIO IX.

Quos effe clās producit Sacramentum Confirmationis?

RE S P O N D E O: Quod tres principales. Primo enim, producit gratiam habitualem, ex Trid. ses. 7. can. 2. Secundo, propriam, & specialem gratiam Sacramentalem, quæ est specialis protectio Spiritus Sancti, ac robur ad tenendam, & contendam constanter fidem Christi, corā Tyrano. Tertio, imprimit characterem in anima, qui est, quoddam signaculum spirituale, quo miles Christi ad pugnam spirituale designatur; & propter hanc causam huiusmodi Sacramentum iterari nequit. Sic Trid. I. cit. & ses. 2. can. 9. de Sacram. in gen: S. Tho. q. 72. art. 7. Pesantius, Nuñus, & Egidius, ibidem. Suarez, disp. 34. sect. 2. Enriq. lo. cit. num. 4. Valentia, to. 4. disp. 5. q. 1. pun. 4. Bonacini. disp. 3. pun. & 4. num. 1. 2. & 3. Filliuc. tract. 3. cap. 3. & alij, apud ipsos.

QVÆSTIO X.

An, Quando dubitatur, num aliquis sit Confirmatus, iterum confirmari, absque peccato mortali, possit?

AFFIRMAT absolute Angel. V. Confirmatio. num. 10. Quia non dicitur iteratum, quod nescitur factum. Sed Clarius Respondeo: Licitē posse iterum confirmari; Sub conditione tamen; Si non es confirmatus; vt patet ex dictis, tract. de baptismo, disp. 3. q. 43. & docent omnes. Legantur Suarez, disp. 35. sect. 1. Bonac. lo. cit. n. 10. & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO XI.

An, reiterans Confirmationem, peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem?

AFFIRMANT utramque partem, D. Anton. 3. p. tit. 18. c. 6. §. 3. Nauar. cap. 27. nu. 247. Maior. dist. 7. infi. 1. Ricard. eadem dist. q. 1. art. 6. Castro. libr. 1. de lege pen. cap. 7. & alij apud Suarium, disp. 38. seet. 2.

Sed probabilius Respondeo: Quod licet

mortaliter peccet; non tamen incurrat irregularitatem. Quia huiusmodi poena, non est expressa in iure. Sic Scot. in 4. dist. 7. quest. 5. Palud. quest. 2. Sot. art. 5. Suar. lo. cit. Fil. linc. num. 54. Valentia, disp. 5. q. 1. punct. 4. Couar. in Clement. si furiosus, Bonacini. punct. 4. num. 10. Ochagau. quest. 6. num. 7. Ioannes de Cruce, quest. 72. dub. 3. conclus. 1. Rodriguez, cap. 121. num. 2. & Ludouic. de San Iuan, quest. 1. art. 4. diff. 1. pag. mibi 95. Vega casu 5. Philibertus Marchinus, tract. 1. de Ordine, part. 4. cap. 3. num. 9. Graffius, 2. part. decif. lib. 1. cap. 5. numer. 28. & alij.

DISPUTATIO QUINTA.

*De Patrino Confirmationis; & alijs Ritibus,
in ea conferenda.*

QVÆSTIO PRIMA.

An Patrinus sit de necessitate Confirmationis?



ESPONDEO: Quod non. Est tamen de necessitate præcepti; & ita peccaret mortaliter, qui illum non ad hiberet, vt habitum est supra debapt. disp. 7. q. 1. & 2. Sic Siluest. Nauar. Viuald. ibi citati, Granado lo. cit. disp. 3. & apud ipsū, Suarez, & Ledesma. Layman, cap. 7 nu. 2. Villalob. diff. 8. num. 1. & Rodrig. in sum. de Confirm. c. 121. nu. 1.. Enriq. lib. 3. cap. 3. num. 3. Archangel. dist. 7. pag. 68. col. 2. qui id colligit ex c. Si quis, ex c. Di- cendum est, cap. De bis, 30. quest. 1. & est communis.

QVÆSTIO. II.

*An, possint esse duo Patrini, vt
in baptismo?*

AFFIRMANT Tolet. lib. 2. cap. 24. nu. 6. & Archangel. lo. cit. pag. 69. Vbi sic ait: Vnus vero, aut ad summum, vnum, & vna, debent tenere baptizatum, & confirmatum.

Sed longe probabilius Respondeo: Quod

non: sed vnum, vel vna; ex cap. Non plures, de consecr. dist. 4. Sic Diu. Thom. q. 72. art. 10. Suar. Enriq. Filliuc. Sot. Ledesma, ll. cc. & Ludouicus de San Iuan, q. 1. artic. 9. diff. 3. pag. 102. Qui hanc responsonem, ex Trid. es. 24. cap. 2. de reformat. Matrim. optimè probat. Hurtado, diff. 14. & com-

QVÆSTIO III.

*An, Patrinus Confirmationis possit esse
idem, qui fuit in Baptismo?*

AFFIRMAT Hurtado lo. citat. & ante illum, Siluest. V. Confirmatio. nu. 4. qui absolute docet; hoc fieri posse, sine peccato: Quia est consuetudo. Silvestro fauet Ægidius. q. 72. art. 10. num. 84.

Sed probabilius Respondeo: Quod nō posse licite; nisi in casu necessitatis. Quia sic habetur in cap. In Cathecismo, dist. 4. & do cent cōmuniter DD. quos citat, & sequitur Diana, 3. p. tract. 4. ref. 21. Quibus ego addo Zambranum, & Enriq. quos citat, & sequitur Layman, cap. 7. num. 1. Toletum, lib. 2. cap. 24. num. 6. Vegam casu 11. & Bonac. lo. cit. num. 12. (qui adhuc, in necessitate. Licitum esse fratri, suscipere fratre, ex Sa, verb. Confirm. num. 14. & 16. tueretur, contra non nullos, vt infra.)

An vero peccaret mortaliter, qui id extra necessitatem ficeret? Respondetur.

Quod

Quod non, ex Bartholomao ab Angel. apud Dianam, lo. cit.

24rcit.n.6.Cornejo, tract.6. de Matrim.
disp.7.dub.16.pag.986.Lablinus V. Matrim. nu.20.& Archangelus, lo. cit. pag. 69.

QVÆSTIO III.

An, Patrinus Confirmationis, debeat de necessitate præcepti, esse Confirmatus?

RESPONDEO: Quod sic. Quia ita habetur, in cap. In baptismate, de Consecr. diff. 4.

An vero, qui secundum facaret, peccaret mortaliter? Dubium est. Affirmat enim Victor. q.2.Granad. disp. 3.Sot. Nuñus, Suar. q.72. art. 10. & Enriq.lib.3.e.2.n.3. & Aegidius, q.72.art.10. Negant vero D.Tho. q.72.ar. 10. (vt ait Suar. ibidem,) & Diana lo. cit. Omnes quidem probabiliter.

QVÆSTIO V.

An, Patrinus non Confirmatus, contrahat cognitionem spiritualem?

AFFIRMANT Silvest. V. Matrim. 3. q. 7.6.12. (Quamvis pro opposita sententia citetur ab Enriq.lib.3.e.3.n. 3.lit.O.versi. Confirmatio in fine. Sed male. Quia Silvester loquitur ibi, secundum opinionem aliorum) Sot. diff. 42.q.1.art.3. Sylvius, 3.p.q.72.art.10.Molfesius, tom. 1. tr. 4.cap.2.n.43.Palud. Rosella, Tabiena, & alij apud Dianam, 3.p.tract.4.ref.21. & 26. Sic etiam Navar.lib.4.constit. de cogn. spirit. conf. 1.Sa, V. Matrim. Vbi de impedim. dirim. n.1.Rodrig. cap. 226. Lopez de Matrim. c. 51.Naldus, verb. Cognatio. num. 5. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non contra here. Quia non habet conditiones requisitas ab Ecclesia, vt verus, & legitimus susceptor sit, vt constat, ex cap. In baptismate, citato, & tenent Astiens. tit.7.art.8.Tabiena, §.7. Victor. num. mibi 50. alias 51. Nuñus, & Suar. q.72.art.10. (Qui male citatur à Victore in annot. ad cap. 24.libri 2. Toleti, pro opposita sententia) & Aegid. num. 94. Enriq. & Dian. ll. cit. Filliuc. n.63. Angel. nu. 11. citans D.Thomam, Thom Sanchez, lib. 7. de Matrim. diff. 60. nu. 19. Basil. de imped. Matrim. c. 24. §. 1. & c. 35. n. 1. Vega, casu 11. Regin.lib. 31. nu. 157. Sancius in selet. diff. 40. n. 18. Valentia, diff. 5. q. 2. pun. 1. in fine, Ochag. tract. 3. de Matrim. q. 57. n. 7. Hinojosa V. Confirm. fol. 115. Ludou. de S. Iuan, lo. cit. diff. 2. pag. 102. & Toletus, cap.

QVÆSTIO VI.

An, si defacto plures Patrini adhileantur, omnes contrahant cognitionem spiritualem?

NEANT Tolet. lib. 2.c. 23. nu. 4. & alij, existimantes nullum illorum tam cognitionem contrahere.

Sed probabilius Respondeo: Omnes illos contrahere, iuxta dicta, tract. de Baptismo, disp. 7.q.30. Sic Sa, V. confirmatio, in fine, & ibi Victorellus Suar. q.72.art. 10. & alij.

QVÆSTIO VII.

An Patrinus Confirmationis contrahat obligationem instruendi Confirmatum?

AFFIRMANT Sylvius, Granad. & Ludo uic. de S.Iuan, ll. cit.

Sed probabilius Respondeo: Quod non. Quia, nullo iure, exprimitur, quod tenetur in struere filios spirituales; Sicuti exprimitur de Patrino baptismi. Sic Enriq. Aegid. & Dian. ll. cc. Layman, lib. 5. tr. 3. c. 7. num. 1. Suar. q.72.art. 10. Filliuc. n.62. Bonac. punct. 4.n.11. Ochag. q.8. de Confirmat. n.9. Hurt. diff. 14. citata (quamvis his Doctor, cum limitatione id doceat, dicens; non teneri instruere, nisi in defectu Patrini baptismi) & communis.

QVÆSTIO VIII.

An, Religiosi mendicantes possint esse Patrini Confirmationis?

NEANT Angel. Vimald. Diana, & alij supra, tract. de bapt. disput. 7.q.16. citati, & etiam Layman, tract. 2. cap. 9. n. 3. Sot. Silvest. Tabiena, quos citat, & sequitur Enriq. libr. 3. cap. 3. num. 4.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia vt ibidem diximus, tantum prohibiti sunt hoc munus exercere Monachi. Sic Aegid. & Hurtad. ll. cc. ibi, & Chamerota, tract. 2. de Sacram.

cap. 4. dub. 8.
(§.)

QVÆS-

QVÆSTIO. IX.

*An vir, saltem in necessitate, possit esse
Patrinus uxoris sue, vel filij
proprii?*

AFFIRMAT Sa.V.Confirmatio, n.16.
Posse in necessitate.

Sed probabilius Respondeo: Neque in necessitate Posse; & si scienter hoc fecerit, peccare; neque posse petere debitum, licet teneatur reddere. Sic Victor. q.vlt. de Confirm. Angel. num.vlt. Sot. dist. 42. art. 10. Archangel. lo. cit. Enriq. lo. cit. Viuald. cap. vlt. num. 5. Ochagau. q. 8. cit num. 10. Tolet. lo. cit. Nicol. Ploue de Confirm. pag. mibi 11. & Victorel. ad nu. 16. Emanuelis Saa. Idemque dicendum est de vxore respectu sui mariti, aut filiali. Probabile tamen est, posse in necessitate Fratrem, fratrem suscipere, vt aiunt Sa.lo.cit. & Bonac. pun. et. 4. num. vlt. licet contrarium sentiant Tolet. & Ploue, ll.cc.

QVÆSTIO. X.

*Cum quibus personis contrahat Patrinus
Confirmationis cognitionem spir-
itualem?*

RESENDEO: Quod cum duabus tantum, nempe, cum confirmato, & eius Parentibus: sicut, & Confirmans tantum contrahit illam cum eodem confirmato, & eius parentibus. Sic Trid. ses. 24. de re form. Matrim. cap. 2. & omnes Doctores.

QVÆSTIO. XI.

*An, Confirmatio possit, quocumque tem-
pore, & die, conferri?*

RESENDEO: Posse. Quia baptismus licet potest administrari, quocumque tempore (etiam interdicti), & quo cum que die; Ergo, & Confirmatio, cum sit quoddam complementum baptismi. Sic Angel. nu. 6. Nauar. cap. 27. n. 178. Palud. dist. 7. q. 3. & dist. 18. q. 2. art. 2. Ochagau. de Confirm. q. 11. num. 3. Couar. Siluest. Armilla, quos citat, & sequitur Enriq. libr. 3. cap. 6. n. vlt. & Egid. quæst. 72. art. 11. num. 114. Barthol. de Ledesma, dist. 10. col. 248. Tolet. lo. cit. Petrus de Ledesma, c. vlt. Hurt. tract. de Confirm. dist. ultim. & communis.

QVÆSTIO XII.

*An Episcopus det alapam Confirmato, di-
cens: Pax tecum, ut recordetur, se hoc
Sacramentum accepisse, ne ite-
rum ad illud accedat?*

AFFIRMANT Siluest. verb. Confirmat. nu. 4. Scrutin. Sacerd. §. de Confirm. pag. mibi 46. & alii.

Sed probabilius Respondeo: Hoc principalius fieri, vt confirmatus intelligat, se debere pati iniurias pro fide Christi tuenda. Sic Enriq. lib. 3. c. 3. n. 2. Sot. dist. 7. art. 12. Viuald. c. vlt. n. vlt. Filliuc. n. 62. Bonac. pun. vlt. n. 9. & Layman. c. 7. nu. 2. Egid. lo. cit. n. 115. Hurtado, dist. 14.

QVÆSTIO XIII.

*An sit peccatum, saltem veniale, omittere
alapam, vel Cercum?*

AFFIRMANT Sa.V.Confirm. n. 10. Bonac. lo. cit. n. 9. & Ludou. de S. Iuā, q. 1. art. 9. dub. 1. conc. 3. pag. mibi 102. aiunt enim, omissione horum, non videre esse peccatum mortale. Innuunt ergo clare, veniale esse, & clare id docet Petrus Ledesma, cap. vltimo infine.

Sed probabilius Respondeo: Nullum esse peccatum. Si hæc circa contemptum omittatur. Sic Sot. lo. cit. & Valent. dist. 5. q. 1. pun. 3. infine, Archang. lo. cit. pag. 69. Vbi sic ait: Cereus ante, qui offertur, actus quidam Religionis est, cuius tamē omissione, nullum esset peccatum: sicut non dare alapam. Sic ille.

QVÆSTIO XIV.

*An sit peccatum Eucharistiam, ante Con-
firmationem recipere?*

AFFIRMAT esse mortale Tolet. lib. 2. c. 24. de Confirm. n. 1. vt innuit Victorel. in annot. ad hoc caput, & colligitur clare, ex ijs, quæ ipsem et Tolet. docet, lib. 1. c. 7. n. 6. Sed esse tantum veniale affirmat Sot. (apud Dian.) in 4. dist. 7. q. uni. art. 8. proposit. 3. & clarissima ea. dist. & q. art. 6. vers. Vtrum autem.

Sed probabilius Respondeo: Non esse peccatum. Quia licet sit melius, & conuenientius, vt confirmatio antecedat, vt ex sup. dist. 3. stat: hic tamen ordo non est in precepto, vt bene Suar. dist. 37. sect. 1. infin. Sic ipse, & Dian. 4. p. tr. 4. Misc. ref. 50. ex Preposito, 3. p. q. 72. art. 8. num. 38. immo, & ipse Sot. dist. 1. q. 6. art. 5. vers. Tertio, reputat hanc nostram sententiæ & que probabilem, ac suam.

TRAC-



TRACTATVS QVARTVS DE EXTREMÆ VNCTIONIS SACRAMENTO.



R A C T A N T de hoc Sacramento. Scholastici cum Magistro in 4. diff. 23. Vbi Sotus, & alij. Theologi cum suo Magistro D. Thoma in addit ad 3. partem, à q. 29. usque ad 33. Doctores Canonicæ in capit. 1. de Sacra Vnctione, cap. Peruenit. d. 95. Concil. Florent. loco citato, Tridentinum, ses. 14. post Sacramentum Pœnitentia. Angelus, Suarez, disput. 39. Aegidius, disputat. 19. Filliuc. tract. 3. à capit. 4. Nauar. cap. 22. à num. 12. Enriques, lib. 3. à capit. 7. Bonacina de Sacram. disput. 7. Beccarius de Sacram. capite 27. Petrus de Ledesma, Villalobos, Litudouicus de San Iuan, Hurtado, Archangelus, & alij plures citandi.

DISPUTATIO PRIMA.

*De Quidditate, Institutione, & Necessitate
Extremæ Vnctionis.*

QVÆSTIO PRIMA.

An Sacramentum Extremæ Vnctionis, sit Sacramentum Vnctionis infirmorum ad salutem animæ, & corporis?



ESPONDEO: Affirmative,
Vel si manis. Eſt Sacramē-
tum, quo Præbyter un-
git oleo consecratocertas
partes corporis agroti
probabiliter periclitant-
tis, certa verba preferen-
do. Vel tādem. Eſt Vnctio exterior olei bene-
dicti, in aliquibus partibus corporis à Præ-
bytero facta, sub præscripta forma verbo-
rum. Sic Sot. in 4. diff. 23. quæſt. 1. art. 1.
Nauar. cap. 22. num. 12. Suar. diff. 40. ſect.

4. Reginald. lib. 28. numer. 44. Hurtados
tract. de Extrema Vnctio. diff. 1. Enriq. lib.
3. cap. 8. num. 1. Filliuc. tract. 3. num. 68.
Vialdus, de Extrema Vnctione, num. 2. Bo-
nacin. diff. 7. punct. 1. num. 4. & communis.
Legantur etiam Bellarminius, to. 2. lib. de
Extrema Vnctio. & Valentia, diff. 8. quæſt.
1. punct. 1.

QVÆSTIO II.

*An Extrema Vnctio, ſi verum Sa-
cramentum?*

N E GANT hæretici Voaldens. Albi-
gen. Lutherani, & alij, apud D. An-
toninum, 4. part. tit. 11. c. 7. § 5.
& apud Bellarm. libr. de Extrema
Vnctione.

Sed certissime Respondeo: Eſſe verum Sa-
cramentum. Eſt responsio de fide ex Concil.
Flo-

Florent. in decreto Eug. IIII. Trid. *seff. 14.* *can. 1.* & ex eo docent omnes PP. & DD. S. Thom. *add. 3 p. 3 r. q. 29. ar. 1.* Suarez *tom. 4. diff. 39.* Valentia *tom. 4. diff. 8. quæst. 2.* Becamus, *cap. 27. q. 1. & 2.* Hurtad. *lo. cit. diff. 2.* Bonac. *diff. 7. q. unica pun. 1.* & alij communiter apud ipsos.

QVÆSTIO III.

An fuerit immediate institutum à Christo?

NECA'R VNT Mag. in 4. *diff. 23.* Hugo lib. 2. pag. 15. cap. 2. Alex. 4. p. q. 8. memb. 2. D. Bonauen. *diff. 23. art. 2. q. 1.* & Ioan. Ekius, apud Pessantium, in *add. ad 2. par. q. 33. diff. 1.* & Altissiodorensis apud Palacios *diff. 23. pag. mibi 475.* dicentes: institutum fuisse ab Apostolo Iacob. *cap. 5.* Quod probabile reputat Iauellus *tract. 6. de Extr. Vnct. cap. 2.* dum contraria, veriorem solum vocat.

Sed certissime Respondeo: Affirmative. Quia sic definitum est in Trid. *seff. 14. cap. 1.* & *can. 1.* & ex dictis, de Sacramentis in genere constat. docentque omnes DD. præcipue D. Thom. in 4. *quæst. 22. q. 1. art. 3.* vbi ait: quod omnia Sacraenta Christus instituit per se; sed que sunt difficiliora ad credendum, illa per se promulgavit, alia autem seruanit Apostolis promulganda, sicut Extremam Vnctionem, & Confirmacionem. Vnde à Iacobo fuit istud sacramentum promulgatum, non institutum. Nauarrus *cap. 24. n. 12.* Scot. Sot. & Palacios *ll. cc.* & Angles *art. 5. q. 3.* de Sacram. in genere. Iabellus, & alij communiter apud Enriquez *lib. 3. cap. 7. n. 1.* Qui id ex Patribus, & Cöcilijs, clare demonstrat. Suarez *diff. 39. sect. 1. & 2.* Aegid. *q. 7. 1. à num. 2. & alij.*

QVÆSTIO III.

An fuerit institutum hoc Vnctionis Extrema Sacramentum, illis verbis, Ioa. 30. Quorum remiseritis peccata, &c.

NEGANT Graffius *2. par. decis. lib. 1. cap. 8. n. 4.* & apud ipsum, Patud. & Astensis, *lib. 5. titul. 41. ar. 2.* & alij docentes: institutum esse à Christo Domino Marci. 6. Quando ipse Apostolos suos misit, vt sanarent infirmos, vngendo illos oleo. Negat alij etiā dicentes, institutum fuisse in nocte cœnx; quoad designationem materia, & formæ: quoad potestatem vero illud

administraði, Iannis 20. quād o dedit Apo stolispotestate absoluēdi. Sic Filluc. *n. 67.* Ocahau. *tract. de Extrema Vnct. q. 2. n. 4.* & ex parte Enriq. *lib. 3. c. 7. n. 4.* Alij autē dicunt nullū inueniri insacra lcriptura expressum locum, ubi institutum fuerit; Sic D. Thom. in 4. *diff. 23.* & ibi Sot. *q. 1.* Victor. *q. 213.* Bonac. *pun. 1. num. 3.* Castro *V. vñctio Lublin. V. Extrema Vnctie, in initio.* Alij denique dicunt institutum fuisse, post Resurrectionē, & ante Assumptionē. Sic Hurtad. *tract. de Extrema Vnct. diff. 3.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Insinuatum esse hoc Sacramentum, Marci. 6, vt ait Concil. Trid. *seff. 14. cap. 1.* & cum eo Chatecis mus *pag. 345.* & institutū fuisse; Iannis 20 illis verbis; *Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis.* Sic Enriq. Pessant. *lo. cit. Iauellus lo. cit. cap. 6.* & Torreblanca *lib. 2. præc. cap. 11. nu. 7.* Petrus de Ledesma *tra. de Extr. Vnct. cap. 1. fine.* Suar. *tom. 4. diff. 39. seff. 2. & ex illo Reginald. lib. 28. n. 47*

QVÆSTIO V.

An sit præceptum recipiendi hoc Sacramen tum, sub onere peccati mortalis?

AFFIRMANT Pet. Sot. *le Et. 2. de Sacra men. Extremæ Vnct. Binsfeld. in Enchirid. de vñctio. §. 8. & Tärreb. 2. iuris spiritualis cap. 11. n. 44.* quicitat (sed non bene,) Enriq. *lib. 13. cap. 24.* cum ibi nihil, & oppositum expresse doceat lo. infra citan. Citat etiam Suar. contrariū clare afferentem, vt infra. Fauent tamen huic sententiæ Mag. & D. Bonac. in 4. *diff. 23. 8e* pro illa, in noua editione, citat Bonac. Sotū.

Sed longe probabilius Respondeo: Non esse per se loquēdo; vnde, secluso contēptu, & scandalo, non peccabit, salte mortaliter, hoc Sacramentū omittens. Ratio est. Quia nullibi inuenitur tale præceptū. Sic Enriq. *lib. 3. c. 1. n. 7. & cap. 7. n. 2.* Filluc. *tract. 3. n. 112. ex Suar. diff. 44. sect. 1.* Hurtad. *trac. de Extr. Vnct. diff. 11.* Diana. *3. p. tract. 4. ref. 170. & 5. par. tract. 3. ref. 97.* Villa lob. *lo. 1. tra. 10. diff. 5. n. 1.* Tolet. *cap. 3. n. 5.* Sa. *de Extr. Vnct. n. 5.* Nauar. *cap. 22. n. 16.* Caiet. *in sum. V. Vnctio. Vinal. de Extr. Vnct. 19. n. 9.* Bonac. *diff. 7. pun. 5. n. 10.* Ochagau. *q. 9. num. 2.* Granad. *diff. 6. n. 11.* Layman. *cap. 7. nu. 1.* B. de Ledesma *diff. 8. con. 1. & 2. col. 1119.* Rodrig. *de Vnctio. c. 191. numer. 7.* Vega *de Extr. Vnctione casu 4.* Aegidius de Sacramentis *diffutat. 19. numer. 30.* Nuñus *quæst. 33. artic. 2. diff. 1.* & Molfesius,

ir f. tract. 4. cap. 3. num. 33. & Reginald. lib. 28. num. 71. & 72.

QVÆSTIO. VI.

An saltem, peccet venialiter, qui ex negligencia, hoc sacramentum non vult recipere?

NE GANT Villalob. & Suarez ll. cit. Sed probabilius Respondeo: Peccare venialiter, si nulla ad sit iusta causa illud omittendi. Ratio est, Quia est quædam rerum spiritualium prodigalitas, omittere tantum remedium salutis. Sic Nuns tom. 2. quæst. 23. art. 2. Aegidius disp. 19. dub. ultimo, num. 30. Bonac. Granad. & Layman. ll. cit. Tolet. lib. 7. cap. 3. num. 5 Bartholomæus de Ledesma & Rodrig. lo. cit. & indicant Vega, Diana. ll. cit. & Molfeius lo. cit. num. 33.

QVÆSTIO. VII.

An Parochus, aut Prelatus Religionis, teneatur sub peccato mortali, hoc sacramentum suis subditis ministrare?

RESPONDEO: Teneri perse, vel per alium, Quia ex officio, atque adeo ex iustitia, tenetur saluti suorum subditorum consulere. Sic Enriq. lib. 3 c. 7. n. 2. Suar. tom. 4. disp. 44. secl. 1. Filliuc. n. 96 Bonac. pun. 5. num. 12. Aegid. lo. cit. n. 31. & Posseuin. de Extrema Vnctione n. 3. qui hoc colligit ex Trident. sess. 23. cap. 1. de reformatio. Ochagau. q. 10. n. 1. Layman. cap. 7. num. 3. & communis.

QVÆSTIO. VIII.

An etiam, cum periculo vitae, ut tempore pestis, teneatur Parochus hoc Sacramentum Conferre?

AFIRMANT absolute aliqui apud Filliuc. num. 97. & apud Victorellum in annot. ad n. 41. & 42. Posseuin; & tenent expresse Nunus tom. 2 quæst

33. diff. & Silvius 2. part. quæst. 32. art. 3. Ioan. Echius in homil. olimma dominica 2. post. pascha, & Ledenicus in Summa, parua cap. 136. dub. 3.

Alij probabilius Respondent: Non teneri: eo quod non sit Sacramentum necessitatis. Sic Nauar. 24 num. 10. Suarez. disp 44. secl. 3. num. 20. Filliuc. num. 100. Victorell. lo. cit. Villalob. tom. 1. tract. 10. diff 6. n. 7. Diana lo. cit. ref. 164. & 5. par. tract. 3. ref. 83. & 93. qui & citat Molfeius tom. 1. tract. 4. cap. 3. num. 51. & Hurtadum de Extrema Vnctio. diff. 12.

Sed Probabilius omnibus, Respondeo: Non teneri quidem, nisi in casu; quo in firmus, absque ullo Sacramento, moreretur, & timeretur eius aeterna damnatio. Quia tunc, iam esset illi hoc Sacramentum ad salutem necessarium. Sic Armilla V. Episcopus num. 6. Tabiena. num. 5. Aegidius lo. cit. num. 31. Ochag. quæst. 10. num. 11. & sequent, & alijs apud Dianam ll. cit.

QVÆSTIO. IX.

An, simplex Sacerdos teneatur sub peccato mortali administrare hoc Sacramentum, tempore necessitatis si, licite, & facile possit?

RESPONDEO: Non teneri sub peccato mortali; sed sub veniali tatum ex lege Charitatis. Nisi alias, vt nuper diximus, in casu, quo infirmus hoc Sacramentum Extremæ Vnctionis, extreme indigeret. Sic Authoræ cit. Layman tract. 8. cap. 7. num 3. Diana tract. 4. cit. resol. 170. & Ochagauia, quæst. 10. cit. num. 2. Vbi. Sic ait: Secundo certum est, simplicem Sacerdotem, non teneri ex officio administrandum hoc Sacramentum. Unde neque ex iustitia, solum autem ex charitate deficiente Parochio teneri simplex Sacerdos ministrare hoc Sacramentum, quoties potest sine graui incommodo suo. Patet, quia hoc Sacramento maxime indiget in firmus, & debemus succurrere ex lege charitatis graui necessitati proximi, quoties possumus, sine graui incommodo nostro. Sic ille ibi & num. 6. & communis.

DISPUTATIO SECUNDA.

De Materia, & Forma Extremæ Vnctionis.

QUÆSTIO PRIMA.

An materia remota Extremæ Vnctionis, sit oleum oliuarum?

ESPONDEO: Affirmative. Est responsio de fide, habita in Concil. Florent. & Trident. *seff. 14. cap. 1. &c. 3.* & probatur ex illo Iacobi. 5. *Vngentes oleo, &c.* Sic omnes DD. qui bene probant, hanc materiam decuisse. Quia sicut oleum lenit dolorem, emollit, penetrat ad intima, affert hilaritatem, restituit integrum sanitati, significat pinguedinem, & robur gratiae, & spiritus contra iustam. Sic hoc Sacramentum, haec omnia spiritualiter efficit. Ita D. Thom. *quæst. 29. art. 4. Sot. art. 3. Victoria. num. 199.* & alij apud Enriquez *lib. 3. cap. 8. num. 2.* & in *Glossa lit. B. Ochagavia loc. cit. quæst. 3. num. 2. Archangelus diff. 23.* & communis.

QUÆSTIO II.

An sit necessarium, Quod tale oleum, Sit benedictum ab Episcopo?

NEGANT Palud. & Durand. apud Victoriā *quæst. 216.* Quatenus affirmant, posse Papam vngere oleum non consecrato. Ita etiam tenet Maldonatus de Extrem. *Vnctio. quæst. 1.* quemcirca, & sequitur Mollesius *tract. 4. cap. 2. num. 22. & cap. 3. num. 25.*

Sed Respondeo oppositum, & dico; esse necessarium. Quia sic expresse habetur in *cap. vnco.* de *Sacram. vnc. in Trid. seff. 14. cap. 1.* & ratio est. Quia (vt supra *diff. 3. de Confirmatione, quæst. 4.* est habitum) ubi est materia extrinseca Sacramentorum, qua Christus nō est vsus, requiritur benedictio. Sic omnes DD. cum D. Thom. 3. *par. quæst. 72. ar. 3.* & in add. *quæst. 29. art. 5.* Ledesma *q. 31. art. 5.* Soto *art. 5.* Enriquez *loc. cit. & lit. F.* (vbi etiam, pro hac parte, citat,

sed non ita bene; Paludanum, & Durandū) Archangel. *diff. 23. pag. 269.* Reginald. *no. 50. ex Suario diff. 40. secc. 1.*

QUÆSTIO III.

An, huiusmodi olei benedictio, sit de necessitate Sacramenti, an tantum de necessitate præcepti?

AFIRMANT esse tantum de necessitate præcepti Victor. *num. 118.* Torreblanca, de iure spirituali *lib. 2. cap. 11. n. 12.* & probabile reputat Pessantius *loc. infra citan. Palud. & Caiet. cit. diff. 3. q. 5.* de Confirm. & inclinat aliqualiter Vialdi *loc. cit. num. 4.* & tenent expresse Enriquez *loc. cit. lit. G. Maldonatus, & Mollesius, loc. cit.*

Sed longe probabilius Respondeo: esse de necessitate Sacramenti. Quia Concil. Florent. & Trid. *II. cit. absolute docent, & definiunt, materiam Extremæ Vnctionis, esse oleum ab Episcopo benedictum: tū sic;* Sed teste eodem Concilio, si aliquid horum trium desit, scilicet, vel materia, vel forma, vel minister cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non perficitur Sacramentum: Ergo de necessitate, & essentia Sacramenti Extremæ Vnctionis erit, vt oleum sit per Episcopum benedictum. Sic S. Thom. *loc. cit. Silu. V. Vnctio q. 1. Sot. diff. 23. q. 1. ar. 4cō. 4. Nūnus q. 29. ad ar. 5. & 6.* Pessantius in add. *ad 3 par. q. 33. diff. 1. Aureol. in 4. d. 23. art. 1.* Bartholomaeus de Ledesma de Extrem. *Vnct. diff. 3. concl. 4. col. 1103.* Petrus Cañedo de Extrem. *Vnction. cap. 1. pag. mihi 245.* Tolet. *lib. 7. cap. 1.* Rodriguez de Extrema Vnctione *tom. 2. c. 191. n. 1.* Ochagau. de Extr. *Vnct. q. 3. num. 3. & 10.* Suarez. *diff. 49. sect. 1. n. 6.* Filliuc. *n. 72.* Hurtado. *diff. 4.* Vialdi. *loc. cit.* Eslius *diff. 23. §. 9.* Lodou. *ar. 2. diff. 3. pag. 728.* & Palacios *diff. 23. pag. mihi 478.* docens: ita à Domino fuisse institutum, forte, vt effectus huius Sacramenti, non natura olei tribueretur; sed potius eius sanctificationi. Sic etiam Graffius *2. par. lib. 1. cap. 8. n. 19. pag. 16.* Archangel. *diff. 23. pa. 270.* Bonac. *diff. 7. pa. 2. n. 3.* Beccanus *cap. 27. q. 3.* Reginaldus *lib. 28. num. 50.* & communis.

QVÆSTIO III.

[An, ex comissione Pontificis, possit Simplex Sacerdos, tale oleum benedicere?

AFFIRMANT Palud. & Durand. quos citat, & sequitur Victor. quæst. 113. & 119. Palacios diff. 23. pag. mibi. 480 Enriquez lib. 3. cap. 8. num. 2. Sot. diff. 23. q. 1. art. 3. Pessantius, Turreblan. lib. cit. Ludouic. l. c. diff. 4. con. 2. pag. 728. Viuald. de materia vñct. n. 6. & probabile reputant Valentia diff. 8. quæst. 1. punct. 2. Bonac. & Petrus Cañedo lib. cit. Graffius par. 2. lib. 1. cap. 8. num. 5. fol. mibi. 5. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Ratio est. Nuper adducta. Nam Papa, non habet potestatem supra materiam Sacramentorum: at materia Extrema Vnctionis, est oleum benedicendum per Episcopum: Ergo necessario debet ab ipso benedici. Sic S. Tho. lo. cit. Suar. diff. 49. sect. 1. num. 3. Hurtad. diff. 4. Filliuc. num. 72. S2. num. 6 & ibi. Victorell. Agid. diff. 19. num. 6. Ochag. q. 3. n. 3. Tanner. dub. 1. quæst. 2. Azor. tom. 2. par. 2. lib. 5. cap. 1. q. 10. Granad. tom. 5. de Extrema Vnct. diff. 2. Lublin. lo. cit. num. 12. Layman cap. 2. num. 1. (qui tamen male citat Paludanum pro hac sententia) Nunquid quæst. 29. art. 6. concl. 2. & Archangelus diff. 23. pag. 271. col. 2. & alij.

QVÆSTIO V.

[An, oleum oliuarium benedicendum ab Episcopo, alia benedictione, quam benedictione consueta Ecclesie, sit sufficiens materia Extrema Vnctionis?]

RESPONDEO. Quod sic. Primo. Qui Christus Dominus, non prescripsit formam alicuius benedictionis. Secundo. Quia quocumque modo benedicatur, vere dicitur, oleum benedicendum ab Episcopo: Ergo sufficiens erit. Verum est, quod necessitate pracepti, obseruanda est forma ab Ecclesia prescripta. Sic Bonac. diff. 7. punct. 2. num. 4. Hurtado diff. 4. Valent. 4. tom. diff. 5. quæst. 1. punct. 2. vers. Quæstio autem: Ochagau. quæst. 3. num. 10. Nugnus. quæst. 29. ad art. 6. Reginaldus lib. 28. num. 50. & communis.

QVÆSTIO VI.

[An, sit validum Sacramentum Extremae Vnctionis, si in necessitate, aut per errorem, Sacerdos, vngat in firmum Chrismate, aut alio oleo, praeter oleum infirmorum, modo sit ab Episcopo benedicendum?]

NEGLANT Viuald. de materia Confirmationis num. 7. Bonac. lo. cit. n. 5. Naldus num. 4. Nuñus quæst. 29. art. 6. Reginald. lib. 28. num. 50. & Valencia diff. 8. cit. quæst. 1. punct. 2. Bellar. & Digidian. apud Bonacinæ. & Guillel. Estius in 4. diff. 23. §. 9. Bartholomæus de Ledesma, diff. 3. con. 3. col. 1103. & Graffius lo. cit.

Sed probabiliter Respondeo: Esse validum. Primo. Quia sic ex nuper dictis, clare deducitur. Secundo, quia olim, Ecclesia vñ fuit Chrismate, pro oleo ad vngendos infirmos; vt constat ex cap. Illud superfluum diff. 95. Sic Sot. diff. 23. art. 3. Enriquez, lib. 3. cap. 8. num. 2. Suarez tom. 4. diff. 19. sect. 1. Filliuc. numer. 63. Layman lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 3. Ochag. quæst. 2. cit. num. 11. Tanner. lo. cit. 8. inclinat Grando lo. cit. (immo & docet; hoc ipsum, P. filius lo. cit. in casu, quo in Chrismate, olei natura permaneat, & benedictio necessaria ad sit.) Ludou. in parua summa, pag. mibi 34. num. 2. vbi sic ait: Nose puede dar la Vnction con Chrisma de azeite, y balsamo, o o co azeite de Catecumenos, mas si se diere, sera verdadero Sacramento. Sic ille. & ante ipsum, Archangelus diff. 23. pag. 280. col. 2.

QVÆSTIO VII.

[An oleum oliuarum ad mixtum cum liquore alio, sit materia sufficiens huius Sacramenti?]

RESPONDEO, ex sepe dictis, Affirmative: dum modo ad mixtum sit talis, vt oleum non exuat naturam propriam. Ex quo colligitur oleum rosaceum esse sufficientem materiam huius Sacramenti: Si alias non sit multum corruptum. Sic S. Thom. diff. 23. quæst. 1. ar. 3. Sotus ibidem. Bonac. diff. 7. punct. 2. num. 7. qui citat Enriquez, Victorell. & Posseuin. qui Doctores, vñlo immodo de hoc casu loquuntur, tenent, ex parte Victor. quæst. 218. Viuald. de materia Extrem. Vnctionis. num. 2. & alij.

QVÆS.

QVÆSTIO. VIII.

*An, Parochus possit licite miscere oleum
consecratum, cum non consecrato; si ti-
meat, quod oleum consecratum
non sufficiat?*

RESENDEO. Posse; dum modo oleum, quod additur consecrato sit minoris quantitatis. Ratio est; Quia extrema olei non consecrati, ita permiscentur cum extremis olei consecrati, ut simul utrumque consecratum censeatur. Sic Enriquez lib. 3. cap. 8. num. 2. & apud ipsum; D. Thomas, diff. 1. 2. 1. 2. 6. & 3. parte. quest. 87. art. 3. Tabiena; verb. Aqua, §. 2. vbi Silvester, §. 3. cum Angelo. Rossella, Panormitano, & Glosa, Posseuin. cap. 9. numer. 2. Bonac. loc. cit. nu 8. Gran. disp. 2. Anton. de Hinojosa, in suodirectorio decis. Regul. V. baptismus, fol. 49. Torreblanca lib. 2. cit. cap. 11. num. 17. & alij statim citandi.

QVÆSTIO IX.

*An, casu, quo oleum non consecratum ad-
ditum consecrato, sit in maiori
quantitate totum remaneat
consecratum?*

AFFIRMAT adhuc, Hinojosa, lo. cit. cui fauet Naldus, verb. Extrema vntio, num. 4. per hæc verba. Aduentum erit, etiam nō sacrū adhibitum sacro, modo tamen quantitas non sacri sit minor, aut certè non sit notabiliter maior, secundum omnes effici Sacramentum. Sic ille, & innuit Hurtado, difficultate 4. in principio.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo manere; nec in talis casu esse veram materiam extremæ vntionis. Sic authores citati, & Ludouicus de san Iuan, art. 2. diff. 6. pagin. 729. & in summa parua, pag. 84. num. 2.

QVÆSTIO X.

*An, sit de necessitate Sacramenti,
Quod oleum sit, eo anno,
benedictum?*

RESENDEO: Quid non. Quia nullum in hoc requirit. Sic omnes Doctores. Legantur citati.

QVÆSTIO. XI.

An saltem, sit de necessitate præcepti?

AFFIRMANT Posseuin. cap. 9. num. 1. Bonac. disp. 7. pun. 2. nn. 6. & Zambran. quem citat, & sequitur Diana, tract. 4. ref. 176. & alij apud ipsos, dicentes: non excusari Parochum à peccato mortali, si oleum alterius anni adhibeat, nisi aliud suadeat necessitas.

Sed probabilius Respondeo. Non esse de necessitate præcepti, & ideo non peccare mortaliter illum, qui oleo veteri vngere infirmos. Ratio est. Quia non est præceptum obligans ad mortale, ut renouetur oleum singulis annis. Nam de solo Chrismate præcipitur in cap. si quis de alio. deconsecr. diff. 4. Sic Enriquez lib. 3. cap. 8. num. 2. Sa. n. 6. & ibi, Victorell. sibi contrarius in add. ad num. 1. Posseuini. Vbi sati's lubrice loquitur. Ledesma, tom. 1. de Sacramento vñct cap. 2. in fine, & inclinat Layman, cap. 3. n. 4. Lublin. V. Extr. vñct. num. 19. vbi dicit: ita post longā consultationem sensisse Theologos, & utri jusque iuris peritos Salmanticæ. Quod idem antea testificatus est Enriquez lo. cit. Idē docet Ludouicus de S. Iuā nouissime in summa parua, art. 5. de Extrema vntione num. 1. pag. 83.

QVÆSTIO XII.

*An, una gutta olei, sit sufficiens, in unaqua-
que vntione, ad conferendum
hoc Sacramentum?*

NECIANT Filiuc. num. 78. Reginald. lib. 28. cap. 9. num. 5. 3. Suarez, diff. 40. sett. 2. num. 5. Granad. diff. 2. num. 4. Marchinus, de peste part. 3. cap. 6. num. 14. Valentia, Posseuin. & alij Doctores, qui docent; non sufficere unam guttam aquæ, ad validitatem baptismi; de quo tract. de bapt. diff. 2. quest. 3.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere; Primo. Quia, ut quæstione cit. est habitum, una gutta aquæ sufficit ad conferendum baptismum: Ergo, & una olei, ad conserendum Extremæ vntionem. Secundo. Quia, qui una stilla olei vngit, vere dicitur vngere: Ergo. Sic debent tenere Enriq. Vazquez. Hurtad. Ochagau. sup. cit. & probabile reputat Diana tract. 4. lo. cit. & ref. 177. Immo, & iam tenet expresse 5. par. tract. 3. ref. 88. Tenet etiam Tannerus dub. 1. quest. 2.

QVÆSTIO XIII.

Quæ am sit materia proxima huius Sacramenti?

RESPONDE O. Qod est vñctio ex oleo benedicto facta; Est responsio certa, & patet, primo, ex illo Iacobi 5. *vngentes oleo*. Secundo. Quia sacramenta, quæ in usu consistunt, habent pro materia proxima usum materiz remotæ. Sic omnes Doctores. Egid. disp. 19. dub. 2. Enriquez, lib. 1. cap. 8. num. 2. & lib. 3. cap. 8. num. 4. Bonac. disp. 7. puncto 2. num. 9. Reginal. lo. cit. num. 51. & communis.

QVÆSTIO. XIII.

An sit de necessitate huius Sacramenti, quod vñctiones fiant informam Crucis?

AFFIRMAT Iabellus tom. 2. tract. 6. de Extrema Vnct. cap. 3. per hæc verba: Quantum ad formam aduerte, quod sicut in alijs sacramentis forma consistit in verbis, & opere: Sic & in hoc: v. g. in baptismo, forma consistit in his verbis: *Ego te baptizo, &c.* Et in tria immersione in aqua. Sic & in hoc Sacramento forma consistit in his verbis. Peritam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam dimitat tibi Deus, quidquid per visum peccasti: Et in hoc opere, scilicet, inscriptione membrorum per modum Crucis, dum liniuntur. Sic ille. Et esse sententiam probabilem, satis clare insinuat Petrus de Ledesma, cap. 2. de Extrem. Vnctione diff. 2. concl. 2. probarique potest, quia de necessitate Confirmationis est quod eius vñctio fiat permodum Crucis, ut supra tra. 3. disp. 3. quest. 11. est habitum; & in vn Ergo, ratione extrema.

Sed longe verius, & probabilius Respondeo: Quod non sit. Quia, nullo textu, aut sufficienti ratione, hoc probari, potest. Neque obstat ratio dubitandi. Est enim magnum discrimen, inter Confirmationem, & Extremam Vnctionem; quia informa illius, exprimitur, fieri debete in modum Crucis, ut supra; in huius vero forma, minime. Sic ipsam Petrus de Ledesma. Siluester verb. Vnctio § 2. Enriquez, lib. 3. cap. 8. num. 2. lit. M. Possevinus, de Extrema Vnctione, num. 5. Bonac. lo. cit. pun. 2. num. 9. Suar. disp. 40. se et. 2. Reginal. lo. ci. & communis;

QVÆSTIO. XV.

An saltem sit de necessitate præcepti; Quod fiant, informam Crucis?

AFFIRMANT Silvest. V. Vnctio n. 2. Bonac. diff. 7. puncto 2. num. 9. in noua editione Nuñus 3. p. q. 29. ar. 6. Petrus Ledesma tom. 1. cap. 2. de Extrema Vnctione, concl. 1. & Ludeu. de Extrema Vnctione q. unica, art. 2. diff. 2. pag. mibi 727. Glossa, cap. Nunquid. de Consecratione dist 5. Moure, 3. par. exam. cap. 1. §. 7. & inclinat Torreblanca lib. 2. cit. cap. 11. nu. 21.

Sed probabilius Respondeo: Non esse de necessitate præcepti; unde, etiam extra causum necessitatis, si Sacerdos vng eret, non cum forma Crucis, minime peccaret mortaliiter. Ratio est. Primo; Quia non extat de hoc præceptum. Secundo, quia materia non est grauis. Sic Suar. tom. 4. disp. 40. se et. 2. num. 3. Filliac. num. 75. Zambran. cœm citat, & sequitur Diana, 3. p. tract. 4. cit. ref. 168. & ref. 178. Egidius, disp. 19. dub 2. n. 7. Rodrig. de Vnctio. cap. 191. num. 2. Regin. lib. 28. n. 51. Becanus quest. 3. Layman, cap. 3. num. 7. Peccaret tamen venialiter, si absque necessitate id efficeret, iuxta predictos Authores, præcipue Ochagau. quest. 3. num. 5. Granad. disp. 2. nu. 4. quod certè adhuc dubito. Quia (vt ait Molles. cap. 3. cit. num. 26.) Vnctio dieta, siue fiat per modum Crucis, siue quouis alio modo, non interest; quia nec adest determinatio Conciliorum, nec traditio Ecclesie, nec alicuod præceptum Ecclesiasticum, vt fiat signo Crucis, prout est in Sacramento Confirmationis, & sic facis est, quo cumque modo, fiat Vnctio sacra. Sic Mollesius.

An sit de necessitate Sacramenti, quod fiant, manu immediata Sacerdotis?

AFFIRMARE deberent Authores; qui affirmant esse de necessitate Sacramenti Confirmationis, eius Vnctione fieri, manu immediata Episcopi, sed non affirmant.

Respondeo Ergo: Non esse de necessitate Sacramenti. Constat ex dictis tract. de Confirm. disp. 3. quest. 12. & tenent ytriusque sententia Doctores ibi dem cit. & statim citandi.

QVÆS-

QVÆSTIO XVII.

*An saltem sit de necessitate
præcepti?*

AFFIRMANT communiter DD. Quia sic præcipitur in Rit. & cærem. Rom. Vnde, iuxta horum sententiam, tempore dūtaxat pestis, licite administrari potest hoc Sacramentum, non digito, sed medio aliquo decenti instrumento. Sic Suarez, disp. 44. sect. fin. Diana, 3. part. tract. 4. ref. 22. & 167. & 3. p. tract. 3. resol. 79. Sylvius, Chapeauilla, Præpositus, Barboza, & alij apud ipsum. Torreblanca de iure spirituali, lib. 2. cap. 11. n. 22. & Concil. Mediol. 5. Layman, cap. 8. num. 1. Quod verum censeo, nisi alias obstat contraria consuetudo. Vix enim in Ecclesijs Hispaniæ; vbi regulariter, & omni tempore, non immediaita manu Sacerdotis, sed circula aurea, vel argentea, ad hunc usum deputata, datur Sacramentum huiusmodi.

QVÆSTIO XVIII.

An sufficiens forma huius Sacramenti sit b.e.c. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quidquid deliquisti per vitium, vel auditum, &c.

Amen?

NEGLANT Angel. V. Vnctio. extr. nū. 2. Armilla eo verbo, num. 2. P. Cañedo, c. 1. de Extr. Vnct. pag. 245. Fabius in suo scrut. Sacerd. de Extrema Vnctione, pag. 45. Lublinus V. Extr. Vnct. initio. Quia existimant debere addi prædictis verbis, hæc, scilicet: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Sed certissime Respondeo: Esse sufficien tem. Sic enim habetur in Concil. Florent. & Trident. & cærem. Romano. Nec vlla specialis est necessitas inuocandi Sanctissimā Trinitatem; cum hoc Sacramentum, non sit professio fidei, sicut est Baptismus; neque ad illam armat, vt Confirmatio; vnde neque de præcepto, sunt prædicta verba necessario ad denda. Sic Enriq. lib. 3. cap. 8. nu. 4. vbi lit. A, dicit: *Esse veram, & communem sententiam, Egidius, disp. 19. dub. 4. num. 15. Filliuc. num. 86. Pitigian. Birthol. ab Angelis, quos citat, & sequitur Bonac. disput. 7. punct. 3. numer. 2. & Diana lo. cit. ref. 175.* (qui licet male addat prædicta verba; dicit

tamen; non esse necessaria.) Tenent etiam Ochagau. quæst 4. num. vlt. Petrus de Ledesma de Extrema Vnctione, cap. 3. Molsefius, tract. 4. cap. 3. num. 27. Suarez, disput. 40. section. 3. Reginald. lib. 28. nu. 54. Bécanus, q. 4. & communis.

QVÆSTIO XIX.

An si quis omittet illa verba: Et suam piissimam misericordiam, valide Conficeret Sacramentum?

NEGLANT Nuñus, quæst. 29. art. 6. cen clus. 4. Cui satis fauent Hurt. diff. 7. Egid. diff. 19. nu. 15. & Granad. in eo quod, duo vltimi, remanent valde dubij, ille vero, solum vocat verisimilem, opinionem contrariam.

Sed probabilis Respondeo: Conficeret. Nam hæc verba, non sunt de substantia formæ; cum illis omissis, integer adhuc maneat sensus formæ. Sic S. Thom. in 4. diff. 23. q. 1. art. 4. quæst. 3. Suar. disp. 40. sect. 3. num. 13. Regin. lib. 28 num. 56. Filliuc. nu. 85. Egidius, disp. 19. dub. 4. num. 15. Layman, & Pitigianus, quos citat, & sequitur Diana, tract. 4. resol. 175. & 180. Angles de Extrema Vnctione, art. 1. diff. 5. Enriq. libr. 3. cap. 8. num. 3. Bonacir. lo. cit. num. 4. Ochagau. q. 4. num. 5. Pesantius in add. quæst. 33. diff. 1. P. Cañedo, lo. cit. Nicol. Ploue de Extr. Vnctione, pag. mibi 34. Archangel. diff. 23. pag. 273. Vbi docet: Esse validum Sacramentum, hac forma datum: *Per istam Vnctionem dimittat tibi Dominus quidquid commissisti, &c.*

QVÆSTIO XX.

An qui scienter illas particulas omitteret, peccaret mortaliter?

AFFIRMANT Suar. Filliuc. Egid. & Hurt. ll. cc. ob confuetudinem, & præceptum Ecclesiæ.

Sed æque probabiliter, Respondeo: Solū peccare venialiter, secluso contemptu, & scalo. Quia illorū verborum omissio, nō est, per se grauis; cum absque illis integer permaneat sensus formæ: præcipue, quod in illis verbis. *Indulget tibi Deus.* Satis postulatur actus misericordiz, ad quem exorandum prædicta verba, suam piissimam misericordiam, ponuntur. Vnde Cathech. Rom. quæst. 6. de Extrem. Vnctione, pagin. mibi 248. &

Nicol. Ploue loc. cit. hæc verba, revera, omitunt. Ergo sentiunt, quod non sunt, adhuc de precepto. Sic innuit Granad. disp. 3. n. 6. & Diana, resol. 175. cit. infine, & clare constabit ex dicendis infra, de forma absolutio-
nis, tract. de Pœnitentia. disp. 2.

QVÆSTIO XXI.

*An, omittens illa verba, pervisum, per auditum, &c. valide conficeret Sa-
cramentum?*

AFFIRMANT Aureol. in 4. dist. 23. art. 1. Vbi ait: *Quod forma huius Sacra-
menti sit hæc. Per istam Sacram Un-
ctionem parcat tibi Dominus.* Bonac. & Hurtad. Qui pro hac sententia citant Egidium lo. cit. (sed male, cum nihil de his particulis loquatur) Reginald. lib. 28. n. 56. Diana, res. 175. cit. infine, qui statim sibi contraria-
tur. Tenent & alij communiter.

Sed probabilius Respondeo: Non confi-
re Sacramentū. Ratio est. Quia prædicta ver-
ba, sunt de substantia formæ. Probatur pri-
mo. Quia per illa, explicitur effectus Sa-
cramenti. Secundo. Quia, illis particulis ab-
latis, avertitur integer sensus formæ, ut co-
stat: Ergo. Sic Nuñus, lo. cit. & Diana, sic di-
cens: *Igitur de necessitate Sacramenti, suf-
ficiunt illa verba: per istam Unctionem indul-
geat tibi Deus quidquid per visum deliqui-
sti, vel per auditum, &c.* Tenent etiam An-
gles, lo. cit. & alij.

QVÆSTIO XXII.

*An, sint de necessitate Sacramenti illa
verba, Sanctam, & piissimam?*

RESENDEO: Negatiue. Quia, illis o-
missis, adhuc sensus formæ manet, in-
teger. Sic Regin. & Pitigian. quos ci-
tar, & sequitur Diana, tract. 4. cit. Res. 175.
Quibus ego addo Nuñum, quest. 22. art. 9.
concl. 2. Bonacinam, punct. 3. num. 4. & apud
ipsum, Egidium. Secus dicendū puto de illis
verbis: *Per istā Unctionē* (aut de alijs, his ex-
quivalentibus; ut sunt *Vn go te, Oleo Sancto*
&c. vt infra) videlicet, esse de necessitate
Sacramenti: quidquid Cañedo lo. cit. dicat,
formæ præcisæ huius Sacrameti esse ista: In-
dulgeat tibi Deus, quicquid peccasti per vi-
sum, sive auditum, &c. In nomine
Patris, & Filii, & Spiritus
Sancti.

QVÆSTIO XXIII.

*An, sit de necessitate Sacramenti Ex-
tremæ Unctionis, quod eius for-
ma proferatur, modo de-
precativo?*

NEGANT Becanus, cap. 27. q. 7. n. 11.
Ricard. in 4. dist. 23. art. 1. q. 4.
Palud. q. 1. art. 2. Albertus, art. 4.
Duran. q. 3. Tannerus, dub. 1. Quia
existimant, ad valorem Sacramenti suffi-
ciente formæ, modo indicativo, vel deprecati-
vo, prolatam. Idem docuit Aureol. in 4. dist.
23. art. 1. §. Sed de forma, vbi sic ait: in qui-
busdam Ecclesijs forma ista est indicativa,
puta: *Per istam Sanctam Unctionem parcit
tibi Dominus.* In alijs est imperativa: *Sed
verba Iacobividetur habere formam opta-
tiuam, &c.* Ideo dicendū est, quod forma ver-
borum, indifferenter potest esse indicativa,
& optativa, sicut de forma baptismi, quæ est
apud Latinos indicativa, sed apud Græcos
optativa; & ideo consuetudo in talib[us] est
seruanda, & peccaret grauiter, qui consuetu-
dinem immutaret. Sic ille. Et id probabile
esse, iuvit Ochagau.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Vere
esse de necessitate Sacramenti: Quod modo
deprecativo proferatur. Primo. Quia id cla-
re colligitur ex illo Iacobi 5. *Orent super
eum, & oratio fidei alleuiabit infirmum.* Et
ex Florentino, & Trident. ses. 14. cap. 1. Se-
cundo. Quia duas formæ, non possunt esse in-
stituta pro uno Sacramento, nisi sint æquiva-
lentes in sensu; at forma deprecativa, in om-
nium opinione, est sufficiens: Ergo indica-
tiva, si non habet æquivalentem sensum, nō
sufficiet. Sic S. Tho. in 4. dist. 23. q. 1. art. 4.
ad 3. Sotus ibidem, art. 4. Ledesma, q. 31.
Enriquez, lib. 3. c. 8. n. 3. Nuñus, q. 33. art.
6. Suar. disp. 40. sect. 3. n. 6. Filiuc. n. 80.
Egidius, disp. 19. dub. 4. Bonacin. punct. 3.
num. 3. Hurtad. dist. 7. Ochagau. quest. 4.
num. 4. Granad. disp. 2. numer. 4. infine, &
Diana, tract. 4. cit. resolut. 175. Rodrig. 2.
191. num. 4. Nicol. Ploue. loc. cit. Reginal-
dus, lib. 28. num. 55. Archangelus, dist. 23.
pag. 273. col. 1. Vbi notat, quod si aliquæ
Ecclesiæ vtuntur verbis indicativi modi
(vt fertur de aliquibus, quæ ita dicunt: *Vn-
go bos oculos, oleo Sanctificato, in nomine
Patris, &c.*) Vel nihil conficiunt, vel vtun-
tur illis, tanquam præambulo, & dispositio-
ne quadam ad formam, non quod forma ipsa
exi-

existant, nisi ita proferrerentur. *Vno* *hos oculos, Oleo Sanctificato, vt indulget tibi Deus, quidquid deliquisti, &c.* Sic ille, & bene.

QVÆSTIO. XXIII.

An, conferre t validum Sacramentum, qui bac forma vteretur: Vno te Oleo Sancto, vt per suam misericordiam indulget tibi Deus, quidquid per visum, &c. de liquisti?

NE GANT Nuñus, lo.cit.art.8. Bonacina, Hurtado, & Petrus Cañedo, ll.cit.

Sed probabilius Respondeo: Quod conferret Validum Sacramentum, licet peccaret. Ratio est. Quia hac forma, verè est deprecationis, cum verbo indicatio, sufficiens ad iungatur deprecatio: Ergo. Sic Suarez, Filliuc. Enriquez, Sot. & Diana ll. cit. Regin.lib.28. num. 55. Toletus, lib.7. cap. 1. Laymat, lib.5. tract.8. cap. 3. num. 1 & Angleslo .cit. Viuald.de forma Extrem. Vnctionis, num. 6. Molfesius lo. cit. num. 31. & apud illum, Maldonatus. Sic etiam Archangelus lo. cit. Ochagau. quæst. 4. num. 5. Ex quo colligit, non esse essentialia illa verba, videlicet. *Per istam Sanctam Vnctionem, Cū posset dici. Vno te Oleo Sancto, &c.* Sed male id colligit, sunt enim essentialia, vt constat ex dictis, quæst. 22. & docet etiam Nuñus lo. cit.

QVÆSTIO. XXV.

An, hoc Sacramentum habeat formam determinatam, iure diuino?

NE GANT Torreblanca, libr.2. de iure spirituali, cap.11. num. 25. qui citat pro sua sententia, Enriquez, & Valentiam, sed male profecto; vt infra.

Sed certissime Respondeo: Affirmative. Quia (vt supraesthabitum) materia, & for-

ma omniū Sacrauentorū, iure diuino, sunt determinatae: Ergo forma huius Sacrauenti tradita à Concil. Florent. & Trident. saltem quoad substantiam, de iure diuino erit. Sic Filliuc. num. 79. & communis. Legatur Archangelus, dift. 23. pag. 273. Vbi contraria sententiam erroneam; imo, & hereticam, appellat; quoniam, teste Concilio Trident. Beatus Iacobus in verbis illis: *Infirmatur quis, &c. docet; materiam, formam, Ministrum, & effectum huius Sacrauenti,*

QVÆSTIO. XXVI.

An forma Extremæ Vnctionis, qua nunc vtitur Ecclesia, sit de necessitate Sacrauenti?

NE GANT Viuald. vbi de forma, num. 4. Victor. quæst. mibi 220. & apud ipsum, Palud. & Durand. & alij afferentes; posse Ecclesiam mutare formam huiusmodi deprecationis, in aliam non deprecationis.

Sed longe probabilius Respondeo: Esse de necessitate Sacrauenti; nec posse Ecclesiam mutare prædictam formam in aliam non deprecationis; aut deprecationis; si non seruet eundem sensum substantialem. Ratio est. Quia hoc Sacramentum debet, iure diuino, habere formam determinatam: at non habet aliam, quam illam, qua nunc, ex Concilijs tradita, vtitur Ecclesia (si quæ enim alia referuntur, omnes reducendæ sunt ad hanc, quoad sensum substantialem, vt supra est habitum) Ergo. Verum est, quod Ecclesia potest mutare formam, qua nunc vtitur, in aliam similem, seruato tamen eodem sensu; quia verba formaliter, quibus administrandum sit hoc Sacramentum, non sunt iure diuino præscripta. Et in hoc sensu loquitur sicut Enriquez, libr.3. cap.8. numer. 3. in fine, & Valentia, Nauar. cap. 22. numer. 15. & alij Doctores. Estque communis sententia, & eam expresse docent Tolet.

lib.7. cap. 1. in fine, & Archangelus lo. cit. pag. 273.

DISPUTATIO TERTIA.

De Subiecto Extremae Vnctionis.

QUÆSTIO PRIMA.

An, omnis homo sit capax huius Sacramenti?

REPONDEO. Quod non: Sed solum homo fidelis, de vita periclitans, qui vel ratione vatur actu, vel ante, illa usus sit. Sic ex Concilio Florentino in instructione Armenorum, docent omnes Doctores S. Thomas. dist. 23. quæst. 2. art. 2. Sotus ibidem. Suar. tom. 4. disp. 42. sect. 1. Filiuc. tract. 3. cap. 5. num. 101. Egidius disp. 19. dub. 7. Bonac. disp. 7. quæst. unica, pun. 5. n. 1. & alij.

QUÆSTIO II.
An, Infantes, ante usum rationis sint capaces huius Sacramenti?

AFFIRMANT Maior. dist. 23. §. contra secundam con. ad 2. & Bellarm. de Vnct. cap. 9 in fine.
Sed Respōdo: Nullo modo esse capaces, Quia de pueris, ante usum rationis, nequit verificari forma huius Sacramenti, nempe, quid quid peccasti, &c. Nemo enim peccare potest sine usu rationis. Sic S. Thom. in add. q. 32. ar. 1. Nauar. cap. 22. num. 13. Sot. quæst. 2. art. 2. Angel. Siluest. Armilla, Ledesma, & alij, quos citat, & sequitur Enriquez lib. 3. cap. 11. num. 9. Filiuc. num. 101. Sanctius in select. disp. 27. num. 10. prope finem. Ochagau. quæst. 5. num. 16. qui etiam citat D. Thom. in 4. dist. 23. quæst. 2. art. 2. quæst. 4. Granad. disp. 6. numer. 4. Nihilus quæst. 2. art. 2. addens, oppositam sententiam esse improbabilem, & tenet etiam Bartholomaeus de Ledesma, dist. 7. con. 2. col. 1118. Toletus lib. 7. cap. 3. Torreblanca lib. 2. citato, cap. 11. num. 33. Molfesius tract. 4. cap. 3. num. 35. Suarez disp. 42. sect. 1. & Reginald. lib. 28. num. 64. Archangelus dist. 23. pagina, 282. colun. 1. & communis.

QUÆSTIO III.

An saltem, possit dari hoc Sacramentum pueris, casu quo dubitetur, An habeant usum rationis?

NEGAT Zanbrah. de Extrema Vnctione caps. dub. 1. n. 7. apud Ioa. San- cium in selectis disp. 27. n. 17. & Ne- gabunt AA statim citandi.

Sed longe probabilius Respondeo. Posse dari sub conditione, si capax es, quia hoc modo administrando sacramentum, nulla interrogatur iniuria, & potest alias maximum lucrum euenire puero, si habeat usum rationis. Ergo potest, immo & debet illi administrari. Negotia enim, in quibus nihil amittendum timetur, sed potius lucrum peratur, audacter tractada sunt, ut bene Sanctius, lo. cit. quem sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 169.

QUÆSTIO III.

An, Pueris statim, ac annos discretionis attigerint, sit Sacramentum Vnctionis ministrandum; etiam si ob defec- tum etatis, non sint Eucha- ristiæ capaces?

NEGRANT Sot. dist. 23. quæst. 2. art. 2. Summa corona de Sacram. Vnctionis num. 8. & etiam Vinald. de suscipientibus num. michi, 7. (quidquid à Sanctio pro contraria sententia adducatur) quatenus ait: esse optimum consilium in articulo mortis, in decimo anno, pnero via ticum præbere; ac consequenter illum vngere. Negant etiam Aureol. in 4. dist. 23. art. 1. §. Nunc dicendum. Synodus Hispaniensis anno 1586. vt refer Torreblanca lib. 2. praef. cap. 11. num. 34. Naldus, num. 7: Philippus de Cruce in sua summa, tract. 10. pag. michi, 165. Lublinus, ver. Extrem. Vnctio, num. 2. & alij, qui cum Soto, etatem pubertatis in pueris requirunt: ut illi; Sacramentum hoc, licite, & valide ministrari possit.

Sed

Sed probabilius Respondeo: Esse ministrandum hec Sacramentum pueris, statim, ac annos discretionis attigerint; atque adeo, omnibus post septenium; licet non recipiant, neque sint capaces Eucharistiam recipiendi. Ratio est. Quia huius modi pueri, in hac etate, possunt peccare: Ergo sunt capaces recipiendi Sacraenta instituta ad delenda peccata, ut sunt penitentia, & Extrema Vunctionis. Sic Nauar. cap. 22. num. 13. Angles de Extrema Vunctione art. 4. con. 2. Belarm. & Maior ll. cit. Sa. nu. 2. Graff. 2. par. decif. cap. 8. num. 16. Vega de Extrema Vnct. cas. 1. Valent. Durand D. Antonin. & alij, quos sequitur Sancius, diff. 27. num. 10. Possenin. cap. 9. num. 6. Suarez tom. 3. diff. 70. Hurtad. diff. 10. Torreblanca lib. 2. de iure spirituali, cap. 11. Lyran cap. 4. num. 2. Ludou. in parua summa art. 5. num. 7. pag. 85. Petrus Cañedo, pag. 249. cit. Molfesius lo. cit. num. 35. Archangelus diff. 23. pag. 282. Narbona in annal. anno 7. & communis.

QVÆSTIO V.

An, infirmus, Quis sufficenter vsu rationis prædictus, nunquam peccauit actualiter, sit capax huius Sacramenti?

AFFIRMANT D. Bonau. diff. 23. p. 2. art. 1. Enriquez lib. 3. cap. 11. num. 3. Suarez diff. 42. secl. 3. Egidius diff. 19. dub. 7. num. 23. Bartholomeus de Ledesma diff. 7. con. 4. col. 1118. & apud ipsum, D. Antoninus, & Paliud. Filliuc. n. 108. Reginald, lib. 28. cap. 11. num. 69. Villalobos tom. 1. træt. 10. diff. 4. num. 7. Hurtado diff. 10. Bonac. pun. 5. num. 13. Diana 3. par. tract. 4. ref. 172. & 181. Ochagau. quæst. 7. num. 6. Ludou. Lopez, p. 1. cap. 23. Layman lib. 5. træt. 8. cap. 3. num. 3. Ludou. de S. Juan, in parua summa lo. ci. num. 9. Molfesius lo. cit. num. 42. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non esse capacem. Primo. Quia alias nihil obstat, quo minus, etiam Infans, ante usum rationis, esset capax huius Sacramenti, quod ipsi Authores constant nobiscum negant. Secundo. Quia Extrema Vnctio, est Sacramentum coniunctum in pœnitentia, ut ait Trid. fess. 14. in proxmio: At qui nunquam peccauit actualiter, non est capax Sacramenti pœnitentia: Ergo neque vunctionis. Tertio. Quia illi, qui nunquam actualiter peccauit, nequit applicari formæ Extrema Vnctionis; nempe, indulget tibi Deus quid

quid peccasti. Ergo. Sic Nuñus quæst. 32. ar. 2. & 4. Vazq. diff. 119. cap. 8. Sancius in selectis diff. 27. num. 18. Granados diff. 6. num. 11. & alij.

QVÆSTIO VI.

An, adulto infirmo, in articulo mortis recenter baptizato, possit ministri Extrema Vnctio?

AFFIRMANT, Posse; immo, & debere absolute ministrari, Entiquez, Suar. Filliuc. Bonac. Diana, & alij, DD. quæst. præcedenti citati. Affirmant etiâ Molfesius. Ludouicus, Præpositus, & Mercerus quos citat, & Rursus sequitur Diana 5. par. tra. 3. ref. 86. Naldus, n. 9. & alij.

Negantvero, vel modo, debere, aut posse, nisi nouum post baptismum peccatum, adulturn commisse constaret, Sancius, lo. cit. & apud Dianam, Nuñus 3. par. quæst. 32. ar. 4. con. 2. Sed Nuñus, hoc absolute nondocet, ut ipsemet Diana postea adnertit.

Sed probabilius Respondeo: Posse in tali casu, immo & debere administrari Extremam Vnctionem sub conditione, non tamen sine illa; si alias, non constet, nouum peccatum, adulturn post baptismum, patrasse. Prima pars probatur. Quia recens baptizatus, facile potuit venialiter peccare, etiam in illa exigua mora interueniente, inter baptismum, & Vnctionem: Ergo saltè, sub hac conditione; Si capax es: aut; si peccasti; ministrari potest. Secunda vero pars, constat ex dictis quæst. præcedenti. Sic Nugnus quæst. 32. art. 2. & art. 4. con. 1. Hinojosa V. Extrema Vnctio fol. mibi 250. & debent tenere Vazquez, & Granado ll. cit. immo, ipse met Sancius sentit hoc esse satis probabile, & tenet expresse Archangelus, diff. 23. pag. 282. col. 1.

QVÆSTIO VII.

An, Beatae Virginis Mariae facit de facto, hoc Sacramentum ministeriatum?

AFFIRMANT Albertus Magnus in Mariali cap. 74. D. Anton. 3. par. ti. 15. cap. 16. Enrig. lib. 3. cap. 11. num. 7. Suarez tom. 2. diff. 16. secl. 3. & tom. 4. diff. 42. secl. 2. num. 8. & 11. Filliuc. num. 108. Reginald. lib. 28. num. 69. Estius diff. 23. §. 3. & Molfesius træt. 4. cap. 3. num.

40. qui citat, pro hac parte, Vazquium *disp. 119. num. 70.* sed male: nam oppositum aper te sequitur, ubi infra.

Sed probabilius Respondeo: Non fuisse illi ministratum. Ratio est. Quia Beata Virgo Maria, nullum habuit peccatum, neque actuale, neque originale: Ergo non potuerunt verificari de illa, verba formae: *indulgeat tibi Deus quid quid peccasti.* &c. Sic Paludan. *disp. 23. quæst. 3. art. 2.* Victor. *quæst. 224.* Vazquez *2. tom. disp. 119. cap. 8 num. 74.* Ochagau. *quæst. 7. num. 8.* Granad. *disp. 6. num. 7.* Tannerus *dub. 3.* Vega *in spec. curat. 2. tom. cap. 13. num. 15.* Sancius *disp. 27. num. 20.* & Nuño *quæst. 32. art. 2. diff. 2.* Qui existimant, diuersam esse rationem de receptione baptismi: Vnde concedunt Beatam Virginem fuisse baptizatam: negant tamen, fuisse vunctione inundam. Legatur Lugo de Sacram. in Gener. *disp. 2. sect. 2. num. 37.* Archangel. *disp. 23. pag. 282. col. 1.* & alij.

QVÆSTIO VIII.

An, Amentes à Natiuitate, aut furiosis perpetuo, sint capaces huius Sacramenti?

AFFIRMANT consequenter Bellarm. & Major. *ll. supra cit.* Quia ea dem: estratio de his, atque de infantibus.

Sed certissime Respondeo: Non esse capaces. Quia omnes isti sunt in capaces ad cōmitenda peccata actualia: Ergo ad recipiendū illud Sacramentū, quod ad ea rem teneenda, est institutum. Sic communiter omnes DD. *ll. cit.* Præcipue Enriquez *lib. 3. cap. 11. num. 9.* & lit. L. & apud ipsum D. Thomas, Ledesma, Sotus, Palud. Ricard. Victoria, Nauar, & alij. Secus dicendum est, de amentibus, aut furiosis qui aliquando usum rationis habuerunt, & peccare actualiter potuerunt; hi namque capaces sunt, debet que eis sacramētum conferri; licet formaliter, ante amentiam, illud non perterint, (quid quid sentiant aliter Petrus Casiello *lo. cit. pag. 248.* & Iabell. *træt. 6. de Extrema Vnctione cap. 5.* & Nicol. Ploue. *de Extrem. Vnct. pag. mibi. 34. col. 4.*) dū modo probabiliter præsumatur esse dispositos. Semper autem est præsumendum, quod contraire non constat. Sic Nauarrus *cap. 22. num. 13.* Suar. *disp. 42. sect. 1. num. 6.* Filliuc. *num. 101.* Bonac. *pun. 5. num. 3.*

Enriq. *lib. 3. cap. 13. num. 1.* Layman in *cap. 4. num. 2.* Bartholomæus de Ledesma *diff. 7. con. 3. col. 1118.* Toletus *lib. 7. cap. 3.* & Rodriguez *cap. 191. num. 6.* Reginald. *lib. 28. num. 64. & 65.* Diana 5. *par. tract. 3. ref. 84.* & alij apud ipsum. Archangel. *diff. 23. pag. 282. col. 1.* & communis.

QVÆSTIO IX.

An, homo sanus sit capax huius Sacramenti?

REPO N DEO: Non esse. Colligitur ex verbis Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis,* &c. & ex Trident. *ff. 14. can. 2.* Vbi hoc sacramentum, vocatur infirmorum; & alleluia illorum. Ex quo colligitur, quod si quis non est infirmus, etiam si sit in periculo, vel articulo mortis, non sit capax huius sacramenti: talis est enim ille, qui nauigaturus est cū periculo, aut pugnaturus in bello, ut docent Nauar. *c. 22. n. 13.* Siluest. *quæst. 5.* Viuald. & Filliuc. & alij *ll. cit.* Archang. *disp. 23. pag. 281.* Bonac. *disp. 7. quæst. unica pun. 5. num. 4. & 5.* Belalv. Enriquez, & Suarez apud illum, & est communis.

QVÆSTIO X.

An ille, qui statim est suspendendus, vel a capitandus, sit capax Extremae Vnctionis?

AFFIRMATIVAM partem tenuit quidam illustris Episcopus nostra Hispania de quo narrat Lublin. *lo. cit. num. 4.* ipsum in vigilia Apostolorum Philippi, & Iacobi, anno Domini 1589. ebus suspendendis, confessis, & communicatis Extremam contulisse Vnctionem.

Sed certissime Respondeo: Nullo modo, prædicti Sacramenti esse capace, cum talis mors, non proueniat illi ex defectu naturæ, sed fortuna. Sic Lublin. Bonac. & Ploue *ll. cit.* Layman *cap. 4. num. 3.* Enriquez *lib. 3. cap. 11. num. 1.* Molfes. *lo. cit. num. 41.* Toletus *lib. 7. cap. 3. num. 1.* Rodrig. *2. tom. cap. 191. num. 6.* qui, ex Viualdo, confirmat prædictum Episcopum ideo suspendendis prædictis contulisse Vnctionem, quia aliquam habebant infirmitatem naturalem; quo casu supposito, optime fecit. iuxta aliquorum sententiam statim referendam, ut optime aduertit Archangel. *disp. 23. pag. 282. col. 1. & 2.*

QVAS

QVÆSTIO. XI.

An. et quis sit capax huius Sacramenti sufficiat, quod sit infirmus, an vero sit necessarium, quod sit in eo statu infirmitatis, ut graviter ad mortem laboret?

AFIRMAT, sufficere esse infirmum, quamvis non sit in periculo mortis, Egid. disp. 19. sub. 7. n. 25. quod id ipsum ante docuerant, Armachan. lib. 9. de quaest Armen. cap. finalibus, ut refert Palacios in 4. distillat. 23. pag. mibi 476. & Fabrus super Dic. cap. 7. Eccl. Hierar. ut refert Enriq. loc. cit. lit. B. Archam. loc. cit. pag. 281. docentes, quod licet prædictis infirmis, hoc Sacramentum, non debeat dari, at si daretur, teneat. Et esse sententiam probabilem innuit Suar. tom. 4. disp. 41. se 83. 2. & Bonac. diff. 7. punct. 5. num. 4.

Sed probabilius Respondeo. Non sufficere, neque esse capacem huins Sacramenti, nisi sit in graui infirmitate laborans. Sic ex preste docet Cœcil. Florent. per haec verba: *Hoc Sacramētū, nīsi infirmo de cuius morte timetur, dari non debet.* Ratio est. Quia hoc Sacramentum, institutum est in remediu morientium; & ex dictis colligitur. Sic authores sup. cit. & Bonac. pun. 5. n. 4. & Nuñes 9. 32. art. 2. diff. 1. Palac. Enriq. Laym. & B. de Ledesma, & P. Cañedo loc. cit. Reginald. lib. 28. nu. 67. ex Suario loc. cit. & communis.

QVÆSTIO. XII.

An, hoc Sacramentum possit valide, & licite ministrari mulieri in partu deficienti?

NEAT, & prohibet expresse Concil. Mediolan. 4. p. 2. pag. 10. quod citat. & sequitur absolute Bonac. loc. infra cit. anno, num. 4. & ante illum, Naldus num. 4.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse valide, & licite; Quiaverè est in discrimine vita fundato iam, iam, in aliqua infirmitate. Sic Viwald. de extrem. vñctione, cap. de suscip. n. mibi 3. qui citat Cathec. Rom. Sa. n. 4. & Victorell. in addit. Filiiuc. num. 104. & Bonac. pun. 5. n. 6. alias 5. (casu iolum, quo sit in aliqua infirmitate ex partu proueniente) Archangelus diff. 23. pag. 282.

dicens: se nescire, quomodo Concil. Mediolan. affirmet, vulneratos mortaliter inungi posse, & mulierem in partu deficientem inungi non debere: cum tam ista, quam illi, violenter ad mortem infirmantur: immo tanto magis mulier inungi deberet, cum eius infirmitas sit ex defectu naturæ, quæ in partu infirmitatē pati solet. Lublinus ver. Extrem. Vnction. num. 2. & 14. & Tolet. lib. 7. cap. 3. num. 4. Reginaldus num. 68. dicens, & bene, vix contingere poise tale periculum mortis, sine ægritudine, nata extorsione, & vexatione partium inferiorum. Et est communis sententia.

QVÆSTIO. XIII.

An, possit dari sénibus, qui alii que alia infirmitate, senio ipso, consumuntur?

RESPONDEO: Posse. Primo; Quia ipsa senectus est morbus. Secundo; Quia talis mors, verè provenit ex defectu naturæ, non fortuna: Ergo, &c. Sic Nauar. cap. 22. num. 14. Siue est. quest. 5. Arnilla num. 6. Suar. disp. 42. sed. 2. num. 11. Nicol. Ploue. de Extrema Vnctione pag. 34. Filiiuc. num. 106. Viwaldus loc. cit. num. 2. Bonac. punct. 5. num. 6. & Enriq. lib. 3. cap. 11. num. 2. & Lublin. loc. cit. & B. de Ledesma diff. 7. concl. 2. col. 1117. Tolet. lib. 7. cap. 3. Reginald. lib. 28. num. 69. ex Tabienna ver. vñctio. §. 6. Rodriguez 2. tom. cap. 86. Vega cap. 91. casu. 5. Naldus loc. cit. Archangelus diff. 23. pag. 282. & omnes.

QVÆSTIO. XIV.

An, possit dari lethaliiter vulneratis, aut pesto percussis; monsu vipersarum laisis, & huic modi?

EGAT Nicol. Ploue, apud Viwald. loc. cit. num. 2. & alij apud Tolecum lib. 7. cap. 3. num. 3. qui, & esse probabilem sententiam, innuit. Sed revera Nicol. Ploue hoc de omnibus vulneratis, absolute, non negat: ait enim (loc. cit. pagina mibi 34. col. 4.) sic: Dico enim probabiliter, quod si quis sit vulneratus, & ex vulneribus

inflictis, incidit in infirmitatem longā, ex qua desperatur de vita sua; puto quod ei sit dandum: sed alias recenter vulnerato, iam decedenti, non est dandum. Sic ille.

Sed oppositum, longe probabilius, Respondeo. Ratio est: Quia huiusmodi, reuera sunt infirmi; cum habeant intra se periculum, & proximā causā mortis. Sic S. Thom. & Palud. diff. 23. Sot. diff. 24. q. 2. art. 2. Siluest. quest. 5. Angles ar. 4. con. 1 Enriq. Suar. Filliuc. Bonac. & Vinald. lo. cit. & Binsfeldius, in suo Enchirid. de Extrema Vnct. §. 5. & Concil. Mediol. par. 4. Lublinus, Toletus. & Petrus Cañedo, Regin. & Suar. lo. cit. Molfes. lo. cit. num. 41. & communis.

QVÆSTIO XV.

An, possit dari illi, qui morte repentina præuentus, absque confessione, omnibus sensibus reperiatur priuatus?

NE GANT aliqui apud Aegid. disp. 19. num. 23 requirentes, ut hoc Sacramentum possit alicui conferri, vt vtatur ratione, dum ei conferrur.

Sed omnino Respondeo: Posse, saltem sub conditione: si capax es. Primo. Quia, (vt infra) cōfessor potest absoluere sub eōr ditione huius modi sensibus priuatum; Ergo, & Vngere. Secundo. Quia consuetudine Ecclesie hoc constat, cum huius modi homines Vngat, in sacroque sepeliat, licet absque vlla confessione, aut contritionis signo decesserint. Sic Nuar. cap. 22. nn. 13. & cap. 26. num. 27 Aegidius, & Vinald. II. cit. & Reginald. lib. 28. n. 65. Qui & hanc rationem reddit: Nam adhuc Sacramentum recipiendum, sufficiens est intentio, seu petitio virtualis, seu interpretativa, id est, ex Nuarro, si tacite petierit, aut petiturus esset, si meminisset. Legantur etiam Suarez lo. cit. & Archangel. pag. 281. & 282.

QVÆSTIO XVI.

An, possit dari illi, qui dubitatur mortuus?

RESPONDEO: Posse; sub conditione tamen, si non es mortuus, vel, si adhuc viuis. Quia sic, non irrogatur iniuria Sacramento; & potest professe infirmo, forte viuenti adhuc. Sic Armilla num. 7. Victor. quest. mbi. 223. alias

221. Sa. num. 15. Vinald lo. cit. num. 8. Bonac. num. 9. & Nuñus cu. qst. 22. art. 2. Hinojosa, & Lublinus II. cit. & communis, vt habet Suar. 4. lo. disp. 42. sect. 2. & ex iijlo, Reginaldus lib. 28. num. 63. dicens: esse sententiam communem Theologorum, & Summulariorum.

QVÆSTIO XVII.

An, hoc Sacramentum possit dari, non habenti priuilegium, tempore interdicti?

NFFIRMAT absolute, Lublinus, lo. cit. num. 12. ex Sayro.

Sed certissime ferè, Respondeo: Non posse. Quia prohibitum est, per caput, Quod int̄, de pœnis & remiss. Tria namquætantum Sacra menta, conferuntur, eo tempore; baptismus, pœnitentia, & Eucharistia. Quia hæc sunt de precepto divino. Sic Nuar. cap. 27. num. 171. & 179. Enriquez lib. 3. capit. 10. num. 3. & Ludovic. quest. unica de Extrema Vnctione art. 7. diff. 1. concl. 1. & in sum. parua art. 5. num. 17. pagin. 87. Torreblanca, lib. 2. cit. cap. 11. num. 42. & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An, moribundus, qui Eucharistiae, & pœnitentiae Sacra menta non potest recipere; possit in vngi, tempore interdicti, si non habeat dictum priuilegium, seu Bullam Cruciatæ?

NEGANT Ledesma tom. 1. cap. vlt. de Extrem. Vnctione cōcl. 4. & Ludovic. de san Juan artic. 7. cit. (& apud ipsum, D. Bonaventura. distin. 23. quest. 2. & Ricardus quest. 3. art. 2.) Quamvis in parua summa loc. cit. in oppositum magis inclinet.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Primo. Quia hic casus in singulari, nullo iure, est prohibitus; cum enim iura prohibent, tempore interdicti, Extrem Vnctione dari absq; priuilegio; agunt de casu ordinario, in quo moriens recipit aliud Sacramentum. Secundo. Quia in nostro casu, forte vncio erit medium necessarium ad suam salutem tali moribudo attrito. Sic Palud. q. 1. ar. 3. con. 3 Zambrana. de casibus, tempore mortis cap. 3. dub. 7. num. 5. Torreblanca lo. cit. qui citat Enricū Enriq lib. 3. cap. 10. num. 3. sed hic

hic author, potius oppositum docet. *nu. 3.*
in fine, neque in margine *lit. F.* hoc docet
ex se, sed ex sententia Patud. Tenet etiam
Diana tract. 4. cit. ref. 171. non tamen hoc
aduertit, tenet, & *Villalob. loc. cit.*

QVÆSTIO XIX.

*An sit de necessitate huius Sacramenti quod
fiant septem Vnctiones?*

AFFIRMAT Palacios *diff. 23. pagin.
michi 480.*
Sed longe probabilius Respôdeo:
Nullomodo esse de necessitate Sacra-
menti; immo, neque præcepti; quod fiant septem
Vnctiones; solum ergo est de necessitate Sa-
cramenti, vel præcepti, quod fiant ad minus
quinkue, in quinque sensibus corporis. Cō-
stantis est hæc responsio apud omnes DD. ex
vñiuersalibz Ecclesiaz; cum omnes eas
adhibeant. Sexta enim, & septima, quæ
fieri solent in renibus, & pedibus, & si sint
in vñsu alicuius Ecclesiaz, non tamen sunt ad-
huc de necessitate præcepti. Quia non sunt
in vñsu, saltem quoad feminas. Sic Suar. *disp.
40. sect. 2.* Enriq. *lib. 3. cap. 12. num. 2.*
S1. num. 12. Torreblanca *loc. cit. num. 18.*
¶ 19. *Valentia tom. 4. diff. 8. quæst. 2. pun.
2.* Egid. *disp. 19. num. 11.* Bonacina *disp.
7. punct. 5. num. 16.* & Nugnus *3. par. q.
32. art. 6.* Molfessius, *nu. 43.* Reginaldus,
lib. 28. num. 70. & alij communiter.

QVÆSTIO XX.

*An sit de necessitate huius Sacramenti, vt
invngantur quinque sensus corporis,
oculi, seilicet, aures, narres, os,
& manus; repetita ad sin-
gulos formæ?*

AFFIRMANT Enriquez *lib. 3. c. 12.
num. 1. & 4.* (quitamen, quintam Vn-
ctionem, non in manibus, sed in pedi-
bus fieri debere, existimat; sed non bene)
Egid. *disp. 19. dub. 3. nu. 11.* Suar. *disp.
41. se et. 2.* Filliuc. *num. 110.* Nuñ. *quæst.
32. art. 6.* Postleuin. *num. 15.* & ibi Victo-
rell. Bonac. *punct. 5. num. 16.* Diana *loc.
cit. ref. 179.* Turreblanca *loc. cit. num. 18.*
Petrus Ledesma, de extrema vunctione *cap.
1.* Villalob. *diff. 2. num. 2.* Tolet. *l. 7. cap.
3.* & Victorell. in add. ad Saa. Oe lagau.
quæst. 3. num. 6. & quæst. 6. num. 5. Granad.
disp. 7. n. 6. Laym. *c. 2. n. 5.* Hurt. de extre-
ma vñct. *diff. 6.* & B. de Ledesma in *1. edi-
tione col. 1106.* & P. Cañedo *l. o. pag. 247.*

Sed probabiliter Responde: Non esse;
sed sufficere ad valorem huius Sacramenti,
si vnicus in vngatur sensus, dicendo confu-
tam formam. Ratio est; Quia in Vnctione
vnius dum taxat sensus, salutatur ratio he-
ius Sacramenti; cum ibi detur materia, for-
ma, intentioque Ministri. Ergo. Sic Silvius
3. par. quæst. 32. art. 7. quem sequuntur DD.
Louanienses apud Dianam *loc. cit. ref. 168.*
Becan. de Saer. *cap. 25. q. 7. n. 6.* Chepeauil.
de Sacramen. *cap. 5. quæst. 3.* Rodriguez
cap. 192. de extrem. vunction. *num. 4* & apud
ipsum, Summa cōfess. Tenent etiam omnes
DD. qui docent, in qualibet vunctione conse-
rii à tim gratiā; hi sunt Medina C. de pœ-
nit. *tract. 2. q. de integrat. conf. ex mente*
Adrian. Cani, & Patud. tenet etiā B. de Le-
desma in secunda editione *col. 1107. diff.
4.* & expresse Nicolaus Scarijus opusc. de ex-
trem. vunction. *cap. 7.* Eius *diff. 23. §. 15.*
Sot. apud Enriq. *lib. 3. cap. 12. num. 3.* it. L.
quam sententia ipsem loc. cit. & Egidius
diff. 19. num. 9. & 12. Laym. *lib. 5. tract.
3. cap. 3. num. 3.* & Dian. *loc. cit. & 5. par.
t. a et. 3. resol. 80.* probabilem esse, & in Pra-
xi-tutō amplecti posse, affirmant. Verum
est, hoc fieri non posse licite, nisi grauissima
necessitas cogat, vt ex dictis constat. Rur-
sus nostram sententiam expresse docet,
Molles *loc. cit. num. 28.* per hac verba: Ve-
rum, non omnes prædictæ vunctiones sunt de
essentia huius Sacramenti: quia vna suffice-
ret, ex quo ad impleretur, quidquid per hoc
Sacramentum præcipitur, vt infirmus vnga-
tur oleo. Sic ille. Legatur.

QVÆSTIO XXI.

*An tempore pestis, licite possit Sacerdos in-
ungere unicum tantum sensum, di-
cendo formam confuetam?*

NEAT expresse Petrus Binsfeldius
in Enchirid. Pastoralis Theologiz
p. 1. de hoc Sacramēto §. 4. per hac
verba, Caudens in administratio-
ne huius Sacramenti error quorundam in do-
ctorū, qui tempore pestis existimat sufficere
vunctionē fieri, in vna, aut altera partibus; cū
tamē secundū veritatē, necessariū sit ad Sa-
cramentū essentia, quinque dictas partes vñ-
gi. Sic ille. Sed satis dure, vt bene Silvius,
ibidem in addit. & loc sup. cit.

Negabunt etiā consequenter, omnes DD.
qui docent de essentia, & necessitate huius
Sacramēti esse quinque sensuum exteriorū

vñctioñes; solumque conferri gratiam Sacramentalē in ultima vñctione, quæ est quinta, & nullo modo antea. Sic Suar. Filuc. Villalob. Diana, & alijs sup. cit.

Sed probabilit̄ Respōdeo: Posse. Quia sufficiēs causa est periculum infestationis tanti mali. Sic AA. pro nostra responſione nuper citati; imo, & Diana id expreſſe docet 5. p. tract. 3. refol. 80. Sed certe nō conſequēter loquitur. Addo tamen cū ipſo, ſecundus eſſe in dicto caſu vngere celeriter, etiā ſine Crucis formā, vnum oculum, vnam autrem, vnam manū, narem, & os, ſic formam pronunciando: *Per iſtam sanctam vñctionem, & ſuam piffimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per viſum, auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti.* Sic poſſe fieri, docet etiam Ædigius dif. 19. num. 12, in fine, Zambran. Layman, Victorell. & Suar. apud Dianam loc. cit. Poſſeuin. cap. 9. num. mihi 28. & Peſantius in add. ad 3. par. quæſt. 33. disp. 2. Granado. disp. 7. num. 12. Rodriguez, & Summa confeſſ. loc. ſupr. cit.

QVÆSTIO. XXII.

An sit validum hoc Sacramentum, ministratum in quacumque parte corporis?

AFFIRMANT aliqui apud Suar. disp. 40. ſect. 2. num. 81. & Eſtius dift. 23. §. 15. ſic dicens: Ex quibus apparet, non improbabiliſter dici poſſe, Quid etiam ſi ad integratatem huius Sacramenti requirantur quinque ſenſum consuetæ vñctioñes, non tamen ad eſſentium, ad quām fortasse ſufficit, ut corpus, quacumque parte, vngatur, his generalibus utendo verbis, *per iſtam sanctam vñctionem, &c. indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti;* ſicut in baptismo ſufficit quacumq; partem corporis aqua tangi; ſic ille, Et post illum, Beccanus quæſt. 7. num. 6. vbi ſic ait, tametsi plures vñctioñes fiant in hoc Sacramento, tamen videtur, vna ſufficere ad eſſentiā Sacramenti, ſive fiat in capite, ſive in pectori, &c. Quia neque ex ſcriptura, nec ex vniuersali traditione Ecclesiæ aliud colligi poſteſt Sic Beccanus.

Sed longe probabilius, Respōdeo: Nō eſſe validum: Quia non administratur per formam huic Sacramento aſignatam.

Sic omnes alij

DD.

QVÆSTIO. XXIII.

An, ſit de neceſſitate Sacramenti utrumque organum vnius ſenſus inungi, nempe uterque oculus, utra que manus, &c.

REpondeo. Non eſſe de neceſſitate: ſed ſufficere; ſi vnuſ oculus, aut vna manus, &c. vngatur. Quia per hoc, ſatis veritas formæ ſaltatur. Seruāndus tamen moſ Ecclesiæ, quo non obſtantē, ſineceſſitas vngere, velut i. ſi infirmus, commode non valet conuerſi in aliud latus; aut timetur periculum infectionis; licet poterit tacerdos, vnuſ oculum, vna aurem, &c. in vngere, vt ex dictis conſtat. Sic Peſantius loc. cit. disp. 2. art. 3. Sar. num. 10. Diana loc. cit. Suarez dift. 44. ſect. 2. Bonac. loc. cit. num. 21. Enriq. cap. 12. num. 1. Ioan. de Cruce ſtatiſ citan. Filliuc. nu. 78. & Torreblanca loc. cit. num. 23. Ochagau. quæſt. 6. num. 5. Naldus. num. 2. pag. mihi 245. Reginald. lib. 28. num. 53. & omnes communiter.

QVÆSTIO. XXIV.

An, Cæci à natuitate, necrō, & Mutilati, debeant vngi in organo oculorum, aut in partibus propinquioribus partibus abſcissis?

NEGAT Beccan. de Sacram. cap. 27. num. 6. dicens: nō eſſe neceſſarium vngere eum, qui oculus non habet; neque dicere: *indulgeat tibi Deus quidquid per viſum deliquisti.*

Sed longe probabilius. Respondeo: Dche re, & eſſe neceſſarium neceſſitate præcepti, iuxta dicta. Ratio eſt. Quia infirmus potest peccare, ſolo appetitu videndi, loquendi, audiendi, contra regulam rationis: Ergo etiam ſi, his ſenſibus corporis careat, capax erit huius Sacramenti; poterit ergo illum, tacerdos vngere, & vere dicere: *indulgeat tibi Deus, quidquid per viſum, auditum, &c. deliquisti.* Sic S. Thom. dift. 23. art. 3. quæſt. 3. Sot. quæſt. 2. art. 3. Siluest. num. 6. Angel. nu. 5. Enriq. cap. 12. nu. 1. Victor. quæſt. mihi 225. alijs 222. Viuald. nu. 31. mihi nu. 2. §. vbi conſerendum. Bonac. pun. 5. nu. 16. Ochagauia loc. cit. nu. 12. Lublin. loc. cit. nu. 6. Tolet. lib. 7. cap. 3. nu. 7. Nicol. Ploue loc. cit. Reginald. lib. 28. nu. 70. ex Suario dicente, eſſe omnium Doctorum ſententiā, & certè yſus Ecclesiæ id conſermat,

QVÆS.

QUÆSTIO XXV.

An Sacerdotis manus necesse sit vngere?

NEGAT Earriq. lib. 3. cap. 12. num. 3. Quia existimat hanc vunctionem, non esse necessariam, vniuersaliter loquendo. Negant etiam, apud ipsum, D. Thom. Palud. Nauar. Sed verè oppositum docent. Nauar. cap. 22. num. 12. D. Thom. in add. quæst. 29. art. 9. & alij. Vnde.

Certissimè Respondeo: Necessarium est se vngi manus Sacerdotis. Sic Vinald. loc. cit. num. 3. Posseinius de extrema vunctione. num. 15. qui citat Victorellū adducentem pro hac nostra sententia, Rit. Rom. Bonac. loc. cit. num. 19. Granado disp. 7. num. 8. in fin. & Toletus loc. cit.

QUÆSTIO XXVI.

An manus Sacerdotis debent vngi in palmis?

AFIRMANT aliqui apud Posseuinum num. mihi 15. alia 29. quibus fauerit Layman cap. 8. n. 2. vbi sic ait: Sacerdotes porrò, non in palmis, vbi sacro christi mante vnceti sunt, sed infra palmam, vel in exteriore manus parte vngi solent, teste Vinaldo, de extrem. vunctione, §. vbi conferendum, Saa. num. 16. §. Sacerdotes, quamvis

nihil refert etiam in iepis palmis invngi, cum hæc vngtio, ab altera, diversa sit; vbi notavit Paludan. in 4. diff. 23. art. 3. q. 3. concl. 3. Zambran. num. 5. cuare cuiusque in hac re consuetudo Diocesis sequēda est, Sic ille, & etiam, ante illum Nicol. Plone. loc. cit. in fin. & etiam Archangelus diff. 23. pag. 283. col. 2.

Sed probabilius Respondeo Absolue: non in palma manus, cum hæc semel in vngta fuerit in susceptione sacerdotij, sed in superiori versa parte manus vngi debere. Sic AA. cit. Præcipue Bonacina loc. cit. num. 19. Suarez, & Posseinius apud ipsum.

QUÆSTIO XXVII.

An eredo vunctionum, sit de necessitate Sacramenti seruandus?

RESPONDEO. Quid non, sed tantum ex consuetudine, & quia ita ordinat Rit. Rom. vt scilicet prius oculi, deinde narres, &c. in vngantur, vnde absque necessitate non licet Sacerdoti talem peruertere ordinem. Sic Suar. loc. cit. sect. 2. num. 9. Filluc. nn. 79. Posseinius num. michi 26. Bonac. num. 20. qui citat Emanuelem Sa. in num. 12. vbi de hoc dubio, nihil. Granado disp. 8. num. 7. addens: id posse fieri sine grani culpa, quia non vindetur res tanti momenti.

DISPVTATIO QUARTA.

De Ministro, Effectibus, & Ritibus huius Sacramenti.

QUÆSTIO PRIMA.

An solus Sacerdos, sit proprius Minister huius Sacramenti?

EPONDEO. Quod solus. Quia illi soli dedit Christus Dominus potestatem in peccatorum absolutionē, & in illorum reliquias remissionem Ioann. 20. Quorum remissionis peccata, &c. sic definitur in Concil. Florent. loc. cit. & Trid. Jeff. 14. cap. 3. & Can. 4. ex illo Iacobij 5. inducat presbyteros Ecclesiæ, vel Sacerdotes. Sic omnes DD. ex quo bene colligunt, quod neque ex

comissione Pontificis possit Diaconus hoc Sacramentum ministrare, adhuc in necessitate extrema. Sic S. Thom. q. 4. art. 31. & cum eo communiter DD. Nuñez ibidem quæst. 2 art. 1. Suarez disp. 43. sect. 1. Bellarm. tom. 3. cap. 9. de extrema vunctione, Edigius disp. 19. dub. 9. Archangel. loc. cit. pag. 280. Bonac. disp. 7. quest. unica punctio 4. num. 1. & 2. & alij.

QUÆSTIO II.

An, quilibet sacerdos, possit hoc Sacramentum valide conferre?

RESPONDEO. Posse valide; non tam licite, nisi sit Parochus, aut de eius licentia, saltem implicita.

Primum probatur. Quia hoc Sacramentum nondatur per medium iudicij, sed medicina, ut habetur in Trid. *diff. 14. cap. 1. 2. & 4.* Ergo ad illud conferendum non requiritur potestas iurisdictionis, sed sufficit potestas Ordinis. Ex quo patet esse validum, etiam si administretur a Sacerdote excommunicato, vel degradato. Secundum, etiam probatur. Quia administrare Sacra menta, pertinet ad Parochum, ut habetur in Clem. II. de priuilegiis. & Clem. Dudum de sepult. Ergo peccabit mortaliter alius Sacerdos ministrans hoc Sacramentum, sine licentia, aut rati habitatione Parochi, saltem inter pretativa: immo, & si est Religiosus, excommunicatur per Clement. I de priuilegiis. Sic S. Thom. in 4. *diff. 23. quæst. 2. art. 1. 8.* omnes schol. Toletus lib. 7. *cap. 2.* Enriquez lib. 3. *cap. 13.* Reginald. *num. 60.* Archangel. lo. cit. Silvester, Tabiena, Egidius, & alij, quos respert, & sequitur Bonacina lo. cit. *num. 3.* &c seqq. Molfet tract. 4. *cap. 2. num. 32.* Suarez tom. 4. *disp. 43.* & communis.

QVÆSTIO III.

An, quilibet Sacerdos, etiam religiosus, possit in necessitate, absente Parocco, & absque eius licentia, licite hoc Sacramentum ministrare?

NEGLANT, loquendo de Sacerdotibus Religiosis, Silvester V. *Vnctio. quæst. 4.* Armilla *nu. 5.* Naugr. *cap. 27. nu. 101.* & Victor. *q. 222.* & alij.

Sed probabilius Respondeo. Posse: (etiam si sit Religiosus) immo, & aliqualiter teneri. Ratio est: Quia in hoc casu, presumuntur adesse consensum, vel licentiam Parochi, Episcopi, vel Pontificis; cum credibile non sit, Ecclesiam velle prinare tanto Sacramento, quo infirmus ex attrito fieri potest contritus, & saluari: at cum licentia quacunque, etiam implicita, Parochi, quilibet Sacerdos potest hoc Sacramentum conferre: Ergo. Sic Sot. *diff. 23. q. 2. ar. 1.* Caiet. V. *Excommunicatio. cap. 64.* Suar. tom. 4. *diff. 44. sect. 2. numer. 7.* Filliucius *numer. 90.* Viualdus, de Ministro *num. mibi 5.* & Sa. *nu. 8.* Ioan. de Cruce *dub. 2. con. 3.* Villal. *tract. 10. diff. 6. num. 2.* Posse in *num. mibi 17.* Bonac. *pun. 4. num. 6.* Enriquez *lib. 3. cap. 13. num. 4.* Torreblanca *de iure spirit.* *lib. 2. cap. 11. num. 28.* Granado *diff. 8. n. 5.* Hinojosain suodirecto V. *Extrema Vnctio*

fol. 251. Ludouicus de S. Juan in parva sum. *art. 5. num. 22.* & Bartholomaeus de Ledesma *diff. 6. con. 3. col. 1115.* Petr. Cañedo de *Extrema Vnctione. cap. 1. pag. mibi 245.* Rodriguez *cap. 192. cit. nu. 7.* Grafius, *par. 2. lib. 1. cap. 8. num 15.* Reginald. *lib. 28. n. 61.* Archangel. *diff. 23. pag. 280. & 281.* & communis.

QVÆSTIO III:

An, praesente Parocco, & inique nolente hoc Sacramentum conferre, possit quilibet alius Sacerdos, etiam Religiosus, ad buco inuitio, & repugnante, licite illud ad ministrare?

NEGLANT AA. sup. cit. quibus addendi sunt Viuald. & Canonistæ communiter apud Nuñum q. 31. art. 3.

Sed probabilius Respondeo: Posse, etiam si sit Religiosus: Quia in hoc casu, presumuntur adesse licentiam tacitam Episcopi, vel Papæ, ob rationem dictam; & ideo non usurparet tunc iurisdictionem Parochi ille, cui illo renuere, hoc conferret Sacramentum. Sic Suarez, Filliuc. Iohannes de Cruce, Villalobos. ll. cit. Torreblanca, & Nuñus, & Granado; & Hinojosall. cit. immo, & addo, ad id omnino; ex lege Charitatis, teneri, si infirmus absque ullo Sacramento moreretur, ut supra *disp. 1. q. 9.* est habitum.

QVÆSTIO V.

An, Parochus excommunicatus, vel suspensus nominatim, possit dare licentiam alteri Sacerdoti, etiam non expresso, ut ministret hoc Sacramentum?

NEGANT Sa. V. *Extrema Vnctio. n. 8.* Suar. tom. 5. *de cœsu. disp. 14. sec. 1. num. 7.* (licet oppositum dicuerat tom. 4. *disp. 44.*) & Rodrig. *cap. 192. n. 10.*

Sed probabilius Respondeo. Posse. Quia dare huius modi licentiam, non est actus iurisdictionis; Ergo etiam ab ea suspensus potest conferre. Sic Siuest. *num. 4.* Armilla *n. 5.* Tabiena *num. 5.* Palud. *diff. 13.* Enriq. *lib. 3. cap. 13. num. 3.* Posse in. cum Vicerello *cap. 9. q. 7. n. 17.* lo. cit. Ortiz *cap. 23. §. 11.* Filliuc *n. 97.* Ludou. de S. Juan i *tom. q. Regul. de Extrem. Vnctione. art. 1.* & in parua sum. *num. 23. pag. 89.*

QVÆS

QVÆSTIO VI.

An, Sacerdos excommunicatus, vel suspensus, possit licite administrare Vnctionem in necessitate?

NEGLANT Suarez. tom. 4 disp. 44. sect. 2. num. 6. Villalob. diff. 6. num. 6. Torreblanca lo. cit. num. 28. Bonac. p. n. 4. num. 4. qui citat pro hac sententia Enriquez lib. 3. cap. 13. (Sed male profecto, nam hic author solum ait, quod peccet mortaliiter, qui cum conscientia mortalis, hoc Sacramentum ministrat: quod quid diversum est.) & alios Doctores. Ortiz cap. 23. §. 12. Fillinc. num. 97.

Sed probabilius Respondeo: Posse, in casu quo infirmus non posset aliu' Sacramentum recipere. Primo. Quia, ut supra est habitum, in h. e casu potest quis tempore interdici*ti* hoc Sacramentum conserre. Ergo etiam tempore, quo excommunicatus existat. Secundo. Quia in articulo mortis, etiam excommunicatus, licite potest a peccatis absoluere. Ergo, & per hoc Sacramentum eadem peccata, vel eorum reliqua tollere. Sic debent docere Palud. Zambran, & Diana, supra citat. & expresse docet idem Diana. 5. par. tract. 3. res. 89. & tenet Vittorelli in add. ad n. 17. Posseuini, & in sno tract. de Extrem. Vnct. pag. 92. & probabile reputant Villalob. & Fillinc. lo. cit.

QVÆSTIO VII.

An hoc Sacramentum possit licite, & valide a pluribus Sacerdotibus conferri?

NECAT Turrianus in summa par. 2. cap. 135. cub. 2. con. 2. vt refert Diana 5. par. tract. 3. res. 88.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Posse. Nam si multi iungant in diuersis sensibus, ita, ut unus vngat aures, aliis oculos &c. (Unus quisque proferendo formam debitam) valide, immo, & licite, si rgeat necessitas in finni, conficiet Sacramentum. Ratio est. Quia hoc Sacramentum habet diuersas partiales materias, & formas: Ergo non repugnat pluribus confici. Sic Suarez. disp. 43. sect. 2. Fillinc. num. 94. Enriquez lib. 3. cap. 12. num. 4. & cap. 12. num. 3. & est communis apud omnes ex S. T. em. in 4.

diff. 23. quæst. 2. art. 1. q. 2. ad 3. Ochagau. q. 8. num. 5. Nuñus quæst. 31. art. 3. Granado diff. 8. num. 7 Ludouicus in parua summa lo. cit. num. 24. pag. 89. Diana lo. cit. Reginald. lib. 28. num. 62. Archangelus diff. 23 pag. 275. col. 2. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An, alius Sacerdos debeat perficere Sacramentum Extrema Vnctionis, si primus, morte praeventus, aut ob aliam causam, non perficiat?

AFFIRMANT Suarez, Enriq. Fillinc. Reginald. lib. cit. Bonac. p. n. 4. n. 9. Villalob. diff. 6. num. 4. docentes: debere quidem necessario completere Sacramentum, non iterando Vnctiones factas ab alio, sed tantum complendo ceteras. Negat vero apud Diana, Faber in 4. diffin. 23. q. unica, disput. unica cap. 4. Sed certe id non negat Faber, ut ex verbis illius, relatis à Diana, 5. par. tract. 3. resol. 87. constat.

Vnde, iuxta supra dicta, Respondeo: Posse quidem perficere, non tamen teneri. Primum, patet, ex nuper dictis. Secundum, constat etiam; Quia ratio, & essentia huius Sacramenti, in unica vnius sensus Vnctione, saluatur, ut sup. diff. 3. quæst. 20. est habitu: Ergo etiam, si non fiant ceteræ Vnctiones, perfectum remanebit Sacramentum. Sic AA. sup. citat. præcipue Nuñus, Granado, & Archangelus locis citatis.

QVÆSTIO IX.

An Episcopus, hoc Sacramentum ministrans, debeat Vngere Oleo, an vero Chrismate?

RESPONDET. Glossa in cap. I. l. 95. diff. V. Chrismate, quod debeat ungere Chrismate, ad differentiam aliorum Sacerdotum. Immo addit. Sa. V. Oleum num. 2. posse agrum de licentia Episcopi Oleo Chrismatis Vngi. Ita etiam sentit Archangelus diff. 23. pag. 280. col. 2.

Sed Respondeo. Quod debeat ipse, oleo, non Chrismate, Vngere. Quia, ut supra est habitu, materia huius Sacramenti est oleum simplex olivarum ab Episcopo benedicatum; Ergo etiam ipse debet hac vti. & alij. Debent que a fortiori hanc sententiam tenere. Bonac. Naldus, Nuñus, & omnes,

Qui affirmant esse in validum hoc Sacramētum Chrismate administratum, de quo sup: disp. 2. quæst. 6.

QVÆSTIO. X:

An sit validum hoc Sacramentum si admi-
nistretur adulto infirmo, iam sensu,
& ratione destituto?

NE GANT aliqui apud Aegidiū disp. 19. num. 23.
Sed Respondet: Esse validum, quia hoc docet ipsa Ecclesie praxis, quæ sepe confert illud omni sensu, & ratione destitutis. Sic AA. citandi: de quo dubio, etiam diximus supra, disp. 3. quæst. 15.

QVÆSTIO. XI.

An saltem, peccet Parochus, qui ad confe-
rendum hoc Sacramentum, expectat tem-
pus, quo infirmus sensu, & ratione
carerat, aut quo confet, non posse
naturaliter vivere?

NE GAT Posseuin cap. 9. nu. 14.
Sed longe probabilius Respondeo: Peccare, & grauiissime, si cō-
tulit tale tempus expectet. Ratio est: Quia exspectare tempus, quo infirmus sensu, & ra-
tione sit destitutus, est contra reveren-
tiā, & vtilitatem Sacramenti. Deinde ex-
pectare tenius, quo ipse æger iam nequeat
naturaliter vivere, est contra finem secun-
dariam eiusdem, qui est sanitas corporis.
Quia cum hoc Sacramentum non operetur
miraculoſe sanitatem corporis, sed virtute
ordinaria, & finita super naturali, nō debet
ex peccato tempus, in quo infirmus ita sit
viribus destitutus, quod virtus istius Sa-
cramenti nequeat illum sanare: Ergo Pa-
rochus, consulto hoc tempus expectans, gra-
uiſſime peccabit. Sic Cathec. Rom. cap. 9.
pag. mibi 249. Enriq. lib. 3. cap. 11. num. 2
Sot. disp. 23. quæst. 2. art. 2. & disp. 17. q. 2.
art. 4. Filiuc. num. 107. Aegid. disp. 19.
dub. 7. num. 24. Ioannes de Cruce in sum.
dub. 3. can. 3. Pitigian. disp. 23. art. 5. q. 4.
Bonac. pun. 5. num. 7. Diana 3. par. tract.
4. ref. 173. & 5. par. tract. 3. ref. 95. Vi-
vald. cap. de suscipiente n. 8. Naldus,
Extrema Vnctio. num. 1. optime
Archangel. disp. 23. pag.
282. colun. 1.

QVÆSTIO. XII.

An, Extrema Vnctio necessario debeat
dari post Viaticum?

FIRMANT Sot. disp. 23. quæst. 2.
art. 2. Viuald. §. de suscipi. n. 7. Al-
cuin. de diuin. officio. c. de infirmis,
Enriquez lib. 3. cap. 10. num. 4. & alij com-
muniter.

Negant tamen, Supplem. Gab. disp. 23. q.
1. dub. ultimo, & habent in eap. de infir-
mis 26. quæst. 6. vbi dicitur: potius è con-
tra debere dari ante Viaticum.

Sed clarius sic Respondeo: Debere con-
ferri potest Viaticum; nisi alias, causa ali-
qua subsit. Primum patet; quia hoc est cō-
fuetudo generalis Ecclesie. Secundum, etiā
confiat, quia licet Extrema Vnctio, sit Sa-
cramentum confirmatum aliorum, ut di-
citur in Trid. in proemio de Vnctione; non
tamen petit ex se, quod ultimo administretur.
Sic intelligendi sunt AA. vtriusq; sente-
tio, & tenet Posseuin eap. 9. q. 5. n. 15.
S2. nu. 3. Ludouicus in sum. parua. art. 5.
num. 15. fol. 86. Ochagau. tract de Extre-
ma Vnctione quæst' 9. num. 4. & Reginald.
lib. 28. num. 74. ex Suario, disp. 40. scđ. 1.
num. 8.

QVÆSTIO. XIII:

An per hoc Sacramentum conferatur
gratia habitualis homini
dispositio?

RESPONDEO: Quod sic: Nam hoc est cō-
mune omnibus Sacramentis, sicut, &
facere de attrito contritum, confe-
rendo primam gratiam ei, qui reputat se
contritum, & habet supernaturalem attri-
tionem, ut specialiter in dicat forma huius
Sacramenti: *Indulgeat tibi Deus quid quid*
peccasti &c. Sic habetur in Trid. scđ. 7.
can. 6. & seq. & scđ. 14. cap. 2. & can. 2.
& docet D. Thom. in add. q. 30. ar. 1. ad 2.
& disp. 24. q. 2. ar. 2. ad 2. & cum eo omnes
Doctores.

QVÆSTIO. XIII.

An, Proprius esse estus huius Sacramenti, sit
remissio peccatorum venialium?

NE GANT Suar. disp. 41. scđ. 1. nu. 3
Filiuc. nu. 116. & Enriquez lib. 3
cap. 9. nu. 2. lit. N. Aarchangelus
disp.

diff. 23. pag. 276. & alij apud ipsos docentes: non primario, sed tantum secundario tolli per vunctionem venialia.

Sed probabilius Respondeo: esse proprium effectum. Probatur. Primò ex ipsam formā Sacramenti huius: *in dulgeat tibi Deus quidquid peccasti.* Secundò. Quia Baptismus est institutus per se, contra peccatum originale, Pœnitentia contra mortale: Ergo Vnctio erit contra veniale. Tertiò. Quia ita videtur docere Trid. *seff. 14. can. 2.* vbi sic ait; *Siquis dixerit, sacram infirmorum vunctionem, non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, Anathema sit.* In quibus verbis, clarevidetur innuere effectum præcipuum huius Sacramenti, esse quoque peccata remittere. Sic D. Bonau. *1. par. diff. 23. art. 1. quæst. 1.* Scotus *quæst. vnic.* Gabr. Durandus. Rubion. Alex. Altisiodorens. & alij apud Suarium, & Enriquez. Tenent etiam Vinald. de effectu *nu. 1.* (vbi dicit esse communem) *Saa. num. 16.* Cæthec. Rom. *quæst. 14. pag. mihi 252.* Iabellius de Extrema Vnctione *cap. 4.* vbi ex Mag. ait, hoc Sacramentū institutum esse, & ad remissionem peccatorum, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Et hoc idem docent Nicol. Ploue. de extrem. vñct. in principio. Et Graffius *lib. 1. cit. cap. 8. num. 20.* Molfes loc. cit. num. 46. post Vazquez tom. 4. q. 87. art. 3. dub. 3. 4. & 10. Palud. & Capreol. apud ipsos.

QVÆSTIO XV.
An etiam sit effectus huius Sacramenti: tolere reliquias peccatorum?

RESPONDEO. Quod sic. Sic enim habetur in Trid. *seff. 14. cap. 2.* per hæc verba: *Res etenim hæc, gratia est Spiritus Sancti, cuius vñctio, delicta, si quæ sunt, adhuc expianda, ac peccati reliquias, abstergit, &c.* Per reliquias autem peccatorum, quidam intelligunt habitudines, & propinquitates ad malum, vt Bonac. *fun. 6. num. 1.* Alij reatum pœnae temporalis, qui relinquitur post culpam dimissam, vt Armilla, Siluest. Tabienna. Victor. & alij apud Enriq. *lib. 3. cap. 9. num. 2. lit. K.* Alij denique per reliquias peccatorum, intelligunt peccata ipsa, tam mortalia, quam venialia, quæ forte ob negligentiam non fuerunt remissa, per alia sacramenta informiter recepta: aut forte post confessionem fuerunt commissa & non advertuntur, vt Bellam. de vunctione *cap. 8.* Enriq. loc. cit. lit. *M.* Filliuc. *num.*

119. & alij. Omnes certe probabiter. Sed vltimi, probabilius loquuntur.

QVÆSTIO XVI.

An habeat aliquos alios effectus?

RESPONDEO. Quod sic. Nam imprimitis sublenat infirmum à corporali ægritudine, & confert illi sanitatem corporis, quando saluti animæ expedit. Pro quo notaverba, quæ profert ad propositum Nicol. Ploue. loc. cit. sed dices (inquit ille) quare non semper homo infirmus vñctus surgit de infirmitate, sed saepius moritur? Respondeo. Quod cum in isto Sacramento sanitas est effectus secundarius, ideo non datur, nisi secundum quod expedit ad sanitatem spiritualem: quia tunc semper eam inducit, dummodo, non sit impedimentum ex parte recipientis. Vnde patet, quod vñctus in extremis, si non surgit ab infirmitate illa, per illam vunctionem signum est, quod sanitas corporalis est sibi nocua, & vult Deus potius eum sic habere infirmum, quam sanum. Vel signum est, quod infirmus, non bene dispositus est in conscientia, ita quod adhuc aliquid habet, quod impedit, ne sanitas corporis sibi restituatur, alias raro fallit. Sic ille. Quod est valde notwithstanding. Tribuit etiam auxilium, & robur contra tentationes Dæmonis, quas ipse in eo articulo vehementes, & frequentes obiicit. Quæ omnia ex proprio fine huius Sacramenti colliguntur, & habetur in Trid. loc. cit. & docent omnes DD. Legantur citati, & præcipue Molfesius tract. 4. cap. 3. & n. 45.

QVÆSTIO XVII.

An hoc Sacramentum conferat predictos effectus, in prima vunctione?

NEGANT communiter Doctores. Nam primo, respondent aliqui; dari, non in prima, sed in vltima vunctione, quæ est quinta. Sic Enriq. *lib. 3. cap. 12. num. 3.* & 4. Sot. *diff. 23. quæst. 1. art. 1.* & *quæst. 2. art. 3.* Suar. *disp. 41. sect. 2. num. 13.* Filliuc. *num. 126.* Ochagau. *quæst. 6. num. 5.* & 6. Hurtado *diff. 9.* Ioannes de la Cruz in summa de extrema vunctione *dub. 1. concl. 3.* Nunus *quæst. 29. art. 6.* Petrus Le-desma in summa de extrem. vunctione *cap. 1.* Villalob. *diff. 3. num. 1.* Bonac. *fun. 6. nu. 2.* citans Emanuelem Sa. *num. 6.* qui ibi, neque alibi

alibi, de hac quæstione quidquam docet; Aegidius disp. 19. dub. 6. num. 21. Diana 3. part. tract. 4. res. 179. & alij, in quorum, omnium sententia, si infirmus ante quintam unctionem moreretur, neque reciperet gratiam, neque aliquem alium effectum Sacramenti; Quia non reciperet Sacramentum.

Alij respondent in qualibet partiali unctione confertre partialem gratiam, ceterosque partiales effectus. Sic Palud. Adrian. Cano. & alij cit. sup. disp. 3. q. 21. quæ sententiam esse probabilem, docet Fillic. Suarez, Villalob. Granado, Diana. Enriq. & alij loc. cit. quorum ratio est. Quia in qualibet unctione reperitur propria materia, & propria forma: Ergo, &c.

Sed, & que probabiliter, Respondeo: Hoc Sacramentum producere suos effectus in primâ unctione. Quia in hac, reperitur propria materia, & forma huius Sacramenti. Ergo, si accedit intentio Ministri, erit consequenter Sacramentum: Sic Beccanus de Sacram. c. 25. quæst. 7. nu. 6. Molfess. tract. 4. cap. 3. num. 29. Chapiauilla de Sacram. cap. 5. q. 3. Sylvius 3. p. q. 32. ar. 7. & omnes alij, qui docent in necessitate sufficere ungere unicum infirmi sensum, de quibus sup. disp. 3. quæst. 21. Vnde immerito Filluc. omittit hanc sententiam, quasi non probabilem, cum tantos habeat Doctores.

QVÆSTIO XVIII.

An Sacramentum hoc sit iterabile?

NEGANT aliqui apud Viualdum cap. ultim. num. 1. Alij verodixerunt: esse iterabile, semel tamen dumtaxat, in eodem anno. Sic Nicol. Plouc. & alij apud eundem Viualdum.

Sed Respondeo: Iterari posse hoc Sacramentum, etiam in eadem infirmitate; si infirmus post Unctionem, per quindecim, aut viginti dies, aut, ad sumum, per mensem fastem, conualefac, & postea in eadem infirmitatem, vel aliam reincidat. Ratio. Quia hoc Sacramentum, non imprimet characterem, sicut imprimet Baptismus, Confirmatio, & Ordo, ut habetur in Trid. sess. 7. can. 9. & sess. 23. cap. 4. Sed Sacraenta, quæ non imprimunt characterem, iterari possunt: Ergo. Sic expressè docet Trid. sess. 7. cap. 3. per hæc verba. *Quod si infirmi, post suscepimus hanc unctionem, convaluerint, iterum būius Sacramenti subsilio iuuari poterunt, cum in aliud simile vitæ disserimen inside-*

rint. Sic DD. communiter cum S. T. cim. diff. 23. quæst. 2. art. 3. Enriq. lib. 3. cap. 9. num. 4. Egundez de 3. præcep. Eccl. lib. 1. cap. 7. num. 6. Bartholom. de Ledesma. diff. 10. concil. 2. col. 1122. Rodrig. tom. 2 sum. cap. 191. num. 9. Aegidius disp. 19. dub. 8. Posseuinus cap. 9. num. 18. Hurtado diff. 10. Sotus diff. 13. quæst. 2. art. 3. Bonac. disp. 7. pun. 6. num. 4. & communis.

QVÆSTIO XIX.

An in diuturnis mortiferis morbis, ut (ut bidropes) possit hoc Sacramentum, semel in initio, & iterum in fine infirmitatis conferri?

AFIRMANT Sa. num. 4. & ibi Victor. & in append. ad caput. 9. Posseuin. & favent Armilla. num. 9. & Flavius in suo scrut. Sacerd. 1. par. tract. 11. cap. de extrem. unctione fol. 46. vbi sic ait: *In una infirmitate, non debet quis bis in unctione, nisi eadem infirmitas, ultra annum protrahatur, ita quod in uno anno, propter unam infirmitatem nequaquam bis inveniatur.*

Sed probabilius Respondeo. Non posse in eadem infirmitate plusquam semel, hoc Sacramentum conferri, si status infirmitatis, non mutetur, iuxta nuper dicta. Primo. Quia sic expresse videtur sentire Tridentinum loc. cit. Secundo. Quia hoc Sacramentum, semel in eadem infirmitate receptum, si sufficiens medicina ad conferendos effectus, quibus infirmus indiget: Ergo. Sic Bonac. pun. 6. num. 4. Cathec. Rom. quæst. 11. pag. mihi 251. Victor. quæst. ultim. Viuald. cap. ultim. num. 1. & Posseuinus quæst. 16. n. 36.

QVÆSTIO XX.

An, Sacerdos possit hoc Sacramentum solus administrare, & fibimet respondere?

AFFIRMAT Sa. num. 9. dummodo sit in casu necessitatis, quod idem docent Toletus lib. 7. c. 2. & Graffius par. 2. lib. 1. cap. 8. num. 10.

Sed ego Respondeo: Etiam extra illum casum, posse: Sic Posseuin. quæst. 11. num. 23. Bonac. pun. 6. num. 6. Viuald. cap. ultim. num. 6. qui bene notat, in omni eventu, sufficere, si infirmus, ungenti Sacerdoti responderet, ora pro me, libera me, vel exaudi nos.

nos Domine. Sic etiam Ludou. in sum. parua art. 3. num. 28. fol. 89. per hæc verba: No es necessario que aya Ministro que responda; antes comunmente se dà sin ministro; esta es comun de los Doctores. Sic ille, & Vega casu 8. & ante hos, docuit Ploue. loc. cit. per hæc verba: Potest hoc Sacramentum Sacerdos conferre cum vno clérigo, qui sibi respondeat, si tamē careat clérigo, potest solus expedire totum, secundum Guiller. & Hostiens. Sic ille. Et sic etiam Archangelus dist. 23. pag. 283. col. 2. dicens, morem esse, quod si sacerdos, nullum habeat clericum, vel secularium, ipse solus administret, & si bimbi respondeat.

QVÆSTIO XXI.

An, peccet mortaliter Sacerdos, qui admissit hoc Sacramentum, prætermis- sis præceptibus, quæ ab Ecclesia, ante ipsam, præcedere præscribun- tur?

RESPONDEO: Peccare, modo infirmi necessitas, acceletatioque mortis eius, vel periculum contagiose infirmitatis, pestis videlicet, & huiusmodi, non cogat, ut tantum faciat essentialia, (vnctiones, videlicet) ne sine Sacramento decadat. Quia in tali casu, non solum potest, verum etiam tenetur, illis prætermisis, Sacramentum conferre. Sic Bonac. num. 7. Eniq. lib. 3. cap. 8. & cap. 12. in fin. Posseuin. quest. 18. num. 38. & quest. 20. num. 41. & 42. Et Suarez disp. 44. sect. 2.

QVÆSTIO XXII.

An etiam, peccet mortaliter, si etiam abs- que causa, prætermittat septem psal- mos pœnitentiales, quos post un- tionem recitare, Ecclesia præscribit?

AFIRMAT Granado tom. 4. in 3. pars. tract. 7. num. ultim. Sed probabilius Respôdeo. Quod non. Quia communiter prætermittuntur, absque ullo scrupulo; præcipue, quod in rituali Rom. non à sacerdote, sed abstantibus recitari, præserbitur. Sic Bonac. & Posseuin. loc. cit. imo & ipsem Granados tom. 5. disp. 8. num. 8. hanc nostram sententiam per hæc verba docet: Nota in administratione

huius Sacramenti seruanda esse omnia, quæ præscribuntur in manuali recitanda, nimirum omnia, quæ ibi ponuntur, nisi acceleratio mortis aliud exigat. Ut notauit Eniq. cap. 12. §. 5. Sed, si extra hunc casum, omittentur, non credo peccare mortaliter, secluso contemptu, quia non est in Manuali Verbum, quod indicet, hoc esse præceptum graue, &c Sic ille, oblitus sententia, quam tom. 4. docuerat:

QVÆSTIO XXIII.

An, Peccet, si administret hoc Sacra- mentum in necessitate, non adhibitis vestibus ab Ecclesia præ- scriptis?

AFFIRMANT Naldus de extrema vnctione num. 1. Bonac. punct. 6. num. 9. & Reginaldus lib. 28. in fin. ex Suar. dist. 44. sect. 2.

Sed probabilius Respôdeo. Non peccare. Quia necessitas lege caret. Et certe tépore pestis, aut aliarum infirmatum similium, hoc esse licitum, haud dubium esse potest. Sic Posseuin. cap. 5. quest. 37. num. 52. qui etiam ibidem, & cap. 9. quest. 12. num. 14. bene docet: Tantum peccare venialiter, qui sine aliqua causa, administraret hoc Sacramentum, non adhibito lumine.

QVÆSTIO XXIV.

An, ad recipiendum hoc Sacramentum, sit necessarium, ut infirmus lecto decumbat?

RESPONDEO. Quod non. Ideoque infirmus, qui videt se peste percussum, vel venenum bibisse, vel mortuus vel lœsum, potest ire in domum Parochi, vel in Ecclesiam, & ibi hoc Sacramentum reuerenter suscipere; quia hoc neque indecens, neque prohibitum est. Sic supl. dist. 23. quest. 1. art. 3. dub. 2. Eniq. cap. 11. num. 2. Filiuc. num. 134. Victorell. in add. ad Sa. Layman. cap. 4. num. 4.

QVÆSTIO XXV.

An, ad recipiendum hoc Sacramentum suf- ficiat attritio, ut talis cognita?

AFFIRMANT aliqui, apud Filiicum quos ipse videtur sequi num. 132. & seqq. ait enim sufficere, ut in infirmo


fimo, non ad sit complacentia peccati, & consequenter, satis esse attritionem cognitam ad hoc Sacramentum recipiendum.

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere, sed requiri falsoem attritionem, reputatam contritionem. Quia solum Sacramentum Baptismi, & Peccitentie digne recipitur a peccatore, cum attritione nota. Verum est, quod sacerdos licite potest dare hoc Sacramentum infirmo attrito tantum,

cum teneatur ex officio conferre subditis consueta, & utilissima media salutis. Sic Suar. tom. 4. disp. 41. sect. 1. num. 19. Enriq. cap. 10. num. 1. & 2. & cap. 13. nu. 1. Posseuin. quest. 10. num. 22. Rodriguez tom. 1. sum. cap. 191. num. 8. & apud ipsum, Cathec. Rom. par. 2. cap. 6. num. 12.

Et communi-

nis.



TRAC:



TRACTATVS QVINTVS DE SACRAMENTO POENITENTIAE.



RACTANT De hoc Sacramento Scholastici cum Magistro in 4 dist. 14. Sotus, Palacios, D.Bonaventura, Scetus, Ricard. Durandus, Carthus. Marsil. & alij ibidem. Theologi cum S. Thom. in 4. dist. 14. ci t. & 3. par. à quaest 84. & in adit. à quaest 1. Suarez tom. 4. per totum Vazquez, tom. 3. Granados, Valencia, Lugo, Hurtado, Bonac. Candidus, & alij plures mox citandi Doctores Canonistæ super septem primas dist. decreti. Vbi late, & doce, pius, & doctus Nauarrus, & in Man. per totum. Enriquez, lib. 4. summa Filliuc. tract. 6. Concil. Florent. siff. ultima, Trident. siff. 14. Colonien. à cap. 30. usque ad 39. Angelus, Silvester, Caietaus, Tabiena, Armilla, & alij Summista, verbo; absolutio, confessio, Pœnitentia, Contritio, & satisfactio.

DISPVVTATIO PRIMA.

*De Natura, & Quidditate Sacramenti Pœnitentiae;
& eius partibus,*

QVÆSTIO PRIMA.

*Au, in lege Gratia sit verum Sacramen-
tum Pœnitentiae?*



E&ARVN'T olim Hæretici anti-qui, & nunc negat etiam recentiores. Quorum pri-mos fuit Montanus Cathaphry-garum Dux, No-uatus Presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesie qui vi-xit anno Domini 237. tempore Fabiani Pa-

pæ. Luther us, Melachthon, Zwinglius, Cal-uinus, & eorum discipuli. Afferentes, aut non esse Sacramentum Pœnitentiae, aut non distingui à Baptismo.

Sed, de fide, cettissime Respondeo: Esse in lege gratiæ verum & proprium Sacramen-tum pœnitentiae, & plane distinctum à Sacra-mento Baptismi. Quod quidem à sanctis Patribus & à Concilijs appellati solet; lacu-acrum lachrimarum, & secunda purgatio. Baptismus iterabilis, & laborius. Sa-cramentum Confessionis. Secundâ tabula post naufragiū. Reconciliatio. Manuop-patio, & denique Sacramentum Pœnitentiae.

Hæc Responsio definita est in Conciilio quodam Romano, cuius meminit Euse-bius 6. Historia Eccl. cap. 24. in Concil. Niceno cap. 8, in Concil. Florent. in decre-to Eugenij, in Concil. Constantiensi, 13.

& deniq in Trident. *sef. 14. cap. 2. &c. 3.*
 & *Can. 1. 2. & 3. & in cap. Ad Abolendā.*
 de hæret. & stabilitur à S. Tho. 3. par. q. 84.
ar. 1. & omnibus Theologis, & scolasticis cū
Magistro in 4. diff. 14. Videantur Bellarm.
lib. 1. de pœnit. cap. 10. & 13. Valen.
tia. tom. 4. diff. 7. quæst. 1. punto 1. Nauar.
de pœnit. diff. 1. & seqq. & in man. pertotū,
Enriquez, lib. 4. 5. & 6. Suarez *tem. 4. diff.*
16. & 17. Vazquez, *tom. 3. quæst. 84. art.*
1. dub. 1. & quæst. 90. art. 1. dub. 1. Granados
Controuer. 7. tract. 1. diff. 1. Ioannes
de Lugo de pœnit. diff. 12. Luisius Turria.
nus de pœnit. quæst. 84. art. 1. dub. 1.
Gaspard Hurtado ac pœnit. diff. 4. Bonac.
de Sacramen. diff. 5. quæst. 2. Candidus in
suis disquisitio. mor. tom. 1. disquisitio 3. &
tom. 2. disquisitio. 24. Victoria, in sum. à
104. Petrus Soto, *lect. 1. de confessio.* Be-
canus, de Sacramentis cap. 29. quæst. 1.
& 2. Molfesius *1. par. sum. tract. 7. cap.*
3. & alij infra citandi.

QUÆSTIO II.

An Sacramentum Pœnitentiae componatur ex verbis Sacerdotis, ego te absoluo,
 tanquam ex forma, & ex actibus pœ-
 nitentis, videlicet, contritione,
 confessione, & satisfactio-
 ne, tanquam ex
 materia?

NEANT, in primis, Scot. in 4. diff.
 16 quæst. 1. & alij. existimantes: so-
 lam absolutionem esse de integrita-
 tate huius sacramenti. Scotum sequitur Lu-
 donicus à S. Ioan. q. 3. ar. 1. dub. 3. pag. 358.

Negant etiam Durand. in 4. diff. 16. q. 1.
 & diff. 14. quæst. 3. & Palacios ibidem, do-
 centes: hoc Sacramentum solum componi ex
 absolutione, & confessione.

Negant etiam Marsilius in 4. quæst. 10.
 art. 1. & Pigius, *Controu. 9. fol. 181.* di-
 centes: componi, dum taxat, ex Contritione,
 Confessione, & Absolucione.

Negant rursus, Sotus apud Suarez, in 4.
 diff. 14 quæst. 1. & alij, sentientes: com-
 ponit tantum ex Contritione, Confessione,
 & satisfactione.

Negant denique Gabriel diff. 14. quæst.
 2. art. 1. & Altisiodorens, apud Cartusian.
 diff. 14. quæst. 1. affirmates: solum componi
 ex confessione, & satisfactione.

Sed Certissime Respondeo: Sacra-
 mentum Pœnitentia intrinsece, & essentialiter

componi ex Absolutione, tanquam ex forma
 & ex contritione, & confessione, tanquam
 ex materia intrinsece, & essentialiter com-
 ponente illud, & etiam ex satisfactione,
 non tanquam ex parte essentiali, sed solum
 integrali, (vt videbimus infra Diffut. de sa-
 tisfact. quæst. 2.) componente tamen in-
 trinsece materiam huius Sacramenti. Sic D.
 Thom. quæst. 84. art. 1. & 2. & quæst. 90.
 art. 2. Sotus diff. 17. quæst. 1. art. 2. (vt re-
 fert Granados) Bellarm. lib. 1. de pœnit. *cap.*
17. Enriquez, lib. 4. cap. 10. Suarez,
disp. 18. sect. 2. & 3. & apud ipsum, Ricardus,
Alensis, Guillelmus, & D. Anton. Va-
lentia quæst. 1. pun. 1. Lugo *disp. 12. num.*
12. & seqq. Granad. *tract. 1. cit. disp. 2.*
 & 5. Hurtado, *disp. 4. diff. 1.* Vazquez,
quæst. 84. art. 1. dub. 2. Luisius ibidem, Be-
canus loc. cit. quæst. 4. Egidius, *disp. 4. dub.*
4. Nuñus, *quæst. 84. art. 1.* Bonacina, *disp.*
5. quæst. 3. pun. 2. Candidus, *disquisitio 24.*
art. 2. n. 2. & 5. pag. 4. & 5. Fagundez, *præc.*
2. lib. 2. cap. 3. num. 1. & Molfesius cap. 3.
cit. num. 21. & cap. 4. numer. 24. & com-
munis.

QUÆSTIO III.

An, prædicti actus pœnitentis concurrant
 partialiter, ad causandam gratiam
 istius Sacramentii?

NEANT Scotus loco citat Vega, lib.
 13. in Tridentinū *cap. 15. Capreol.*
diff. 16. quæst. 2. art. 3. ad 1. D. Bo-
 nau. *diff. 17. 2. part. art. 1. quæst. 3.* Ferrar.
4. contragent. cap. 72. quos omnes refert
 pro hac parte, Suarez *disp. 18. sect. 2. num.*
11. Quia existimat: hoc Sacramentum cau-
 sare gratiam, non per omnes eius partes,
 sed per solam absolutionem Sacerdotis, in
 quo est potestas Clavium ad absoluendum.
 Sed æque probabiliter, Respondeo: etiā
 actus pœnitentis concurrens partialiter ad
 causandam gratiam Sacramentalem; non
 tamen secundum se consideratos, sed prout
 eleuantur à Sacerdote per potestatem clav-
 ium ad causandam gratiam. Vnde tota
 actiuitas in rigore, debet tribui verbis Sa-
 cerdotis, si quidem ab ipsis dimanat actiuitas
 in ceteras compartes, & ideo propriæ
 non potest dici, quod pœnitens sibi met-
 conferat gratiam, aut remittat peccata, aut
 absoluat se ipsum. Sic Sanctus Thomas,
quæst.

quest. 34. art. 1. & 2. ad 2. & quest. 86. art. 6. Alens. quest. 61. mem. 6. Ricard. disp. 16. art. 1. quest. 2. D. Anton 3. partit. 14. cap. 17. Caiet. quest. 84. art. 2. Sot. disp. 14. art. 2. & 3. Quos omnes refert, & sequitur Suarez loc. cit. num. 12. Quibus addi possunt, Cano reliet. de pœnit. quest. 5. dub. 1. Ioannes de Cruce in sua summa, de Sacramento Pœnit. quest. 1. dub. 4. conc. 1. vbi, pro hac parte, citat etiam Ferraram (neon, & Capreolum) eodem loco, quo Suarez pro contraria citauit. Sic adhuc Egidius disp. 4. dub. 4. infin. Lugo disp. 12. num. 34. pag. 187. & est communis inter Thomistas, quos etiam sequitur Ludouicus loc. cit. dub. 2. Beccanus cap. 29. quest. 4. num. 4. & alij.

Vnde scua ipsa a seni maria tth 6 letatope
nig ruy 2 pl. n 30 et per p'ntatum.

QVÆSTIO. IV.

*An non solum dicti tres actus pœnitentis
sint materia proxima huius Sacramen-
ti; verum etiam ipsa peccata per
confessionem dolorosam
explicata?*

NE GANT absolute communiter omnes DD. præcipue Hurtado loc. cit. diff. 2. Granad. loc. cit. disp. 3. & alij. Sed Clarius, & probabilius Respondeo: Etiam esse materiam proximam, non in recto, sed in obliquo. Hoc enim modo intrant ad constituendum intrinsecum hoc Sacramentum. Nam confessio etiam cum dolore, & absolutione, non sufficerent ad constituendum hoc Sacramentum, nisi re ipsa præcesserint illa peccata, de quibus pœnitens se accuscat; ergo illa intrare debent partialiter, saltem in obliquo, ad componendum intrinsecum hoc Sacramentum. Nec id erit contra metem Conciliorum assignantium pro materia, illos tres actus pœnitentis; nam in illis includuntur peccata in obliquo; quia si assignantur pro materia confessio, & dolor de peccatis, quæ vere extiterunt, necesse est, quod in ipso dolore includantur in obliquo ipsa peccata. Sic optimè, ut solet, Lugo disp. 12. num. 22. pag.

185.

QVÆSTIO V.

*An intentio, qua pœnit' vult recipere hoc
Sacramentum, sit etiam p. rs, & quasi
materia intrinseca, huius
Sacramenti?*

AFFIRMAT timide Vazquez, quest. 84. art. 1. dub. 2. num. 11. dicens; forsitan esse partem intrinsecam. Sed certe, absque dubio Respondeo: Esse. Ipsa enim, confessio includit in se intentionem recipiendi absolutionem. Nam accusatio voluntaria pœnitentis, nihil aliud est, quam volitus obtinendi sententiam à iudice, & consequenter, intentio recipiendi Sacramentum, quod per absolutionem perficitur. Sic Lugo loc. cit. num. 27.

QVÆSTIO VI.

*An omnia peccata, post Baptismum commis-
sa, possint esse materia huius
Sacramenti?*

NE GAVIT Franciscus de Ossuna, sui Hispani Alphabeti tractat. 4. del 2. Alphabeto, cap. 5. liter. D; dicens: venialia peccata non esse sufficientem materiam Sacramenti Pœnitentiarum, & quod quando quis sola venialia confitetur, & absolvitur, non recipit gratiam ex opero operato. Sed haec sententia aperte est contra Concilia Florent. & Trident. unde merito eam delere iussierunt Domini Inquisitores, per suum ultimum indicem, editum Matriti anno 1640. pagin. michi 425. unde certissime.

Respondeo: Posse esse materiam remotam in recto; proximam in obliquo. Duplex namque est materia huius sacramenti; proxima, & remota; illa, sunt actus pœnitentis; haec vero, peccata ipsius; Dicuntur autem communiter materia remota, quia circa illa destruenda, versatur hoc Sacramentum. Nam sicut lignum dicitur materia remota ignis, quia ad eius productionem destruitur lignum; Sic etiam, peccata, quorum destructio intenditur per hoc Sacramentum, dicuntur eius materia remota in recto; licet re vera etiam dici possint proxima in obliquo, ut supra est habitum.

Hoc ergo supposito, dicimus; quod omnia peccata post baptismum commissa, sunt propria materia huius Sacramen-

ti. Mortalia quidem, materia necessaria; propria, & principalis, cum ad tollenda illa hoc Sacramentum principaliter sit institutum. Venialia vero sufficientia, & propria. Sic habetur in Trident. *seff. 14. can. 7.* & docent omnes Doctores cum D. Thoma, *quæst. 84. art. 2.* de quo late infra. Legatur Becanus *cap. 29. quæst. 3.*

QVÆSTIO VII.

An, peccata commissa ante Baptismum debeat, aut esse possint, materia huius Sacramenti?

AFFIRMARVNT Angel. verb. *Baptismus 6.*, & verb. *confessio. 2. num. 2.* & Ricard. in 4. *diff. 17. art. 2. q. 2.* Sed certissime Respondeo: Nec debere, Nec posse. Quia id constat ex Trident. *seff. 14. can. 1.* Vbi ait: hoc Sacramentum institutum esse ad deleunda peccata post baptismum commissa. Sic jam omnes Doctores, (De quo adhuc infra.) Legantur Suarez, & Vazquez. loc. cit. Molfesius loc. cit. *cap. 4. a. num. 9.*

QVÆSTIO VIII.

An, peccata, quæ sunt in ipsomet instanti Baptismi, sunt materia huius Sacramenti?

NEGRAT omnino Hurtado loc. cit. *diff. 3.* & Negant etiam ex parte, alij non pauci Doctores, docentes. Quod si peccatum quod tunc committitur est peccatum fictionis, seu voluntatis non recipie di baptismum; absq; dispositione debita, tunc debeat illud peccatum pœnites, postea in confessione explicare; si vero sit aliud quod cumque peccatum, ut odij, luxuriae, furti &c. Tunc non debeat, quia non est materia Pœnitentiae. Sic Diana 3. par. tract. 4. resol. 14. & apud ipsum, Cabrera, de Sacram. *quæst 69. art. 10. disp. 2. §. 2.* & seqq. Silvius, *quæst 69. art. 10.* Ioannes de Cruce in sua sum. de baptismo *quæst. 4. dub. 4. conc. 2.* (qui, & poterat citari etiam *quæst. 1. de pœnitentia. dub. 2. concl. 2.*) Nuñus, *quæst. 69. art. 10. dub. 2.* & Villalobos. *in sum. tom. 1. tract. 5. diff. 20.* quibus addi potest Granados *tract. 1. dip. 3.* & apud ipsum S. Thom. Sotus, Valentia, & Suarez.

Alij verò è contra affirmant: omnia pec-

cata, tunc commissa, esse materiam confessionis sequentis, & sic debere omnia à pœnitente postea confiteri. Sic aliqui Doctores, quos refferunt Suarez, *disp. 28. sect. 2.* & Vazquez *tom. 2. disp. 159.*

Sed probabilius Respondeo: Quod licet utraque ex prædictis sententijs sit speculatiue valde probabilis; practice probabilius longe est hæc ultima. Et ita dicendum est: in praxi omnia peccata, sive sint fictionis, sive quæ cumque alia, quam fictio, debere explicari in confessione subsequenti, tā quā materiam necessariam. Quia iam omnia sunt peccata hominis Christiani, & baptizati, & ad minus, nemo scire potest aliquid peccatum durasse toto tempore antecedenti, & ipso etiam instanti terminatio Baptismi, vel solo illo instanti, & non fuisse continuatum vlo modo, per aliquod temporis subsequentis: ergo si homo, non potest scire; an illa voluntas mala defsierit, simul cū Baptismo, vel continua fuerit, debet illam postea confiteri, saltem tā quā peccatum de quo dubitat, an fuerit factum post baptismum: atque ideo in praxi omnia illa sunt materia necessaria confessionis. Sic Suarez, *tom. 3. disp. 28. sect. 3.* in fine tertiae conclusionis, optime Lugo, *disp 16. e. Et. 1.* quasi per totam.

concl. 2. leto me illa eternia regna p. 14

QVÆSTIO IX.

An, imperfectiones (qualis est, non correspondere inspirationibus diuinis) sunt materia confessionis, & ideo bene faciant, qui de huius modi imperfectiōnibus se accusant?

NEGRANT esse materiam confessionis; quia negant cuiusdam esse aliquam. Tanerus, in 1. 2. *diff. 4. quæst. 10. dub. 4. num. 70.* & Sanctius in selectis diff. 1. à num. 4. & *diff. 6. numer. 4.* & *diff. 7. num. 4.* & 11. Vbi consequenter contendit, non esse permittendum pœnitentibus in confessione accusare se de huius modi rebus; nempe, quod non consenserint inspirationibus diuinis; quibus à Deo mouebantur ad non habendā nimiam solitudinem de corporis salute; ad non querenda alimenta superflua; ad non appetendas dignitates; à secularibus curis abstinentiam, &c. Item, nec debent permitti, accusare se, quod transgressi fuerint inspirationem oblatam, quando uergetur occasio violandi præceptum (hæc enim transgressio inspirationis,)

non

*pata lapidem in ope
7 allarum el non
dungel allarum etu tenet
el vno 137*

QVÆSTIO XIII.

*An, contritio debet dolere de peccatis supra omnia mala, includendo mala
(Si possibili esset) ipsius met Dei?*

AFFIRMAT Alensis; apud Lugum, docens; quod si proponeretur hæc cōditionalis; aut peccandum mibi est, aut Deus patietur aliquid malum intrinsecū; in eo casu, posse, & debere acceptari peccatum, ne pateretur Deus illud malū intrinsecum; quia hoc detestabilius esset peccato. Sic etiam sentit Suarez, apud eundem Lugum, quatenus ait; tunc eligandam esse culpam propriam, ad evitandum malum intrinsecum Dei.

Sed probabilius Respondeo: quod data illa impossibili conditionali; & quod tunc manereret inratione culpæ illa, quæ eligetur, culpa, ad vitandum malum intrinsecū Dei, dico, quod deberet potius permitte maiori intrinsecum Dei, quam admitti peccatum. Quia hoc maneret cum oppositione ad aliquod bonum superius, quam esset bonum intrinsecum Dei; vt bene probat Lugo *disp. 5. num. 28. pagin. 38.*

QVÆSTIO XV.

An contritio debat dolere de peccatis supra omnem pœnam, etiam aternam?

NEGLANT. Aliqui, quos tacitè refert Suarez *disp. 3. sect. 9. num. 4.* & etiā negare videtur, Durand. *in 4. disp. 17. quest. 5.* Vbi ait: malum aeterna pœna, nūquām esse eligibile, propter vitandum culpam.

Sed certissime Respondeo: Debere dolere, etiam supra pœnam aeternam; dum modo hæc non includat culpam. Sic D. Anselm *lib. de Similitud. cap. 190.* per hæc verba: *Sibinc peccati pudorem, & illinc cernērem inferni horrorem, & uniuorum necessario habere nūmergi, potius me ingebennam immergearem, quim peccatum in me mitterem: malū enim à peccato purus, inferno intrare, quam peccati sorde pollutus celorum regni tenere.* Sic Anselmus; Sic D. Thom *quodlib. 1. art. 9* Suarez, & Archangel. *l. cit. Lugo. l. cit. num. 30.* qui bene explicat Durandum; dicens; debere int̄-

ligi de electione absoluta nunc defacto, & perfic locuendo; quia Deus decrevit, aeternam pœnam, non esse medium ad vitandam culpam, sed potius è contrahacto per actum conditionatum, non repugnat fieri eam comparationem, imo propositum, quod ex vi contritionis debet habere pœnitens, supra omnia non peccandi, includit voluntatem conditionem, quæ velit pati etiā pœnam inferni, si id necessarium sit, ad vitandum peccatum futurum. Legantur Suarez, & Lugo *l. cit.*

QVÆSTIO XVI.

An de uno peccato debat dolere pœnitens, magis, quam de altero?

RESPONDEO. Debere, sive formaliter; si contritio desingulis peccatis habetur; sive virtualiter, si unus genitus contritionis actus pro omnibus habetur peccatis. Quia magis detestanda sunt, quo graviora peccata sunt, cum in istis major ratio doloris, quæ est Dei offensa, quam in alijs sit. Ergo maiorem dolorē degravioribus habere, maxime nobis conuenit. Sic S. Thom. *l. cit. art. 3.* Suarez, *disp. 4. sect. 10.* Granados *tract. 2. disp. 7. num. 40* Lugo, *disp. 5. num. 39.* & communis omnium, qui bene hoc debitum, non de necessitate, sed de congruentia, intelligent.

QVÆSTIO XVII.

An, de peccato leui proprio debeat quis magis dolere, quam de peccato graui alieno?

RESPONDEO: Debere. Quia si esset detestabilius peccatum graue alienum, posset quis eligere peccatum leue proprium ad vitandum alienū graue; quod omnino repugnat. Verum est, quod ad evitandum grauissimum peccatum proximi, poterit quis licite permettere, & subire periculum peccandi; quia hoc non est velle peccatum, sed permettere aliquid, ex quo non necessario, sed ob nostram culpam, sequatur peccatum. Vnde, si certo aliquis sciret, sua oratione præseruādum esse à Deo alium hominem, ne in heresim labetur, teneretur sine dubio, orare, licet sciret in ea oratione, cōmissurum se aliquod veniale, ob leuem irreuerentiam, id enim sola esset missio leuis culpæ, quæ licita

est, præpter bonum, proprium, & alienum. Imo, si ex diuina reuelatione scires te peccatum mortaliter, si loquaris cum Petro, quem, tua locutione, liberabis ab aeterna damnatione, & postea tueris à peccato iustificaturus; poteris sicut subire illud periculum, quia hoc, non est velle peccatum, sed periculum peccati, quod ex gravi causa velle possumus, ut docet Thom. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 45. num. 6. Secus esset dicendum: si non solum esset periculum peccati, sed etiam damnationis tuae; quia tunc, nec pro vitandis peccatis totius mundi, posses illud periculum subire. Sic Granados loc. cit. num. 41. Lugo loc. cit. num. 49. & sequen. Suarez disp. 3. sect. 10. n. 10. & apud ipsos, Palud. Soto, & Ledesma. Archang. diff. 17. pag. 183. Et communis.

QVÆSTIO XVIII.

An, contritio debeat esse de peccato originali?

RESPONDEO Negative. Quia, proprio loquendo, contritio solum potest esse de peccatis illis, quæ ex duritia nostræ voluntatis in nos perveniant; sed originale, non ex nostra actione, sed ex peccato Adæ, contractum est. ergo. Verum est, quod possit de originali dari in nobis vera displicentia, tam pura, quam dolorosa, qua displicat nobis, & doleat, illud peccatum, ut offendam habitualem Dei, contraxisse. Imo, & Aldo, quod de facto, nobis, quasi quotidie, displicet peccatum illud; quia ferè in omni actione molestiam afferente, idem detestemur. Sic S. Thom. in ad dictio. quest. 2. ar. 2. & rursus 3. par. quest. 34. ar. 2. ad 3. Sotus diff. 24. quest 1. ar. 2. ad 3. & diff. 17. quest. 2. ar. 2. Nuñus quest. 2. ar. 2. pag. 297. Hurtado disp. 1. diff. 3. Et est communis omnium.

QVÆSTIO XIX.

An, teneatur quis habere displicentiam, seu dolorem, de peccato originali?

AFFIRMANT Aliqui, quos, tacito nomine, refert Nuñus loc. cit. affirmantes non solum illi, qui est in peccato originali, quando venit ad usum rationis; sed etiam omnibus alijs, esse præceptum, de positio dolendo de originali alii quando.

Sed certissim è Respondeo: Non teneri. Quia nullus censetur obligatus ad talè displicentiam positive habendam; adhuc ille, qui in peccato originali ad vitum rationis peruenit. Quia iste, optimè poterit per aetū dilectionis Dei super omnia iustificari; cum in illo, includatur de se. Et vostru in plicitum Baptismi Sic Nuñus loc. cit. & apud ipsum, Sotus. Archang. diff. 14. pag. 130. & alij.

QVÆSTIO XX.

An, homo, magis debeat dolere de peccato mortali personali à se commisso; quam de originali, quod commisit in Adamo, quando ipse peccauit, & postea contraxit in instanti conceptionis?

RESPONDEO: Magis debere dolere. Quia licet utrumque peccatum omnino priuet gratia Dei: ut peccatum personale proprium, est magis voluntarium; cum ortum habeat phisice à nostra voluntate: ergo magis debemus dolere de illo. Sic Lugo disp. 5. num. 58. dicens, & bene, esse id, a pud omnes, certum.

QVÆSTIO XXI.

An, dominus, magis debeat Homo dolere de peccato Originali, quam de peccato veniali actuali?

AFFIRMATIVAM sententiam decere Hieronimum de Florentia, eximium Regis Hispaniarum concionatorum, in concionibus, quas publice edidit de Conceptione Virginis, ait Lugo loc. cit. n. 59. Qui tamē non citat sermonem illius auctoris, quia forte illum non vidit. Est tamen in ordine primus, ubi (pag. mibi 14.) hæc verba dicit: *Pues el deudo de Maria con Christo, y el darle morada en sus entrañas, y ser Madre, obligò a Christo, que la librassé de cualquier pecado venial, si pena que passara á el la ignominia; y deshonra, siendo tanto mayor deshonra, quanto es mayor culpa la original; de creer es, que por su propia honrada deuio preservar della. Y quanto mayor sea la culpa original, que la venial, bien se dexaver, pues prima de la gracia y devencho a la gloria, y de hijos de Dios, baze hijos de ira, y esclavos de Satanás, lo qual no baze el pecado venial por graue que sea: y assi*

*pasa la ofa des pues destra
jubilares y gaita en el 141*

non est distinctum peccatum ab ipsa transgressione precepti; quod nō premisserint examen, nec doleant intense, prout posset, de peccatis; quod Deum non dilexerint, tota, qua posset, intensione; quod in copula eua coniuge, nimiam delectationem fuerint experti illoque tempore, (vel alias) cum ea verba amatoria fuerint colloquuti, &c. Quid cum hæc, & similia, peccata non sint, non debent afferri in confessione. Sic Sancius, quem refert Diana 3. par. tra. 4. resol. 52. qui, quamvis vocet illum amicimūm, non audet sequi.

fot. 135

Sed probabiliter Respondeo. Esse, regulariter loquendo, materiam absolutionis. Quia regulariter loquendo, dictæ imperfectiones sunt peccata venialia. Vnde nullo modo debent reprehendi Confessores, in eo quod pœnitentes in ijs dicendis, non reprehendant. Quia (ut verbis Lugi utrari adminst, plura ex ijs, que videntur meræ imperfectiones, non sunt, sine aliqua culpa veniali; præsertim, si cum communi (et mibi vera) sententia Thomistarum, supponas, non dari actū moralem indifferentem in individuo: ex hoc enim constat, eos omnes actus, qui ex fine honesto, non sunt, esse peccata venialia. Tum etiam; quia non est necesse, quod omnia, quæ pœnitens in confessione dicit, sint determinatae, & absolute materia absolutionis. Multa quippe dicuntur, vel ad maiorem abundantiam, vt notitiam suam magis plenam pœnitens confessario tribuat. Vnde & beneficia etiam a Deo accepta narrantur, vel ut si quid fortasse culpe, & peccati in ijs fuit, id totum, per Sacramentum, & absolutionem; deleatur. Sicut ergo infirmus omnia Medico narrat, vt si quid invenerit curatione dignum, remedium adhibeat: sic pœnitens confessario, qui simul Medicus est, potest absque vitio, omnia narrare, etiam imperfectiones; quia ad confessarium magis spectat discernere, quæ sit, & quæ non sit absolutionis materia, & vt confessarius magis perspectam habeat pœnitentis conscientiam, & eo melius, de toto eius statu iudicare possit in ordine ad debitum remedium adhibendum. Hucusque Lugo disput. 16. num. 102. & 103. pag. 323. & ante ipsum, Toletus lib. 3. sum. cap. 2. num. apud Lugum, Sancium, & Dianam, 6. apud me vero. nu. 5.

(2.)

QVÆSTIO. X.

Quid sit Sacramentum Pœnitentiae?

RESPONDEO. Ex dictis: Quod est, Sacramentum noua legis consans ex actibus pœnitentis, & absoluzione Sacerdotis, conferensque gratiam, qua peccatum, post Baptismum commisum, remitti posse. Sic Granatus controv. 7. tract. 1. dis. p. 2.

Similishuic definitioni est illa, quam affert Nauar. cap. 22. num. 11. & sequitur Reginald. lib. 28. num. 37. dicens; Pœnitentiam esse Sacramentum Absolutionis, quo Sacerdos sibi subditum, peccata sua, cum in isto dolore, & proposita satisfaciendi, legitime consentim absolet.

Denique, omisis alij definitionibus, hanc sibi elegit Bonac. disp. 5. quest. 2. pun. 2. Sacramentum (inquiens) Pœnitentiae, est Sacramentum consensus in actibus pœnitentis, & absoluuntis, institutum a Deo per modum iudicij emendatimi ad remissionem peccatorum. Sic etiā Nuñus in 3. par. 1. 84. ar. 1. dub. 4. & Candidus disquis. 24. ar. 2. nu. 2. Omnes sunt optimæ definitiones.

QVÆSTIO. XI.

Quid, & Quotuplex sit Contritio?

de Dolore

RESPONDEO. Breuiter. Quod contritionis nomen, tripliciter sumitur. Primo, pro quolibet dolore de peccatis. Secundo, pro dolore perfecto, quo quis, ita dolet de peccatis, ut recipiat gratiam. Et tertio, pro dolore imperfecto, quo quis cum Sacramento, non sine illo, gratiam suscipit.

Dolor ergo, seu Contritio formalis, prout abstrahit a contritione perfecta, & imperfecta, sic definitur à Trid. sess. 14. cap. 4. Est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cu proposito non peccandi de cetero.

Contritio vero formalis perfecta, sic ab Hurtado diff. 2. diff. 1. definiuntur; Est detestatio, aut dolor de peccato, propter Deum ex charitate dilectum. A Bonac. diff. 5. q. 5. secl. 1. pun. 1. num. 1. Est actus charitatis, quo quis detestatur omnia sua peccata super omnia detestabilia, quatenus sunt offensa Dei, seu contra amititiam, & voluntatem eius, cum proposito non peccandi infuturum. A Granado tract. 2. diff. 7. nu. 3. Est actus voluntatis liber, bene stus &

*de Contritio
ne.*

M 3 super-

Supernaturalis, detectans efficiat peccata omnia, saltet letalitia commissa, quatenus sunt contra Deum, super omnia supernaturaliter dilectum, cum firme, & supernaturali proposito non peccandi. Sicut letaliter, & spe etiam supernaturali venire. A Candido tandem dicitur. 24. art. 2. n. 3. Sic brevius dicitur: *Est dolor perfectus voluntarie assumptus, propter Deum pro peccatis, cum proposito confitendi, & satisfaciendi.*

Contritio vero imperfecta, seu Attritio; *Est dolor de peccatis ob timorem gehennæ, aut aliarum pœnarum, aut ob turpidenam, & malitiam peccati.* Sic colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 4. vbi sic dicitur: *Illam contritionem imperfectam, que attritio dicitur, quoniā, vel exturpitudinis peccati commissi cōsideratione, vel gehennæ, & pœnarum misericordia communiter concipiatur.* si voluntate peccandi excludat cum spe venie, declarat, non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorum; verum etiam donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, &c. Sic Concilium. De quibus omnibus breuiter tractabimus. Videatur Navar. in manu cap. 1. per totum. Vinald. in candelabro aureo. 1 part. vbi de contritione, Suarez, & Vazquez, vbi infra Molfesius 1. par. summæ tract. 7. cap. 7. & Archangel. distin. 17. pag. 175. & sequent.

QVÆSTIO XII.

An, contritio perfecta sufficiens ad iustificationem, debeat necessario esse ex motu charitatis, scilicet, Dei super omnia dilecti?

de confessione **N**EGLIGANT aliqui Doctores, quos, suppresso nomine, refert Suarez tom. 4. disp. 4. secl. 2. num. 13. assertentes: sufficere ad contritionem, quod sit dolor, vel ex motu charitatis, vel ex motu obedientiae, vel religionis, vel pœnitentiae, hoc est: quod sit dolor, quia peccatum displaceat Deo, quem diligimus; vel quia est contra eius preceptum, cui obedire debemus; vel quia est contra eius cultum; vel, quia est contra ius Dei, quod obseruare tenemus; aut quia est offensa Dei. Sic tenent Sotus disp. 17. quest. 2. art. 2. Bonac. loc. nuper cit. Granad. contr. 7. tract. 2. disp. 7. n. 9 vbi sic ait: *Satis est ad contritionem, efficax*

charitatis

detectatio orta ex amore charitatis, sive illa procedat, etiam ex motu charitatis, atque adeo ad charitatem pertinet; sine procedere ex motu religionis, sive peculiaris virtutis pœnitentiae; illud enim solum requiritur, quod sit talis dolor, qui peccatorum conuertat ad Deum, & non sit propter pœnas peccatorum, aut gloria, aut quid simile. Sic Granados.

Sed probabilius Respondeo: Deberet necessario oriri ex solo motu charitatis Dei super omnia dilecti. Quia, sicut per peccatum mortale expellitur charitas Dei; sic debet restituiri, precedente aliquo actu ipsiusmet charitatis, ut congrue restituatur. Sic Suarez loc. cit. Vazquez quest. 85. art. 2. dub. unico num. 45. dicens (sed valde rigide) oppositam sententiam censendam esse erroneam. Lugo disp. 5. num. 10. pag. 34. dicens: esse communem omnium fere Theologorum Hurtado disp. 2. diff. 2. Petrus Soto loc. 14. de penit. fol. mibi 137. Molfes. tract. 7. cap. 7. num. 13. & 19. & alij.

QVÆSTIO XIII.

An, contritio debeat detectari peccata super omnia detectabilia?

RESPONDO. Quod debet detectari omnia peccata, supra omnia mala pœna apretiativæ, non intensivæ. Hoc est, debet homo per contritionem dolere de peccatis magis, quam de omni mala pœna; itaut pluris offendit Deum, quam si omnia mala incurrisset, & consequenter debet firmiter statuere, potius tolerare quodlibet aliud malum, quam peccare de cetero. Nec enim ad id, est necessaria actualis comparatio peccati ad alia mala; quin potius, prudentius erit, præfertim hominibus exiguae virtutis, ab huiusmodi comparationibus abstinere: periculosa namque esset, si hac conditionalis illis proponeretur explicite, & actualiter; si occurret talis, vel talis casus infamiae, vel mortis subeundæ ad vitandum peccatum, quid faceres? sufficit ergo; quod implicitè proponatur detectio peccati super omnia. Sic S. Thom. in additio. quest. 2. art. 1. ad 4. Enriq. lib. 4. cap. 27. nn. 7 Petrus Soto loc. cit. vnde non recte citat illum Enriq. pro opposito. Lugo disp. 5. secl. 2. Granados disp. 7. cit. secl. 4. Navar. cap. 1. num. 21. Soto disp. 17. q. 2. ar. 4. Suarez disp. 2. secl. 9. & Archangel. disp. 17. pag. 183. Et omnes.

QVÆS. *

14
en la otra parte del libro 239
ultimo el questionario
concluyó este trabajo + \$39

así si à una persona le dieran à escoger una de dos, ó bázer un pecado venial, ó contrabére el original, deniera escoger antes el venial, y aun muchos veniales, que el original. Hucusque Hieronimus.

Sed probabilius Respondeo: Non debere magis dolere de originali, quam de veniali. Quia licet illud, a liquo modo, sit grauius isto, eo quod grauius detrimentum afferat; istud tamen, est magis voluntarium, siquidem committitur phisice per voluntatem propriam; illud vero, per voluntatem mora liter alienam. Sic optimè, & latissimè, Longoloc. cit. pag. 44.

QVÆSTIO XXII.

*An, B. Virgo, potius elegisset committere unum peccatum veniale, quam contrabere maculam peccati originalis in instanti sua
Conceptio-*

nist?

AFFIRMAT clarissime Hieronimus de Florentia, ut constat ex eius verbis nuper adductis.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo id electuram fuisse. Quia (inquit Lugo loc. cit. num. 60.) contrahere maculam originalem in primo instanti conceptionis, non est peccare, tunc enim non peccat puer, sed est in peccato habituali, eo quod peccauit antea in Adamo, & non est ei condonatum illud peccatum: certum est autem, quod non potest aliquis facere unum peccatum in veniale, vt possit exire à statu peccati habitualis in quo est. Sic ille, legatur quæsto.

QVÆSTIO XXIII.

An, perfecta dilectio Dei, sine contritione, aut detestatione formalis peccati, sufficiat ad iustificationem?

NEGLANT Petrus de Soto le 57. 4. q. 5. de pœnit. (eo quod existimet, hominem existentem in mortali, minime posse habere veram dilectionem), sine formaliter actu contritionis, Cano relect, de pœnit. pas. 3. & ex parte, Sotus dist. 15. quæst. 1. artic. 2.

Sed longe probabilius Respondeo: Sufficere. Quia potest dari in peccatore actus dilectionis Dei super omnia, absque contrito

ne formalis, cū possit non occurrere in memoriā mortale, quo i detestari debeat: sed ad iustificationē sufficit actus dilectionis amicitiae Dei, ut constat, tum ex illo Ioan. 14. Qui diligit me, diligitur à Patre meo. Tum etiam: Quia dilectio perfecta, licet non sit formaliter. Contritio, est tamen virtualiter, eminenter, & æquivalenter, quod sufficit. Sic Medina, C de pœnit. quæst. 2. Nuñius in additio. quæst. 1. artic. 1. dub. 7 pag. 281. Suarez disp. 9. secl. 1. Egidius disp. 2 dub. 6. Lugo disp. 5. num. 93. pag. 50. Caiet. 3. par. quæst. 87. art. 1. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 3. punct. 2. Candidus disquisitio, 24. art. 15. dub. 5. & 6. Hurtado disp. 2. diff. 5. Vazquez quæst. 86. art. 2. dub. 1. num. 18. & apud ipsum, Scotus, Gabr. Nauar. & Maior.

QVÆSTIO XXIV.

An, dilectio Dei super omnia, solum iustificat casu quo non occurrant peccata diligentibus?

Denm?

AFFIRMANT, solum in eo casu iustificare, Suarez loc. cit. num. 11. Sotus dist. 15. quæst. 1. art. 2. concl. 2. Candidus loc. cit. pag. 30. Vazquez loc. cit. num. 24. &c alij.

Sed probabilius Respondeo: Etiam iustificare adhuc in casu, quo adsit memoria peccatorum. Quia adhuc in eo casu, potest esse dilectio, sine contritione formalis, si non adsit necessitas, pœnitentiam tunc ad salutem habendi: ergo, adhuc in eo casu, sola ad iustificationem sufficit. Sic Lugo & Hurtado loc. cit. & Becanus de Sacram cap. 30. quæst. 3. num. 12. concl. 3. pag. mihi 529.

QVÆSTIO XXV.

An, etiam sufficiat ad iustificationem contritio, sine dilectione formalis?

AFFIRMANT Palud. dist. 14. ar. 2. q. 3. Gabriel quæst. 1. ar. 2. concl. 5. Sotus quæst. 2. art. 5. ad 4. Vega lib. 13. in Trid. cap. 21. quos citat, & sequitur Suarez disp. 4. secl. 2. num. 6. & 9.

Negant vero è contra, Nuñius loc. cit. q. 1. art. 1. dub. 7. pag. 280. Qui refert pro hac parte D. Thom. 3. part. quæst. 85. D. Bonav. Palud. & Ricardum dist. 15. & 16. Scotum dist.

diff. 14. quæst. 2. Magistrum, Capreolum, & Gabrielem; Quia exultimant; non posse ex natura rei, esse actum contritionis, sine actu formali charitatis.

Sed, media via, probabilius Respondeo: Actum contritionis sufficere ad iustificationem, sine alio distincto actu charitatis; non vero, sine dilectione formalis. Quia ipsamet Contritio, est simul dilectio Dei super omnia: ergo sine alio actu auctoris sufficiet ad iustificationem. Sic Hurtado *disp. 2. diff. 2. & 6. Lugo disp. 5. num. 92. Molfet. tract. 7. cap. 7. num. 19. B. canus loc. cit. & alij.*

QVÆSTIO. XXVI.

An Contritio perfecta, habeat semper coniunctam remissionem peccati, etiam ante receptionem actualis Sacramentis?

NEGLANT Molanus *tract. 1. Tholox. practicæ cap. 8.* docens; contritionem cum voto Sacramenti, solum in casu necessitatis, non extra, asserre remissionem peccati. Guillelmus Estius, in *4. diff. 17.* & in prima Epist. Ioap. *cap. 3. vers. 7.* & nouissime Franciscus Sylvius in *quæst. 5. Supplementi S. Thomæ art. 1.* Vbi docet; non semper, imo, nec frequenter, contritionem habere coniunctam remissionem peccatorum, ante quam recipiatur Sacramentum, sed solum aliquando id contingere, vt in casu necessitatis, cum quis, non nisi difficilime potest adire Sacerdotem; aut extra illum; si contritio esset vehementissima, & coniuncta magna dilectioni Dei, licet non omnibus illam habentibus, sed aliquibus, quibus Deus voluerit; daretur, adhuc statim remissio peccati. Sic ille, qui citat ibi pro sua sententia Molanus *loc. cit. Scot. in 4. diff. 4. quæst. 2. & diff. 17. & 19.* & Caietanum in sum. verbo Contritio. Eodemque doctrinam tradit iterum, in additionibus ad *caput 11. prima par.* Enchiridionis Petri Binsfeldij, §. 3. pag. mibi 73, vbi pro eadem sententia citat eundem Binsfeldium; sed male.

Vnde certissime Respondeo: Semper habere coniunctam remissionem peccati, etiam ante receptionem actualis Sacramentis: Quia hoc habet perfecta contritio, sive ex natura rei, vt aliqui volunt, sive ex infalibili institutione diuina, vt alij. Sic sentiunt omnes Patres, & Theologi, ita, vt aliqui dicant; oppositam sententiam esse erroneam,

vt Agidius *quæst. 63. ar. 2. n. 30.* Alij; esse contra sententiam Catholicam, vt Vazquez *tom. 2. in 3. par. disp. 152. nu. 3.* Alij, esse periculosam, & parvutam in fide, vt Curiel *1. 2. q. 112. ar. 3. dub. vnic.* Alij denique; esse temerariam, & scandalosam. Temerariam, quidem; quia in re grauissima discedit ab omnibus Theologis, & Patribus, sine fundamento. Scandalosam verò; qui a non parum remoueret homines à procuranda contritione, si scirent, non habituros se veniam, ante receptionem Sacramenti. Sic Hugo *disp. 5. à num. 99. pag. 54. qui, nu. 116.* bene aduertit, nec Caietanum, aut Scotum fauere Sylvio; sed solum modò Molanum, & Estium, qui fuerūt discipuli Michaelis Baij, & eius doctrinam, in hac parte sequuntur; Nam inter alias propositiones Baij, quas Summi Pontifices Pius V. & Gregor. XIII. reprobarunt, & prohibuerunt, continetur ista; *Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper coniuncta cum remissione peccatorum.* Nec Binsfeldius est pro Sylvio, cum *loc. cit.* potius oppositum, per hæc clara verba, dicat: Contritio, nunquam est sine charitate, & gratia; sed attritio potest esse sine his, cum auxilio speciali. Sic ille. Becañus etiam *cap. 35. quæst. 5.* Et communis.

QVÆSTIO. XXVII.

An Contritio sit ex natura rei sufficiens ad iustificationem, extra Sacramentum?

AFIRMANT Sotus *diff. 14. quæst. 1. art. 7.* Canus *relatio de pœnit. par. 3. Vega lib. 13. in Trid. cap. 20.* Vazq. *quæst. 86. art. 2. dub. 1.* Ochagau. *tract. 1. de Pœnit. quæst. 13.* Quos omnes refert, & sequitur Pater Hurtado *disp. 2. diff. 6.*

Sed probabilius Respondeo: Non esse sufficientem ex natura rei, sed ex diuina institutione, exigente eam, ad iustificationem, vt dispositionem. Sic Medina C. de Pœnit. q. 2. Suarez *disp. 9. se Et. 3. num. 6. & disp. 15. se Et. 3. num. 7.* Hugo *disp. 5. nu. 15. & disp. 7. num. 192. & disp. 8. num. 142.*

& Enriquez *lib. 4. cap. 30. num. 4.* Et alij.

(.4.)

QVÆS-

QUÆSTIO XXVIII.

*An Contritio fit ex se forma formaliter
sanctificans, & remissiva
peccatorum?*

AFFIRMANT Vazquez i. 2. disp. 203. & 3. par. tom. 1. disp. 2. cap. 6. num. 62. Iansen. in Concordia Euangeli. cap. 48. Vincentius de Gratia Christi, quest. 1. Ochaga. loc. cit. Hurtado loc. cit. diff. 7. & alij.

Sed, multo probabilius, Respondeo. Non esse, ex se, formam sanctificantem; neque ex natura sua, habere vim sanctificandi; aut expellendi peccatum. Primo, Quia contritio, vel dilectio Dei, est mera dispositio ad justificationem, ut expresse docet Trident. sess. cap. 7. & ex illo, Salmeron (qui interfuit Concilio) in epist. ad Galat. cap. 8. Ergo non est forma justificans.

Secundò. Quia contritio, ex natura sua, est actus transiens: ergo nequit esse forma propria iustificans; cum hæc, debeat necessario esse radix habituum infusorum, & habere se per modum naturæ in ordine supernaturali. Sic Suarez tom. 1. in 3. partē disp. 4. sect. 8. & disp. 8. sect. 3. & tom. 4. disp. 8. sect. 3. (non 7. vt inuenies citatum apud Hurtadum) & tom. 3. de gratia lib. 7. cap. 8. & 13. Enriquez lib. 4. cap. 30. cit. num. 3. (non 30. vt citat Hurtado) & apud ipsum D. Thom. Palud. Durand. Capreol. & Hispal. Scotus, Maior, Gabriel, Altisiodor. Sotus, Ledesma, Ferrara, Vega, Taper, & Bellarmenus. Aegidius disp. 2. dub. 3. num. 21. & 33. Lugo disp. 8. 3. num. 98. pag. 130. Molles. tract. 7. cap. 7. num. 22. & 26. Onuphrius disp. 2. de pœnit. sect. 3. quest. 1. & 3. Fagundez de præc. 2. lib. 2. cap. 5. num. 1. Beca nus de Sacram. cap. 35. quest. 5. conol. 1. Archangelus dist. 17. pag. 182. Et communis.

QUÆSTIO XXIX.

An perfecta contritio, sit sub præcepto?

NEGRVNT quidam, quos tacite, referunt Medina C. de Pœnit. q. 2. §. Eftō sit necessarium, & Vega loc. cit. cap. 19. cum quibus tenuit Victoria, ut refert Cano relect. de Pœnit. par. 4. sed non sequitur, quidquid Angles

Bonacina dixerint: ex quibus, hic, etiam, pro hac parte, citat Nauarrum in Manuallī cap. 1. num. 27. sed certe, neque absolute, & omnino, sed ex parte tantum, docet meus Nauarrus, ut ex dicendis constabit.

Sed certissimè Respondeo: Affirmatio. Quia contritio est necessaria necessitate medijs, ut constat ex illo Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis:* Ergo & necessitate præcepti. Sic S. Thom. quest. 84. art. 7. Suarez disp. 15. sect. 1. & apud ipsum, D. Bonaventura, Ricard. Alcal. Major, Durand. Marsil, Soto, Cano, Petrus Soto, Vega, Viguerius, & Medina. Vazquez quest. 86. art. 2. dub. 2. Hurtado disp. 3. diff. 1. Lugo disp. 7. num. 170. Bonacina disp. 5. quest. 5. sect. 1. punct. 2. num. 4. & apud ipsum, Valentia, Nuñus, Aegidius, Pitigianus Fillincius, & alij. Fagundez de 2. præcepto Eccl. lib. 2. cap. 6. num. 1. Bicanus cap. 35. quest. 6. Et est communis omnium Theologorum.

QUÆSTIO XXX.

*An præceptum perfecta Contritionis,
sit positivum, aut na-
turale?*

AFFIRMAT esse positivum, & non naturale, Medina C. de pœnit. tract. 1. quest. 2. art. 2. post medium. Eo quod, si esset præceptum naturale, deberet contineri in aliquo præcepto decalogi: at non apparet, sub quo continetur. ergo.

Sed certissimè Respondeo: Esse præceptum naturale. Quia de omni medio ad salutem necessario, datur præceptum naturale. Verum est, quod aliqua ex parte, possit etiam dici positivum, Quia etiam oritur ex determinatione libera Dei; qui de facto voluit tale genus satisfactionis ad remittenda peccata. Sic Suarez ubi infra, Villa o bos tract. 9. diff. 20. num. 3. Caiet. Sotus, Alensis, D. Bonaventura, & Vega, apud ipsum, atque alij statim citandi.

Vnde ad Rationem Medinae, Respondeat Vega lib. 13. in Trident. c. 20. Negandominem; quia continetur (inquit) sub quinto præcepto non occidendi. Sed longe verius Respondeo: non contineri, nisi sub primo: eo quod oriatur ex obligatione diligendi, & reuerendi Deum. Sic, quoad substantiam, tenet Suarez disp. 15. sect. 3. Vazq. quest. 86. art. 2. dub. 2. & 2. Granados controver. 7. disp. 9. pag. 1162. Hurtado disp. 3. diff. 2. Lugo

Lugo disp. 7. num. 182. & n. 249. pag. 108.
Becanus cap. 35. quæst. 6. Sotus diff. 17.
quæst. 2. art. 6. Valentia quæst. 8. punct. 3.
Bonacina loc. cit. in ultima editione, Filliuc.
tract. 6. cap. 8. quæst. 2. Molfessius tract.
7. cap. 7. num. 37. Et communis.

QVÆSTIO XXXI:

*An, præceptum Contritionis obliget in
actu secundo, statim ac commis-
sum est peccatum mor-
tale?*

AFFIRMANT Guillelmus Parisiens.
tract. de pœnit. cap. 19. Innoc. IV.
in cap. omnis utriusque sexus. de
pœnit. & remissio. Archidiacon.
in cap. Ille Rex. de pœnit. diff. 3. Thom. de
Argent. in 4. diff. 17. art. 4. Mayor quæst. 2.
Petrus Soto lect. 13. de pœnitentia. Iis Ad-
di possunt Alens. 4. part. mem. 4. art. 1. Pa-
lud. in 4. diff. 17. quæst. 1. art. 3. D. Anton.
3. par. tit. 14. cap. 18. §. 2. Siluest. verbo
contritio n. 4. Marsilius in 4. q. 12. art. 1.
part. 5. Abulens. lib. 1. Paralipom. cap. 16.
q. 36. & omnes alij, qui dicunt; obligare
hoc præceptum, quoties peccata practice
memoriæ occurrint, hoc est, vel tanquam a-
genda, vel tanquam iam facta; non autem si
speculatiue occurrant; vt est, cum nobis ve-
niunt in mentem, tanquam res alix, vt de il-
lis disputemus, intelligamus quid sit pecca-
tum, &c. Vt dicunt aliqui, quos probat Mal-
donatus disp. de Contritio. cap. 4. Quia con-
sequenter debent dicere, quod obliget sta-
tim, si statim peccata memoriarum occurrant.
Fauent etiam huic sententia, S. Thom. in
4. diff. 17. q. 3. art. 1. q. 4. & 2. 2. q. 6. 2. art.
8. & Caiet. 1. tom. opusc. tract. 17. q. 1. do-
centes; nec per modicum tempus, licere in
peccato perseverare.

Sed, longe multo probabilius, Respon-
deo: Non obligare statim, ac commissum est
peccatum; aut quoties memoriarum, etiam pra-
etice, occurrit (tunc enim, solum de præcep-
to est, non habere complacentiam de pecca-
to prædicto.) Qui præceptum contrito-
nis, est affirmatum; ergo nec statim, ac pec-
catum est commissum; aut quoties memoriarum
occurrit, obligabit. Non enim est fundamen-
tum sufficiens ad dicendum, quod hoc tem-
pus sit, in quo obliget; cum potius contra-
rium constet ex communi sensu fidelium, qui
nullo modo in se talem obligationem cog-
noscent. Sic insinuat S. Thom. loc. cit. & te-

nent expresse Durand. in 4. diff. 17. q. 10. An-
gel. v. Contritio num. 5. Medina, C. de pœ-
nit. tract. 1. q. 6. Adrianus in 4. q. 3. de con-
fessio. Soto diff. 17. q. 2. art. 6. Cano rele-
ctio. de pœnit. par. 4. Viguerius in summa
cap. 27. & 29. quos omnes refert, & sequi-
tur Suarez diff. 15. sect. 5. num. 2. Nauar. in
summ. cap. 1. num. 27. & 29. & Palud. loc.
cit. num. 20. quos addit, & sequitur Vazquez
quæst. 86. art. 2. dub. 5. num. 9. Enriquez
lib. 4. cap. 6. num. 7. Valentia q. 8. punct. 4.
assertio. 2. Granados, contr. 7. tract. 2. dispe-
9. num. 9. Egid. disp. 3. dub. 3. num. 24. Re-
ginald. lib. 5. num. 19. Filliuc. loc. cit. num.
198. Molfessius. num. 43. & seqq. Villalob.
tract. 9. diff. 21. num. 2. Hurtado diff.
3. diff. 3. Lugo disp. 7. num. 196. pag. 98.
Candidus disquisitio 24. art. 16. nu. 2. pag.
32. Nuñus in additio. q. 2. art. 3. dub. 3. pag.
mibi 311. Diana par. 5. tra. 13. resol. 33. Bo-
nac. disp. 5. q. 5. sect. 1. punct. 2. num. 8. Fa-
gundez præc. 2. Ecclesiæ lib. 2. cap. 6. num.
2. Ochag. tract. 1. de pœnit. q. 15. pag. mihi
160. Becanus cap. 35. q. 7. concl. 3. Et iam
omnes ferè.

QVÆSTIO XXXII:

*An, saltem Religiosus, statim ac committis
peccatum, teneatur ad contritio-
nem habendam?*

AFFIRMAT D. Bonau. in 4. diff. 17. 2;
par. art. 2. q. 2. teneri ob maiorem
perfectionem sui status. Citat etiam
Ochagavia loc. cit. num. 2. pro hac
parte, Caietanum 2. 2. q. 66. art. 3. circa se-
cundum. Archidiaconum in cap. Ille Rex. de
pœnit. diff. 3. & Innoc. IV. in cap. Omnis. de
pœnit. & remissio.

Sed longe multo probabilius Respondeo:
ad huc non teneri. Quia nulla est maior ratio
de Religiosis, quam de omnibus alijs. Sic
Vazquez, Lugo, Hurtado, & alij loc. cit. &
optime Ochagavia loc. cit. num. 4. & 5. vbi
probatur, solum secundum congruentiam, vel
Consilium, debere specialiter Religiosos
expiare animam post peccatum com-
missum statim, quia eius status
maiorem perfectionem
requirit.

(2)

QVÆS.

QVÆSTIO XXXIII.

An Præceptum contritionis obliget peccatores in diebus festis, saltem solemnibus?

AFFIRMANT (apud Vazquez) Scotus in 3. diff. 27. q. 1. Petrus Soto lett. 13. de Pœnit. Viguerius c. 16. §. 4. vers. 11. Marsilius in 4. q. 12. art. 1. part. 5. articuli, & apud Binsfeldium, Angelus verb. Feriae §. 4. & etiā Gabriel, quem ipse citat in 3. diff. 28. Vazquez verō 27. & Suarez 37. Ego vero, in nullo ex his locis, inuenire potui, quod id Gabriel doceat. Docet tamen, meo videri, Becanus. cap. 35. q. 7. concl. 2. cum referat hanc sententiam, & non impugnet. Ait enim sic: Præter hæc duo tempora, solent alia assignari, quibus obliget præceptum contritionis. Primō, in die festo. Secundō, in cōmuni calamitate Ecclesie. Tertiō, in periculo obliuionis peccatorū. Sic ille.

Sed multo probabilius Respondeo: Non obligare. Quia nulla apparet ratio, qua ad id afferendū cogat. Sic Suar. disp. 15. sect. 6. n. 11. dicēs: cōtrariā sententiā esse falsam, & sine fundamento. Vazquez q. 86. ar. 2. dub. 6. Cano 4. par. relectio. de Pœnit. Sot. diff. 17. q. 2. ar. 6. Medina, C. de Pœnit. q. 6. Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 1. pun. 2. n. 7. & apud ipsum, Reginald. Valentia, Pitigian. Angles, & Zerola. Granados loc. cit. num. 13. pag. 1166. Binsfeldius 1. par. sui Enchirid. c. 11. §. 6. & apud ipsum, Cajet. & Armilla. Candidus disquisitio. 24. ar. 16. n. 4. Diana & Hurtado loc. cit. Thomas à Iesu in tribunali conscientie cap. 2. pag. 23. Ochagavia loc. cit. q. 16. pag. 161. Moifesi. 1. par. summ. tract. 7. num. 45. & communis.

QVÆSTIO XXXIV.

An Obligentur peccatores præcepto contritionis, quando instat grauis aliqua calamitas populo?

AFFIRMANT Adrianus in 4. q. 3. de Confessio. Petrus de Soto loc. cit. Narrat. c. 1. n. 27. Valentia q. 8. pun. 4. assertio. 6. Zerola de Pœnit. c. 7. q. 24. Nufius q. 2. cit. art. 3. dub. 3. insine. Thomas à Iesu, & Becanus loc. cit.

Sed probabilius Respondeo: Non obligare. Quia ex nullo iure colligitur, dictū præceptum in tali casu obligare, cum homo exi-

stens in peccato, possit alias crare, & excusari à Deo, quidquid dixerit cactus ille Jean. 9. cum nondum esset illuminatus. Sic Suarez, Vazquez, Granados, Ochagavia, Hurtado. Bonac. & Diana loc. cit. & cōmuni.

QVÆSTIO XXXV.

An Peccator teneatur præcepto Contritionis, quando est in periculo obliuionis peccatorum?

AFFIRMAT Sotus in 4. diff. 17. q. 1. art. 6. Cui lauet Becanus loc. cit. Sed longe multo, imo, & certissimè Respondeo: Non teneri. Quia ex vi contritionis, non tenetur homo conteri de singulis peccatis distincte recogitatis: ergo neque ex vi naturalis præcepti contritionis, erit necessarium conteri propter metum obliuionis. Sic Suarez loc. cit. nu. 15. Hurtado, Vazquez Ochag. Cajet. & Diana loc. cit. & communis omnium.

QVÆSTIO XXXVI.

An saltem in articulo mortis obliget contritionis præceptum?

RESPONDEO certissimè; obligare, si tunc cōfessio haberet nequeat. Quia non restat aliud tempus, in quo homo habere contritionem possit. Sic omnes DD. præcipue citati.

QVÆSTIO XXXVII.

An Solum in articulo mortis obliget, ex sua, & perse, præceptum contritionis?

AFFIRMANT, solum in articulo, seu articulo mortis, obligare, Vazquez q. 86. art. 2. dub. 6. Cajet. in sum. verb. Contritio. Hurtado disp. 3. diff. 4. Diana par. 5. tract. 13. resol. 33. & apud ipsum, etiam Villalob. tract. 9. diff. 21. nu. 4. & 5. citat etiam Lugo pro hac sententia, Nauar. cap. 1. num. 27. Durandum in 4. diff. 27. quæst. 10. art. 1. iuncto art. 2. & Sotum ibi quæst. 2. art. 6. concl. 5. Nuñus quoque, affert pro eadem, Suarium disp. 15. sect. 6. adducentem etiam Adrianum quæst. 3. de confessio. & Medinam, C. de Pœnit. tract. 1. q. 6. art. 1. Affirmant etiam, Bonacina disput. 5. quæst. 5. sect. 1. punct. 2. nu. 5. vers. Dixi in N respon-

responsione. Qui in ultima editione etiam pro se citat Suarium loc. cit. Mollesium tract. 7. c. 7. n. 42. Fillucium tract. 6. cap. 8. num. 213. D. Thom. à Iesu in tribunali conscientiae cap. 2. de Contritio. pag. mibi 23. & seqq. Faundez de præc. 2. lib. 2. cap. 6. num. 5. qui etiam citat pro se D. Thomam dist. 17. quæst. 1. art. 4. Suarium loc. cit. nu. 2. Toletum lib. 3. cap. 5. num. 3. Vinaldum de Contritio. num. 20. Valentiam quæst. 8. pñct. 4. & alios.

Sed longe probabilis Respondeo: Non solum in articulo, seu periculo mortis, sed etiam aliquoties in vita, præceptum contritionis obligare. *Quia*, qui post delictum commissum contra Deum, nihil curat de obtinenda pace, & gratia cum ipso, sed differt petitionem venia, & reconciliationem, usque ad finem vite, procuidubio videtur ipsum Deum offendit negligere; & contemnere: ergo tenetur ante finem vite de peccatis commisis contritionem habere. Sic Nuñus in additio, quæst. 2. art. 3. dub. 3. pag. mibi 310. vbi oppositam sententiam falsam, & improbabile appellat, sed imerito; Enriq. lib. 4. cap. 6. n. 6. Egidius disp. 3. dub. 3. num. 32. dicens, esse communior sententiam. Ochagavia quæst. 16. Lugo disp. 7. num. 234. pag. 105. Granados controver. 7. tract. 2. disp. 9. num. 7. pag. 1164. dicens, esse communem doctrinam Theologorum. Candidus disquisitio. 24. art. 16. num. 5. pag. 32. Ioan. de Cruce, in summ. quæst. 2. dub. 5. consl. 2. qui omnes etiam citant pro hac sententia Suarium.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Præceptum contritionis, ex visua, obliget ad habendam contritionem, ad minus, semel in anno?

NEANT in primis Sotus, Ledesma, & Marsilius, quos citat, & sequitur Enriquez lib. 4. cap. 3. n. 2. & 4. & 6. n. 6. in Glossa lit. Z. existimantes: solū obligare post aliquos annos, nempe, post quinquennium.

Negant etiam Ochagavia. q. 16. nu. 8. Egidius disp. 3. dub. 3. nu. 33 & Lugo disp. 7. n. 243. pag. 107. docentes, non violare dictum præceptum illum, qui ad tres, vel quatuor annos, contritionem, aut veniam petitionem, differret. Negant tandem omnes Doctores pro prima sententia, quæstione præcedenti, adducti.

Sed probabilibus Respondeo: Admirus, semel in anno obligare. Quis, ut infra, Disputat. 3. q. 13. dicemus, præceptum diuinum confessionis, seclusa lege Ecclesiastica, obligat quolibet anno: ergo a fortiori præceptum contritionis; cum hoc strictius sit, siquidem est connaturale statui gratiæ secundum se, & ex alia parte, facilis saltem, constat ad cōtritionem, siquidem ad dictum actum, homo confessario non indiget, & ex se solo, auxilio supernaturali fretus, potest illum elicere: ergo ad illum tenetur admittus semel in anno. Sic Granados loc. cit. & dicit valde probabile Lugo. Sic etiam Nuñus dub. 3. cit. & Candid. nu. 5. pag. 22. qui, non semel in anno, sed bis in anno, affirmant teneri peccatorem ad conterendum sub pena violationis præcepti contritionis. Optimè etiam Llamas 2. par. methodi cap. 2. §. 12. per hæc verba: Cum præceptum cōtritionis sit affirmatum, non pro semper obligat, sed i'lis tantum temporibus, quibus confessio obligat, cum adeat copia confessoris: & sic Ecclesia tempus limitante, & declarante, quamuis obligatio sit iuris diuinæ: & sic semel in anno tenetur fidelis conteri de peccato mortali commisso anno illo, etiam si non ad sit cōfessoris copia toto anno illo; vt contingit nauigatibus, & capitulis: & hoc eadē certitudine certum est, qua, & quod obliget Ecclesia, & determinet ins diuinæ ad semel in anno confitendum: quia illo præcepto, nō ad solam partem Sacramenti Pœnitentiae obligat, quod stultus esset imaginari, sed ad usum Sacramenti Pœnitentiae, cuius præcipua pars est cōtritio cordis, &c. Sic ille. Legatur.

QVÆSTIO XXXIX.

An Peccator, qui non elicit, per annum integrum, actum contritionis, teneatur id in confessione explicare?

AFFIRMANT Nuñus loc. cit. dub. 3. & ex illo Candid. loc. cit. vbi sic ait: Qui manet in aliquo peccato per octo, & forte etiam per sex menses, & non elicit aliquem actum contritionis, tenetur se in confessione postea accusare de violatione præcepti contritionis. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Nec teneri pœnitentem, illud peccatum omissionis cōtritionis eliciendæ, explicite in confessione explicare: Nec confessarium interrogare, saltem regulariter loquendo, de peccato illo.

illo. Primo. Quia nullus fidelis de transgresione huic præcepti se accusat. Secundo. Quia sicut de transgressione præcepti diligendi Deum super omnia, non quan inter regnum pœnitentes; eo quod ex confessione ipsa, satis constat nobis, an illud seruarentur, vel non; sic non tenemur interrocare specialiter pœnitentes; an facis fecerint præcepto dolendi de peccatis, post ultimam confessionem; quia ex ipso pœnitentis statu, & confessione, qua se accusat de confessione, per annum plusquam omisa, innotescit satis illa transgressio. Sic Lugo disp. 7. num. 242. & seqq. pag. 107.

QVÆSTIO XL.

An Per accidens, possit quis obligari ad eliciendam contritionem, plusquam semel in anno?

RE S P O N D E O Posse, imo & de facto obligari, quoties quis receptus est vel administratur Sacra menta. Si enim est in mortali, & nolit, aut non possit, confiteri, tenetur conteri: excepta suscep tione Baptismi, & Pœnitentie, ad quam sufficit attrito; ut diximus tract. 2. de Baptis. disp. 5. quest. 26. & dicemus infra.

QVÆSTIO XLI.

An Quando quis est in periculo probabilitatem in aliud mortale, teneatur elicere actum contritionis?

AFFIRMANT communiter Doctores, ut Medina, Valentia, Reginaldus, Egidius, Zerola, & Toletus, quos citat, & sequitur Bonac. loc. cit. num. 5. Candidus, & Nuñus loc. cit. & alij.

Negat nihilominus Suarez disp. 15. sect. 6. Quia existimat; contritionem, non esse medium unicum, & necessarium ad vincendas tentationes, cum possint vinci auxilio gratiae excitantis, & adiuuantis, absque elientia dicti actus.

Sed clarius Respondeo: Teneri elicere actum contritionis, casu, quo contritus sit medium omnino necessarium, & unicum ad vitandum aliquod peccatum, cuius sine illa esset periculum proximum; in quo casu vera est sententia Nuñi, & aliorum. Secus, si non esset medium omnino necessarium, vt

bene probat Suarez loc. cit. Legantur Lugo disp. 6. sect. 9. Fagundez loc. cit. num. 5. & alij.

QVÆSTIO XLII.

An Qui per attritionem, cum Sacramento iustificatus est, teneatur adhuc, ex præcepto illo naturali, ad contritionem?

AFFIRMANT Valentia tom. 4. disput. 7. quest. 8. par. 4. colun. mibi 1564. & apud ipsum, Ioan. de Medina tract. 1. de Pœnit. quest. 3. §. ex dictis sequitur. Vega lib. 13. in Trident. cap. 20. & alij.

Sed probabilis Respondeo: Non tene ri. Tum, Quia per attritionem, iam homo retractauit peccatum, & reprobauit factum, quantum sufficit ad vitandam irreue rentiam nouam in Deum offensum. Tum etiam. Quia ex dispensatione Christi Domini, iā cōtritio, nō est mediū necessariū ad iustificationē, cū per se loquendo, possit per attritionē cum Sacramēto haberi: ergo non apparet, vnde maneat obligatio ad contritionem ex præcepto naturali pœnitentie. Sic Vazquez quest. 86. art. 2. dub. 2. num. 10. Suarez disput. 15. sect. 4. num. 13. Nuñio quest. 2. artic. 3. diff. 4. pag. mibi 317. Lugo disp. 7. num. 255. pag. 109. Cano relit. de Pœnit. par. 4. quest. 2. Candidus disquisit. 24. art. 16. num. 8. pag. 33. Hurtado disput. 3. diff. 4. in fine. Fagundez de præc. 2. Ecclesiæ lib. 2. cap. 4. num. 10. 13. & 14. & cap. 5. num. 14. & cap. 6. num. 1. Enriq. lib. 4. cap. 26. num. 6. Becanus cap. 35. q. 7. num. 3. & alij.

QVÆSTIO XLIII.

An saltem ille, qui per dilectionem Dei iustificatus est, teneatur adhuc, ex præcepto naturali pœnitentie, ad eliciendum actum Contritionis?

AFFIRMANT Nuñus loc. cit. diff. 4. in fine. Suarez loc. cit. & apud ipsum Medina, Vega, & Corduba. Reginald. lib. 5. nu. 55. Graffius lib. 1. decis. aurear. cap. 5. num. 23. Enriquez lib. 4. cap. 6. num. 5. & cap. 28. num. 4. Egidius disp. 3. dub. 4. Filliuc. tract. 6. cap. 8. num. 196. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non tene-
ri. Quia pœnitentia necessaria est ex præ-
cepto, & ut Deo reconciliemur, & ut saluti
nostræ consulamus: ergo qui per dilectionem
iustificatus est, & Deo reconciliatus,
non habebit obligationem ad Pœnitentiam
formalem. Sic Vazquez & apud ipsum,
etiam Vega, & Sotus; Hurtado & Lugo, loc.
cit. Bonacina disp. 5. q. 5. se. et. 1. pun. 2. num.
2. qui pro hac sententia citat etiam Cordu-
bam lib. 1. quæst. 2. dub. 2.

QVÆSTIO XLIV.

*An Contritio, & attritio differant specie,
& essentialiter?*

NEGLANT Scotus, & Palud. disp. 17.
q. 1. art. 5. (quatenus illas, solum
distingunt per maiorem, vel mino-
rem intensionem, vel durationem,) Caiet. dicens; eas distingui tantum, per ac-
ceptationem diuinam. Palud. loc. cit. art. 1.
concl. 3. Sot. lib. 2. de natura, & gra. cap. 14.
in fine, & Ruard. art. 3. contra Lutherum.
distinguenteas eas dumtaxat, ex informatio-
ne gratiæ, ita ut vñus, & idem actus, prout
informatur à gratia, sit, & dicatur contri-
tio, prout vero non informatur, sit, & dica-
tur attritio.

Sed longe multo probabilius Respon-
deo: Differre specie, & essentialiter. *Quia*
contritio, & attritio habet motiva specie, &
essentialiter diuersa, siquidem contritio est
dolor de peccatis, propter Deum summe di-
lectum: attritio vero, est dolor de peccatis,
propter alia motiva; nempe propter poenas
inferni, &c. ut infra: ergo. Sic Suarez disp. 5.
sect. 1. qui optimè impugnat omnes dicendi
modos primæ sententiæ. Nuñus in additio.
q. 1. ar. 2. dub. 1. pag. mibi 282. Lugo disp.
5. numero 121. pag. 57. Candidus disqui-
statio. 24. art. 13. nu. 11. pag. 27. Granados
confrou. 7. tract. 2. disp. 8. num. 12. pag.
116. Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 1. pun. 4. n.
12. Began. de Sacram. c. 35. q. 1. conc. 3. Et
iam communis.

QVÆSTIO XLV.

*An Idem numero actus, cui est attritio,
possit fieri Contritio?*

AFFIRMANT Scotus in 4. disp. 14. q.
2. & Caiet. tom. 1. opusc. tract. 4. q.
1. & post illos Cardinalis Sañanus

in sua sum. Theologæ loco 6. pag. mibi 152
docentes; sola continuatio etéperis, posse
attritionem, fieri contritionem. Fauent il-
lis, Victoria in relictio. 1. de potest. Eccles.
q. 2. num. 9. & in sum. num. 121. & Ledes-
ma 2. p. 4. q. 20. art. 1. quatenus dicunt; at-
tritionem posse fieri contritionem, solum
per alicuius actus exterioris additionem.

Sed longe multo probabilius Respondeo:
Negatiue. Quia ea, quæ specie differunt, non
possunt vnum in alterum conuerti, taliter
quod vnum fiat, & sit alterum: at contritio,
& attritio differunt specie, ut nuper est ha-
bitum: ergo. Sic D. Thom. in 4. disp. 17. q. 2.
ar. 1. q. 3. & habetur in additio. q. 1. art. 3.
& ibi Nuñus. dub. 1. Palud. d. 17. q. 1. Gabr.
disp. 16. q. 1. Alens. Ricard. & Medina quo
citat, & sequitur Suarez disp. 5. se. et. 3. Na-
uar. Soto, Vega, Cano, Cordoua, & Durand.
quos citat, & sequitur Enriquez lib. 4. c. 25.
n. 6. Granados loc. cit. n. 13. Qui tamen, bene
aduertit, solum in se. su minus proprio, dici
posse; attritionem fieri contritionem; sen-
peccatorem de attrito contritum. Quatenus
scilicet, per attritionem disponitur homo
ad contritionem, & tādem ad contritionem di-
uino auxilio peruenire possit, & soleat, qua-
tenus attritio simul cum Sacramento Pœni-
tentia confert effectum gratiæ, & remissio-
nenem peccatorum, quem, contritio, sine Sacra-
mento, in re suscepito, tribuit. Sic ille &
etiam Beganus de Sacram. cap. 35. q. 1. conc.
5. nu. 10. Et communis.

QVÆSTIO XLVI.

*An Attritio sola, sine Sacramento, sit suf-
ficiens ad iustificandum?*

AFFIRMAT Sylvius q. 1. Suppl. 17. 3
dicens; attritionem sufficere ad iu-
stificationem sine Sacramento, casu,
quo eius susceptionem excludat necessitas,
aut impossibilitas.

Sed cerrissime omnino Respondeo: Non
esse sufficientē ad iustificandum, sine Sacramen-
to. Quia hoc aperte docet Tridentinū sess.
14. cap. 4. per hæc verba. *Et quamvis sine Sa-
cramento Pœnitentia per se ad iustificatio-
nē perducere peccatorem nequeat; tamen
eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœni-
tentia impetranda disponit.* Sic Conciliū.
Et sic omnes Theologi. Legatur Lugo disp.
5. nu. 133. pag. 57. Suarez disp. 20. se. et. 1.
Vazquez q. 92. ar. 1. dub. 2. Granados disp.
8. cit. num. 8. & alij DD. citati.

QVÆS-

QUÆSTIO. XLVII.

An Ad valorem Sacramenti sufficiat attritio naturalis ordinis?

A FFIRMANT (apud Suarium) Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 3. artic. 3. & Cano relect. de Pœnitent. part. 5. Valentia quæst. 8. punct. 2. Hurtado disp. 6. de Pœnit. diff. 6. qui pro hac parte citat Vazquium 1. 2. disp. 194. cap. 4. docentes; non solum ad valorem, verum etiam ad effectum Sacramenti Pœnitentia, sufficere attritionem naturalem, idest, solidis viribus naturæ elicitem. Affirmant etiâ Bonac. disp. 5. quæst. 5. sect. 1. punct. 3. num. 12. & quæst. 3. punct. 2. num. 9. & penes ipsum, Enriquez lib. 4. cap. 26. nu. 2. & apud ipsum, Ledesma, Cano, Nuñar. Capreol. Ricard. Caiet. Silvester. Victoria & alij, Afferentes; ad valorem Sacramenti, sufficere dolorem naturalem, licet ad effectum illius consequendum, dolor, aut attritio supernaturalis requiratur.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non sufficere villo modo. Primo: Quia attritio, quæ disponit hominem ad gratiam in hoc Sacramento impetrandam, ex Trident. loc. cit. est donum Dei, & impulsus Spiritus Sancti: ergo supernalis. Secundo. Quia dispositio debet esse eiusdem Ordinis cum forma ad quam disponit; sed hæc est Ordinis supernaturalis, nempè gratia iustificans: ergo & illa. Sic Suarez disp. 20. sect. 2. num. 8. & sect. 4. num. 6. Vazquez quæst. 92. art. 2. dub. vnic. num. 13. Molina in Concordia disp. 14. in fine Vocans oppositum, parum totum in fide. Zamel 1. 2. quæst. 113. artic. 4. disp. 2. Granados disp. 3. cit. num. 7. Candidus disquisitio. 24. artic. 11. num. 3. & est communis.

Sed an Sacramentum Pœnitentia possit esse informe ex defectu fidei, & ex defectu actus spei, dicimus, quæst. 49. An ex defectu coloris, dicimus infra disp. 3. quæst. 51. 52. & 53. & disput. 5. quæst. 66. & 67. & disput. 7. quæst. 22. An ex defectu integratatis, disput. 3. quæst. 51. & disput. 5. quæst. 69.

& 70.

QUÆSTIO XLVIII.

An existens in mortali teneatur elicere expresse actus fidei, & spei, ad obtinendam, in Sacramento Pœnitentia, primam gratiam?

A FFIRMAT Hurtado disp. 6. de Pœnit. diff. 6. & 8. docens: teneri sub mortali peccatorem, toutes, quoties ouiter recipit Sacramentum pœnitentia, elicere expresse actum spei venia, seu, gratia remissiva peccatorum; & in super, actum fidei diuinæ, Dei iustificatoris, & veniam cōcedentis, quod idem repetit, tract. de fide, diff. 11. sed in neutra parte citat aliquem authorem pro sua sententia; poterat tamen citare Luysum de Torres de fide diff. 32. dub. 2.

Sed probabilius longe Respondeo: Non teneri peccatorem, quoties nouiter recipit Sacramentum Pœnitentia, elicere præfatos actus expresse; sed sufficere, illos elicere implicite, aut illos aliquando explicite elicuisse. Sic sentiunt comiter doctores, quorum verba, in re tanti momenti, placet, Verbum pro verbo, transcribere.

Bonac. disp. 3. in primum Decalogi præceptum, quæst. 2. pun. 2. num. 9. Sic ait. existimo tamen, hominem, qui semel iustificatus est, & elicit actus fidei, non teneri explicite elicere actus fidei, dum postea vult iterum iustificari per Sacramentum Pœnitentia, aut per actum contritionis; sed sufficit fides implicita, quæ simul habetur cum actu contritionis; vel sufficit actus fidei præteritus, non retractatus, cum nulla sufficien-
ti ratione probetur actum explicitum requiri. Ita Maiderus quæst. 2. art. 7. sub finem, versic. sexto enim. Et alij. Sic Bonacina.

Azor etiam. tom. 1. lib. 8. cap. 7. q. 6. col. mibi 753. per hæc verba: Sivero loquamus de fidelibus, & pijs hominibus, qui iam fidé Christi suscepserunt, præceptū credendi vim habet, obligandi eos, ita ut actum credendi explicitum, vel implicitum elicere debeat, e tempore, quo charitatem, quam ante peccando amiserunt, recuperare per veram cordis pœnitentiam lege, & præcepto coguntur; nam actus charitatis, & pœnitentia, quo peccator ad diuinam gratiam redit, est coniunctus cum actu spei, quo secundū Dei promissionē, venia peccatorum speramus, spes autē non est sine fide. Sic Azor. & idē docet loquendo de actu spei, lib. 9. c. 2. q. 6. col. 842

Ex Azorio, hoc ipsum docet Sanchez lib. 2. summe cap. 1. num. 1. vbi loquens de temporibus, in quibus præceptum fidei obligat, sic ait: Ultimum tempus est, quando tenetur quis gratiam amissam recuperare. Tunc enim actum fidei interna explicitum, vel implicitum tenetur habere. Quippe actus pœnitentia, ad diuinam gratiam recipiendam, necessarius, est coniunctus cum actu spei, quo peccator veniam sperat: at spes, non est sine fide. Sic Sanchez.

Filliuc. quoque, loquendo de præcepto spei, hæc dicit verba: Dico primo; quatenus eius modi præcepta sunt affirmativa, non obligare semper, sed in his fere casibus. Primus, quando quis iustificatur per proprium actum, saltem prima vice, nam in secunda, & alijs, non est necesse repeti actum, timoris faltem, quia præcedens, non retractatus, censetur habitualiter perseverare. Hæc Filliuc. tract. 22. cap. 9. num. 255.

Accidunt etiam verba Valentia, qui loquens de motibus, seu actibus, quibus oporteat homo in ea conuertere in Deum, ut iustificetur, sic ait: Quibus ita probatis, Tria quedam circa doctrinam hanc animaduenti debent. Primo, motus iam enumeratos, non ita requiri, ut necessarium sit omnes explicite elicere. Recte enim notant Sotus lib. 2. de natura, & gratia cap. 13. & Vega libr. 6. in Trident. cap. 13. satis esse, si aliqui illorum, implicite tantum, se virtute habeantur. Nam qui credit, & diligit Deum super omnia, vel etiam super omnia dolet se Deum offendisse, hoc in se paratus est, cum opportunum fuerit, & in mentem venerit, sperare bene de Deo, & timere ipsum: atque adeò per actum charitatis, aut pœnitentia, implicite etiam sperat, & timet. Actum autem charitatis, vel pœnitentia existimо requiri explicito; quoniam scriptura testimonia, quae de illis loquuntur, maximè videntur illos requirere. Hucusque, Valentia tom. 2. disp. 8. q. 5 pun. 4. versic. Quibus ita probatis. Quid & redetit, eodem punto versic. Respondeo si de implicito. Legatur.

Tenet tandem nostram sententiam Aegidius Trullench, lib. 1. in Decalog. cap. 1. dub. 6. num. 7. pag. mibi 30. Vbi haec verba habet: Existimо tamen cum Bonac. supr. nu. 9. cit. vers. Hinc colligitur. Hominem, qui semel iustificatus est, & elicit actum fidei, non teneri explicite elicere actum fidei, dum postea vult iterum iustificari per Sacramentum Pœnitentia, aut per actum contritionis: sed sufficit fides implicita,

que simul habetur cum actu contritionis: vel sufficit actus fidei præteritus non retractatus. Idem etiam censere Videntur Sanchez, Azor supra, dum dicunt, in hoc casu teneri elicere actum fidei explicitum, vel implicitum, quasi dicant, sufficere implicitum. Contrarium enim nulla sufficienti ratione suadetur: non enim hic iustificandus tenetur omnia fidei mysteria explicite credere; sufficit namquæ credat tunc Deum peccata condonare, gratiam. & gloriam concedere. Sic Trullench. & alij Doctissimi, quos consultui.

QVÆSTIO XLIX.

An Sacramentum Pœnitentia possit esse informe ex defectu actus expressi fidei, vel spei?

AFFIRMAT Garpar Hurt. diff. 8. cit. de Pœnit. per haec verba: Additus, Sacramentum Pœnitentia, non tantum posse esse informe ex defectu doloris, sed etiam ex defectu fidei, & ex defectu actus spei veniam peccatorum; quia Sacramentum Pœnitentia potest recipi valde, absque nouo actu fidei diuinae Dei iustificatoris, & absque nouo actu spei veniam, & absque eis perseverantibus actu, post aliud Sacramentum Pœnitentia prius suscepimus: & tamen sic receptum, non confert gratiam: quia onus ties nouiter recipitur, requiritur tanquam noua dispositio, actus spei veniam, ac proinde etiam actus fidei diuinae Dei iustificatoris, & veniam concedentis, necessarius ad eum actum spei veniam; quamvis non sit necessarium, quod hi actus sint actu, quando Sacramentum recipitur, sed sufficiat, quod præcesserint, & non sint renocati. Quod autem Sacramentum Pœnitentia possit validè recipi absque eis actibus, nouiter elicitis, & absque eis actu perseverantibus post aliud Sacramentum Pœnitentia prius susceptum, constat; quia ex una parte, dicti actus, non sunt partes essentiales Sacramenti Pœnitentia; nec sunt intentio recipiendi illud ut Sacramentum; & ex altera, potest recipi absque illis, non peccando mortaliter in eorum omissione, si recipiatur absque illis ex ignorantia, aut cum ignorantia innencibili, vel ex inconsideratione, aut cum inconsideratione naturali necessitatis eorum ad effectum Sacramenti. Hucusque hic Doctor.

Sed mihi certissime Respondeo; Nullo modo posse dari Sacramentum Pœnitentia informe.

informe ex defectu actus expressi fidei, vel spei. **Primô.** Quia peccator accedens ad Sacramentum Pœnitentia, vel accedit cum cōtritionis actu, aut sine illo; sicut a quo expresso contritionis; ergo etiam accedit cum actu fidei, & spei implicito, & contento iu illo actu expresso doloris, (vt supra est habitum.) at hoc sufficit ad hoc, vt Sacramentum Pœnitentia, non solum sit validum, sed etiam formatum, & fructuosum, ut etiam cōstat ex nuperdictis: ergo. Si vero accedit sine dolore, omnino erit in validū, non solū defectu huius actus, verum etiam ex defectu actuum spei, vel fidei, cum in eo casu neque expliciti ut supponimus, neque impliciti dentur, aut in veniantur: ergo ex defectu horum actuum nequit dari Sacramentum Pœnitentia informe, sed aut nullum, aut formatum.

Secundô. Quia ad justificationem impij, eodem tenore Verborū, requirit Trident. *sess. 6. cap. 6* actum timoris, ac requirit actu fidei, & spei: at nullus hucusque dixit quod ex defectu timoris expliciti, queat dari Sacramentum Pœnitentia informe: ergo nullus potest dicere, id cōtingere posse ex defectu actus expliciti fidei, vel spei.

Tertiô id ipsum probo clare, ex praxi omnium fere hominum, etiam sapientium, & timorata conscientie, (quos plurimos vidi, consului, & cum quibus serio de hac re tractavi) qui cum ad iustificationem recipiendam per sacramentum Pœnitentia se præparant, nunquam de eliciendis his actibus expressis curāt; nec aliquādo de defectu horum actuum explicitorum, nempe fidei, & spei, in confessione se accusant; neque confessarij; etiam si doctissimi, de præfato de-

fectu interrogant: signum ergo evidens mōralē est, illos actus explicitos requiri nunquam, ad hoc vt Sacramentum Pœnitentia sit formatum.

Quartō, id ab inconuenienti probo. Nam si opposita sententia esset vera, sequeretur, quod rarō esset, (huc hucusque in Ecclesia fuisse) cōfessio fructuosa, & formata; quod absurdum, in auditum, & incredibile omnino est: sequilia autem patet, & constat, ex tertio argumendo facto.

Vltimō. Quia, dato huic doctori, & non concesso, quod in casu dicto, extet præceptum eliciendi expressos actus fidei, & spei, non inde sequitur, quod, qui rillos ex ignorantia inuincibili, aut ex inconsideratione naturali omittit, faciat confessionem informem; patet; Quia etiam extat præceptum faciendi confessionem integrum omnium mortalium, vt liquet ex Trid. *sess. 14. cap. 5.* & tamen si quis omittit, ex ignorantia inuincibili, aut in consideratione inculpabili, confiteri aliquid mortale; non ideo facit confessionem informem, sed validam, & formatam, vt omnes concedunt; & hoc, non ob aliam rationē, nisi quia in hoc casu, omittit inculpabiliter aliquid, quod formaliter nō pertinet ad essentiam Sacramenti: tunc sic, sed qui ex ignorantia inuincibili, omittit elicere expresse, illos actus fidei, & spei, non omittit aliquid esse Sacramento Pœnitentia, vt ipse Hurtado concedit: ergo non faciet confessionem informem. Dicere autem, pridictos actus expressos, esse essentiales ad effectum Sacramenti, & non ad substantiam, sicut gratis dicitur, gratis rejicitur.

III OCTUBRIS



DISPV-



DISPUTATIO SECUNDA.

De Forma Sacramenti Pœnitentiae.

QUÆSTIO PRIMA.

An Forma Sacramenti Pœnitentiae in his verbis consistat: Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.



E G A R V N T olim nō nulli apud Raynerium, V. absolutionis. cap. 5. pag. 6. ex cibis aliqui qui dixerit, hanc esse formam absolutionis: Quæcunque petieritis esse soluta, erunt soluta. Alij vero

quod hæc: Absolutionem, & remissionem tribuat tibi omnipotens Deus. Alij istam Ego remitto tibi omnia peccata tua, & his fauet Abulensi. I. par. defensorij cap. 6. Alij, quod dicere; Sancte te Dominus noster Iesus Christus. Alij denique dicere, bencidendo. Benedicatio Dei Patris &c.

Sed certissime Respondeo: Vere in prefatis verbis consistere; ut aperte habetur in Concil. Florent. sub Eug. IIII. & in Trid. seß. 14. cap. 3. Vbi ait; Sacramenti Pœnitentiae formam, in qua præcipue est eius vis, situm esse in illis verbis; Ego te absoluo. Sic S. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 3. Cathec. Roman. Sotus diff. 14. quæst. 1. art. 3. Nauar in man. cap. 26. num. 11. & cap. 1. de Pœnit. diff. 6. 1. num. 8. Raynerius loc. cit. & omnes Doctores, qui id tanquam defide docent.

QUÆSTIO II.

An illud pronomen, Ego; sit de essentia, & substantia Absolutionis; ita ut sit necesse in illa, expresse apponi?

AFIRMATIVAM sententiam tenet Hieronimus Llamas 4. par Methodi cap. 2. §. 1. pag. mibi 985. Illamque

docere D. Thomam 3. par. quæst. 84. art. 3. Scotum in 4. diff. 3. quæst. vni. art. 5. Paludanum in 4. diff. 22. quæst. 3. Maiorē diff. 14. quæst. 2 & alios, afferit Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 9. num. 3. & hoc esse probabile ait ipse, nu. 4. & Becanus de pœnitent. cap. 29. quæst. 3. num. 3.

Sed longe probabilius Respondeo: Nō esse de essentia absolutionis. Quia essentia liter, & intrinseci includitur in verbo, Absoluo; ut diximus de promine, Ego, apposito informa baptismi. Sic Nauar. in man. cap. 26. num. 11. & diff. 6. de Pœnit. cap. 1. in principio, num. 9. sequutus D. Thom. loc. cit. 3. par. quæst. 84. art. 3. Nufius ibidem dub. 2. pag. mibi, 28. Suarez tom. 4. disp. 19. seſt. 1. num. 19. Viuald. de Absolutione. num. 94. Sa, V. absolutio num. 1. Cajetanus eo verbo. Vazquez quæst. 84. ar. 3. dub 4. Agid. disp. 4. dub. 3. Lugo disp. 13. num. 10. Candidus disquisitio. 24. ar. 7. num. 2. Villalob. tract. 9. diff. 5. n. 2. Molfes. tr. 7. e. 5. n. 23. Luysius disp. 2. de Pœnit. dub. 4. Hurtado disp. 5. diff. 4. Fagundez. loc. cit. Tolet. lib. 3. cap. 12. num. 1. Ochagavia. tract. 1. de Pœnitentia. quæst. 6. Enriquez lib. 4. & 1. de Pœnit. cap. 11. nu. 3. P. Soto lect. 4. de Pœnit. pag. mibi. 166. Moura 3. par. cap. 6. § 7. num. 4. dicens, de hoc neminem dubitare. Bonacina disp. 5. q. 4. pun. 1. num. 1. Granados, 5. tom controv. 7. disp. 6. seſt. 1. num. 5. & num. 22. Vega, cap. 6. eas. 23. & 27. Regin. lib. 28. nu. 2. Archagelus diff. 14 pag. 130. & omnes cōmuniter. Neq. D. Thomas, & alij, à Fagundez citati, Cōtrarium sentiunt, ut ipsemet tandem fatetur.

QUÆSTIO III.

An, sit peccatum mortale, pro nomen, Egò: in forma Absolutionis, prætermittere?

AFFIRMAT Fagund. præcep. 2. lib. 2. cap. 9. nu. 4. dicens, esse graue peccatum mortale sacrilegii, & ireuenientia. Quia, & si non pertineat (inquit) ad essentiam formæ, per tinet tamen ad integratatem

gritatem illius, & citat pro hac sua sententia Toletum lib. 3. sum. cap. 12. num. 1. & Suarium disp. 19. sect. 1. num. 22. Sed certe Suarez hoc non docet, nam solum num. 21. ait, illam particulam, à peccatis tuis, nunquam rationabiliter ommittiposse.

Longe ergo probabilius Respondeo: Nō esse peccatum mortale; sed ad summū veniale rātū, illud pronomē præter mittere. Quia neq; est de essentia nec de integritate absolutionis, vt formaliter in ea exprimatur; cū intrinsecō in verbo, *Absoluo*, continetur, & in volvatur. Sic Bonac. de Sacram. disp. 2. quæst. 2. pun. 4. num. 16. Loquendo de eodem pronomine apposito in forma baptismi, & apud ipsum, Sotus, Vazq. Enriq. & alij infra citādi. Diana 5. par. trēt. 5. resol. 39. Archang. dist. 14. pag. 131. col. 1. vbi docet, nec esse veniale, tale pronomē omittere, & communis.

QVÆSTIO III:

An, illud pronomē, Te, sit de essentia & substantia Absolutionis?

NEANT Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 1. vers. postremo Viuald. de Absol. n. 97. Enriq. lib. 1. de Pœnit. cap. 11. num. 3. & apud ipsum, & apud Bonac. & Fagundez, Petrus Soto, Nauar. & D. Thomas, existimantes, Sacramentum Pœnitentiae datum, cum hoc solo verbo, *Absoluo*, esse validum.

Sed certissime Respondeo: Essē de essētia, & substantia absolutionis, & ita necessario, necessitate Sacramenti, debere explicite, & formaliter à Sacerdote proferri. Ratio est. Quia Concil. Florent. & Trident. cit. expresse aponunt hoc pronomē, *te*, informa absolutionis: ergo, cum aliās, non includatur in verbo *Absoluo*, sicut diximus includi pronomē, *ego*, necessario debet in illa expresse apponi, vt fiat validum Sacramentum. Sic D. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 3. Vnde male illum citant pro opposita sententia, Enriq. & Bonac. Sic etiam Petrus Soto lect. 4. de pœnit. vers. Secundum fol. mibi 166. Vbi expresse ait, necessaria esse explicandam personam pœnitentis, *te*, vel, *tibi*: falso ergo illū citat Bonac. pro parte contraria. Sic etiā Nauarrus in Man. cap. 26. num. 11. Vbi sic: Non sunt tamen hæc omnia necessaria: essentia, enim, & necessaria sunt illa sola, *Absoluto*, vt diximus in d. prin. num. 9. & colligi-

tur ex utroque Thoma 3. par. q. 84. ar. 3. & Conc. Florent. in decr. Eugenij, §. 4. Sic Nauar. & Clarius hoc habet in d. cap. in principio. num. 18. & 28. Nec nu. 27. contrarium sentit, nam statim eodem num. & sequenti, se explicat. Male ergo illum citant Enriquez, & Bonacina pro opposita parte. Solum ergo Sotus, Vivaldus, & Henriquez quem ego viderim, contrariam sententiam amplectuntur. Nostram autem expresse tenent Bonacina disp. 5. de Sacram. q. 4. pun. 2. nu. 10. Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 9. nu. 3. & 6. Vincentius Candidus disquis. 24. art. 7. dubit. 5. Suarez disp. 19. sect. 1. num. 24. Ledesma tract. de Pœnit. cap. 3. concl. 1. & sequent. Archang. loc. cit. Valentia 4. tom. disp. 7. q. 1. punct. 3. vers. Tertia opinio. Vbi ait esse sententiam omnium Theologorum. Et Lugo disp. 13. num. 24. pag. 196. qui tamen addit sufficere ad valorem formæ, si sacerdos dicat: *Absoluo à peccatis tuis*. Quia in illo, *tuis*, implicite continetur illud, *te*.

QVÆSTIO V.

An illa particula, ab omnibus, sit necessario exprimi in forma absolutionis?

AFFIRMATIVAM partem tucri Gabrielem in 4. dist. 14. q. 2. referunt Suarez disp. 19. sect. 1. num. 19. Fagundez loc. cit. n. 18. Lugo disp. 13. num. 13. & Granad. tract. 1. de Pœnit. disp. 6. sect. 1. nu. 4. Sed immerito citat illum pro hac sententia, cum oppositum expresse doceat, loco citato lit. C. per hæc verba: *Quia Deus principaliter absoluīt per ministerium Sacerdotis conuenienter apponit aliquid, quod pertinet ad authoritatem principaliter absoluētis; vt sic, ego absoluto te à peccatis tuis; in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Vnde videntur illa verba omnino sufficere, & esse congrua.* (Et infra.) Præterea, cum dicatur: *Absoluo te à peccatis tuis: omnia peccata includentur, & ab omnibus absoluītur, si non ponit obicem: unum enim peccatum, saltem mortale, sine alio non remittitur.* Sic ille.

Longe ergo probabile, imo certissime, Respondeo: Non esse necessariū, illā particula exprimi. Primo ob rationem nuper dictam. Secundō. Quia minime eam Concil. Florent. & Trident. apponunt. Sic Fagundez, Lugo, Suarez, & Granados II. cit. San- cius

cius in selectis disp. 6. num. 15. Philippus de Cruce in Thesauro Ecclesiæ tra 1. §. 10. num. 6. fol. 63. Villalobos loc. cit. diff. 5. num. 3. Coriolanus de casib. reservatis par. 2. sect. 2. art. 14. num. 3. pag. 186.

QVÆSTIO VI.

An saltem sit aliquod peccatum, illam particulam, ab omnibus, omittere?

AFFIRMARE Videtur Granados se Et. 1. cit. num. 9. & forte affirmabunt omnes Doctores apponentes illam in forma absolutionis. Hi autem sunt Nauarrus in man. cap. 26. num. 11. Suarez loc. cit. Viuald. de absolutione, num. 94. & alij communiter, vt fatetur Nauar. cap. in principio citato, num. 27.

Sed longe probabilius Respondeo: Nullum esse peccatum. Quia re vera superflua est illa particula in absolutione; cum absoluens à peccatis, ab omniis mortalibus, imo & à venialibus confessis, absoluere necesse sit; vt nuper est habitum. Vnde quam plurimi Doctores, nullo modo talem particulam in forma absolutionis ponunt. vt Concilium Moguntinū, cap. 24. quod habetur tom 3. Concil. Rituale Pauli. V. fol. mibi 58. Albertus in 4. sent. tit. 17. Henr. lib. 1. de Pœnit. cap. 11. num. 3. Valentia disput. 7. q. 1. punet. 3. Tolet. lib. 3. cap. 12. num. 1. Sa. V. Absolutio. nu. 1. Moure 3. par. exam. Theolog. cap. 6. §. 7. num. 1. Bonac. disp. 5. de Sacram. q. 4. punct. 1. num. 1. Hurtado de Pœnit. disp. 5. diff. 4. Sancius in selectis disp. 6. num. 13. & 15. Samuel Lublinus V. Absolutio. num. 1. Egidius disp. 4. de Sacr. num. 29. Fagundez lib. 2. cit. cap. 9. num. 2. & 18. Lugo disp. 13. num. 14. Archangel. diff. 14. pag. mibi 131. col. 1. & communis.

QVÆSTIO VII.

An Ad essentiam formæ Absolutionis pertineant illa verba; à peccatis tuis?

AFFIRMANT Paludan. in 4. diff. 22. q. 3. Maior diff. 14. q. 2. Angel. verb. confes. 5. §. 1. Viguerius cap. 16. §. 4. ver. 2. Gabriel eadem diff. & quæstione. Et Petrus Soto, leet. 4. de confessione, dicentes: non valere absolutionem datum sine illis verbis,

Sed longe probabilius Respondeo: Non pertinere illa verba ad essentiam absolutionis, & ita, datam absque illis, valere. Sic D. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 3. Caiet. & Nuñus ibidem. Nauar. in Man. cap. 26. num. 11. & diff. 6. de Pœnit. cap. in principio. num. 9. 18. & 28. Lugo, Valentia, Enriq. Suar. Bonac. & Granados ll. co. Vazquez etiam, Hurtado, & Luysius Turrian. ll. cit. (quoniam hi tres autores satis lubricè loquantur.) Sic etiam Fagundez lo. cit. num. 19. & omnes alij DD. qui docent essentiā absolutionis sitam esse tantū in his verbis; Absoluo te præcipue Lugo disp. 13. à num. 34. pag. 198. Villalob. lo. cit. Petrus Ledesma cap. 3. cit. dub. 6. Reginald lib. 28. n. 2. Llamas 4. par. metho. cap. 2. §. 1. pag. 984. Vbi sic ait: Formam absolutionis habemus ex traditione, & sunt isthac formaliter: *Ego te absoluo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* & ante hos omnes, Raynerius verb. *Absolutio, cap. 7. pagina mibi 7.*

QVÆSTIO VIII.

An saltem sit peccatum mortale, omittere illa verba; à peccatis tuis?

AFFIRMANT consequenter Gabriel; Palud. Maior, & omnes alij, qui existimant, prædicta verba, ad essentiam formæ pertinere. Affirmant etiam, Fagundez lo. cit. num. 19. & apud ipsum, D. Thomas. D. Anton. Caiet. & alij. Quia existimat pertinere, licet non ad essentiam, saltem ad integratatem formæ.

Alij vero, vt Sotus in 4. diff. 14. quæst. 1. art. 3. Viuald. de Absolutio. num. 48. & 99. Possevius cap. 7. num. mibi 71. pag. 244. & clariss. Ludouicus de S. Juan quæst. 1. de Pœnitent. art 11. dub. 1. concl. 2. pag. 326. Valentia disp. 7. quæst. 1. pun. 3. & Enriq. lib. 1. cit. cap. 11. num. 3. è contrariaferunt; nec esse veniale, illa verba omittere, si absit contemptus, & scandalū. Quod a fortiori docebunt Raynerius, & Llamas.

Sed probabilius Respondeo: Esse peccatum, sed ad sumum, veniale, si absq; urgenterissima causa omittantur; focus vero sialiās. Ratio est. Quia, tā pronomē, *Ego, quā verba, à peccatis tuis;* vere includuntur intrinsecè, & in voluuntur, in illis verbis, *Absoluo te;* ergo ad sumum erit veniale, si absque rationabili causa omittantur. Sic a fortiori, Sotus, Valentia, Petrus Ledesma, & alij, nuper ci-

tati. Granados tract. 1. cit. disp. 6. sect. 1. num. 9. Bojac. disp. 5. sect. 4. punet 2. num. 2. Sic etiā in simili casu, Diana 2. par. tract. 17. Resol. 14. & tract. 15. Resol. 47. More 3. par. cap. 6. §. 7. num. 4. vers. dico tertium. Nusius 3. par. quæst. 84. art. 3. dub. 2. fine.

QVÆSTIO IX.

*An Ad minus in articulo mortis, teneatur
Sacerdos sub mortali, non omittere
re predicta verba; à pec-
catis tuis?*

AFFIRMANT, non solum Doctores affirmantes esse hæc verba de integritate, aut de substantia formæ; verum etiam Granados, loco citato, vbi sic ait: Solum in articulo mortis videtur sub mortali teneri confessarius non omittere ex verba, à peccatis tuis, ne ex ponat pœnitentem alii cui periculo nō recipiendi tam necessarium Sacramentum, nam graues Doctores, vt vidi mus, existimant, ea verba esse omnino necesaria. Sic ille.

Sed Probabilius Respondeo: Non tene ri sub mortali, adhuc in illo articulo, dicta verba, non omittere. Quia longe probabilius, imo fere certum est, predicta verba, nec ad essentiam, nec ad integratatem formæ pertinere, nisi ad sumum, vt implicite, & intrinsec contenta in illis verbis; *absolute*; vt ait Suarez disp. 19. sect. 1. num. 20. & 21. Ergo.

QVÆSTIO X.

*An Illa verba; in nomine Patris, & Fi-
lij, & Spiritus Sancti, pertineat
ad essentiam Absolu-
tionis?*

AFFIRMANT Durand. in 4. diff. 22. quæst. 2. art. 2. Maior, diff. 14. q. 2. Turcot, diff. 22. q. uni. ar. 3. & apud Fran. Suar. diff. 19. sect. 1. n. 18. Stephanum Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 9. num. 2. & Antonium Fernandez Moure 3. par. cap. 6. §. 8. num. 4. Petrus de Soto. Sed immerito omnes isti Doctores, citant Petru de Soto pro hac sententia, cum oppositam expresse cum D. Thom. doceat, loco ab ipsi met citato, vt statim. Affirmant tamen Ger son, 2. par. fol. 183. col. 1. vt refert Nuar. cap. in principio, cit. num. 18. & Angelus.

Confessio. 5. num. 1. Hieronimus Lamas 4. par. Method. Curat. cap. 2. §. 1. pag. mibi 984. Vbi sic ait: *vtrum autem posset nomen Trinitatis saceri, dicimus, quidquid aliqui dicant, quod est de substantia, sicut in Baptismo, dicente Paulo 2. Cor. 2. Si quid dona ui vobis, in persona Christi donavi. Idest, per percii, & absolu: & cum pœnitentia sit secunda tabula post naufragium, & quasi secundus Baptismus, pari modo, forma constare debet; sed de illa dicit Christ. R. N. Matth. & Marc. ultimo, quod fiat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: ergo & ista. Sic Lamas.*

Sed longe probabilius, & in certo, Respo deo: Nō pertinere. Qui praedita verba, neq; à Christo Dño fuerūt præscripta, vt constat ex Ioan. 20. neque ab Ecclesia, vt essentialia pœnitentia, proposita, sed ad sumum, vt conuenientia in Concilio Maguntino loc. cit. Sic D. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 3. Petrus Soto loc. 4. de confessione, pag. mibi 166. vbi sic ait: Itaque explicanda est persona Pœnitentis, te, vel, tibi, &c. Item remissio, vel absolutio de præsentia: denique peccata. His positis, perfecta est forma Sacramenti: Absoluo te à peccatis tuis: remitto tibi peccata tua. Sic ille, & clarius infra, per hæc verba. Placet B. Thom. addi, in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, quanquam id, non ex necessitate. Sic Petrus. Male ergo citatur pro opposita sententia. Sic etiam Nuar. loc. cit. num. 18. & 34. & in Man. cap. 26. num. 11. Caiet. 3. p. loc. cit. Sotus in 4. diff. 14. quæst. 1. art. 3. Scot. Palud, & Gabriel. loc. cit. Suarez etiam, Fagundez & Moure loc. cit. Granado tract. 1. de pœnit. disp. 6. sect. 1. num. 5. Vazquez, Luisius, & Egidius; quos citat, & sequitur Hurtado disp. 5. de Pœnit. diff. 4. Archang. loc. cit. Ludoicus quæst. 1. de Pœnit. ar. 10. dub. 2. pag. 325. Lugo diff. 13. num. 13. num. 12. Candidus disquisitio. 24. art. 7. dubitatio 1. num. 5. pag. 14. P. Ledesma cap. 3. cit. dub. 7. & nouissimè, Index librorum prohibitorum, & ex purgandorum pro Catholicorum Hispaniarū Regnis, editus Anno 1640 qui pag. mibi 522. oppositam sententiam delere iussit ex summa Hieronymi Lamas loc. cit.

(2)

QVÆS-

QUESTIO XI.

An Saltem sit peccatum mortale, prædicta omittere verba?

AFFIRMAT, licet cum timore, Granados loc. cit. num. 9. per hæc verba: Quodvero attinet adverba; In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel similia, non audeo omnino obligare sub mortali, etiam in predicto articulo (mortis scilicet) ad ea proferenda; quia Suarez supra num. 19. & alij viri docti, certum reputant, ea non esse de essentia: sed nihilominus valde scrupulosum censerem ea omittere: & vix excusarem à mortali, cum graues Doctores putent, esse de essentia Sacramenti, & non possint euidenter conuinci falsitatis. Sic ille. Et sic debent tenere omnes, qui dicunt predicta verba pertinere ad assentiam, vel ad integratem saltem, formæ.

Alij vero absolute docent esse tantum veniale. Ita Nuñus 3. par. quest. 84. ar. 3. dub. 2. ad 4. prope finem.

Sed longe probabilius Respondeo. Neque esse peccatum veniale, si predicta verba, cum aliqua rationabili omittantur causa. Quia fere certum est apud omnes, nec ad essentiam, nec ad integratatem formæ pertineat, vt bene Suar. Henr. & alij loc. cit. Et sic D. Thom. loc. cit. art. 3. ad 3. aperte hoc sentit, dum hoc arbitrio Sacerdotis relinquit. Sic etiam Ludouicus, loco statim citando. Et ante illum Archangel. dist. 14. pag. 131. col. 1. Et communis.

QUESTIO XII.

In Dumtaxat hæc verba, Absoluo te, sint à Confessore expri- menda?

AFFIRMARE videtur Ludouicus quest. 1. de Pœnit. ar. 11. dub. 1. concl. 1. pag. 325. Vbi sic ait. Noes licito añadir algunas palabras, como si fuessen de esencia, y necesidad de la forma, mas solamente se han de decir las ordinarias. *Ego te absoluo.* Et concl. 2. No será illicito añadir algunas en razon de deuocion (y desta manera se pone en la forma ordinaria, à peccatis, y el, in nomine Patris, &c.) antes es licito. Sicille.

Sed certissime Respondeo: Negative;

sed apponenda esse omnia illa verba, quæ Sancte, & laudabiliter addita sunt ab Ecclesia. Sunt autem hæc: *Misereatur tui &c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius te absoluo, in primis ab omni censura Ecclesiastica, si quam forte incurristi, in quantum ego possum, & tu indiges; deinde, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita B. Marie, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiae, & premium vitae æternae. Amen. Sic communiter omnes DD. Legatur Coriolanus loc. cit. num. 9.*

QUESTIO XIII.

An Sit peccatum, omittere illa verba; Misereatur tui omnipotens Deus, &c.

AFFIRMARE videtur Granados tract. 1. cit. disp. 6. sect. 1. num. 2. dicens; esse peccatum veniale, illa absque necessitate omittere; mortale vero, si cum scandalo, & contemptu omittantur.

Sed probabilius Respondeo. Nullum esse peccatum, nisi alias omittantur cum scandalo, & contemptu; Quia tunc adminus erit veniale, (ne dicam mortale, vt dicunt Granados cit. & Fagundez prec. 2. lib. 2. cap. 9. num. 15. & apud illum, Sot. dist. 14. quest. 1. art. 2. ante versum, Tandem, & Viuald. de absolutio. num. 95. (mibi 99.))

Prima pars huius Responsionis, constat; Quia illa verba, *Misereatur tui*, neque ad essentiam, neque, ad integratatem Absolutionis pertinent, neque de illis Concilia mentionem faciunt: ergo neque erit veniale illa voluntarie omittere. Sic Fagundez, num. 15. cit. & num. 2. Viualdus loc. cit. Lugo disp. 13. num. 8. Archang. dist. 14. pag. 131. col. 1. & communis.

Secunda vero pars, etiampatet, Quia contemptus Ecclesiæ ritus, in tanti Sacramenti administratione, adminus erit veniale. Vix tamen crederem mortale esse, etiam si quis precationem illam ex contemptu omitteret, dummodo contemptus susteret intra limites huius leuis materiæ, eo quod contemptus, diuinæ adhuc legis, determinatus ad materiam peccati venialis, solum est culpa venialis, vt bene insimili ait Cabrera 3. par. tom. 3. disp. 59. sect. 1. & ex illo Dia-

naz. par. tract. 17. Resol. 14. Sic videtur sentire Sotus, loco à Fagundez citato, vbi loquendo de omissione illorum verborum, *in nomine Patris, &c.* (non de omissione harum prectionum, vt male existimauit Fagundez) sic ait. Sed tamē omissione illius, nullatenus esset peccatum mortale. Imo, nisi interueniret aliquis contemptus, nec esset veniale. Sic Sotus. Ex omni ergo parte, male citatur à Fagundez pro sua parte.

QVÆSTIO XIII.

An Saltem fit peccatum, omittere illa verba; Dominus noster Iesu Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absoluio, in primis ab omni censura Ecclesiastica, si quam forte incurriſti, quantum ego possum, & tu inde diges?

AFFIRMANT Granados, tract. 1. de Pœnit. disp. 6. sect. 1. num. 2. & Fagundez loc. cit. nu. 16. Vbi ait, quod, nisi legitima causa excusat, ut magna confessio affluentia, Jubileum, &c. Semper sit peccatum veniale, & forte mortale, illa verba omittere.

Sed probabilius longe, Respondeo. Non solum, non esse peccatum mortale illa verba omittere, sed neque veniale. Quia ex una parte, illa verba, nullo modo pertinent ad essentiam, aut integratatem Absolutionis; & ex alia, multoties expedit illa omittere, vt in Confessionibus quotidianis, ne absolutione prolixior forte fiat, quam ipsa confessio fuit; ergo in talibus casibus, licite potest confessor, imo & debet, illa verba omittere, & Vel iuxta Concilium Maguntinum cap. 24. cit. dicere: *Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Vel iuxta Rituale Pauli V. fol. mibi 58. *Ego te absoluo ab omnibus censuris, si forte incurriſti, & à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amé.* Sic Coriol. 1. par. sect. 2. ar. 14. n. 9. & 10. Bonac. de censur. disp. 1. pun. 5. num. 3. & Ioan. Sancius disp. 6. num. 13. Vbi bene aduertit, quod respectu pœnitentium crebro consentient, & quorum habetur probabilis presumptio in excommunicationem non incuruisse, sufficiat dicere: *Ego te absoluo à peccatis tuis.* Imo, tempore necessitatis urgentis, sat erit dicere: *Absoluo te à peccatis, vt notat ipse ex eodem Rituale Pauli V.*

QVÆSTIO XV.

An sit peccatum omittere illa deprecatoria verba, Passio Domini Iesu Christi, & Mrita B. Mariae, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, &c.

AFFIRMANT esse veniale, si absque rationabili causa, omittantur, *Snarez* disp. 18. sect. 6. num. 3. & disp. 19. sect. 1. num. 18. Fagundez praec. 2. lib. 2. cap. 9. num. 22. & Granado tract. 1. cit. disp. 6. sect. 1. num. 3.

Sed probabilius Respondeo: Neque esse veniale, etiam si absqueulla necessitate, omittantur. Quia praedicta verba, recurrunt de necessitate formæ, nec de præcepto, vt omnes Doctores concedunt, & colligunt ex Trident. sess. 14. cap. 3. Sic Vinard. de Absolucion. num. mibi 99. pag. 187. & apud ipsum, Sotus in 4. dist. 14. art. 3. ante versum. Tandem. Sed certe, Sotus, vt supra vidimus, non de omissione harum precum, sed illorum verborum, *In nomine Patris, &c.* Loquitur. Legantur Vega 1. part. summa cap. 6. safu 23. & 24. & Archangel. loc. cit.

QVÆSTIO XVI.

An De essentia Absolutionis sint verbavoce prolatæ?

NEGANT Palud. in 4. dist. 17 quæst. 2. art. 1. & Adrianus in 4. de confes. quæst. 1. col. 6. quoscidat, & sequitur Nauar. in Man. cap. 21. num. 36. & in cap. Quæ pœnit. & de pœnit. dist. 1. Medina Cod. de Confessio. quæst. de Modo confitendi. Petrus Soto lect. 11. de Confessione. vers. Tertiū istud sit. Afferentes ad valorem Sacramenti sufficere, dare absolutionem nutibus, aut scripto, aut quocunque alio signo, quo manifestetur intentio absoluendi, Sacerdotis. Et hanc sententiam esse probabilem, innuit Fagund. lib. 2. cit. cap. 10. nu. 2: dum contrariam veriorem, tantum viceret, & pro illa citat Bonacina, vbi infra, Fillium, & Molfesium. Sed certe male.

Vnde certissime Respondeo. De essentia Absolutionis, esse, vt eius verba propria voce humana à Sacerdote proferantur. Quia id clare colligitur ex Concil. Florent. in litt. Eugenij, vbi, loquendo in particulari de hoc Sacramento pœnitentiæ, sic ait: *Formabuius Sacramenti sunt verba absolutionis.*

nis, quæ Sacerdos profert, cum dicit, Ego te absoluo. Quæ verba optimè expendit Suarez. Sic tenent, ipse disp. 19. sect. 1. nu. 3. & ante ipsum, S. Thom. 3. par. quest. 84. art. 3. ad 3. Nunus ibidem dub. 1. pag. mibi 22. (vbi immerito dicit; nullum authore ex supra citatis, contrarium docere) Caiet. V. Confessio conditione 11. Edig. disp. 4. nu. 65. Fagund. loc. cit. Bonac. disp. 5. quest. 4. punct. 6. in editione noua num. 2. & apud ipsum, Sotus dicens: contrariam opinionem esse erroneam. Molfes. tract. 7. cit. cap. 5. num. 14. Vbi sic ait: Dum Sacerdos dicit pœnitenti; Ego te absoluo, &c. debet humana voce loqui; & sic non potest signis, & eo minus per scripturam aliquem absoluere. Et sic improbat opinio Palud. Medinae, & aliorum, qui dicebant: vt signis posset Sacerdos suam intentionem explicare in absolutione pœnitentis. Sic Molfes. Sic etiam Rutilius. Benzonius de fuga pestis quest. 5. concl. 5. fol. mibi 108. Qui concl. 6. bene docet; solā pœnitentiam, seu satisfactionem; cum non sit Sacramentum, seu pars eius essentialis, iniungi posse scripto. Filli tract. 6. cap. 3. quest. 6. num. 6. Granados disp. 6. cit. sect. 1. num. 1. pag. 1099. Vbi ait; esse certam sententiam. Valentia disp. 7. punct. 3. Layman. tract. 6. cap. 3. Hurtado disp. 5. diff. 7. Lugo disp. 13. num. 2. pag. 192. Candidus loc. cit. art. 7. dubit. 6. num. 10. & est communis omnium Theologorum.

QUÆSTIO XVII.

An Forma Absolutionis deprecativa; v. g.
Absoluat te Deus. Sit sufficiens ad remittenda peccata?

AFFIRMANT Sot. in 4. dist. 3. art. 5. apud Suar. & Fagund. (sed certe, non ita clare, vt ipsi existimant.) D. Bonac. dist. 18. art. 2. q. 1. & 2. Alens. q. 80. Mayron. dist. 14. q. 2. Imo Author cuiusdam libelli, quem refert, & impugnat S. Thom. opusc. 22. cap. 1. existimavit non solum huiusmodi formam esse sufficientem, verum etiam magis convenientem. Sed certissime Respondeo. Non esse sufficientem. Quia absolucionis est proferenda, & danda per modum iudicialis sententiae; at forma deprecativa repugnat cum forma iudicij; nunquam enim sententia modo deprecatio profertur: ergo. Sic S. Thom. 3. par. quest. 84. art. 3. ad 1. Palud. dist. 22. quest. 3. P. Soto lect. 4. de confessione Nauar. cap.

1. de Pœnit. dist. 6. à num. 9. Domini cus Soto (iam sibi, & bene, contrarius) dist. 14. art. 3. Suarez disp. 18. sect. 1. num. 24. Fagundez lib. 2. cit. cap. 9. num. 8. Granados disp. 6. cit. num. 27. pag. 1108. Hurtado disp. 5. diff. 3. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 11. num. 4. Bonac. disp. 5. quest. 4. punct. 2. num. 8. Lugo disp. 13. num. 92. & communis.

QUÆSTIO XVIII.

An saltem, sit sufficiens ad valorem Sacramenti, Absolucionis modo imperatiuo proposita; vt v. g. Absoluaris a me; vel, absoluatur Petrus à me.

NEGLANT aliqui Recentiores apud Henriquez loc. cit. lit. G. & ipse, vt ait Granados disp. 6. cit. nu. 29. dubiam credit talem formam.

Sed ego, absque dubio, Respondeo. Esse sufficientem. Quia satis declarat propriam iudicis potestatem. Sic Suarez. Fagund. Granados, & Hurtado loc. cit. & Bonac. disp. 5. quest. 4. punct. 2. num. 7. Vazquez quest. 84. art. 3. dub. 4. num. 12. & Nunus 3. par. quest. 84. art. 3. dub. 2. concl. 4. pag. 28. & Lugo loc. cit. num. 104 & communis.

QUÆSTIO XIX.

An validum sit Sacramentum datum cum his formis: Volo absoluaris; Placet te absoluiri; Iubeo hunc absoluiri: Sacramentum absolucionis tibi impendo, &c.

NEGLANT Caietan. 3. par. quest. 84. art. 3. Sotus in 4. dist. 14. quest. 2. art. 3. Petr. Soto lect. 4. de confess. vers. Secundum, fol. mibi 166. Bonac. loc. cit. num. 9. Enriquez lib. 4. cap. 11. num. 4. lit. I.

Sed exque probabiliter Respondeo. Esse validum. Quia illis formis, vere significantur actus iudicis sententiam decisivam absolucionis à peccatis proferentis. Sic Suar. & Hurt. loc. cit. Fagund. loc. cit. Vazq. loc. cit. dub. 3. num. 11. Filli tract. 6. cap. 3. num. 68. Scot. Gabriel, Rossella, & alij, apud ipsos, Lugo loc. cit. num. 143.

QUÆSTIO XX.

An Sit peccatum mortale, predictis Absoluendi formulis ut?

NEGLIGAT G. Hurtado disp. 5. cit. diff. 3 fine, existimans, esse tantum veniale. Sententiam huius Doctoris refert Diana par. 5. tract. 1. 3. Resol. 34. tacens quid ipse sentiat, sed hoc non est illi nouum. Sed probabilius Respondeo: Esse mortale. Quia predicta formæ sunt valde dubiae; ergo graue mortale factilegij erit illis uti. Sic Fagundez lib. 2. cit. cap. 9. nu. 10. & lib. 13. cap. 1 n. 8. Nuñus los. cit. Suar. disp. 19. sect. 1. nu. 24. quatenus ait, esse valde illicitum. Bonac. loc. cit. nu. 1. 1. & apud illum, Sotus, Valentia, Reginald. Henriquez & alij. Secus esset dicendum, si quis, hac vteretur forma: Tu absoluueris à peccatis tuis per me; vt ait Vega cap. 6. cit. casu 4. per hæc verba. P. si el Confessor que absoluiesce conesta forma: Tu absoluueris à peccatis tuis per me, seu, à me. O, peccata tua remittuntur à me; pescará, y si la absolucion dada conesta forma serà valida? Respondo, que pecará, aunque no genero suo, mortalmente, sino ay en ello escandalo; y que el Sacramento dado en esta forma, serà verdadero, &c. Sic Vega, post Sotum, quem affert, & sequitur Reginald. lib. 8. num. 3.

QUÆSTIO XXI.

An Sit validum Sacramentum hisformulis datum: Remitto tibi peccata; vel, condono te?

RESPONDEO Affirmative. Quia hæc verba, non differunt essentialiter, ab illis verbis: Ego te absoluo. Sic Doctores nuper citati, & Grana- dos tract. 1. de Pœnit. disp. 6. num. 29. Lugo disp. 13. num. 141.

QUÆSTIO XXII.

An Etiam sit peccatum mort. his verbis absoluere?

AFFIRMANT Bonac. disp. 5. quæst. 4. punct. 2. num. 11. vers. Addo; & apud ipsum, Suarez disp. 19. sect. 1. num. 24. Regidius & alij. Quious adde Fagundez præ. 2. lib. 3. cap. 1. n. 8. pag. 347. Vbi sic ait: Tertio, quia sicut sub peccato

mortali obligat consuetudo absoluendi communis, per hæc verba, Ego te absoluo; & peccaret mortaliter, qui illam mutaret, & diceret, Ego tibi remitto peccata. Licet efficiat verum Sacramentum. Sic ille. Ecante ipsum, Nuñus 3. par. quæst. 84. art. 3. deb. 2. fine, & Llamas 4. par. Method. cap. 2. §. 1. in fine, per hæc verba. Si quis diceret: Ego remitto tibi peccata, &c. Factum teneret, sed esset mortale peccatum, & inusitatus locu- endi modus ab Ecclesia, & presumptuous. Sic ille. Et etiam Archangel. in 4. cist. 14. pag. 131. col. 1. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non esse, nisi veniale. Quia predicta mutatio, in opiniione fere omnium, solum est accidentalis, vel materialis, non vero formalis, & quæd significationem: Ergo solum erit venialis. Sic Sotus in 4. diff. 14 quæst. 1. art. 3. Reginald. lib. 8. cap. 1 num. 3. Fillac. tract. 6. capit. 3. num. 67. Hurtado disput. 5. diff. 3. in fine. Ochagania tract. 1. de Pœnit. quæst. 6. num. 6. & Diana part. 5. tract. 5. Resol. 39.

QUÆSTIO XXIII.

An Validum sit Sacramentum, si detur Absolucionis sub conditione de prærito; v. g. Absoluo te, si de seruisti Concubinatum?

RESPONDEO: Esse validum, si condi- tio addita à Confessario verificatur; secus vero, si non verificatur condi- tio. v. g. si dicat Confessarius, Absoluo te, si de seruisti concubinatum, si re vera de seruuit, Sacramentum erit validum. Si vero, re vera, non de seruuit, Sacramentum erit nullum. Ra- dio est. Quia, stante veritate conditionali, si tam Sacramentum sortitur suum effectum: si vero non stat, nihil fit. Sic omnes DD.

QUÆSTIO XXIV.

An Confessarius licite aliquando possit proferre Absolutionem sub con- ditione de prærito?

RESPONDEO. Posse, semper quodratio nabilis, & iusta causa ad sit: secus alij. Prior pars probatur. Quia si Confessarius dubitet, an verba absolucionis protulerit, tunc valide, & licite absoluere potest.

Potest sub hac conditione, exterius prolatæ, vel mente tantum retenta, *Si non es absolvus, ego te absoluo.* Deinde, quando is, qui confitetur ita virtuosus appetet; vt vix colligat Sacerdos, an illa, quæ confitetur sint peccata, tunc etiam valide, & licite potest eum, cum conditione hac, absoluere; *Si ea, quæ confessus es, sunt peccata, ego te absoluo.* Verum tamen est, quod in hoc casu, communiter certa materia adiungitur dubia, vt sic absolutio impendi absolute, possit. (Licet semper sit liberum pœnitenti, solam materiam dubiam confessioni subijcere, quando certam mortalem non habet, aut in solam venialem fuerit lapsus, vt optime Sancius disp. 6. n. 12. & Diana 4. par. tract. 3. Resol. 53. Vega 1. par. summa cap. 63. causa 30. col. mibi 641. Quidquid sentiant Hurtado disp. 9. de Pœnit. diff. 7. Suarez, & Granaud. disp. 6. num. 18. Legatur Reginald. lib. 8. num. 9.

Posterior vero pars, constans est etiam apud omnes. Nam valde illicitum est traducere, subdubia forma, quod Christus Dominus, sub certa forma mandauit.

QVÆSTIO XXV:

An Valeat Sacramentum Pœnitentia, si detur Absolutio cum Conditione de presenti; ut si dicatur; si Deus vult; aut, si ego possum te absolvere, te absoluo?

REPONDEO: Esse validum, si adsit conditio, quam Confessarius apponit; secus vero, si cōditio absit; quia tunc confessio erit nulla, & oportebit illum iterari. Sic tenent communiter omnes, præcipue Cajet. V. absolutio. Nauar. cap. 26. num. 12. Henriq. lib. i. de Pœnit. cap. 22. num. 5. & alij, constatque ex dictis.

QVÆSTIO XXVI:

An Possit Confessarius licite, predictam conditionem de presenti, in absolutione apponere?

REPONDEO. Posse, quoties rationabile occurrit causæ, quas interdum occurtere posse, nullus dubitat. Sit prima, Quando Confessarius dubitat, an pœnitens habeat usum perfectum rationis, vel, an phreneticus sit sanx mentis, tunc op-

timè potest, imo & debet, licite absoluere illum, sub hac conditione; *Si possim; vel si cappax es; aut, si habes usum rationis; vel, peccata, Ego te absoluo à peccatis, &c.* Secunda est, Quando pœnitens est in articulo mortis, & nequit exhibere signa contritionis; tunc optimè potest Confessarius, imo & tenetur absoluere illum, cum conditione; *Si cappax es; vel si possum &c. Ego te absoluo à peccatis tuis, &c.* Sivero, absque villa rationabili causa prædictæ conditiones à Confessario apponantur, peccatum ab eo committitur, vt ex dictis quest. præcedenti constat. Sic tenent DD. nuper citati, & Bonacina disp. 5. quest. 4. punct. 3. Granados tract. 1. cit. disp. 6. sect. 3. num. 19. Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 9. nu. 12. Reginald. lib. 8. num. 8. & communis.

QVÆSTIO XXVII:
An Valeat Sacramentum Pœnitentia, si Absolutioni addatur conditio defuturo: v. g. Si restitueris cras famam Petro, ego te absoluo?

AFIRMATIVAM sententiam esse sati probabilem, insinuat, & non leuit probat, Nauar. de Pœnit. diff. 6. capit. 1. in principio numer. 64. licet contrariam aperte definit num. 62. & 63. quidquid dicat Granados disp. 6. num. 22. pag. 1107.

Sed certissimè Respondeo: Non valere, sed talen absolutiōem esse, non solum illicitam, & sacrilegam, verum etiam irritam, & nullam. Sic Nauar. num. 62. cit. per hæc verba. Tertia declaratio, quod absolutio, non debet fieri sub conditione, puta, si satisficerit. Nam taliter absolutus, non esset simpliciter absolutus cap. actus, de reg. iuris lib. 6. Sic ille. Et in Man. cap. 26. num. 11. Vbi sic ait. Admonens etiam id, quod vbi supra num. 62. quod non debet absoluere ab excommunicatione de futuro, & minus à peccatis, dicendo; *Ego te absoluo ab excommunicatione, aut à tuis peccatis, sub conditione, si illud, aut illud feceris, aut si satisficeris.* Tum quia absolutio non debet esse in suspenso. ar. e. ad hæc quoniam dicitur. Tum quia licet sortiretur effectum post impletam conditionem, peccaret tamen, qui eam sic faceret, vt dixi ibidem num. 65. Quamuis posset ferre sub conditione de præterito, quæ auctum non suspendit. I. cum ad præsens. ff. si certum petat

peta. Voluti dicendo : si fecisti, aut præstisti talis rem, ego te absoluo ; ut dicitur, cum de baptismō dubitatur, si tu nō es baptizatus, ego te baptizo cap. 2. de Bap. Sic Nauar. Male ergo dicit Granados loc. cit. nullam definiſſe sententiam in hac re Nauar, definit enim semel, & iterum Sic etiam tenent cum ipso omnes Doctores. Henrīq. lib. 1. cit. cap. 12. num. 5. citans Nauarum loc. à nobis cit. Caier. V. *absolutio*. cap. 1. Siluest. *absolutio*. 3. num. 1. Armilla eo. V. Suar. Vazq. Aegid. Ochagavia, quos citat & sequitur Hurtado disp. 5. diff. 6. Granad loc. cit. Rodriguez, Reginald. Graff. Pelant. & alij, quos citat, & sequitur Bonacina disp. 5. quæſt. 4. punct. 5. num. 1. Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 3. & Fagund. loc. cit. Lugo disp. 13. num. 109. & omnes.

QVÆSTIO. XXVIII.

*An Absolutio Sacramentalis collata
absenti, sit vali-
da?*

AFFIRMARVNT olim Palud. D. Anton. Siluest. Armilla, Nauar. & alij quam plures, quos referunt, Coriolan. 1. par. sect. 2. art. 20. pag. 221. Fagundez lib. 2. cap. 10. à num. 4. & alij Recent.

Sed certissimè Respondeo: Nullo modo esse validam, etiam extrema necessitate interueniente. Sic omnes, post decretū Clem. VIII. super hoc editum, die 20. Iunij. Anno 1602. in quo decernit, oppositam sententiani, ad minus esse falsam, temerariam, & scandalosam : additque excommunicationem ipso facto incurrendam, & sibi reseruatum, contra violatores huius decreti, per hac verba.

Die vigesima mensis Iunij anno à Nativitate Domini N. Iesu Christi 1602. in generali congregazione Sanctæ Romanæ, & uniuersalis Inquisitionis, habita in Palacio Apostol. in monte Quirinali coram Sanctis. Dño nostro, Domino Clemente, Diuina prouidentia Papa VIII. Proposita quæſtione, utrum liceat per litteras, seu inter Nunciū, confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absēte absolusionem obtinere: Sanctis. Dominus Noster, auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illuſtrissimis, & Reuerendis. DD. Cardinalibus contrabæreticā prauitatem Generalibus Inquisitoribus, mature, ac diligenter considerata, hanc propositionem scili

cet; licere per litteras, seu inter Nunciū confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absenti, absolusionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, ac prohibuit, præcepitque, ne deinceps, ista propositio, publicis, priuatisque letationibus, concionibus, & congressibus doceatur: ne vè unquam, tanquam aliquo casu probabili defendatur, imprimatur, aut ad praxim quoquis modo ducatur. Quod si quis illam docuerit, defendere, imprimi fecerit, aut etiam de ea disputatione tractauerit, nisi forsitan impugnando, vel ad praxim directe, seu indirecte deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit, præterquam in articulo mortis ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanae Ecclesiæ maiori Pœnitentiaris, nisi protempore existente Romano Pontifice, absoluī, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat. Hucusq; verba decreti Clemētis. Poltquod, omnes docent Doctores. Legantur Coriolanus loc. cit. Bonacina statim citandus, Suarez disp. 19. sect. 3. Vazquez quæſt. 91. art. 3. dub. 2. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XXIX.

*An Saltem sit valida absolutio collata
pœnitenti, qui per litteras missit sua
peccata Confessario, & deinde in
presentia eiusdem, dicit, se
de omnibus illis ac-
cusare?*

NE CARE videtur Becanus de Pœnitent. cap. 37. quæſt. 8. pag. mihi 846. & fortiter. Negat Nuñus in add. quæſt. 9. art. 3. diff. vers. unde infert. pag. 520. sibi tamen contrarius, vt statim.

Sed longe probabilius Respondeo: Valere. Quia non datur *absolutio* absenti, sed pœnitenti presenti. Sic vt certum supponit Nuñus in add. quæſt. 9. art. 3. diff. 2. Not. 1. pag. 518. & Pjtingianus, quem citat, & sequitur Bonacina disp. 5. quæſt. 4. punct. 5. num. 2. & Suarez apud Nuñum loco citato.

QUÆSTIO XXX.

An, Si Sacerdos in aduententer, pœnitentem non absoluat, possit illum parum diffinitem absoluere?

RESPONDEO; Posse; si alias confessio nequeat pœnitentem renocare sine scandalo, vel alio in commmodo. Quia ad absolutionem, non requiriatur contactus phisicus, sed sufficit præsentia quadam moralis; ita ut Sacerdos videat pœnitentem; aut alio sensu, illum percipiat. Sic Ochagau. tract. 2. de confessione quæst. 41. num. 6. Diana part. 5. tract. 13. resol. 56. Benzonius defuga pestis quæst. 5. fol. mihi 106. & Molfes. 1. par. summa tract. 7. cap. 5. num. 59. per hæc verba: Est bene verum, quod si pœnitens confessus sit præfatorialiter peccata sua Confessario qui, post discessum pœnitentis, dubitet an illum absoluere; tunc confessarius cum dexteritate vocare debet pœnitentem, & suam negligientiam illi operire: Quod si id facere nequeat sine scandalo, & pœnitens sit moraliter præfens, nempe, parumpri distans, etiam virginis passus: & ex qualitate personæ probabili ter constet confessario, pœnitentem non incidisse in nouum peccatum mortale, potest, inquam, confessarius pœnitentem illum absoluere. At si certus sit de absentia, vt quia constaret illum discessisse ex templo, vel illum non videat, non potest illum absoluere. Sic ille.

QUÆSTIO XXXI.

An Sit valida absolutio data moribundo, qui per litteras, aut inter Nuncium, confessionem postulans, à confessario, domum dumtaxat à longe vidente, moribundo in illa incluso, collata est?

AFFIRMARVNT, in facti contingencia, nonnulli Docti, & amici Recentiores; ex eo quod tunc, moribundus moraliter est præfens alij sensui Confessarij, sumpto continent pro contento, idest, domus, pro pœnitente in ea inclusio.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non esse validam. Quia verè, & in rigore, tunc absolutio detur absenti; cum Sacer-

dos, nullo modo pœnitentem videat, aut audiatur, aut alio sensu, percipiat, quod est necessarium, vt ex dictis constat. Secus esset dicendum si in proposito casu, Sacerdos à longe audiret pœnitentem confessionem postulantem. Quia tunc verè esset illi moraliter præfens; & ideo valide posset illum absoluere; alias minime; etiam si videat Domum continentem moribundum; Nam ultra hoc, requiritur; vt ipsem pœnitentem à Confessario præfens cognoscatur per aliquem sensum, vt ex nuper dictis, & ex decreto Clementis VIII. supra relato, liquet. Sic tenent viri Doctissimi à me de hoc casu consulti, inter quos est unus, in rebus moralibus, sine secundo, nempe N.R.P. Fr. Franciscus à Sancto Juliano, olim in Complutensi, & Salmantino nostro Collegio, dignissimus Lector: Minister Provincialis huius nostræ Spiritus Sancti Provinciae, & hodie totius Religionis Definitor Generalis. Doctor P. Gaspar Hurtado Decanus in Academia Complutensi, & alij.

QUÆSTIO XXXII.

An Posit iterari Absolutio super eadem peccata semel rite Confessa?

NEGARVNT Guillermus de Rubion, in 4. dist. 15. q. 2. & alij quidam, apud Ricardum dist. 18. art. 2. q. 2. Sed certissimè Respondeo. Posse, si eorundem peccatorum confessio iteretur. Quia quamvis in hoc casu, materia remota (nempe peccata) sit eadem; materia proxima (qua est confessio eorum, cum novo doloris actu) est noua, quod sufficit, vt probat vsus & praxis omnium Catholicorum. Sic S. Thom. in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 2. ad 4. Suarez disp. 18. secl. 1. nu. 6. & secl. 4. Vazquez q. 92. art. 2. dub. 6. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 9. nu. 4. lit. P. Granados tract. 1. de Pœnit. disp. 4. nu. 4. pag. 1096. Bonac. loc. cit. pun. 4. nu. 1. Lugo disp. 13. secl. 3. & omnes communiter, de quo adhuc infra.

QUÆSTIO XXXIII.

An Unica absolutione possit confessor plus res pœnitentes absoluere?

RESPONDEO Affirmative. Quia in hoc nulla est implicatio; sicut non est in eo quod quis, unica aspersione multos baptizet dicendo, Ego vos baptizo in nomine Patris, &c. Vnde si ingruente procella, græ-

grassante peste; vel sauiente prælio, aut incendio, Cœfessarius audiat simul multos, alta voce aliquod peccatum confitentes, potest, imo, & debet, aut saltem expedit, simul eos absolvere dicendo; ego vos absolvō à peccatis vestris, in nomine Patris, &c. Sic Nauar. cap. 8. nū. 13. Sot. diff. 18. q. 2. ar. 5. Henrīq. lib. 1. de Pœnit. c. 11. n. 4. & lib. 2. c. 12. n. 3. Bonac. loc. cit. pun. 2. n. 4. Fagund. pœn. 2. lib. 3. cap. 3. num. 11. & communiter omnes.

QVÆSTIO XXXIV.

An Absolutio Sacramentalis possit per aliquid tempus differre, post factam confessionem, & impositam satisfactionem?

V IDETVR quod non; Quia, in alijs Sacramentis requiritur, ut forma conjugatur cum mater ia proxima praesente: ergo.

Nichilominus tamen Respondeo: Posse etiam si sit per plures dies, nec Confessarius recordetur singulorum peccatorum, aut poenitentiae iniunctæ, (ad sumum sat erit, ut hanc recolat) & Ratio est Quia Sacramentum poenitentiae, cum sit ad instar iudicialis actus, non requirit tantam continuationem agendorum, vel dicendorum, sicut alia Sacra menta (excepto Matrimonio, quod etiam tā strictam coniunctionem, inter materiam, & formam non requirit.) Sic Henrīq. lib. 2. de Pœnit. cap. 15. num. 3. & 4. Nauar. cap. 9. num. 19. Reginald. lib. 8. num. 11. & alij quam plurimi apud ipsos, & est communis,

QVÆSTIO XXXV.

An Confitens generaliter de peccatis, alijs confessis, & absolutis; possit per partes absoluī?

R ESPONDEO; Posse. (Licet debet haberi ratio de reuerentia Sacramenti, ne passim, & per horas interpollatas, velit poenitens absolutionem recipere) Probatur. Quia peccata iam rite confessa, & absoluta, non sunt materia necessaria, sed voluntaria, & libera confessionis; ergo poterit poenitens per partes ab eis absoluī. Et hæc est praxis, dum Parachus per multos dies facit confessionem longam de consilio, & celebrat quotidie. Sic victoriz. num. 166. Henrīquez lib. 2.

cit. cap. 12. num. 2. Soto diff. 18. quest. 27. art. 5. & quest. 4. art. 3. S. V. absolution. num. 25. Candidus disquisitio 24. art. 4. art. 6. & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An Possit Confessarius preferre verba ab solutione sine intentione, ob metum mortis à pœnitente incussum, si non absoluat?

A FFIRMANT Ludovicus de S. Iuanz tract. de Euchar. quest. 7. artic. 8. diff. 4. fol. 167. & Sancius in select. diff. 35. num. 7. quem & refert Diana 3. par. tract. 6. Resol. 83. & defendit à calunnia Castris Palao, (licet insuffmet defensio ne, sibimet contrarietur.)

Sed longe probabilius, Respondeo. Non posse. Quia illa simulatione, fit magna iniuria Sacramento, & non minor poenitenti, qui existimat in eo casu esse absolutum. Sic Castro in opere morali tom. 1. tract. 2. diff. 1. punct. 13. num. 8.

Ex quo constat, nulla fere probabilitate, dixisse eundem Sanc. loc. cit. num. 8. posse etiam Confessarium, ob solatum pœnitentis scrupulosi, anxie petentis absoluti onem, verba eius, sine intentione preferre, si videat confessarius, usurrationis, aut materia, ad eam impariendam, carere. Hæc enim insufficientissima causa est, vt tibi simulatione intentionis in administratione tanti Sacramenti, ut apud omnes est notum. Quare miror Dianam, hanc sententiam San cij referentem, & non reprobantem.

QVÆSTIO XXXVII.

An Ad substantiam Absolutionis pertinet, quod dum Sacerdotes illam proferunt, manus capitibus pœnitentium impo nant,

A FFIRMANT aliqui, apud Raynerium, capit. 5. de Absolutio. pag. mibi 7.

Sed certissime Respondeo: Nullo modo pertinere, neque esse necessariū faciendum; imo potius, quandoque id facere malum esse, vt si poenitens sit femina molli pulchritudine ornata. Sic Rayner. loc. cit. & Nauar. cap. 1. de Pœnit. diff. 6. num. 29. vbi scilicet; Secundum autem preambulum est.

seilicet, manus impositio super capite, quod maxima cura, etiam cum duabus manibus seruare video, adeo est absolutioni substantiale, ut neque sit de necessitate precepti faciendum secundum. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 4. Imo aliquando facere malum est, puta cum pœnitens est femina, & forte molli pulchritudine, ac molliter ornata. Quonia, ut ait Hier. lib. 1. aduers. Iouin. relatus in cap. Hospitiū 32. dist. fibonum est mulierem non tangere, malū est ergo tangere. Sic Nauar, & omnes DD. præcipue Coriolanus de casibus referu. 1. par. s. d. 3. Vbi de secunda conditione confessionis. Addens, solum invno casu, esse necessarium, vt Sacerdos manum suam, super pœnitentem extendat, vt putà quando adsuat circumstantes, & Sacerdos rationabili de causa absolutionem denegat pœnitenti, & ex eo quod nō extenderet manum super illum, adstantes possent suspicari, quod propter aliquod graue peccatum pœnitens, non esset absolutus: tunc enim debet manus extender, & dicere pœnitenti, quod propter circumstantes id facit, ne de illo scandalizentur, sed quod nihilominus, nō dat ei absolutionem, sed dicit aliquam aliam orationem, vt ita confusus non recedat. Sic ille.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Sacerdos possit his verbis, Absoluote, valide vti, ad absoluendum à peccatis, simul & à censuris?

NE GARE videntur, Silvester, Absol. 6. num. 2. §. Quartum est, & Vega cap. 6. casu 50.

Sed probabilius Respondeo: Valide posse. Quia nulla est implicatio in hoc: cum & verificetur forma Sacramentalis, & relaxatio vinculi censuræ: ergo dicendo; ego te absolu, si intendat simul absoluere à censuris, & à peccatis, ab utroq; valide absoluere. Quia, quāvis utraq; absolutione sit simul tempore, absolucionem censurarum est prior natura, quod sufficit ad valorem utriusque. Sic Nauarrus de Pœnit. dist 5. in cap. Consideret. §. c autumnum 32, & 33. vbi ex Gerzone 2. par. fol. 18. 3. col. 1. sub cap. Confessio. & col. 3. sub cap. excommunicationum, sic ait. Confessarium, qui recta intentione, super pœnitentem dixit, Absoluote in nomine Patris, &c. Non solum à peccatis, sed etiam à censuris absoluisse indicandum. Ex

quo infertur, Pa. iud. dictum procedere, etiā quando confessarius non absoluisset expresse à censuris, sed solum generaliter dixisset, Absoluote, si modo id recta intentione dixisset. Rectam vero intentionem illam arbitror esse, qua confessarius absoluere proponeat à necessarijs, qualem puto, vel expressam, vel virtualem omnes confessarios habere. Sic optimè Nauar. Quod idem repetit dist. 6. cap. 1. num. 27. & 28. Sot. dist. 14. quæst. 1. ar. 3. Henr. lib. 4. & 1. de Pœnit. cap. 11. num. 3. Bonac. disp. 5. quæst. 4. pun. 1. num. 10. Egid. disp. 14. num. 31. Coriolan. 1. par. sect. 2. art. 14. num. 6. & 7. pag. 185. Granados de Pœnit. tract. 1. disp. 6. sect. 1. num. 2. & communis.

QVÆSTIO XXXIX.

An Etiam licite, possit Sacerdos, bis verbis, Absoluote, à peccatis, & à censuris simul, absoluere pœnitentem?

AFFIRMAT Bonacina loc. cit. vers. obijcies secundo.

Sed ex que probabiliter Respondeo: Non posse, nisi in casu necessitatis. Quia verè, nonnulla inordinatio est, omittere modum consuetū absoluendi prius ab excommunicatione; erit ergo peccatum veniale. Sic Granados loc. cit. pag. 1100, per hæc verba. Sed si quis nollet eam absolutionem (à censuris videlicet) præmittere, quamvis peccaret recedendo à communione (nisi in valde urgenti casu,) non crederem, per se loquendo, peccare mortaliter, dum modo medijs verbis, quæ post subiunguntur, scilicet; ego te absolu, intenderet, non solum à peccatis, sed etiam à censuris absoluere pœnitentem. Sic ille. Et idem docet Bossius, licet non ita clare, de Jubileō sect. 1. casu 23. num. 18. 19. & 20. & communis.

QVÆSTIO XL.

An Sit, à præfata, distincta forma absolutio, danda pœnitentibus, præcipue Religiosis, habentibus indulgentiam plenariam pro tempore mortis?

RESPONDEO: Esse distinctam ex congruitate, nō ex necessitate; sic enim præfata sufficit. Primo ergo dicat infirmus Confiteor Deo, &c. Si potest; si vero

ro nō potest, dicat alius eius nomine. Postea Confessor, cui fuit confessus, dicat: Misericordia tua &c. Indulgentia &c. & deinde, sequentia.

Auctoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli & Sancte Romanae Ecclesie atibi concessa, mibiq. in hac parte commissa: Ego te absoluo ab omnisententia excommunicationis maioris, vel minoris, si quam incurristi: & restituo te unitati fideliū, & Sanctis sacramentis Ecclesie. Itē eadem auctoritate, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, & a transgressione Regule, & statutorum. Item auctoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancte Romanae Ecclesie, & etiam Domini nostri Papae, mibi in hac parte commissa, in quantum claves Sancte Ecclesie se extendunt, si ista vice morieris, Absoluo te ab omnibus peccatis, tibi in purgatorio debitis propter culpas, & offensas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commisisti. & quantum tibi permittitur, restituo te illi innocentiae, in qua eras, quando baptizatus fuisti. Si vero ista vice, non morieris, reseruo tibi plenariam indulgentiam concessam à Domino Papa, pro ultimo articulo mortis tuae, ut in ea commissione praefacta indulgentia Domini Nostri Papae continetur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. & hæc prima forma.

Datur & alia absolutionis forma, ab omni casu, etiam pertinente ad Papam, quæ datur Religiosis in agone existentibus, auctoritate Priuilegiorum Ordinis, & est huius modi.

Dominus noster Iesus Christus per misericordiam sacratissimæ Passionis te absolvit, & gratiam suam tibi infundat; & ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mibi in hac parte commissa, Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, vel sententia suspensionis, & interdicti: & disperso tecū in omni irregularitate, si quā cōtraxisti: & restituo te unitati fideliū, & participacioni sceluum; nec non Sanctis Sacramentis Ecclesie eam auctoritate Absoluo te ab omni transgressione votoris tui Ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, Provinzialium, Custoialium, Localium, & synodalium quorumcumque.

Eadem auctoritate Absoluo te ab omnibus officio male persoluto, horis in debite transpositis, vel dimissis. Item, eadem auctoritate: Ego Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana, ignorantia, vel malitia aeti, tuisti; concedens tibi remissionem, & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti, in quantum claves Ecclesie se extencunt. Item, eadem auctoritate, Ego Absoluo te apensis, Purgatorijs, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc modo per petratis meruisti, restituo te illi innocentiae, in qua eras, quando baptizatus fuisti; In nomine Patris, & Filii; & Spiritus Sancti Amen. Quod si hac vice non deceperis, reseruo tibi hanc gratiam, usque ad extreum mortis tuae articulum. Sic ex Compendio Priuilegiorum depromisit has duas formas Absolutionis, ad solarium Religiosorum, Coriolanus de cassibus reseruatis 1. parte

Section. 2. art. 14. in
fine, & ego ex
utroque.



DISPUTATIO TERTIA?

De Confessione Sacramentali, De eiusque Necessitate, & Praecepto.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotus ex sit Confessio?

AD Primum Respondeo: Quod confessio in communione; sic secundum Augustinum, *de vera, & falsa Pœnit.* lib. 10. & secundum D. Thomæ in *Add. quæst. 7. art. 1.* definiuntur; Est, per quam, latens morbus, sub spe venia aperitur. Secundum vero D. Gregorium *Hom. 40. in Euang.* Est peccatorum declaratio, & detestatio, & vulneris ruptio. Sic Cathec. Rom. cap. 5. num. 33.

Ad secundum Dico, quod Confessio est triplex. Mentalis, quæ est; *Recognitio peccati coram Deo in corde;* & aliquando, etiam in ore, ut cum peccator, no solum corde, sed etiam ore, confiteretur Deo peccata sua; & hæc fuit in lege naturæ, statim post peccatum Adami: & est de iure naturæ; cum sit de dictamine rationis naturalis. Cæremonialis, quæ exquirebat, ut peccans tali peccato, offerret Deo tale sacrificium; & peccans alio, aliud; & hæc fuit in lege Mosayca. Sacramentalis denique, quæ fit Sacerdoti; & est de necessitate salutis omnibus pœnitentibus; & hæc est in lege Evangelica, de qua sermo. Sic. Cathec. Rom. de Pœnit. cap. 1. Legantur Reginaldus lib. 6. in praestatione, & Archangel. *diff. 17. à pag. 186.*

QUÆSTIO II.

An Confessio Sacramentalis sit, Peccatoris accusatio secreta de suis peccatis, coram proprio Sacerdote, ut ab illis Sacramentaliter absoluatur?

RESPONDEO: Affirmative. Sic Nauar. in *Manu. cap. 2. num. 1.* & Archang. loc. cit. pag. 192. col. 1. Vel brevius. Confessio, est propriorum peccatorum accusatio, coram legitimo Sacerdote, facta ad ob-

tinendam eorum *absolutionem.* Sic ex Trid. *diff. 14. cap. 5.* Cathec. Rom. de Pœnit. num. 33. Magist. in *4. diff. 17.* S. Thom. ibidem, Scholastici; & omnes Iuris periti in cap. *omnis utriusque sexus, de Pœnit.* & remissio. Legantur Palud. in *4. diff. 17. quæst. 2.* art. 1. & Reginaldus lib. 6. cap. 1. per totum.

QUÆSTIO III.

An Confessio Sacramentalis, instituta fuerit ab Ecclesia?

AFFIRMARVNT Glossæ, in principio *diff. 5. de Pœnit.* Panormit. in cap. *omnis utriusque sexus,* & ibidem alij Canonistarum communiter, vt ait Nauar. in *Manu. cap. 2. num. 3.* & in *Gloss. summa de Pœnitentia diff. 5. num. 14.* & sequentes Petrus Oxomens. & alij, apud Castrum V. Confessio existimantes: vel institutam esse a B. Iacobo Apost. Epistola sua cap. 5. per ea verba; *Confitemini alterutrum peccata vestra, &c.* Vel, ex Ecclesiæ vniuersalitate traditione, inductam esse. Vnde male citat hos Authores Hurtado *disp. 7. de Pœnit. diff. 1.* dicendo; tantum illos negare, confessionem fuisse à Christo præceptam; non vero negare; ab illo fuisse institutam. Id enim, non illi, sed Caiet. *cap. 20. in Ioan.* & penes Beccatum, D. Bonaventura *diff. 17. dub. 1.* Hugo de S. Viatore *lib. 2. de Sacrament. part. 14.* *cap. 1.* & alij, dixerunt.

Sed certissime de fide, Respondeo: Non ab Ecclesia; sed immediate à Christo Domino Salvatore nostro, esse institutam. & præceptam; sicque esse de iure Diuino. Sic definiuntur in cap. *ad abolendam, de heret.* & in *Council. Constantien. diff. 8.* & in quodam Council. Complutensi tempore Sixti IV. & in Trident. *diff. 14. cap. 1. & 5. & can. 6 & 7.* & docent omnes Theologi cum D. Thom. 3. *par. q. 84. art. 7.* Alex. 4. *par. q. 59. mem. 1.* *art. 2. & 3.* D. Bonav. in *4. diff. 17. quæst. mihi 3.* licet, ut probabilem alteram etiam sustineat, vt infra. Legantur Bellarmin. *tom. 1. lib. 3. de Pœnit.* Valentia. *tom. 4. disp. 7. q. 9. punct. 2.* & alij Recentiores. Ex quo constat, iam, nullo modo esse probabili-

babilem (quidquid, valde inaduertenter contrarium innuat Fagundez pœc. 2. Ecclesie lib. 1. initio) sententiam illorum, qui dixerunt, confessionem Sacramentalē institutam esse in Paradiſo terrestri, per illa verba. *Adam ubi es?* Et etiam eorum, qui dixerunt, institutam esse in lege veteri, Iosue 7. per illa verba. *Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, ac in dica mihi quid feceris, ne abscondas.* Et multo minus eorum, qui dixerunt institutam esse à Iacobō Apostolo, aut introductam tantum ab Ecclesia cōsuetudine. Quod optime probat Nauar. loc. cit. & ex illo Lugo disp. 15. sect. 1. Candidus disp. 24. art. 3. dub. 2. pag. 7. Reginald. loc. cit. num. 8. & Archangel. disp. 17. pag. 192.

QVÆSTIO. III.

An Confessio Sacramentalis, instituta fuerit ante Christi Domini Resurrectionem?

AFFIRMAVIT Arinacanus lib. 11. de quæst. Armenorum cap. 14. & 15. dicens: Christum instituisse hoc confessionis Sacramentum. Marc. 5. Mat. 10. & Luke 6. Quando Apostolos misit ad prædicandum. Affirmarunt etiam, & alij dicentes; institutum esse in nocte cena.

Sed certissime, imo & de fide, Respondo: Hoc Sacramentum institutum fuisse, præcipue post Resurrectionem, cum Christus Dominus Ioan. 20. dixit. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remitteritis peccata;* &c. licet antea Matt. 16. fuerit promissum Petro, illis verbis: *Tibi dabo claves regni cœlorum.* Sic habetur in Trident. *seff. 14. cap. 1.* per hæc verba. Dominus Sacramentum Pœnitentia, tunc præcipue instituit; cum à mortuis excitatus insisteruit in Discipulos suos dicens; *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remitteritis peccata,* remittuntur eis; &c. Sic etiam Cathec. Rom. loc. cit. num. 34 & iam omnes. Legantur Vazq. tom. 3. in 3. par. quæst. 84. art. 1. dub. 1. & quæst. 93. art. 1. dub. 1. & seqq. Suarez tom. 4. disp. 16. sect. 2. & nu. 4. Beca nus cap. 36. quæst. 1. Archangel. loc. cit. & alij Theologici.

QVÆSTIO. V.

An Confessionis Sacramentum, in re, vel in voto; sit necessarium ad salutem, necessitate medijs?

NE GAVIT Petrus Oxomensis existimans; peccata mortalia, per solam contritionem, deleri, sine ordine ad claves; hoc est, non manente obligatione confitendi illa.

Sed certissime, secundum fidem, Respondeo: Sacramentum Pœnitentia esse necessarium ad salutem homini lapsi post Baptismum: in re quidem, si potest, vel in voto, si confiteri non potest. Sic habetur in Trident. *seff. 14. cap. 2.* per hæc verba. *Est hoc Sacramentum Pœnitentia lapsi post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus, Sic Concilium; tunc ego; Sed Baptismus est medium absolute, & simpliciter necessarium, ad salutem: ergo & Sacramentum Confessionis, seu Pœnitentia. Sic tenent omnes Theologici S. Thom. 3. par. quæst. 84. art. 5. Sotus *diff. 14. quæst. 1. art. 5.* Cathec. Rom. loc. cit. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 2. num. 1. Paludanus *diff. 17.* Valentia *quæst. 1. pun. 6.* Suar. *disp. 17. sect. 2.* & *disp. 35. sect. 1.* Archangel. *diff. 17. pag. 186.* Cano de Pœnit. 5. par. folio mibi 62. Granados *contr. 7.* de Pœnit. *tra. 1. disp. 7. num. 2.* Hurtado *disp. 4. diff. 5.* & 6. Candidus *loc. cit. dub. 3. pag. 8.* Villalobus *tra. 1. diff. 7. num. 3.* Reginald. num. 8. Petrus Ledesma *tra. 1. de Pœnit. cap. 4.* & omnes.*

QVÆSTIO. VI.

An Confessionis Sacramentum, sit necessarium necessitate præcepti Diuini, his, qui post Baptismum lethaliiter deliquerunt?

NEGARUNT D. Bonau. in 4. *diff. 17. dub. 1.* circa textum Magistri, Hugo Victorinus lib. 2. de Sacram. par. 14. cap. 1. & alij, apud Beca nus de Pœnitentia cap. 36. quæst. 1. sentientes. Confessionem esse à Christo institutam, non tamē præceptam. Melius posset pro hac sententia citari Caiet. cap. 20. in Ioan. ut nos quæst. 3. citauimus: Nam D. Bonau. loc. cit. q. mibi 3. etiam nostram sententiam, ut probabilem defendit.

Sed

Sed, secundum fidem, Respondeo. Et esse à Christo, non solum institutam, sed etiam eisdem verbis Ioan. 20. præceptam. Quia Christus Dominus illis verbis. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* Dedit Apostolis potestatem, non solum absoluendi, sed etiam retinendi peccata fidelium: ergo fideles tenentur comparere eorum iudicio, ut ab eisdem, peccatores absoluatur à peccatis suis. Sic omnes Theologi apud Beccan. loc. cit. Bellarm. lib. 3. de Pœnit. Granados tract. 1. disp. 8. pag. 1111. & habetur in Concilio Constantiens. sess. 8 & in Trid. sess. 14. cap. 5. & Canone 6. & 7. Sic etiam Suarez tom. 4. disp. 17. sect. 2. Vazquez ex D. Thom. 3. part. quæst. 90. art. 1. per quinque dubia. Molfesius 1. par. summæ tract. 7. cap. 9. à num. 23. Reginald. num. 8. Archangel. disp. 17. pag. 186. & clarius pag. 193. col. 1. Lugo disp. 15. à num. 5. Candid. loc. cit. dub. 4. Villalobos tract. 9. diff. 26. num. 1. Petrus Ledesmin tract. de Pœnit. cap. 8. concl. 4. & omnes.

QUÆSTIO VII.

An Præceptum Diuinum Confessionis, solum obliget ad confitendam mortalia?

RESPONDEO: Solum ad hoc obligare. Sic enim expresse definit Trid. sess. 14. cap. 1. & 5. & Can. 7. ubi sic dicitur. Oportet à pœnitentibus omnia peccata mortalia in Confessione recenseri; etiam si occultissima illa sint. Nam veniam illa, quibus à gratia Dei non excludimur, & in qua & frequentius labimur, quamquam recte, & utiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, taceri tamen extra culpatum, multisque alijs remedij expiari possunt. Sic Concilium, & omnes, apud Petrum Ledesmin loc. cit. concl. 6. & Villalobos loc. cit. num. 2.

QUÆSTIO VIII.

An Hoc Diuinum Confessionis præceptum obliget infantes, ante usum rationis, aut adultos innocentes?

RESPONDEO: Non obligare. Quia non habent peccatum mortale actualē, quod est materia huius Sacramenti; ut nuper est habitum. Ex quo constat B. Vir-

ginem, ex defensione materiæ, incapacem fuisse huius præcepti. Quod si est verum (quod non credo) aliquando certa confessionis forma & fama fuisse apud Apostolum Ioannem, dicendum est: hoc non fecisse ad adimplendum præceptum Diuinum, cum illo non teneretur, sed ad exemplum. Sic omnes DD. Suar. disp. 35. sect. 2. num. 1. Victoria num. 15. Viualdus de Confessione num. 82. & alij.

QUÆSTIO IX.

An Hoc præceptum Diuinum obliget infideles non baptizatos?

AFFIRMANT Ricardus dist. 17. art. 2. quæst. 4. Angelus V. Confessio 2. num. 2. Silvester eo verb. quæst. 5. Scot. dist. 16. quæst. 1. art. Frias tract. de arte confitendi fol. 48. Adrian. quæst. vlt. de Confes.

Sed, probabilius longe, imo certissime, Respondeo: Non obligare. Quia, ut dicitur in Trident. sess. 14. cap. 1. 2. & 5. Sacramentum Pœnitentia, tantum est necessarium lapsis in mortale, post Baptismum: ergo. Sic Suarez loc. cit. Vazquez quæst. 90. art. 2. dub. 1. Hurt. disp. 7. diff. 3. Granado tract. 1. cit. disp. 3. nu. 2. pag. 1091. Beccanus cap. 36. de Pœnit. quæst. 4. Sotus dist. 18. quæst. 1. art. 2. Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 2. num. 4. Lugo disp. 15. num. 26. & 144. Villalobos loc. cit. num. 4. Petrus Ledesma loc. cit. concl. 5. Molfes. tract. 7. cap. 10. num. 1. Reginald. num. 42. Archangel. disp. 17. pag. 187. dicens, opinionem cōtrariam, prorsus falsam esse, & alij communiter, docentes: solum teneri, hoc Diuino præcepto confessionis, illas personas, quæ post Baptismum aliquod mortale commisserunt, siue hæretici sint, siue Apóstatae, impuberet etiam, si sibi conciij sint, aiicuius mortalis, necnon, & Romanus Pontifex, vtclare docet Trid. loc. cit. cap. 5. (et.)

QUÆS-

QVÆSTIO X.

An Hoc præceptum diuinum Confessionis, obliget perse in articulo necessitatis, omnes, qui sibi conscijs sunt peccati mortalis?

NEGLAT per se obligare hoc diuinum præceptum in proposito casu (sed solum per accidentem) Molfes. loc. cit. n. 16. pag. mihi 41 3. per hæc verba: Igitur, iure divino obligatur Christianus confiteri peccata sua mortalia in tempore determinato per Ecclesiam, vt dictum est, sed per accidentem obligat diuinum præceptum in multis alijs casibus. Primò, in articulo mortis, nem p., quoties imminet mortis periculum, &c. Sic ille.

Sed certissime Respondeo, Affirmative. Quia hoc præceptū, adimpleri debet in hac vita; ergo ad minus, in articulo mortis, seu necessitatis extremitate: Obligabit ergo hoc præceptum homines, quando sunt in articulo mortis naturalis; aut in periculo illius, vt in instante prælio; in imminēti naufragio; in periculosa navigatione; in gravante peste; in transitu per loca infidelium, aut infecta latronib.; in infinititate acutæ: in partu mulieris, non solum illius, quæ nunquam peperit; aut quæ partus difficiles habere solet, vt volunt Sanchez, Bonac. Layman, & alij, vbi infra; verum etiam cuiuscumque alterius mulieris. Nam omnes prægnantes, dum sunt iam, iam parituræ, vere in articulo sunt mortis; vt cum Siluestro docet Petrus Hurtado, vbi infra. Nam hi, & similes casus intelliguntur nomine extremae necessitatis, aut articuli, seu periculi mortis; in quibus tenentur confiteri, iure diuino, omnes, qui conscientiam habent peccati mortalis. Sic D. Thom. dist. 17. Ricard. art. 3. q. 6. Soto. dist. 18. Nauar. c. 27. n. 270. §. 7. & alij apud Henr. lib. 1. de Pœnit. c. 3. n. 3. Couarrub. Comitus, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez de præc. 2. Eccl. lib. 1. c. 1. n. 7. Dur. Gabr. Valencia, Suarez, quos citat, & sequitur Granad. tract. 1. cit. disp. 8. n. 2. Lugo disp. 15. n. 37. Archag. dist. 17. pag. 190. Villalob. tra 9. diff. 27. n. 3. & 4. Sanchez lib. 2 sum. c. 13 n. 4. Bonac. disp. 5. de Sacram. q. 5. sect. 2. punct. 4. n. 14. Laym. tom. 2. lib. 5. tract. 6. c. 12. n. 13. Petr. Hurt. tom. 1. in 2. 2. disp. 84. sect. 8. §. 127. & communis.

Nota hic circa tempus huius obligationis in articulo mortis, quod definiuit Innocen-

III. cap. Cum infirmitas de penit. & remis. vt Medicis & cati ad agrotos tentantur statim eos ad monere ad confessionem. Quam constitutionem, postea renouauit Pius V. in quadam Bulla, vbi etiam iubet, vt Medicis, quando promouentur Doctores, iurent se obseruatuos, id, & non datus Medicinam corporalem, nisi intra triduum adhibita sit Medicina spiritualis.

QVÆSTIO XI.

An Siquis est in eo statu, in quo, si non confitetur, probabiliter timet, ante mortem, non posse habere copiam confessoris (vt accidere potest in India, aut in captiuitate) tenetur tunc, hoc præcepto diuino, anticipare confessio nem?

AFFIRMANT Nauar. in Summ. cap. 2. n. 8. Suarez disp. 36. sect. 5. n. 2. & 5. Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 1. n. 6. & præc. 3. lib. 1. cap. 6. n. 3. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 3. n. 3. & apud ipsum Durand. Bonac. Palud. Gabr. Maier. Ricard. Siluester. Tabiena, & alij. Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 5. n. 9. Gasp. Hurtado disp. 7. diff. 13. Diana 3. par. tract. 4. Resol. 69. Cano de Pœnit. par. 5. fol. mibi 114. Lugolo. cit. Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 2 pun. 4 n. 21. Molfes. tract. 7. cap. 10. n. 18. Vilalob. tract. 9. diff. 27. num. 4. Naldus verb. confessio. num. 17. Reginald. lib. 9. num. 25. & est communis. Probantque à paritate rationis. Nam si quis (inquietus) in die festo præuidet, se non posse audire sacrum hora nona, tenetur anticipare tempus, & audire hora, qua potest: ergo similiter.

Sed nihilominus, & que probabiliter, Respondeo: non teneri. Primo. Quia in hoc casu, nullo modo adest periculum mortis, in quo tempore, est præceptum diuinum confitendi: ergo ante illud, nequit obligare. Secundo. Qui non est confessus in articulo mortis, non tenetur, eo articulo elapsio, postea confiteri ad implendum præceptum diuinum, vt infra quæst. 42. ergo à fortiori, non tenebitur quis confiteri, ante aduentum predicti articuli. Sic in simili tenet Azotom. 1. institut. moral. lib. 17. cap. 41. quæst. 13. & repuntant probabile Ioannes à Crucce in Summ. de Pœnit. quæst. 3. dub. 3. concl. 2. & Ioann. Sancius in select. disp. 11. num. 90. pag. mibi 91. & tenent alij moder. ni.

Nec argumentum Contrariorum multum obstat; est enim discriminem manifestum. Quia in dicto casu, non obligat præceptum audienti Missam; cum ergo in hora tertia, v.g. possit quis illud adimpleat, vere ad id tenetur; In nostro antem casu, non sic; cum nondum obliget præceptum confessionis pro articulo mortis.

QUÆSTIO. XII.

An Iure Diuino, teneatur quis confiteri, tempore ab Ecclesia determinato?

NEGLANT Sco. Durand. Gabr. Ricard. & Palud. statim citandi.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Teneri. Quia præceptum Ecclesiasticum annue confessionis, nihil aliud est, quam modificatio præcepti diuini; ut colligitur ex Trid. *Jeff. 14. cap. 5.* & infra dicemus. Sic Sotus *diff. 18. q. 1. art. 1.* G. Hurtado *disp. 7. diff. 2.* Granados *tract. 1. de Pœnit. disp. 8. nu. 8.* Victoria *q. 121. vbi expresse sic ait:* De iure diuino tenemur confiteri, quando Ecclesia determinauit. Sic etiam Suarez *disp. 35. sect. 3. n. 8.* Molfes. in *Sum. 1. par. tract. 7. c. 10. n. 16.* & communis penes omnes Recentiores. Ut bene Azor *lib. 7. c. 29. q. 8.* & Reginald. *lib. 6. nu. 32.*

QUÆSTIO. XIII.

An Secluso articulo mortis, & lege Ecclesiastica, de confitendo semel in anno, obliget hoc diuinum præceptum perficit?

NEGLANT Scotus *in 4. diff. 17. art. 3.* Durand. *q. 10. n. 3.* Gabr. *art. 3. dub. 1.* Ricard. *art. 3. q. 6.* & Palud. *q. 2. art. 5.* Quia (inquit) præceptū affirmatiū, per se non obligat, nisi in articulo necessitatis, qui, per se loquendo, nullus est dabilis, ante mortem. Ita etiam Suarez *loc. cit. nu. 9.* Valentiu *q. 9. pun. 4.* Lugo *disp. 15. nu. 39. & alii.*

Sed probabilius Respondeo: Obligare: licet, per se loquendo, secluso articulo mortis, & præcepto Ecclesiastico, non sit tempus determinatum, in quo obliget præceptum diuinum confessionis; quamvis vase in hoc, vel illo anno, aut aliquoties invita obliget; vt optime probat Granad. *loc. cit. n. 5.* & nos infra. Vnde quamvis Enriquez *loc. cit. nu. 4.* affirmet; quod, seclusa lege Ecclesiastica, forte obliget hoc præceptum, quolibetquin quennio: melius tamen Granad. ex Soto, &

Ledesma ait: obligare, quolibet anno. Vnde si quis per annum, vel paulo plus, differret confessionem, contra præceptum diuinum confitendi peccaret. Sic Victoria, & Granados *loc. cit. P. de Ledesma cap. 9. de Confess. concl. 6.* Raynerius *cap. 4. citando.* Numinus *loc. infra citando.* Et Reginald. *lib. 6. num. 28.*

QUÆSTIO. XIV.

An Etiam, iure diuino teneatur quis confiteri, statim post commissum peccatum?

AFFIRMANT Guillelmus Paris. *lib. de Sacram. tit. de Pœnit. Angel. V. Confessio 1. num. 3.* Alens. *4. part. q. 77. memb. 4. art. 2.* D. Bonau. *in 4. diff. 17. art. 4. q. 2.* qui maxime Religiosis imponit hanc obligationem: quia habent semper continentiam opportunitatem statim confitendi. Referunt etiam Suarez. (licet timide) & Lugo pro hac sententia, Raynerium *1. par. Sum. V. Confessio cap. 5.* Sed non bene; quia oppositum expresse docet ibidem *cap. 4. & 5. pag. mibi. 418. & 419.* citat etiam, pro hac parte, Petrus Ledesma, Innocentius super *cap. omnis.* & Archidiaconum, super *cap. Ille Rex. de Pœnit. diff. 3.*

Sed, certissime, Respondeo: quod licet valde utile sit, statim post commissum peccatum, confiteri; tamen, propter in certitudine mortis; tamen etiam, quia, qui immoratur in peccato, peccato peccatum accumulat; nihilominus tamē, dicendum est; dictum præceptū, non obligare (adhuc Religiosos: nam hi non tenentur ad alia, quā cæteri homines, nisi ad ea ex voto se obligarunt) pro statim, ac commissū est mortale. Primo. Quia tantæ obligationis nullū est idoneū fundamentū. Secundo. Quia præceptū de confessione, etiam de iure diuino, est affirmatiū: at omnia præcepta affirmatiū habent sua statuta tempora, quibus necessario adimplenda sunt: ergo & hoc. Sic D. Thom. *diff. 17. q. 3. art. 1. q. 4.* Cano de Penit. *b. 5. fol. 113.* Rayner. late. & optime *c. 4. cit. Suarez. disp. 35. sect. 3. n. 2.* Laym *tract. 6. c. 5. n. 4.* Granad. *tract. 1. de Pœnit. disp. 8. n. 8.* Hurt. *disp. 7. diff. 2.* Nuñez *in addit. q. 6. art. 5. diff. 1. vers. Ad primū argumentū.* Optime Navar. ex D. Thom. *in Man. c. 2. n. 9.* Vinal. de Corfes. *n. 12.* Summa Cofes. tit. Quando obligat confessio *fol. mibi 42. & 42.* Lugo *disp. 15. n. 36.* Villalob. *loc. cit. diff. 27. n. 1.* Archang. *diff. 17. pag. 190.* Petr. Ledesma *c. 9. cit. concl. 2.* Reginald. *lib. 6. nu. 30. & alii.*

QVÆ-

QUÆSTIO XV.

An Saltem teneatur quis iure Diuino confiteri, etiam ante annum, quando adest periculum obliuionis alicuius peccati mortalis, aut multorum mortalium?

AFFIRMANT Marsilius in 4. quest. 12. Mayor disp. 17. quest. 2. Adrianus quest. 5. de confessione. Nuñus loc. cit. concl. 4. pag. mibi 385. Vbi sic ait: Quan do est speciale, & graue periculum, quod obliuiscetur homo multorum peccatorum mortalium, tenetur confiteri. Sic ille. Nauarrus, super cypit. Placuit de Pœnit. disp. 6. num. 159. Medina, C. de Pœnit. tract. 2. quest. 14. § 2. & Caet Verb. Confessio cap. 5. Citat etiam Ludouicus de San Iuan pro hac sententia, Sotum in 4. disp. 18. quest. 1. art. 4. Sed male. Nam Sotus, solum hoc affir mat, secluso iure positivo: concludit enim sic: *Ex quo sequitur, quod à tempore illius statuti canonis, ius diuinum, præter articulum mortis, non obligat, nisi secundum Ecclesiæ dispositionem semel in anno. Sic Sotus.* Affirmat etiam Molfes. tract. 7. cit. cap. 10. num. 18. cum alijs.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Non teneri. Sic tenet, & probat Nauarrus in Man. cap. 21. num. 35. per hæc verba: Secundo peccat mortaliter, qui non confite tur, etiam extra Quadragesimam, occurren te casu, in quo ad id obligatur. Quinque autem casus, in dicto cap. 2. num. 6. & duobus sequent. attigimus, quibus prædictis Ioan. Maior addit alium in quo, quis nouit, se memoriam omnium totius anni peccatorū, in Quadragesima minime habiturum, quod videtur vtile, sed non necessarium. Tum; quia fere omnes, in anni decursu, toties pec camus, vt veri numeri in Quadragesima non meminetim: Tū, quia nulla lege ad id obli gamur, & sine lege non est asserenda obligatio, & consideremus, autem de trient. & semiss. coll. 3. & cap. consulutis 2. quest. 5. Tum quia Concilium Florent. citatum a nobis in cap. Fratres de Pœnit. d. 5. num. 66. cui Trident. consentit, vbi supra cap. 5. tan tum obligat ad confitenda peccata, quorum meminimus. Sic Nauarrus, contra id, quod remissive dixerat cap. Placuit cit. Sic etiā Valencia disp 9. punct. 4. Granados loc. cit. Vinald. loc. cit. num. 13. & apud ipsum, Sotus, & B. de Medina. Luys. Turrrianus de Pœnit. q. 6. art. 2. disp. 19. dub. 4. Hurtad. disp. 7. diff. 2. Henrīq. lib. 1. de Pœnit. cap. 4. nu.

8. & apud ipsum, Durand. Can. P. Soto. Victoria, Silvester, & Tabiena, & alij, quos ci tat, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. Resolut. 155. Vazquez etiam q. 90. art. 1. dub. 4. Ludouicus q. 5. art. 9. dub 2 pag. 409. Lugo disp. 15. nu. 41. pag. 268. Petrus Le desma loc. cit. concl. 3. Reginald. lib. 6. nu. 31. Archangel. disp. 17. pag. 190. col. 1. & 2. & iam communis.

QUÆSTIO XVI.

An Iure Diuino teneatur confiteri, qui credit, se aliter non posse evitare aliquod peccatum, v. g. odij, carnis, aut inuidia in particulari, nisi se confitendo?

AFFIRMAT Suarez disp. 35. sect. 2. nu. 10. Quia (inquit) omnes oblig amur iure diuino, ad fugiendum peccatum: ergo ad ponendum medium necessarium ad talē finem consequendum. S. cus esset (addit Suar. nu. 11) si quis, non in parti culari, nec aliquod certum peccatum, sed in communi, & in confuso, multa peccata evita turum crederet, si sepius in anno confitere tur: quia esset valde scrupulosum ad id obli gare. Hæc sententiā prius tenuerant. Caet. V. Sacramentalis Confessio. P. Soto leit. 5. de Confes. & post Suarium, Egidius disp. 5. de Sacram. dub. 11. n. 31. Granad. tract. 1. de Pœnit. disp. 8. nu. 9. Fagundez præc. 2. Eccles. lib. 1. cap. 1. nu. 15. & 16. Nuñus in add. q. 6. ar. 5. diff. 1. cōcl. 3. pag. 6. 384. Vbi absolute, & sine vlla distinctione, hanc sen tentiam docet. Filliuc. etiam, tract. 7. nu. 40. Molfes. tract. 7. cap. 10. num. 18. pag. mibi 414.

Sed, & que probabiliiter, Respondeo: In neu tro casu ad confessionem teneri. Quia, ad hoc, quod confessio in eo casu, obligaret, deberet quis, sibi persuadere, illam esse vni cum, & singulare remedium ad evitanda pec cata; siue in communi, siue in particulari; & hæc persuassio esset falsa, cum re vera confessio, non sit tale remedium: ergo. Minor probatur Primò: Quia plura alia remediare periri possunt, vt ieunia, flagellationes, &c. Secundò: Quia licet confessio ad hoc vtilissima sit; non tamē est remedium efficax, & infallibile; nā confessio, solū habet effica ciā, circa peccata præterita; circa futura ve ro, licet habeat aliquale, nō tamē infallibili le: ergo tota obligatio hæc, prouenire solū potest ex falsa hominis persuassione: ergo

solum interuenire potest h̄c obligatio, quam quis per conscientiam erroneam sibi imponit. Sic tenent ex nostris, sapientiss. PP. Fr. Franciscus à S. Juliano, olim in nostro Complutensi Collegio meritissimus Lector, & nunc Prouintiæ Castellæ dignissimus Prouincialis, & P. Fr. Eugenius à Sancto Gregorio Lector in nostro Salmanticensi Collegio, & postea totius nostræ Religionis Dæffinitor Generalis. & tenet ex parte, Sa. V confessio nu. 5. & post hæc scripta, inueni Patrem Ioan. de Lugo, id idem, doctè & latè docentem; disp. 15. sect. 4. quæ si per totam. Et Reginald. lib. 6. num. 29.

QVÆSTIO XVII.

An Iure diuino teneatur confiteri statim, qui habet conscientiam, quod statim debeat confiteri?

AFFIRMANT Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 3. nu. 4. & apud ipsum, Scotus, & Mart. in de Ledesma. Viuald. de Confes. num. 12. vers. Secundo. Et apud ipsum, Nauar. cap. 2. num. 9. Petrus Soto, Paludanus. Silvester. Maior. Adrian. Durand. Angel. Anton. Cano. Conarrub. Ioannes de Med. & M. de Ledesma. Quibus ego addo. Summam confess. tit. cit. fol. 43. & Andream Molfesium loc. cit. Reginald. lib. 6. num. 26.

Sed, probabilius, Respondeo: Non tene-ri. Quia licet teneatur in tali casu, statim confiteri; hoc non est ratione præcepti Diuini. Sed ratione conscientiæ, quæ, quamvis erroneasit, obligat, ut optime docet Nauar. præludio 9. num. 9. Sic & ipse, cap. 2. num. 10. per hæc verba; Debet item (confiteri, scilicet) cum probabiliter credit, se per totum annum, non habituū opportunitatē con-fitendi, vel etiam quando conscientia dictat illum ad confessionem teneri, argum. cap. fin. de præscrip. quamvis ad hoc, satis esset il lam deponere, si fuerit erronea. Sic ille. Pe-trus Soto le. 5. de confes. vbi sic ait: Duo alij casus afferuntur, quibus confiteri tene-mur, magis ex conscientia ad id obligante, quam alio præcepto. Et infra. Est alius, in-quietunt, si quis putet, se teneri sapientius ad con-fessionem: quod certe in omnibus præcep-tis est. Tenemur enim propter conscientiam etiam errantem. Sic ille. Melch. Cano. de Pœnit. 5. par. fol. mibi 114. ita dicens: Quintum vero, quem Durand. adiecit dist. 17 q. 10. & Palud. ead. dist. quem Adrianus quo-

que refert q. 3. de confessio. Se ratione cō-scientiæ scrupulose, non existimamus super-uacaneum. Non enim obligat præceptum de confessione in tali eventu, sed ipse habens erroneam conscientiam, se se ligat, quandiu non deponit talē errorem. Sic Cano. Sic etiam Adrianus de confessione q. 3. vers. Quintus casus. fol. mibi 246. Vnde, hos. saltem, quatuor Doctores, male citat Viualdus pro sua sententia. Tenent etiam Fagundez præ. 2. lib. 1. c. 1. n. 17. Martinus de Frias in sum fol. 40 Granados tract. 1. disp. 8. n. 8. Nuñus loc. cit. pag. 384. vers. tertiasen-tentia. Vazquez. quæst. 90. art. 3. num. 3.

QVÆSTIO XVIII.

An Hoc diuinum præceptum Confessionis obliget, quoties quis, post mortale com-missum, communicare, vel ce-lebrare vult?

NEAGAVIT Caiet. in sum. v. Commu-nio. & apud Viualdum. Summa Con-fessorum, quib' dicit, fauere. Ricardū dist. 17. q. 6. art. 3. Palud. q. 2. Adrian. q. 3. de Confessione, & Rosef. art. 15. Sed certissime, imo & de fide, Respon-deo: Obligare. Sic enim declarauit, & deter-minauit Concil. Trid. sef. 13. cap. 7. & can. 11. ex illo Pauli. Cor. 11. Probet autem se ipsum homo; & docent D. Thom. 3. par. q. 80. art. 4. & cum eo omnes Theologi. Sic etiam Summa Confess. fol. mibi 42. 43. & 44. Vbi postquam semel, & iterum, hanc nos-tram sententiam docuerat, sic tertio ait: Ta-men, quia semel in anno est præceptum com-municare, quod digne fieri non potest, sine confessione, etiam de peccato interiori, te-netur talis intra annum confiteri. Sic ibi. Sic etiam Paludanus, ut statim dicemus. Sic tandem omnes: male ergo citat Viualdus tot Authores pro contraria sententia.

QVÆSTO XIX.

An Etiam teneantur confiteri Iure Diuino, qui recipere volunt alia Sa-cramenta?

AFFIRMANT Marsilius in 4. quæst. 12. art. 1. Paludanus dist. 17. quæst. 2. & Adrianus quæst. 3. de Confessione, apud Suarium sef. 3. num. 13. Sed re vera Adrianus, potius in oppositum inclinat, lo-co à Suario citato, fol. mibi 246. vers. Pri-mo

mo propter Sacramentum. Affirmant etiam Summa Confes. tit. Quando obligat Confes. fol. mibi 42. & Mofesius tract. 7. cap. 10. num. 17. cuius verba retulimus tract. de Sacram. in genere, disp. 4. quæst. 10.

Sed certissime Respondeo: Non teneri. Quia nullum extat præceptum, circa hoc impositum; ut clare colligitur ex Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. Matrimonij. Sic D. Thom. Quod l. i. art. 11. Nauar. c. 2. n. 9. (cujicet excipiat Sacramentū Ordinis, hoc nō est præcisus, propter ipsum Sacramentū Ordinis, sed propter Eucharistiam, quam simul recipiunt, qui ordinantur) Victor. num. 135. Siluest. Angel. P. Soto, quos citat, & sequitur Suarez loc. cit. Viualdus de Confessione num. 12. Fagund. præc. 2. lib. 1. cap. 1. à num. 10. Lugo disp. 15. num. 40. pag. 263. Villalobos loc. cit. num. 6. & omnes communiter.

QVÆSTIO. XX.

An Teneatur præcepto Diuino confiteri, qui voto, vel iuramento in aliquibus diebus confiteri, se obligavit?

RESENDEO: Teneri: Quia voti, vel iuramenti obligatio, est diuina, ut constat. Sic Nauar. cap. 1. num. 10. Viuald. loc. cit. Granados tract. 1. disp. 8. num. 9. & Scotus, Palud. Sotus & alij, quos sequuntur Suarez tom. 4. disp. 35. sect. 2. num. 5. Vazquez quæst. 90. art. 2. dub. 2. Mofes. tract. 7. cap. 10. num. 20. & 21. & communis.

QVÆSTIO. XXI.

An Sit latum ab Ecclesia statutum annua Confessionis?

RESENDEO: Quod sic. Sic enim habetur in Concilio Lateranensi, sub Innoc. III. Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis perueniret omnia sua peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur. Et idem definitur in Trident. sess. 14. can. 8. & tenent omnes Theologi, & Canonistæ. Legantur S. Thom. 3. par. quæst. 90. art. 1. & ibi Vazquez, Suarez tom. 4. disp. 17. sect. 2. & disp. 35. & 36. Bonac. disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 4. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO. XXII.

An Hoc statutum, ab Ecclesia latum, obliget sub mortalitatem?

NEGAT Durandus diff. 17. quæst. 14. existimans: haec tenus Ecclesiam solum tulisse præceptum de Communione in Paschate; de confessione vero, tantum Consilium, & exhortationem. Negat etiam Micha. de Medina, C. de Confessione quæst. 5. apud Henriquez lib. 1. de Pœnitentiæ cap. 4. num. 1. in Glos. lit. A. Sed male profecto Henriquez citat Medinam pro hac sententia, ut statim dicemus. Melius citare potuisset Turrecrem. de Pœnit. diff. 1. §. deinde num. 4.

Certissime ergo, immo & de fide, Respondeo obligari sub mortali. Quia expresse in Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 8. dicitur: esse in Ecclesia, præceptum annua confessionis. Et certe, nil est magis commune, & vulgare inter fideles omnes, quam esse quinque præcepta Ecclesia, ex quibus, unum est confessionis. Sic tenet Mich. de Medina, C. de Confes. q. 4. fol. mibi 52. & latius q. 18. fol. 67. ubi nostram sententiam, optimè probat, & respondet sententia Durandi. Sic etiam Henriquez loc. cit. Suar. disp. 36. sect. 1. num. 4. Palud. Caiet. P. Soto, Soto Cano, & Gabriel apud ipsum. Egidius disp. 5. nu. 47. & 48. Fagund. præc. 2. lib. 1. cap. 3. nu. 2. & apud ipsum, D. Thom. Nauar. Viuald. Victor. Bellarm. Vazq. etiam q. 90. art. 1. dub. 4. nu. 18. Lugo disp. 15. num. 89. & Villalob. loc. cit. diff. 28. nu. 1. Petrus Ledesma cap. 8. concl. 1. Mofes. tract. 7. cap. 9. à nu. 23. Reginald. lib. 6. num. 10. 15. & 19. & omnes communiter.

QVÆSTIO. XXIII.

An Hoc Ecclesiasticum præceptum, obliget per se, & ex vi proprij præcepti, ad Confessionem?

NEGAT D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 3. docens: tantum per accidēs obligari fideles ad confessionem, semel in anno faciendam, scilicet ratione communionis.

Sed certissime Respondeo: Obligare per se, & ex vi proprij præcepti distincti à præcepto communionis. Quia hoc constat clare ex cap. omnis utriusque sexus: & ex Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 8. & ex sensu

omnium fidelium. Sic Doctores nuper citati. Principi Petrus de Ledesma post s. confessionem Mollesius loc. cit. Azor lib. 7. cap. 28. quest. 9. Suarez tom. 4. disp. 36. sect. 1. num. 4. Reginald. lib. 6. num. 34. & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An dictum præceptum sit pure humanum, quoad substantiam, & quoad tempus?

AFFIRMAT, quod ad utramque partem; Adrian. in 4. quest. 1. de Confessione, §. Pro huic decisione. Et id, esse probabile insinuat Petrus Ledesma, ubi infra.

Sed, certissimè, Respondeo. Esse diuinum quoad substantiam; quoad determinacionem vero temporis, Ecclesiasticum. Sic expresse docet Trident. cap. 5. cit. dicens; Ecclesiam tantum statuisse, ut diuinum præceptum confessionis, singulis annis impleretur. Et sic omnes Doctores citati præcipue Suarez disp. 36. sect. 1. num. 5. Vazquez q. 90. art. 1. dub. 4. num. 21. Fagund. loc. cit. nu. 2. Villalob. loc. cit. num. 1. Arcahngel. diff. 17. pag. 188. Petrus Ledesma loc. cit. concil. 3. & Becanus cap. 36. quest. 2. & omnes communiter.

QVÆSTIO XXV.

An Papa possit in præcepto Confessionis dispensare?

RESPONDEO: Quod licet non possit dispensare in præcepto Diuino Confessionis, cum ad hoc commisionem non habeat, potest tamen dispensare, tā secum, quam cum alijs (& licite, si causa subsistat) ita ut nullo modo teneantur ad confessionem annuam. Ratio est. Quia cum hoc præceptum, quoad temporis determinationem, sit Ecclesiasticum, totum pendet ex voluntate illius. Sic D. Thom. diff. 17. quest. 3. art. 1. quest. 5. Ricard. art. 2. quest. 7. Sot. diff. 18. quest. 1. art. 5. Vazquez loc. cit. dub. 5. num. 10. Hurt. diff. 7. diff. 6. Villalobos loc. cit. Suarez disp. 36. sect. 1. Molles. tract. 7. cap. 10. num. 19. & omnes communiter.

(2)

QVÆSTIO XXVI.

An Omnes Baptizati habentes conscientiam peccati mortalis, teneantur annuæ confessionis præcepto?

RESPONDEO Affirmative. Quia se expresse habetur in cap. Omnis cit. & in Concil. Trid. sect. 14. cap. 5. & can. 8. per hæc verba: Siquis ajexerit confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus fideles, &c. Anathema sit. Et sic docent omnes Theologi cum D. Thoma. quest. 60. art. 3. & Iuristæ ad cap. omnis cit. Qui bene, hac lege, comprehendit hereticos, docent. Quia cum sint baptizati, vere sunt subditi Ecclesie. Legantur Suarez disp. 35. sect. 2. Reginald. lib. 6. num. 48. Molles. cap. 10. cit. num. 11. & alij Recentiores.

QVÆSTIO XVII.

An Summus Pontifex obligetur annuæ confessionis præcepto?

NEGLANT Ricard. diff. 17. art. 2. q. 4. ad 5. Scot. quest. 1. art. 1. Nauat. de Pœnit. diff. 5. in principio §. 2. num. 32. Ludouicus de S. Juan quest. 5. de Confess. art. 6. dub. 2. Quatenus tantum teneri ex congruitate, vel sub veniali, affirmant.

Sed probabilius Respondeo; Teneri, & obligari sub mortali, non tanquam præcepto, & ratione obedientia; cum Papa non sit inferior Concilio (quidquid sentiat Almayn. diff. 17. col. 32.) à quo tale præceptum latum fuit; sed ratione conformitatis cum ceteris fidelibus, cum dissonum sit rationi, caput non conformari corpori. Sic Couar. in cap. Alma mater, 1. par. cap. 1. §. 5. Suarez disp. 36. sect. 2. num. 5. Bonac. disp. 5. quest. 5. sect. 2. pun. 4. nu. 4. & apud illum Sayrus, Reginaldus, Filliucius, Molles. Nuhus, & Enriquez. Hurtado diff. 7. diff. 9. Beccanus cap. 36. de Pœnit. ouest. 3. Azor lib. 5. instit. Moral. cap. 11. Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 3. nu. 18. & 19. Vazquez ouest. 90. art. 1. dub. 5. num. 12. & Lugo disp. 15. num. 142. qui addit, probabile esse, quod si hanc legem Ecclesiasticam, quoad se, non omnino

nino tolleret Pontifex, sed alteraret quoad tempus, volendo quod determinatio temporis, quoad se, esset pro hac vice, annus cum dimidio, non peccaret grauiter.

QUÆSTIO XXVIII.

An Omnes pueri, in quavis aetate sint, teneantur dicto precepto, si conscientiam habent peccati mortalisi?

NE GANT in primis Sancius in *se-
le et disp. 51. num. 31.* Castrus Pa-
lao, *tom. 1. tract. 3. disp. 1. pun. 8.
24. §. 2. num. 3.* quos citat, & se-
quitur Diana *4. par. tract. 3. Resol. 52.* doc-
entes; nullo modo teneri pueros ante septen-
nium ad annuam confessionem, etiam si con-
fiteretur habere usum rationis. Fauent huic
sententiae Lugo loc. cit. *num. 152.* docens,
non teneri tali precepto ante octo annos, &
D. Anton. *part. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2.* Affir-
mans, non teneri pueros, usque ad decimum
annum cum dimidio, & feminas usque ad
nonum cum altero dimidio.

Negant etiam Sot. in *4. dist. 12. quæst. 14.
art. 11. fine,* & Sa. in *editione 1. v. confes-
num. 3.* & apud Fagundez, D. Anton. *2. par.
sum. tit. 9. cap. 18. §. 2.* Ostiensis, & Ancar-
ran. in *cap. Omnis cit. Viguerius de Confe-
ssion. vers. 14.* apud Vinaldum, docentes; pue-
ros non teneri confiteri precepto Ecclesiasti-
co, sed solum diuino, ante annos pubertatis,
hoc est pueros ante 14. & puellas ante
12. Sed ex Doctoribus, quos citat Fagun-
dez, saltem D. Anton. loc. à nobis cit. solum
docet pueros non teneri hoc precepto usque
ad decimum, & dimidiatum annum, & puel-
las usque ad nonum, & dimidium.

Sed probabilius Respondeo: Teneri abso-
lute, & obligari omnes pueros, cum primum
peccare possint, etiamsi septennium non
attigerint. Primo. Quia id clare constat ex
*cap. Omnis cit. Vbi sic dicitur. Omnis u-
triusque sexus fidelis postquam ad annos dis-
cretionis peruerterit omnia sua peccata, sal-
tem semel in anno si ieliter confiteatur,* &c.
Secundo. Quia non requiritur maior discre-
tio, aut ætas ad recipiendum Sacramentum
Confessionis, quam ad peccandum. Sic ex-
presso Aureol. in *4. dist. 17. art. 2.* Vbi sic
ait. Vnde Papa tenetur confiteri, insuper, &
puer habet discretionem: Si enim habet in-
fra unum annum, vel duos nativitatis suæ
discretionem, per quam haberet contien-

tiam de peccato, puro quod teneretur ad
confitendum. Sanchez in *summa lib. 1. cap.
12.* Nauar. *cap. 21. num. 33.* Victor. *q. 128.
Scot. dist. 17. quæst. 1. art. 2.* Suarez *disp.
36. sect. 2. nu. 3.* & apud ipsum, Cano. Gabr.
Siluest. Ricard. & Corduba. Henriquez *lib.
1. de Pœnit. cap. 5. num. 2.* Zambrano *cap.
4. dub. 3. c. 5.* Layman. *lib. 5. tract. 6. cap.
5. num. 6.* Vazquez *quæst. 90. art. 2. dub. 2.*
Luisius de Pœnit. *q. 6. disp. 21. dub. 4.* Gra-
nado *tract. 1. disp. 9. sect. 2.* Hurtado *disp.
7. diff. 9.* Fagundez *præc. 2. lib. 1. cap. 3. nu.
12.* qui, simul (cum Cordoua, & Bonacina) be-
ne citat Diuum Antonium pro opposita sen-
tentia, non enim est pro nostra, ut voluntua
rez, & Henriquez, cum aperte illam, per hæc
verba, impugnet: Temerarium ergo videtur
asserere, & publice prædicare, quod imme-
diatè post septennium teneantur puero ad
istud præceptum seruandum, alias peccant
mortaliter, & ipsi, & parentes eorum, qui non
faciunt confiteri. Sic Anton. Tenet etiam Be-
cañus *cap. 36. q. 5.* Imo, & ipse Sotus, postea
dist. 18. q. 1. art. 3. §. de verbo autem; hanc
etiam sententiam sustinet, ut aduertunt Tu-
rrian. & Henriquez: Tenet etiam Vinald. de
Confes. num. 15. & meo videri, Bonac. *disp.
5. q. 5. sect. 2. pun. 4. num. 2.* Reginald. *lib.
6. num. 50.* & nouissime Doctor Didacus de
Narbona. in *Annalibus hominis, anno 7. q.
7. a num. 12. pag. mibi 74.*

QUÆSTIO XXIX.

*An Senes Octogenarij, præcepto an-
nus Confessionis, & Com-
munionis tencan-
tur?*

NE GAT D. Didacus de Narbona
I. C. Doctor. (imo & Iure Hæredi-
tario. Habuit nāque Patrē, Patruū,
& Fratres Doctissimos, ut eorum scripta
demonstrant. Benedicta sit talis Familia) in
suo pulchri libro, *de statu Hominis,* &c.
Anno 80. q. 4. num. 2. pag. 682. per hæc ver-
ba: Verum tamen contrarium, non solum pro-
babilius, sed certius mihi videtur. Ideo-
que tenendum profiteor, senectutem illam,
ut potè octuagenariam, quæ fere semper ita
homines simplices, & rationis reddit exper-
tes, ut nihil à pueris differre videantur, ve-
hementi hoc eodem anno, pluribus ostendimus,
ab omnibus, & quibuscumque, tam Eccle-
siasticis, quam diuinis legibus, eos immu-
nes reddere. Et ratio est, quoniam eiusmodi

atatis seres infantes pueri sunt. Ita Hippocrates, ut refert Alphonsus à Ruizibus, in *Medicina Medicorum insipientium Luminar.* 2. fol. 65. *Luminous Vines. lib. 2. de Anima,* & alij à nobis relati, quæ proxima antecedenti: quibus addendis sunt, quæ in eadem rem adducit *Velasius de privilegijs misericordijs personar.* quæst. 18. num. 11. Ergo cum pueri ante septenium his legibus sint soluti, veluti supra anno 7. comprobauimus, etiam octuagenerij libertatem censeadie erunt. Et infra num. 4. Sic ait. Cuius simile est, quod scripsere Hostiens in summa §. Quando confitendum in principio, & post eum Stephan. Gaeta in repetit cap. Ad limina. §. 5. nū. 207. Patac. Rubeus in cap. omnis utriusque sexsus, verbo postquam ad annos discretionis de patet. & remission. scilicet, ita senes, qui iam discretione carent, ut sepe numero octuagenerij esse solent, nec præcepto annua Confessionis, aut susceptionis Eucharistie in Paschate teneri, eo nimurum, quod supra diximus, quia in eis eadem capacitatibus deficientia, ac in parvulis militat: igitur quemadmodum isti, a quocumque Ecclesiastico præcepto, hac ratione reperiuntur immunes, sic & illi esse debebunt. Sic Narbona.

Sed certissime Respondeo: Non solum senes Octogenarios, verum etiam Nonagenarios, & maioris etatis, teneri præcepto annua Confessionis, & Communionis, (sicut & alijs præceptis diuinis, & humanis, eorum viribus corporalibus, non aduersantibus) dummodo, (ut commune est,) compotes sint rationis.

Primo. Quia id clare colligitur, ex cap. *Omnis cit.* Vbi indiscriminatum omnibus utriusque sexsus personis, quæ ad annos discretionis perueniunt, præcipitur, ut singuli annis confiteantur; & Sacra Communione reficiantur: Sed sic est, quod senes Octogenarij, peruerunt, & sat is, & non amiserunt (ut supponimus) usum rationis: ergo.

Secundò. Quia adimplatio præcepti annua Confessionis, & Communionis, non officit saluti corporali senium, etiam decrepitorum (sicut officit præceptum abstinentia a carnibus, præceptum ieunij in Quadragesima, &c.) sed poti' illa reficit, & fouet: ergo, cum alias sint capaces, & potentes ad illius obseruationem, vere tale præcepto tenebuntur.

Tertiò. Quia (ut nuper est habitum) adhuc pueri, qui ante septenium usum rationis habent, eo solum, quo illum habeant, ligantur præcepto Confessionis annua, licet non

ligentur a lijs alijs præceptis Ecclesiastici, ut ieunij &c. Ergo similiter Octogenarij, quamvis, propter eorum debilem, ac iam puerilem etatem, non teneantur legibus, illis, valde onerosis, tenebuntur tamen lege annua Confessionis, ac Communionis, toto vita spatio, quo usum rationis polleant; ut multi huius etatis, in hac nostra etate, illo pollent, ut nos experientia docet.

Verum est, quod si dicti Octogenarij, omnino sint rationis expertes, sicut sunt Infantuli, aut omnino amentes, tunc non ligabuntur hoc, aut aliquo alio præcepto. Sed cum id sit per accidens (quomodo, etiam viris triginta annorum potest contingere, si propter aliquam infirmitatem, undeque ratio- nis expertes fiant) non ideo absolute asservandum est, Octogenarios non ligari lege annua Confessionis, & communionis; nam sic improbabile est dictum.

Nec sententiam huius Doctoris docet Hostiens loc. cit. sed potius expresse nostri, his verbis. Item confitendum est tempore pueritiae, ut nos supra eod. §. proximo, sub §. Cui pueri. Item, & tempore senectutis: In quo casu, si est in etate decrepita, scilicet vitra senium, iam processit, puta post 80. annos, alleuari debet ieunij, & grauari orationibus. *Et infra:* Quid si sit ita senex, quod omni discretione careat? Dic sicut de pupillo, & furioso, ut nota supra eo §. prox. sub §. Cui pueri. Vbi dicit: Quod si pueri non sint dolii capaces, non teneantur Confiteri: Quia tales, furiosissim comparatur, cum eorum etas, quid videat, ignoret. Sic Hosties. Unde, si hoc idem vult docere Narbona, (ut a me consultus eius frater Doctissimus, Dominus (& certe meus) D. Ioannes Narbona I. C. in hac Complutensi Academia Doctor, virtute pius, pietate clarus, nec non in Magistrali Sanctorum Martyrum Iusti, & Pastoris Ecclesia, Canonicus, respondit) certissima est, & non solum probabilis, (ut ipse ait) eius sententia; & debet modifica- re hanc propositionem, nempe, Octogenarij senes non ligantur præcepto annua Confessionis, & Communionis, quam in Su- mario quæst. 4. citata, & in Indice, verbo. Octoge- narij, habet,

(§)

QVÆSTIO XXX.

An Teneatur præcepto annua Confessionis, qui tantum habet peccata interna?

NE GAT Margarita Confessorum V. Confessio fol. mibi 44. Vbi sic ait: Siquis haberet solum peccata cordis, videtur, quod possit differre Confessionem, usque ad mortis periculum, cum de illis Papa nihil habeat iudicare; tamen quia semel in anno est præceptum communicare: quod digne fieri non potest sine Confessione, etiam de peccato interiori, tenetur talis infra annum confiteri. Item: quia confessio non potest diuidi, si cum peccato interiori habet exterius, de quo potest Ecclesia præcipere; tenetur indirecte cum illo de interiori confiteri. Sic Author. Cuius verba volunti hic adynguem ponere, ne amplius dubitet quiscum Suario de sententia hac, aut fundamento illius. Negant etiam Glossa ex Bartol. in cap. scui de Pœnit. diff. 1 & P. Oxf. apud Martinum de Frias in sum. cap. 4. fol. 43. & fuit satis Palud. in 4. diff. 17. quæst. 2. art. 5. quatenus docet; quod saltem directe, non teneatur quis ad confitenda peccata interna, ex præcepto Papæ, & Ecclesie.

Sed certissime Respondeo: Teneri omnino tali præcepto, & obligari. Quod clare colligitur ex dicto cap. Omnis. & constat ex viu, & consensu totius Ecclesie, hoc modo, dictum præceptum, intelligentis; & videtur definitum in Trident. sess. 14. can. 7. & cap. 5. Vbi sic habetur. Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum, post diligentem sui discusionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sunt. Sic Concilium. & sic Nauar. in cap. Fratres de Pœnit. diff. 5. num. 59. Suarez, diff. 36. sect. 2. num. 2. Frias, loc. cit. Qui contraria sententia, plus quam temerariam, aut erroneam, merito appellant, Bonac. diff. 5. quæst. 5. sect. 2. pun. 4. num. 6. Vazquez, Enriquez, Reginald. Valentia, Egidius. Fillicius, & Molfessius apud ipsum, & Petrus de Ledesma loc. cit. post concl. 6. dicens: esse sententiam certissimam, & omnium

Theologorum, & Iuristarum.

(?)

QVÆSTIO XXXI.

An, Qui tantum habet peccata venialia, teneatur sub mortali, ex vi huic præcepti, aliqua, semel in anno, confiteri?

AFFIRMANT D. Bonau. in 4. diff. in 17. part. 2. art. 2. quæst. 1. Alensis, 4. par. quæst. 18. memb. 4. art. 2. Ricard. diff. 17. art. 2. quæst. 4. Innocent. etiā, & supplem. apud Margaritam Confess. fol. 52. & etiam affirmat Nuñus in add. quæst. 6. art. 3. dub. 2. pag. 378. V. in bac quæstionē Vnde male citatur, a Candido, & Bonacina (vbi infra) pro opposita parte.

Sed probabilius Respondeo: Non tenetri. Primō. Quia hoc præceptum, tantum est determinatio præcepti diuini, ut supra est habitum; at ex præcepto diuino, solum tenetur confiteri, qui habet aliquid mortale: ergo. Secundō. Quia nullo humano præcepto, potest quis obligari sub mortali ad confessionem venialium, ut statim dicemus: ergo. Sic Diuus Thomas. diff. 17. quæst. 3. art. 1. quæst. 3. ad 3. Scot. Palud. Gabr. Angel. Caiet. Maior, & alij, quos citat, & sequitur Vazquez quæst. 90. art. 2. dub. 2. nu. 1. Nauarrus, Cor doua, Soto, & Glosa, quos citat, & sequitur Suarez diff. 36. sect. 2. n. 3. Granado tract. 1 diff. 9. sect. 3. num. 9. Becanus cap. 36. quæst. 6. Hurt. diff. 7. diff. 7. Fagundez, præc. 2. lib. 1. cap. 2. num. 8. & lib. 2. cap. 1. num. 4. & cap. 2. numer. 7. & sequen. Petrus de Ledesma cap. 8. de Pœnitent. concl. 6. dub. 2. pag. mibi. 376. Diana 3. parte tract. 4. resol. 126. Ludouicus, quæst. 7. ar. 5. diff. 2. pag. 396. Lugo diff. 15 num. 132. Molfessius tract. 7. cap. 10. num. 21. Vega 1. par. summa. cap. 36. casu. 84. Reginald. num. 44. Archangel. diff. 17. pag. 188. & 189. Candidus diff. 24. art. 5. dub. 1. pag. 11. Bonac. loc. ci. num. 8. Villalobos, loc. cit. num. 4. & communis.

QVÆSTIO XXXII.

An Saltem, teneatur sub mortali confiteri venialia, qui habet mortalia, quæ, ex iusta aliqua causa, non debet aperire confessari?

AFFIRMANT à fortiori, Alens. D. Bonau. Ricard. & alij quæst. præcedent. cit. & Nuñ. q. 6. ar. 6. diff. 1. pag. mibi

mibi 397. Granado. tr. & 9. disp. 5. num. 23.
pag. 1251.

Sed probabilius Respondeo: Nec in hoc casu teneri, ex vi saltim precepti diuini, vel Ecclesiastici confessionis. Quia nullum extat preceptum obligans fideles in communione ad confitenda venialia. Sic Suarez disp. 36. sect. 6. n. 1. quæ sequitur Diana, 3. par. tract. 4. resol. 125. Lugo num. 175. Archangelus loc. cit. & alij.

QVÆSTIO XXXIII.

An Saltem teneatur sub veniali ex præcepti Ecclesia confiteri aliqua venialia, qui mortali peccato caret; aut si illo non caret, non potest aperire illud?

RESPONDEO: Nec sub veniali tene-
ri. Quia nec Christus Dominus in
præcepto diuino Confessionis; nec
Ecclesia in suo humano, voluerunt
obligare fideles ad confessionem veniali
sub aliquo veniali, cum multis alijs modis
remitti possint. Sic Angel. Confessio. 2. nu.
27. & Scot. diff. 17. quæst. 1. quos citat, &
sequitur Fagundez præc. 2. lib. 2. cap. 2. n.
9. Archangel. diff. 17. pag. 188. & 189. &
communis.

QVÆSTIO XXXIV.

An Saltem in dicto casu, teneatur pœnitens, ex vi dicti præcepti, ad comparendum coram proprio Sacerdote, & illi dicere; se non habere conscientiam peccati mortalis?

AFFIRMANT Suarez disp. 36. sect.
2. num. 9. Fagundez præc. 2. lib. 1.
cap. 2. num. 9 & lib. 2. cap. 1. num.
4. Lublinus V. Confessio. num. 27.
Scotus, & Sotus, apud Vazquez, quæst. 90.
art. 2. dub. 2. num. 18. Alex de Alej. 4. par.
quæst. 77. memb. 1. apud Petru de Ledesma,
& apud Thomam de Iesu in Tribun. Conf.
de Confes. cap. 8. pag. 129. Summa Confess.
fol. mibi 52. Imo, & D. Thomas, in add. q. 6.
art. 3. ad 3. Viuald. de Confes. num. 51.
ver. Tertia conclusio. Enriquez lib. 1. de Pœ-
nitentia. cap. 15. num. 3. Vega, 1. par. cap.
63. casu 84. Barthom. de Ledesma, & Gra-
ffius, penes ipsum.

Sed probabilius Respondeo: Non tene-
ri, ex vi (saltem) præcepti confessionis. Quia,

si comparere deberet, maximè ad hoc, ut pro
prins Sacerdos cognosceret vultum sui pe-
coris: at pœnitentis vultus, non debet cog-
nosciri à Sacerdote, nisi in indicio confessio-
nis. ergo, ex quo semel cessat obligatio hu-
ius indicij, cessat obligatio sic comparendi.
Verū est, quod ratione scādali sedādi, si or-
tū est, ex eo quod quis non cōfiteatur, posset
forte aliquando contingere talis obligatio
comparendi. sed non ratione præcepti con-
fessionis. Sic. Vazquez loc. cit. Hurtado
disp 7. diff. 7. Thomas à Iesu loc. cit. Bea-
nus de Pœnit. cap. 36. concl. 6. num. 4. P. de
Ledesma cap. 8. de Pœnit. concl. 6. dub. 2.
pag. mibi 376. Ludouicus de S. Iuan quæst.
5. de Pœnit. art. 5. diff. 3. pag. 397. (vbi at-
tentē est legendus propter errorem Thipo-
graphi.) Arcangel. loc. cit. Lugo diff. 15. n.
133. & Bonacina loc. cit. num. 8. & pro hac
parte citat Vega, vbi supra, Victoriam de
Sacram. num. 129. & Sotum in 4. diff. 13.
quæst. 1. art. 3. pag. 749.

QVÆSTIO XXXV.

*An Teneatur confiteri venialia, si mortali-
bus caret, qui vult comparare Iubi-
leum, quando in illo requiritur
Confessio?*

AFFIRMANT Sotus in 4. diff. 21. q. 2.
art. 3. Sanchez lib. 8. de Matrim.
disp. 15. num. 19. Viuald. de Con-
fess. num. 53. Cordona lib. 3. quæst.
28. Quos omnes citat, & sequitur Fagundez
præc. 2. lib. 2. cap. 2. nu. 21. Qui omnes (ait
Fagundez nu. 20.) dicunt; tutius esse con-
fessionem præmittere, saltem alicuius ve-
nialis, licet non omnium; aut saltem omniū
in generali, nullum in particulari explican-
do; dicendo scilicet Confessario; consci-
entiam mortalis non habeo, in multis tamen
venialibus deliqui, & ideo peto absolutio-
nem, quia illorum me pœnitit. Sic ille. Ean-
dem pœnitentiam tenet Rodrig. in sum. V. In-
bile o. nu. 12. Philippus de Cruce in Thes.
Ecclesiæ tract. de Iubile, §. 20. num. 2. fol.
146. & apud ipsum, Caiet. Nauar. & Villa-
lobos. Tenet etiam Granados 5. tom. con-
trou. 12. tract. de Indulgentijs diff. 4. num.
6. pag. 1472. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non tene-
ri. Quia cum sit in statu gratiæ, nec habeat
materiam necessariam ad confessionem, ne
obligabitur pro comparando Iubile ad il-
lam. Sic Henriquez lib. 7. cap. 10. num. 8. &
cap.

cap. 12. num. 2. ubilit. C. citat, pro hac sententia, Nauarrum. §. in Leuitico, notab. 18. num. 18. & not. 30. num 6. & merito, docet enim illam, istis verbis. Secundo dico, quod cuannus indulitus dicat de plenaria remissione omnium peccatorum, de quibus est ore confessus, & corde contritus; tamen non te memur confiteri de alijs antea confessis, nec de venialibus, vt late per multa concludit D. Antoninus vbi sup. §. 5. & omnes probant, sicut & supra notab. 18. diximus. Sic Nauarrus: male ergo illum citat Philippus pro sua sententia. Sic etiam Suarez disp. 52. scđt. 3. num. 5. Egidius, Beia, Filliuc. Zanard. Graff. Reginald. Comitolus, & Benzonius, quos citat, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. Resol. 126. & 5. par. tract. 12. Resol. 30. de quo nos etiam infra disput. de indulgentijs.

QVÆSTIO XXXVI.

An Ecclesia præcipere possit confessionem sacramentalem de venialibus, saltem de aliquibus?

AFFIRMANT Vazq. q. 90. art. 2. dub. 2. & 3. & apud ipsum, Caiet, Canus, & Nauar. in cap. placuit diff. 6. de Pœnit. nu. 122. Suarez disp. 22. scđt. 8. num. 5. (licet satis lubrici) & apud ipsum, Alens. D. Thom. D. Bonau. & Richard. Hurt. disp. 7. diff. 8. & Layman. tract. 6. cap. 5. & id est probabile ait & defendit Lugo aisp. 15. num. 129. & tenet Candidus diff. 24. art. 5. dub. 2. pag. 11. & apud ipsum Azor. 1. par. lib. 7. cap. 39. dub. 4. & Reginald. lib. 6. num. 47.

Sed, exque probabilitate, Respondeo. Non posse. Quia Ecclesia nequit instituere distinctum forum pœnitentiae, ac Christus Dominus instituit: Sed Christus instituit, quod solum mortalia subjiciantur tali foro necessario; venialia vero, non necessario, se ex voluntate confitentis; ergo non poterit Ecclesia aliter disponere. Sic Sotus diff. 18. uast. 1. art. 3. & 4. & Palud. diff. 17. q. 2. art. 4. & huic sententiæ fauere Silvestrum V. Confessio 1. quæst. 14. Enricum Enriquez lib. 4. cap. 4. num. 1. & Rodrig. q. regul. tom. 1. quæst 62. art. 1. ait Diana 3. par. tract. 4. Resol. 125. (qui nihil, circa hanc questionem resolut.) Sed revera Silvester, omnino oppositum sentit; imo & Hériquez, non loco à Diana citato, sed lib. 4. (vel 1. de Pœnit.) ap. 15. num. 3. Tenent tamen

nos r. m sententiam, alij sapientissimi Iuniores, & ex parte, Egid. disp. 5. num. 53. & omnino Archang. diff. 17. pag. 191. col. 1.

QVÆSTIO XXXVII.

An Qui in anno, semel saltem, confessus est peccata venialia; si postea, ante finem anni committat aliquid mortale, teneatur confiteri intra illum annum, dictum peccatum mortale?

NEGLANT omnes, qui assentunt, confessione venialium satisficeri præcepto anno confessionis, vt Ricard Alens. Bonau. & Nuñus supra cit. Qnibus addo Ochagau. trac. 2. de confess. quæst 9. apud Dianam 4. parte. tract. 4. ref. 206. & apud Hurtadum.

Sed probabilius Respondeo: Tenri. Quia vt supra est habitum, per confessionem venialium, non satisfit præcepto annua confessionis; cum hoc solum præcipiat confessionem mortalium. Sic Becantis cap. 36. de Pœnit. quæst. 8. nu. 4. Diana loc. cit. & apud ipsum, Macerus, & Hurtado diff. 7. diff. 11. Quibus addo Suarrium diff. 36. scđt. 3. num. 9. fine, & Luysum Turrian. statim citan. Lugum diff. 15. num. 162. & 163. (¶ num. 173. addit: idem dicendum esse de illo, qui habens peccatum aliquid mortale, cuius non recordatur, confitetur sola venialia, nempe, quod teneatur postea dum recordatur, illud eodem anno confiteri) Vazquium, Zerolam, & Reginaldum, quos citat etiam, & sequitur Bonacina lo. cit. num. 33.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Etiam, qui intra annum confessus est sua mortalia, teneatur postea in Quadragesima confiteri, si tunc conscientiam noui peccati mortalis habeat?

AFFIRMAT Macerus apud Dianā loc. cit. cui, ego addo Suariū loc. cit. n. 9. & 10. & Eniq. lib. 4. c. 4. n. 2. & 6. Sed probabilius Respondeo: Non teneri ex vi præcepti annua confessionis. Quia iam semel confessus est omnia mortalia, quæ tempore confessionis habuit, & consequenter implevit præceptum annua confessionis. Teneretur tamen (sed diuino præcepto) si sacram Eucharistiam vellet recipere; quod si

si nollet, peccaret quidem contra præceptum communicandi in Paschate; non autem contra præceptum annua confessionis. Sic Gaspar Hurtado, & Diana, II. cc. Vazquez, quem citat, & sequitur Luysius de Pœnit. disp. 21. dub. 2. Reginaldus lib. 3. num. 38. Archang. diff. 17. pag. 189. col. 2. Viæt. num. 137. & Ledesma 2. par. 4. quest. 6. art. 5. Lugo loc. cit. num. 164. vbi num. 169. addit: idem asserendum esse, in casu, quo aliquis sœpe in hoc anno confessus esset venialia, & etiam aliquod mortale dubium: quod, scilicet, non teneatur ille postea in Quadragesima confiteri, etiam si incidat in aliquod mortale certum.

QUÆSTIO XXXIX:

*An Præceptum annua confessionis obliget perse, pro determinata parte anni;
v.g. in Quadragesima, aut
in Paschæ*

AFFIRMANT P. Soto, lect. 5. de confessione Megala 1. par. lib. 5. cap. 3. num. 3. & etiam P. Suar. disp. 36. sect. 3. num. 9. 10. & 11. Vnde, immerito, dicit Diana 3. par. tract. 4. resol. 8. 1. male pro hac sententia citari à Paulo Layman, nā pro illa etiam citatur à Patre Granado Centrou. 7. tract. 1. disp. 9. sect. 4. num. 14. Affirmat etiam Medina C. de Confess. quest. 18. & alij docentes: obligare pro Quadragesima à Dominica scilicet Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo obligare per se, pro determinata parte anni, ideoque satisfieri posse tali præcepto confessione, facta in qualibet anni parte. Quia caput *Omnis*, cit. non limitauit tempus confessionis, ad aliquam partem anni: Si ergo quis confessionem fecit intra annum, non tenebitur postea, in Quadragesima, ex vi huius præcepti, confiteri. Sic Soto distinet. 18. quest. 1. art. 4. Victoria. numer. 127. Canus, in Relec. par. 5. de Pœnitent. Nuñus in add. quest 6. artic. 5. diff. ult. 4. Henriquez, Valentia, Reginaldo, Egidius, Zerola, Vazquez, Silvius, Azor, Layman, & Hurtado, quos citat, & sequitur Diana, 2. part. tractat. 17. & 3. Misce, resol. 5. 4. & 3. parte tract. 4. resol. 8. 1. (Qui tamen ipse, & Hurtado; non bene citant, pro hac sententia, Nuñus, vt vidimus) P. Granados loco citato, & apud ipsum, Grafius, & Petrus de Ledesma, & Ludouicus,

quest 5. art. 6. dub. 4. pag. 398. Bonacina, loco citato. numer. 20. & (apud ipsum) Siluestrum, Valentia, Molfesius, tractat. 7. cap. 10. numer. 23. Vazquez, Megala, Naunatus, & alij penes ipsum, Archangelus, loc. citat. & communis.

QUÆSTIO XL.

*An Pro impletione præcepti annua confessionis, computandus sit annus,
à Ianuario in Ianuarium?*

AFFIRMANT Vazquez quest. 90. art. 3. dub. 1. Ochagavia, tractat. 2. quest. 9. Hurtado, disp. 7. diff. 10. Becanus cap. 36. de Fœnitentia. quest. 8. num. 3. Lugo, disp. 15. num. 157. & Diara, 2. par. tract. 17. Resol. 5. 4. & 3. part. tract. 4. resol. 8. 1. & 4. par. tract. 4. Resol. 206. Alij vero negant computari debere sic; sed à die vltimæ confessionis. Ita tenent Dominicus Sotus diff. 18. quest. 1. art. 4. Granados loco citato. numer. 16. & apud ipsum Henriquez, & Graffius, & ita secundum hos Autores, Qui confessus est die octava Septembris, optime potest, per se, differre sequentem confessionem, vsque diem octauum Septembris sequentis anni; sed non ultra.

Sed probabilius Respondeo: Computari debere ab uno Paschate vsque ad alterum, vel à Quadragesima in Quadragesimam. Primo. Quia ita communiter ab omnibus fidelibus computatur annus, pro impletione huius precepti. Secundo. Quia id clare colligitur ex Tridentino sess. 14. cap. 5. Vbi sic habetur: *Vnde iam in uniuersa Ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obseruatur mos ille salutaris corfendi sacro illo, & maxime acceptabili tempore Quadragesimæ, quæ morem bac sancta Synodus maxime probat, & ample citur tanquam pium, & merito retinendum. Sic ibi, & ean. 8. Et ita tenent Suares disp. 26. sec. 3. Filiucius tract. 7. cap. 2. Layman tract. 6. capit. 5. Sa, V. Confessio, numer. 4. Mercerus, de Sacramentis quest. 6. ar. 5. num. 2. Fagundez, præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 18. Bonacina, disp. 5. quest. 5. se ct. 2. punt. 4. num. 19. & apud ipsum Egidius, disp. 5. dub. 6. concl. 2. num. 56. Reginaldus, lib. 6. num. 35. & 37. Nuñus Silvester, & Azorius.*

QVÆS.

QUÆSTIO XLI.

An. Quid ex aliqua causa iusta, vel iniusta, non est confessus per annum integrum, teneatur confiteri in initio sequentis anni?

NE GANT D. Antoninus 3. par. tit. 9. cap. 9. Siluest. V. Eucharistia 3. q. 15. Cano apud Nuñum in add. q. 6. art. 5. diff. 5. pag. 292. Tamen ibia V. Communicare num. 10. Megala in 1. part. lib. 5. cap. 3. num. 3. & alij, exiliimantes eum, qui, ob aliquam causam, non impletuit, debito tempore, annualis confessionis præceptum, non teneri amplius confiteri, usque ad sequentem Quadragesimam, vel finem anni sequentis. Citat etiam Diana (resol. 130. citanda) & Mollesius vbi infra. pro hac sententia, Valentiam 4. tom. diff. 6. (per errorem 7.) quæst. 8. punct. 4. vsq. Quartum est. sed male (ut flatim videbimus.)

Sed probabilius Respondeo: Teneri ad confessionem, cum primum commode possit. Quia, ex consuetudine Ecclesie, constat, adhuc transfacto anno, omnes ad confessionem teneri: cum illos, ad illam faciendam, Ecclesia censuris obliget. Sic Nauat. cap. 21. num. 45. Viæt. num. 147. Medina, C. de Confess. quæst. 14. Nuñus in add. quæst. 6. art. 5. diff. 6. Suan. disp. 36. sect. 4. num. 2. Varquez quæst. 90. art. 3. dub. 2. Aegidius diff. 5. num. 6. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 4. num. 6. Luysius Turrianus disp. 21. dub. 3. Nuñus loc. cit. Ludonicus quæst. 5. art. 6. dub. 9. Lugo diff. 15. num. 177. Fagundez loc. cit. num. 16. Layman tract. 6. cap. 5. num. 8. Villalobos tract. 9. diff. 28. Hurtad. disp. 7. diff. 12. Diana 3. par. tract. 4. resol. 130. & 135. & 4. par. tract. 4. resol. 206. Beccanis cap. 36. cit. quæst. 8. nu. 5. Bonac. statim citandus, & Valentia loc. cit. vers. & quoniam, vbi, tantum dicit, opinionem contrariam, esse probabilem; nostram tamen exprefse docet ibi, & exprefsius diff. 7. quæst. 9. de Confessione punct. 4. per hæc verba: Tertio notandum, quod si quis, ultra anni spatium, confessionem differat, teneri illum, ex vi illius statuti, quam primum eam facere, nec licere, ad alterum annum differre, ac proinde neque posse, nisi statim confessionem prætermissam faciat, (Si hæc beat Confessarij copiam legitimam habere contritionem, per quam, sine confessione, conequatur gratiam; Ita, & recte, no-

tat Sotus diff. 18. quæst. 1. art. 4. & Tom. Medina in supra diff. quæst. 54. de Confessione §. 4. contra Antoninum 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 3. licet contrarium quoque, sit probabile ut sup. diff. 6. quæst. 8. part. 4. diximus. Sic Valentia. Quid exprefsius? Sic etiam Mollesius tract. 7. cap. 10. nu. 32. & Reginaldus lib. 6. num. 37.

QUÆSTIO XLII.

An Omittens per integrum annum confessio nem, toties mortaliter peccet, quoties oblata confitendi opportunitate, non confitetur?

NE GANT omnino DD. nuper citati, nem mitterant, eum, qui in Paschale confessionem non fecit, non teneri postea, amplius confiteri.

Affirmat vero è contra Bonacina. diff. 5. de Sacram. quæst. 5. sect. 2. punct. 4. num. 30. (& innuit Hurtado diff. 7. diff. 12.) afferrens: toties peccare, quoties non confitetur.

Sed probabilius Respondeo: Quod licet in eo casu, non toties de novo peccet pœnitēs, quoties confessionem omittit; augeat tamē peccatum, & tanto amplius, quanto confessionem differt. Vnde, qui tempore Paschali, confessionem omisit, sat illi erit, si postea confiteatur tempus, à quo non est confessus peccata sua. Sic, contra prefatos Autores, sentiunt Mollesius tom. 1. tract. 7. cap. 10. num. 37. Layman tract. 6. cap. 5. num. 8. Nuñus in add. quæst. 6. art. 5. diff. 5. Villalobos tract. 9. diff. 23. num. 8. Diana 3. par. tract. 4. resol. 135. Valentia loc. cit. & alij.

QUÆSTIO XLIII.

An. Qui non est confessus in articulo mortis, vel quia noluit, vel quia non potuit; teneatur, eo articulo elapsus, quam primum confiteri?

AFFIRMAT Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 4. nu. 5. & in Marg. lit. C. Sed probabilius Respondeo: Non teneri, propter rationes assignatas supra q. 11. Sic Bonac. diff. 5. de Sacram. quæst. 5. sect. 2. punct. 4. num. 28. Hurtado diff. 7. diff. 12. Diana 3. par. tract. 4. resol.

130.



QUÆST.

QVÆSTIO. XLIII.

An Qui ob aliquam causam, diffidit confessionem presentis anni, in principium anni subsequentis; possit una, & eadem confessione, pracepto utriusque anni satisfacere?

NEGLANT Suarez, disp. 36. sect. 4. n. 5. Nuñus, in add. q. 6. art. 5. diff. 5. pag. 393. Aegidius, disp. 5. dub. 8 & Bonacina, loc. cit. num. 31. & apud ipsum, Fillius tract. 7. c. 3. n. 56. Becanus, c. 36. q. 8. concil. 5. & penes hunc, Medina Cod. de Confess. quæst. 14. Sotus, in 4. dist. 10. quæst. 1. ar. 4. & Nauarrus cap. 21. num. 45.

Sed probabiliter Respondeo. Posse (ita ut in illo anno amplius confiteri non teneatur) si in ea confessione, aliquod mortale, illius anni sequenti, confiteatur. *Qui recte potest vnico, & eodem actu fieri satis, duplii occurrenti obligationi.* Sic Gaspar Hurtado disp. 7. diff. 12. Diana, 4. par. tra. 4. resol. 206. Lugo, disp. 15. num. 180. & 181. & probabile reputat Suarez, loc. cit.

QVÆSTIO XLV.

An, Qui in confessione annua, inculpabiliter omisit aliquod mortale, teneatur confiteri illud, cum primum possit?

AFFIRMANT Martinus de Ledesma, apud Suarez, & Medina, in sua Summa lib. 1. cap. 14. §. 41. casu, quo peccati omisssi recordetur, & possit confiteri intra eundem annum: Secus vero (inquit) si recordetur post transactum annum, quia tunc, iam non tenebitur confiteri. Affirmit etiam Sotus, in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. ante solutionem quarti argumenti, loquendo de illo, qui propter iustam causam, dictis alijs mortalibus, tacuit aliquod mortale: dicit enim: tunc teneri illud peccatum, cum primum opportune possit, confiteri.

Sed probabiliter Respondeo. Qui, in culpabiliter, aut absque graui culpa, aut deinde ex iusta aliqua causa omisit, aut oblitus fuit, confiteri aliquod mortale, non tenetur statim confiteri, sed potest illud differre, vsque ad alium annum nisi prius

ratione periculi mortis, aut Eucharistie suscipienda oporteat confiteri (secus est dicendum; si omisit, aut oblitus fuit mortaliter culpabilis, quia cum in hoc casu esset nulla confessio, vere maneret pœnitens obligatus iterum confitendi, non solum culpam, quam emisit, vel oblitus fuisset, sed reliqua mortalia, vt omnes concedunt) Ratio est. Quia huiusmodi pœnitens, vere confessus est, & consecutus finē pracepti confessionis, nepe, reconciliationē cum Deo: ergo adimpluit praceptum Ecclesiasticum annualē confessionis: ergo donec annus elabatur, non tenetur iterum, ratione huius pracepti confiteri. Sic ex parte etiam, Sotus dist. 18. quæst. 1. art. 4. pag. mihi 854. Vbi ad quætionem propositam, per hæc verba respondet: Respondetur enim, non teneri statim vsque ad alium annum, nisi casu mortis, vel sumenda Eucharistie; nam postquam iste, semel confessus est, non amplius tenetur illo anno, secus si ex culpa sua fuerit obitus. Sic Sotus. Sic etiā Suarez, disp. 36. sect. 4. n. 6. Nuñus, in add. quæst. 6. art. 5. diff. 6. Diana, 3. par. tract. 4. resol. 124. & apud ipsum, Ioannes de Cruce, Victoria, Toletus, Fagundez, Sylvius, Layman, Villalobos, Filiucins, Nauarrus, Siluester, & Hurtado. Quibus ego addo Granados tract. 1. de Pœnitent. disp. 9. num. 1. pag. 1119. Ludouicum, quæst. 5. art. 6. dub. 5. pag. 398. Lugum, disp. 15. num. 165. & 167. Bonacinam, loc. cit. num. 32. Reginaldum, lib. 6. num. 40. & communem.

QVÆSTIO XLVI.

An, Qui prævidet, se non habitur copiam confessoris in toto anno sequenti, tenetur ex vi pracepti, anticipare confessionem, & illam facere in fine anni presentis?

AFFIRMANT Suarez disp. 36. sect. 5. numer. 5. Fagundez. pracepto 3. lib. 1. cap. 6. num. 3. & pracepto 2. lib. 1. cap. 4. numer. 16. Hurtado, disp. 7. difficult. 13. Diana, 3. parte tractatu 4. resol. 69. Quibus addo Bonacinam, disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punto 4. numer. 23. & apud ipsum, Enriquez, Siluestrum, Tabernam, Reginaldum, Aegidium, Nuñum, Vazquium

quium, Pitigianū, Zerolam, Filiucium, & alios, & communem.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non teneri. Quia tunc, non dum obligat præceptum annuæ confessionis, ergo ex vi illius nemo potest teneri ad confessionem, antequam obliget. Sic aliqui DD. supra quæst. 11. citati, & debebat hanc nostram responsonem tueri Bonacina, siquidem disp. 4. quæst. 7. pun. 2. num. 15. loquendo de præcepto annuæ communionis, eam amplectitur; nam, ut bene Fagundez, loc. cit. eadem profecto, est vtriusque præceptiratio.

QVÆSTIO. XLVII.

An Saltem, qui putat toto reliquo anno, aut tempore Paschali, deficturum sibi Confessorem, teneatur ex vi præcepti, anticpare confessionem, hoc est, confiteri in principio eiusdem anni, aut ante Pascham?

NEGLIGANT aliqui DD. quos suppressō nomine refert Ludovicus de S. Iñā, quæst. 5. de Pœnitentia art. 6. dub. 7. pag. 399. & indicat satis Sa. V. Confess. num. 5. Vbi sic ait: Probabilis est illa sententia teneri statim confiteri, qui putat toto reliquo anno defuturum sibi Confessorem. Per q̄a verba, probabiliorem esse contrariam sententiam insinuare videtur.

Sed longe probabilius Respondeo: Teneri. Quia huiusmodi annuæ confessionis præceptum obligat in qualibet parte anni, vt supra quæst. 38. est habitum: ergo potest tunc ad impleri: ergo tenebitur, qui putat fore impeditum, toto anno reliquo, aut in Paschate. Sic Nauarrus, Suarez, Fagundez, Ludovicus, Diana, & alijs supra citati, & Lugo disp. 15. num. 182. Villalobos, diff. 28. citata, num. 9.

QVÆSTIO. XLVIII.

An Ex vi Clement. I. Ne in agro. Non solum Monachi Benedictini, sed etiam alij omnes Religiosi, & Moniales teneantur semel, singulis mensibus ad Confessionem accederet?

AFFIRMAT Nauar. in Manu. cap. 2. num. 9. per hæc verba: Religiosus autem Sancti Benedicti, & alijs, saltem de-

honestate, duodecies in anno, semel scilicet, singulis mensibus ad confessionem adstringuntur. Clem. Ne in agro §. Sane. Iuncta Glosa de statu mon. Omnes Item Sætimoniales cap. 10. seff. 25. de regul. & monial. Concl. Trident. Nauar. Male ergo citatur à Hieronimo Llamas, & à Ludouice, pro opposita sententia. Affirmant etiā cum Nauarro, Enriquez, lib. 1. de Pœnit. cap. 4. num. 10. Ludovicus, q. 9. de Pœnit. art. 1. diff. 1. pag. 504 & dub. 2. pag. 516. Villalobos, tract. 9. diff. 28. num. 5. Llamas, 2. par. mob. cap. 3. §. 4. Granacos, tract. 1. disp. 9. num. 21. pag. 1122. & alij apud ipsos.

Sed probabilius Respondeo: Nullo modo obligari alios Religiosos, præter Benedictinos, ex vi dictæ constitutionis ad confessionem menstruam. Quia odia sunt restringenda. Regul. iur. 6. ergo, cum hoc statutum sit grauitissimum, restringi tantum debet ad Monachos nigros, de quibus loquitur Sic Viualdus de Confessione num. 51. Fagundez, præc. 2. lib. 2. cap. 2. num. 182. Vbi dicunt: post Concilium Trident. esse nostram responsonem certam: cum seff. 25. de regul. cap. 10. habens præ oculis prædictam Clementinam, tantum afferat, id consulendum, & monendum. Sed male præfati Autores citant Nauarrū cap. 21. num. 59. dicentem: Moniales sub mortali ad confessionem dictam teneri. Quia profecto, nullo modo hoc affirmat ibi, cum solum hæc verba proferat. Decimo tertio peccat Monachus S. Benedicti, qui non communicat semel in mense. Cie. Ne in agro §. Sane. de stat. Monach. & Monialis, eniūnis ordinis, quæ idem non fecerit Concilium Trident. seff. 25. capite. 10. de reg. Sic Nauarrns. Vbi tantum loquitur de communione menstrua.

QVÆSTIO. XLIX.

An Dicti Monachi, non habentes nisi venialia, teneantur ex vi talis Clem. ad Confessionem menstruam?

AFFIRMANT Canus, de Pœnitentia parte 5. Caetanus, tom. 1. opuscul. 5. quæst. 1. Suarez, disput. 36. secc. 5. Vazquez, quæst. 90. art. 2. dub. 3. Enriq. lib. 1. de Pœnit. cap. 4. num. 10. Layman, tract. 6. cap. 5. Hurtado, disp. 7. diff. 1. 8 & apud Q. 3

apud ipsos, Nauarrus, in cap. Placuit num.
110. & 122. Granados, loc. cit. Luysius,
disp. 21. de Pœnitent. dub. 3. Nuñus, in
additionibus. quæst. 6. art. 5 diff. 7 pag. 394
Reginaldus lib. 6. num. 106.

Sed probabilitus Respôdeo; Nullo modo
obligari ex vi dictæ Clementinæ. Nā (vt bene
Glosa, V. Mensibus, in dicta Clement.) Mo-
nachii arctantur singulis mensibus, ad quod
fideles arctantur singulis annis: at nullus
fidelium tenetur venialia, quolibet anno
confiteri: ergo nec Monachi, singulis men-
sibus. Sic Sotus, diff. 18. quæst. 1. artic. 3.
Paludanus, diff. 17. quæst. 2. art. 4. Scotus,
Gabriel, & Ledesma, quos citat, & sequitur
Viualdus, de confessione numer. 52. Fagun-
dez, præcep. 2. lib. 2. cap. 2. num. 17. Villa-
lobos, tract. 9. diff. 28. num. 5. Diana, 5.
parte tract. 13. resol. 35. & Llamas, loc. cit.
post Siluestrum, Confessio. 1. quæst. 13.

QVÆSTIO L.

An Saltem, teneantur sub mortali ad
confessionem menstruam, si dicti
Monachi peccata mor-
talia habeant?

AFFIRMANT Vazquez & Gaspar Hur-
tado, & Luysius Turrian. ll. cc. (&
afortiori, cum afferant, etiam obli-
gari sub mortali ad confessionem venia-
lium.) Llamas, & Nuñus, locis etiam cita-
tis.

Sed probabilitus Respondeo: Non tene-
ri sub mortali; sed ad summum sub veniali.
Quia, nec verba dictæ Clementinæ, nec pœ-
na ibi imposta, mortalem obligationem
inducunt. Sic Nauarrus in cap. Placuit, nu.
122. Caiitanus, tom. 1. opusculorum titul.
5. quæst. 1. Cano. Villalobos, Granados,
Enriquez ll. cc. Ludouicus de S. Juan quæst.
9. diff. 1. pag. 505. & etiam (nihil fallor)
Diana 3. parte tractatu 4.
resol. 125. & 5. par.
loco citato.
(§)

QVÆSTIO LI.

An Monachi D. Bernardi, qui ex statuto,
habent obligationem, semel in anno, suis
Abbatibus confitendi omnia mortalia, iam
rite alijs confessarijs confessas
teneatur sub mortali ad
tale statutum?

AFFIRMANT Fagundez, præc. 2. lib. 2:
cap. 2. num. 6. & apud illum, Enriq.
lib. 3. de Pœnit. cap. 9. Nauarrus, in
cap. Placuit cit. num. 118. & Llamas, 1 par
methodi. cap. 5. §. 10 Quibus ego addo Regi-
naldum lib. 6. num. 109. afferentes, quod,
licet dicti Monachi, non tenetur ad recō-
fitenda peccata suis superioribus, immedia-
te, & directe, ex vi ipsius præcepti, & statu-
ti, (cum nulla lex humana ad hoc vires ha-
beat,) teneatur tamen mediate, & in directe
ex vi taciti, vel expressi consensus, aut voti
emissi in professione.

Sed, longe probabilius; imo certissime;
Respondeo: Tale statutum, defacto non
obligare sub mortali, neque sub veniali ad-
huc. Primo. Quia (vt ait sapientissimus
Nauarrus, lo. cit.) hoc esset nimis durum.
Secundò. Quia, iam hæc consuetudo apud
Cistercienses cesavit, vt refert Coriolanus,
1. par. sect. 1. num. 7. fol. 59. Tertio deni-
que; quia modo extat decretum fæl. mem.
Clement VIII. Quo præcipitur, vt nullus
superior possit obligare subditos, vt sibi
confiteantur, nisi ipsi subditi, sponte id ve-
lent; aut habeat aliqua reservata peccata.
Sic tenet Coriolanus lo. cit. & in hac sen-
tentiam valde inclinat Nauarrus, (licet
aliam satis timide sequatur,) Sic etiam Vi-
ual. de Confession. num. 67. & alij apud
Lugum disp. 15. à num. 95 pag. 278.

QVÆSTIO LII.

An Præcepto annua Confessionis, satis
faciat quis, per confessionem non
integrā, v. g. si voluntarie
omittat aliquod morta-
le externum?

AFFIRMANT satisfacere, & evadere
poenas transgressoribus huius præ-
cepti impositas, apud Fagund. Silve-
ster, V. Confessor, 4. n. 3. Sa, V. Confessio. n.
1. Victoria, num. 163. Alens. 4. par. quæst.

77. m. 5. art. 7. & quæst. 18. m. 4. art. 4.
6. 7. Gabr. diff. 17. quæst. 1. art. 3. dub. vlt.
Palud. diff. 17. quæst. 7. Cano de Pœnit. par.
5. fine, & Ledesma quæst. 8. art. 2. & ipse Fa-
gundez ait; esse probabile, &c. ut probabi-
lem sententiam, illam tuetur Diana 3. par.
tract. 4. resol. 120. licet probabiliorem
contrariam dicat.

Sed ego, longe probabilius, Respondeo:
Nec satisfacere præcepto, nec cuadere poe-
nas prædictas. Quia qui sic confitetur, non
facit, quod præceptum est: ergo. Antecedens
probo. Quia, nec Christus Dominus, nec eius
Ecclesia, præcipiunt confessionem, nisi prop-
ter veram Sacramenti receptionem, & ad
absolutionem peccatorum obtainendam; at
qui, sua culpa integre non confitetur, non est
dignus absolutione: ergo culpabiliter rece-
dit ab illa, & consequenter à Sacramento:
ergo nec satisfacit præcepto Christi, nec
Ecclesia. Sic Nauar. cap. 10. num. 4. Vinald.
de Confess. num. 81. Adrian. quæst. 4. de
Confess. 6. sed quid. Nunius los. cit. diff. 6.
Suarez diff. 36. sect. 7. num. 3. & libr. 4. de
legibus capit. 13. numer. 3. Soto diff. 12.
quæst. 3. art. 3. concl. 6. Medina, Aegidius,
Layman, Comitol, Filiucius, P. Soto, &
alij, quos citant, & sequuntur Diana loc. cit.
& Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 4.
Quorum primus citat Emanuelem Sa pro-
nostra sententia; secundus vero pro contra-
ria; & vt erque bene, sine distinctione ta-
men. Nam primam sententiam docuit, in e-
ditione prima; nostram vero, in correcta, &
ultima editione. Nec victoria contrarium
docet, cum (loco ab ipso citato) solum di-
cat; satisfacere præcepto Ecclesie per Con-
fessionem informem. Quod verum est, vt in-
fra, quæst. 53. dicemus: tenet etiam Regi-
naldus lib. 6. num. 53. & seqq. & commu-
nis.

QVÆSTIO LIII.

An Saltem, satisficiat per confessionem
integræ peccatorum, nullam tamen, ob-
iectum omnino internum, o. g.
ob effectum doloris pœ-
nitentis?

AFFIRMANT Gabr. Siluest. Victor. &
allij loc. cit. Quibus adde Ludouic.
cum quæst. 8. ar. 2. diff. 2. pag. 498.
Vbi sic ait: El que en la confession de la
Quaresma està impenitente, si confiesa al
Sacerdote todos sus pecados, y la impeni-
tencia, porque no le absueluen; queda esca-

sado del precepto Ecclesiastico de annua
confessione: esta conclusion està de finis
expressamente por Alejandro Papa cap.
Quod quidam de Pœnit. & remiss. Sic ille.
Et Zerola apud Bonacinam diff. 5. q. 5. se Et.
2. pun. 4. num. 23.

Sed probabilius Respondeo; Nec istum
satisfacere Quia, licet Ecclesia nequeat ex-
se præcipere actus internos, nullo modo ne-
cessarias ad actus externos rite faciendo;
potest tamen, cum non tam imponit præcep-
tum, quam declarat legem diuinam, que ve-
re potest obligare ad actus internos: at Ec-
clesia in cap. omnis, non tam imponit præcep-
tum nouam confessionis, quam statuit, vt
saltē semel in anno impleatur præceptum
diuinū, (vt supra est habitum): ergo, cum cer-
tum sit, præceptum diuinum non impleri si-
ne actibus internis, doloris, &c. Ad illos
obligabit lex Ecclesiastica; ac proinde, qui
invalide confessus fuerit defectu dispositio-
nis internæ, non impiebit præceptum an-
nuæ confessionis. Sic Granados controli.
7. diff. 9. num. 24. pag. 1113: Qui bene res-
pondet cap. Quod quidam, Nauar. Sotus, Sua-
rez, & alij loc. cit. Vazq. q. 92. art. 3. dub. 5.
Lugo diff. 15. num. 136. & 138. Bonac.
loc. cit. & apud ipsum, Enriq. Azor, Aegidi.
Reginald. Nuñus, Pitigianus, Filiuc. Mole-
fius, & alij.

QVÆSTIO LIII.

An Tandem, satisficiat quis tali præcep-
to, per Confessionem informem?

NEGETIVAM sententiam tenere Me-
dinam, C. de Confess. q. de Confess.
facta iteranda, affirmant Bonac. loc.
cit. nu. 22. & Vazq. sed immerito, cum oppo-
situm expresse sentiat, in q. de Confess. ite-
randa ob defectum poenitentis. Tenet ta-
men P. Vazq. q. 92. art. 3. dub. 5. num. 5.

Sed certissime Respondeo: Satisfacere.
Quia qui informem confessionem facit, ve-
re recipit Sacramentum poenitentia, & ali-
quem effectum illius, licet protunc non re-
cipiat effectum gratia sanctificantis: ergo.
Sic Suar. diff. 35. sect. 4. Granado tract. 1.
cit. diff. 8. num. 10. Hurtado diff. 7. diff. 14.
Fagund. præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 13. Sic
etiam Lugo loc. cit. num. 137. Bonac. loc. cit.
& apud ipsum, Enriquez, Nuñus, Valentia,
& alij. Et est certa sententia apud omnes,
qui admittunt confessionem informem.

QUÆSTIO. LV.

An Etiam satisfaciat per Confessionem integrum peccatorum, (sive formatam, sive non) si non conferatur absolutio, vel ob defœctum doloris pœnitentis, vel ob malitiam absoluenter, vel ex aliquo casu repente?

AFFIRMAT expresse Ludouicus de S. Iuan loc. cit. supr. quæst. 52. & ante illum Victoria quæst. 163. per hæc verba: Qui confitetur omnia peccata sua, etiam si non habeat dolorem, si confiteatur hoc ipsum, quod non habet dolorem, sive absoluatur, sive non, credo, quod satisfacit præcepto Ecclesiarum; ego certe non damnarem talem. Sic ille. Et alij apud Suarez diff. 36. secl. 7. num. 1. Tenet etiam Azor lib. 7. cap. 29. quæst. 4. Loquendo de pœnitente, qui prout potuit, digne confessus est: sed, vel ex malitia Sacerdotis, vel ex aliquo casu repente, absolutionem non accepit.

Sed, longe probabilius, Respondeo; Non satisfacere. Quia nullo modo recipit huiusmodi pœnitens Sacramentum pœnitentiæ: ergo non satisfacit præcepto annua confessionis, cum per hoc, illud recipere præcipia mur. Sic Durand. diff. 17. quæst. 14. Soto diff. 18. quæst. 2. art. 5. Nuar. cap. 10. num. 4. P. Soto, Michael. & Bartholomeus de Medina, Vinald & alij communiter, quos citant, & sequuntur Suarez loc. cit. Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 5. & Granado tract. 1. cit. diff. 9. num. 24. Vazquez, Lugo, & Bonacina loc. cit. & Reginald. lib. 6. num. 58. Quod si inquiras, an si in casu proposito, absoluatur pœnitens, tunc satisfaciet præcepto Ecclesiarum? Affirmant, a fortiori prædicti Doctores, & alij recentiores: quia existimant in eo casu fieri confessionem informem.

Sed certissime fere Respondeo: Non satisfieri. Quia fere certissimum est, tunc non informem, sed inualidam esse confessionem. Sic Naldus Verb. confessio num. 1. per hæc verba. Confitens sine animo relinquendi omnia mortalia, & hanc suam fictionem detegens in confessione, si de facto sacrilege absoluatur, teneretur eamdem confessionem, tanquam inualidam iterare: quidquid aliqui etiam ex recentioribus, alias scripserint. Sic ille, & communis.

QUÆSTIO. LVI.

An Iure communi sit imposta aliqua pœna transgressoribus præcepti annua Confessionis?

NEGETIVAM sententiam esse probabilem affirmat Durandus diff. 17. quæst. 14. Quia existimat probabile: non posse Ecclesiam punire huiusmodi delictum.

Sed certissime Respondeo; Posse Ecclesiam, pœnam aliquam imponere, & de facto imposuisse pœnam priuationis Ecclesiasticæ sepulturæ, & ingressus Ecclesiarum, quāvis verum sit, quod transgressores huius præcepti non incurvant pœnas ipso facto, sed post sententiam à judice latam. Sic Suar. diff. 36. secl. 8. Granado diff. 9. num. 31. Hurtado diff. 7. diff. 9. Bonacina diff. 5. quæst. 5. secl. 2. punct. 4. num. 3. & est communis.

QUÆSTIO. LVII.

An Impuberes, non implentes præceptum annua confessionis, incurvant pœnatas pœnas?

AFFIRMANT Egidius diff. 13. dub. 6. num. 45. Alterius lib. 3. de cens. diff. 10. cap. 4. G. Hurtado diff. 7. diff. 9 fine. Fanet huic sententia Didacus de Narbona in Annalibus, hominis anno 7. quæst. 7. num. 17. & anno 11. affectrens masculum ante decimum annum cum dimidio, & feminam, usque ad nonum annum cum altero dimidio, non incurre præfatas censuras.

Sed probabilius sic Respondeo, Pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minus duodecimum natæ non sunt, nullo modo incurvant prædictas poenas, idest, nullo modo plementi sunt ingressu Ecclesiarum, & priuatione Ecclesiasticæ sepulturæ; nec excommunicione. Quia, pie creditur, usq; ad eam ætatem, piam matrem Ecclesiam non luisse pueros censoris ad sua præcepta seruanda cogere. Sic Vazq. quæst. 90. art. 2. dub. 4. Suarez diff. 36. secl. 2. num. 4. & self. 3. num. 5. Corduba in Sum quæst. 60. diff. 4. Sanchez in Sum. lib. 1. cap. 12. num. 7. Sotus diff. 18. quæst. 1. art. 3. Azor lib. 7. instit. mor. cap. 40. quæst. 6. Henriquez lib. 8. cap. 42. Granado diff. 9. cit. nu. 23. Sa, V. Confessio num. 3. & V. Puer. & V. Censura num. 2. Luysius diff.

disp. 21. dub. 4. Ochagau. tract. 2. de Confessi. quæst. 7. Becan. cap. 36. de Pœnit. q. 5. num. 2. Diana 3. par. tract. 4. Resol. 12. Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 3. num. 15. Lugo disp. 15. num. 150. pag. 288. Bonacina loc. cit. & communis.

QVÆSTIO LVIII.

An Saltem, Meretrices, non implentes dictum annuæ confessionis præceptum, incurvant excommunicationem Synodalem, &cæteras Iuris pœnas?

AFFIRMANT Vazquez quem citat & sequitur Lugo disp. 15. num. 149. pag. 288. & Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 3. num. 16. & cap. 4. num. 10. & 11. Qui pro sua sententia citat Emanuelem Sa. V. excommunicatio num. 43. Sed male. Quia ibi nihil de hac re; & oppositum expresse docet V. Cofessio, tā in priori, quam in posteriori æditione (quidquid dicit Lugo) in priori quidem ædita Antuerpiæ anno 1599. pag. mibi 50. & Lugduni, anno 1602. pag. mibi, 90. num. 43. in posteriori vero, & (quod amplius est) correcta à Mag. Sacri Palatij, ædita Antuerpiæ anno 1614. num. 42. bis verbis; Meretrices non comprehenduntur statutis Synodalibus excommunicantibus non confitentes, aut non communitantes in Pascha, itaque tales, nunquam denunciantur. Sic ille. Licet, vt verum factar, in alijs impressionibus (vt in illa Matriti ædita anno 1602.) oppositum habeatur. Sed ego Antuerpianæ editioni credo.

Sed probabilius Respondeo. Licet Meretrices peccet mortaliter, non implendo annuæ confessionis præceptum, non tamen incurvant præfatas pœnas. Primo. Quia tales nunquam denunciantur, etiam si per multos annos non confiteantur. Secundo. Quia illarum misserrimus status permittitur ab Ecclesia ob vitanda maiora incommoda: non ergo ab illa puniuntur; nam alias nullo modo diceretur permitti, si tam rigida poena earum peccatum puniretur. Sic Vinald. de Confes. nu. 60. Sa. loc. cit. Graffis, lib. 1. cap. 9. num. 8. Rodrig. in add. ad Bullam. Cruc. §. 11. alias 9. nu. 133. Zerola in praxi. Episcop. 1. par. v. Lupanaria, §. 3.

(i)

QVÆSTIO LIX.

An Dictæ pœnae incurvantur ob solam omissionem Confessionis, etiam si quis communicet, aut è contra ob solam omissionem communionis, etiam si quis confiteatur?

RESPONDEO incurri per solam omissionem confessionis, aut communionis. Quia licet in dicto cap. omnis utriusque sexus utrumque simul præcipiat, mens tamen Pontificis est obligare fidèles, vt neutrum horum omittant. Sic Suar. disp. 36. se ct. 8. num. 3. & Granad. controu. 7. tract. 1. disp. 9. num. 36. dicentes; esse opinionem communem.

QVÆSTIO LX.

An Excusatetur ab adimptione præcepti annuæ confessionis, qui non habet copiam Confessoris?

RESPONDEO, excusari. Quod quidem est verum, siue illam non habeat phisice, siue moraliter. Quia propter non solum phisica, & absoluta impotentia, sed etiam moralis, vt est difficultas extraordinaria adeundi ad confessarium, aut quando quis nequit confiteri sine gravissimo fama, vita, &c. Iuxta infra dicenda, vere excusat hominem ab adimptione præcepti. Sic Nuñus in add. q. 6. ar. 6 pag. 397. & Villalobos tract. 9. diff. 29. num. 1. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 2. puncto ultimo, num. 1. 2. & 3. & communis.

QVÆSTIO LXI.

An Etiam excusatetur; qui nequit aliter quam per scripturam confiteri; ut si pœnitens sit mutus, & Confessor surdus, & nequeat nutibus explicare peccata?

AFFIRMAT Diana 3. par. tract. 4. resol. 128. & apud ipsum Ioan. de Cruce de Pœnit. quæst. 3. dub. 7. concl. 1. Sotus diff. 18. q. 2. art. 6. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 11. pun. 1. Filliuc. tract. 7. num. 6. 3. Henriquez lib. 4. cap. 4. num. 4. lit. A. Quibus ego addo Nauar. in Man. cap. 21. num. 36. Armillam V. Confes.

Q4

num

nun. 23. Angelum num. 32. Ledesma 2. 4. quest 8. art. 3. dub. 3. & Ricardum diff. 17. art. 2. quest. 5. Victoriam num. 173. Tole-tum lib. 3. cap. 6. & Hieronimum Llamas 2. par. meth. cap. 3 § 2. Vegam 1. par. Summa cap. 63. casu 16. col. mibi 632. dicen-tem esse communem.

Sed probabilius Respondeo; Non excusa-ri, sed teneri per scriptum confiteri, si Sa-cerdos p̄sens adsit. Quia commode, aut certe sine magna difficultate potest hoc mo-do præceptum seruare: ergo tenetur. Sic Sil-vest. V. Confessio. 1. quest. 15. Caiet. V. Confessio. condit. 11. P. Soto lect. 11. de Con-fess. Palud. diff. 17. quest. 2. Nuñus in add. quest. 6. art. 6. diff. 3. pag. mibi 398. & quest. 9. art. 3. pag. 517. & apud ipsum, Ca-no relect. de Pœnit. Suar. disp. 36. sect. 6. Vazquez quest. 90. art. 4. dub. 5. Egid. diff. 5. dub. 10. num. 78 Hurt. disp. 3. diff. 4. Luy-sus disp. 32. dub. 2. Granado tract. 1. de Pœnit. diff. 9. num. 4. Imo & Henriquez hanc nostram sententiam tueri non dubito; cum loco citato, ab ipso Diana, videlicet lib. 4. (aut 1. de Pœnit.) cap. 4. num. 4. sic dicat: Per scriptum non expedit communiter con-fiteri præsenti sacerdoti: quia periculum est, ut amissa, & sublata papyrus legi possit ab alijs: at si caute absque periculo fiat, vt fieri potest, tenetur saltem in periculo mor-tis sic confiteri: & mutet modū scribendi, vel literas, aut separatim ostendat species pecca-torū in libro impresso; & in alia papyro nu-merū peccatorū, ne agnoscatur ab alijs. Sic ille. Et lib. 2. de Pœnit. cap. 3. num. 8. Sic ait. Mutus tamen, qui nouit, scribere, debet per scriptum confiteri sub ea cautela, vt in vna papyro referat numerum, in alia habeat scriptas species peccatorū. Sic Henriquez, aut ergo sibimet plane contrariatur, aut no-stram tenet sententiam. Sic etiam Bonacina diff. 5. quest. 5. sect. 3. pun. vlt. num. 6. & apud ipsum, Pesantius in additio. quest. 10. diff. 2. pag. 976. Filliuc. tract. 7. cap. 3. q. 8. n. 63. & alij. De quo adhuc infra q. 194

QUÆSTIO. LXII.

An Saltem, excusatetur ab isto præcepto Ecclesiastico, qui non potest confi-teri nisi per inter-pretem?

NE GARE videtur S. Thom. in add. q. 9. art. 3. ad. 2. Sed Respondeo; Affirmative. Quia

præcepta non obligant cum tanto onere. Sic Nauar. cap. 21. num. 36. Caiet. V. Confessio. condit. 11. Soto diff. 18. q. 2. art. 6. Ledesma 2. par. 4. q. 8. art. 2. Victoria num. 173. P. de Soto lect. 11. de Confess. Medina, C. de Confess. q. 19. de modo secreto confitendi. Maior diff. 17. & ibi Palud. q. 2. Valentia diff. 7. q. 11. punct. 1. §. 2. assertimus: Quos omnes citat, & sequitur Sancius in Selestis diff. 32. nu. 8. Quibus adde Stephanum Egundez, Luysum Turrianum, Layman, Villa lobos, Filiicum, Joan. de Cruce, & Hurtadum, quos citat, & sequitur Diana 2. par. tract. 4. resol. 129. Addo etiam ego Nuñum in add. q. 6. art. 6. diff. 2. pag. 398. & Sua-rium tom. 4. de Pœnit. diff. 36. sect. 6. num. 4. pag. mibi 802. (Vnde male citatur à San-cio loc. cit. pro contraria sententia.) Reca-num de Pœnit. cap. 37. quest. 5. Llamas, & Vega loc. cit. Lugum eadem diff. 15. nu. 65. & 75. Bonacinam loc. cit. num. 5. & com-munis.

QUÆSTIO. LXIII.

An Etiam, excusatetur à præcepto diuino confitendi in articulo mortis, qui ne-quit confiteri, nisi per inter-pretem?

NE GANT Silvest. Confessio, 1. q. 15. Suarez diff. 36. se ct. 6. num. 5. Luysum diff. 32. de Penit. dub. 2. Llamas loc. cit. Negant etiam Granados tract. 1. diff. 9. num. 28. pag. 1124. Lugo diff. 15. num. 65. & alij apud ipsum.

Sed probabilius Respondeo. Poenitens, qui in articulo mortis nequit alteri, quam per interpretem confiteri, non tenetur ad confitendum ex vi præcepti diuini confessio-nis; tenetur tamen ex vi præcepti naturalis virtutis caritatis erga Deum, vel ad con-tritionem perfectam eliciendam, vel ad con-fessionem per interpretem faciendam. Pri-mam partem huius responsoris docent com-muniter Doctores citati. Caiet. vterque So-tus, Ledesma Victoria, & alij apud Dia-nam, & Sancium loc. cit. Tenent etiam Egi-dius diff. 5. de Sacram. dub. 10. num. 77. concl. 2. & Vazquez quest. 91. art. 4. dub. 3. Vnde male hos Doctores citat Sancius pro opposita sententia. Secundam vero docent Vazquez, Egidius, & Hurtado loc. cit. & alij. Sed de his adhuc infra diff. 6. quest. 10.

QUÆS-

QVÆSTIO LXIII.

An Quando quis in articulo mortis dubitat de sua contritione, teneatur confiteri per Interpretem, omnia, quæ habet mortalia?

AFFIRMANT aliqui, & quidem satis probabiliter, ut innuit Nūnus in add. quæst. 6. art. 6. diff. 2. pag. 393. Sed probabilius Respondeo. Non teneri, sed sufficere confiteri peccata minoris infamiae. Quia prædicta causa, sufficiens est ad excusandum pœnitentem, ad faciendam confessionem materialiter integrum. Sic Nūnus loc. cit. [¶] q. 9 ar. 3. diff. 1. ad 2. argu. mētū Suar. & Hurt. loc. cit. Fagund. Henrīq. & Laym. quos citat, & sequuntur Diana refol. 129. cit. & Lugo loc. cit. nu. 63. Bonacina loc. cit. num. 5. & alij. (??)

QVÆSTIO LXV.

An Quis in prædicto casu, possit confiteri de solis venialibus, & tacere mortaliam?

NEGLIGANT aliqui Doctores, inter quos videtur esse Diana 3 part. tract. 4. resol. 129. quatenus solum dicit: opinionem contrariam esse probabilem. Sed probabilius Respondeo. Posse, dummodo peccata mortalia in genere fateatur dicendo; se confiteri omnia alia peccata, quibus Deum offenderit. Quia sic sufficienter prouidebit homo de sua salute, & fiet ex attrito, contritus. Sic Regid. num. 77. cit. & Molfesins apud Dianam tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 12. & ante illos, ex parte Nūnus art. 6. cit. diff. 2. pag. 398. per hæc verba. Vnde etiam videtur mihi satis probabile, quod si omnia mortalia sint notabilis infamix, quod potest homo, in tali casu, confiteri de solis venialibus. Sic ille. Et ita consequenter ad nostram doctrinam dicendum esse, fatetur Lugo num. 63. cit.

DISPVTATIO QVARTA.

De Conditionibus, aut Qualitatibus Confessionis Sacramentalis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Conditions bonaæ Confessionis sunt sexdecim?



ESPONDEO: Est sexdecim; his versibus comprehensa barbaris.

Sit simplex, humilis, confessio, pura, & fidelis, Atque, frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata. Fortis, & accusans, & sit parere, parata. Sic S. Tho. diff. 17. q. vlt. art. 4. q. 3. ad 4. & in add. q. 9. art. 4. Nauar. in cap. Fratres de Pœnit. d. 5. & in Man. cap. 2. à num. 5. Sotus diff. 18. q. 2. art. 2. Petrus Soto leç. 7. de Confessio. Angelus, Caiet, & Siluester, Confessio. 1. & alij, quos refert Henriquez lib. 5. Sum. cap. 3. Bonac. diff. 5. q. 5. & 6. 2.

punct. 2. Coriolan. de casib. reservu. par. 1. sect. 3. Llamas 2. par. meth. cap. 3. §. v. Reginald. lib. 6. à num. 60. Archang. diff. 17. pag. 198. & alij.

QVÆSTIO II.

Quanam ratione, Confessio esse debet simplex?

RESPONDEO; Quod debet esse simplex, stylo, hoc est, absque artificio verborum, & sine admixtione historiarum, & aliorum impertinentium. Sic D. Thom. & Nauar. loc. cit. Sancius in Selectis. diff. 1. quis per totam, & Bonacina diff. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. f. 2. nu. 1. Henriquez. Sayrus, Reginaldus, Pitigianus, & communis apud ipsum.

QVÆS-

QVÆSTIO III.

An Sit peccatum, nimis cum preambulis, aut magna cum eloquenter, confiteri?

AFFIRMANT S. Thom. vterque Sotus, Ricard. Silvester, Caet. & Angelus, apud Henriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 3. num. 2. litt. B. docentes; esse veniale.

Sed clarissimus Respondeo; Esse quidem veniale, regulariter loquendo; non tamen semper. Quia ab illo, re vera, excusantur foeminae, & viri scrupulosi, qui non satis putant aliter, quam longa enarratione declarari peccatum. Sic P. Soto le Et. 7. de Confess. & Henriquez loc. cit. Legantur Sayrus de Pœnit. cap. 12. Reginaldus lib. 6. num. 62. Bonacina loc. cit. §. 2. num. 1. & alij apud ipsos,

QVÆSTIO. III.

Quanam ratione Confessio debet esse Humilis?

RESPONDEO, Quod debet esse humilis; in habitu externo, & gestu poenitentis. Nam poenitens debet magna cum humilitate peccata sua fateri, de se ipso, videlicet, humiliter sentiendo, & tanquam reus genu flexus, & aperto capite, se Sacerdoti submittere. Item debet esse humiliis, quoad intellectum, & affectum, ita ut poenitens, sibi attribuat sua peccata, non alijs, & cognoscat, se miserum, & infirmum. Sic Doctores citati, præcipue Henriquez loc. cit. num. 2. Nauar. cap. Fratres nu. 11. Bonacina, Sayrus, & Coriolanus loc. cit. Reginald. num. 63. & alij.

QVÆSTIO V.

An Sit peccatum, cooperato capite, aut non flexis genibus, absque causa, confiteri?

NEGLANT Angelus, & Sotus, apud Henriquez loc. cit. lit. C. Quibus, ego addo Margaritam Confessorum fol. mibi 45. afferentes; solum id esse de bono, & quo.

Sed probabilius Respondeo: Esse peccatum veniale, absque necessitate, prædicto modo, confiteri. Quia aliqualis irreuer-

tis iniuria irrogatur Sacramento. Sic Nauar. in cap. Fratres disp. 5. de Pœnit. num. 10. & 11. Caet. V. Confessio. Bonac. disp. 5. q. 5 se Et. 2. pun Et. 2. §. 2. num. 2. Coriol. 1. par se Et. 3. pag. 252. & idem videtur sentire Henriquez lo. cit. in Marg. lit. C. & alij. Notanter dixi *absque causa*, quia potest occurrere casus, vt quis licite possit non flexis genibus confiteri. vt si febri laboret: tunc enim etiam cubans poterit confiteri. Similiter potest accidere, vt quis de ambulando possit confiteri, nempe, quando quis confitetur casus reseruatos, de quibus est suspicio apud reliquos, qui si viderint ipsum, flexis genibus, prævolutum, & alicui dicentem sua peccata, facile confirmarentur in opinione, scilicet quod talis haberet causas reseruatos, &c. Legatur Coriolanus loc. cit.

QVÆSTIO VI.

An Religiosi Militares, licite, & decenter, ad Sacramentum Pœnitentiae accedant, ense, & pugione, accincti?

NEGAVIT quidam apud Diana 3. part. tract. 2. resol. 30. Sed certissime Respondeo, Licit, & decenter accedere, ense, & pugione accinctos; quia illis accinguntur, vt habitu sui ordinis, iuxta illud commune assertum; ensis militem; cuculla monachum; stola Sacerdotem indicat. Sic late Sancius in Select. disp. 45. num. 3. & Diana loc. cit.

QVÆSTIO VII.

An Etiam laici, licite, ense accincti, possint ad Sacramentum Pœnitentiae accedere?

AFFIRMAT Sancius loc. cit. Quemputat Diana (loc. cit.) hoc afferere, secluso scandalo, quod in talis casu, non contingere, difficile existimat ipse Diana.

Sed probabilius Respondeo; Nec licite, nec decenter accedere posse, etiam secluso scandalo. Qui a predictus habitus, potius est militantium, quam pœnitentium: peccabunt ergo venialiter, sic ad Sacramentum accedendo; etiam secluso scandalo.

QVÆS.

QVÆSTIO VIII.

Quanam Ratiōne Confessio debet esse, Pura?

RESENDEO: Quod intentione. Debet namque poenitens peccata sua fate-ri bona intentione, hoc est, intentio ne, consequendi veniam; Ecclesia sancta obediendi, & Deum placandi. Sic Armilla *V. Confessio.* n. 4. Sotus *disp.* 18. q. 3. art. 3. Henriquez *lib.* 2. de *Pœnit.* cap. 3. num. 3. Lugo *disp.* 15. num. 185. Coriolan. de *casib.* *reservu.* loc. cit. Vbi, de Tertia conditione confessionis, pag. m. bi 260. & Bonac. loc. cit. nu. 4. & communis.

QVÆSTIO IX.

An Confessio, facta principaliter ob finem venialiter malum: v. g. ob vanam gloriā, sit inualida?

AFFIRMAT Angelus *Confessio.* 1. §. 5. & 14. & *V. vanagloria.* num. 1. & post illum, Silvester *V. Confessio.* 1. quæst. 7 per hac verba; Qui principaliter confitetur propter inanem gloriam, vel ne notetur in populo, aut alium malum finem, peccat mortaliter petendo absolutionem, propter iniuriam, quam facit Sacramento, peruerendo finem eius, & illud annullando: non enim valet talis confessio; nec est Sacramentalis, quia de essentia eius est, quod fiat spe venia. Sic ille. Et etiam Armilla. *V. Confessio.* num. 4. Abulfensi. cap. 6. Matth. q. 3. & q. 55. Sic etiam Nauar. in *cap. Fratres de Pœnit.* *disp.* 5. nu. 54. Vbi sic ait: Octaua conditio est, ut sit Lubens, hoc est ut voluntarie propter Deum confiteatur omnino, vel saltē principaliter propter ipsum, licet verecūdix, vel infamia timore, minus principaliter ad id impellatur. Ex quo sequitur, eum satisfacere præcepto de confitendo, qui principaliter id facit, quo veniam à Deo indipiscatur: quamuis forte, non fuisset confessurus, nisi timor infamia, ipsum ad id impulsisset. Quoniam secundum id, quod principaliter proponitur, res est iudicanda. Sic ille.

Sed longe probabilitas Respondeo. Non esse inualidam. Dummodo, etiam si minus principaliter, fiat ex fine venia peccatorū. Quia, qui hoc modo confiteretur, solum pecaret venialiter: ergo si alias ad sint omnes

partes essentialis confessionis, simul, & intentio recipiendi Sacramentum, vere erit validum. Sic Sotus in 4. *disp.* 18. q. 3. art. 3. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. q. 11. *pun.* 1. *pag.* 1460. Sanchez in *Sum. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. Vazquez *q. 92. art.* 3. *dub.* 2. Hurtado *disp.* 8. *diff.* 7. Diana 4. *part.* *tract.* 4. *resol.* 212. (qui totam de verbo ad verbum, omissionis nonnullis necessarijs) transcripsit ex Hurtado, licet illum non citet. Viald. de *Confess.* num. 63. Lugo loc. cit. num. 189. Suarez, & alij apud ipsum. Sic etiam videntur sentire Henriquez *cap.* 3. *cit.* *num.* 3. & Bonacina loc. cit. *num.* 4. Qui & citant pro hac parte doctissimum metum Nauarrū in *Man.* ille, in *cap.* 23. *num.* 13. hic vero, *cap.* 21. *num.* 40. & certe Henriquez id clare docuerat *lib.* 4. (seu 1. de *Pœnit.*) *cap.* 36. *nu.* 3.

QVÆSTIO X.

An Siquis, timore infamie, vel inferni, confitetur, tempore præcepti, alias non confessurus, impleat præceptum Confessionis?

NEGANT Angelus loc. cit. §. 23. & Antonin. 3. *par.* *tit.* 14. *cap.* 19. §. 15. Negat etiam, Henriquez *lib.* 2. de *Pœnit.* *cap.* 3. *num.* 3. in *Glossa lit.* H. casu quo expresse excludat; scius, si est in habituali fragilitate animæ, ut secluso eo motu, non confiteretur. Sic etiam docuerat antea *lib.* 1. de *Pœnit.* (seu 4. in ordine) *cap.* 36. *num.* 3.

Sed, probabilius Respondeo: Implere, etiam si expresse excludat; dummodo, ad summum, hoc ipsum confiteatur, & adsint cætera, ad valorem Confessionis. Quia finis præcepti non cadit sub præcepto. Sic innuit Nauar. loc. cit. de *Pœnit.* *num.* 45. & Reginald. *lib.* 6. *num.* 64. & 65. & 74.

QVÆSTIO XI.

An Confiteri uni Sacerdoti peccata mortalia, & postea alteri venialia, sit peccatum mortale?

AFFIRMATIVAM sententiam doce-re Siluestrum *V. Confessio.* 1. q. 6. & Victoriam *num.* 196. aiunt Fagundez *præc.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 14. Lugo *disp.* 16. 57. & Diana 3. *par.* *tract.* 4. *resol.* 132. Sed immerito, illos pro hac parte

parte absolute citant; cum neque Silvester, neq; Victoria hoc absolute docent. Nam in primis, Silvester, hæc profert verba: Sexto quantum ad humilitatem queritur; utrum anullet confessionem, qui ex superbia non vult adire proprium Confessorem erubescens ductus? & dico, quod non, si totaliter, & integre confiteretur; licet dicat Host. hoc non esse utile; sicut neque infirmos, medicos mutare. Et *infra*. Est tamen hoc mortale, vbi quis esset dispositus, & paratus, non dicere proprio Confessori, si alium non haberet; sicut plerumque hoc faciunt imperfectæ mulierculæ, quæ volunt habere ad complacentiam, vnum confessorem compagnum, cui dicunt omnem veritatem de lasciuis. & ad reputationem, vnum timoratum, & bone famæ, cui post confessionem cum primi, dicunt lenia tantum; immo talis hypocrisis posset esse mortalis. Sic Silvester. Vbi clare constat, ronitavt citatur, sentire. Nec Victoria, cum in hæc verba prorrumpat; Non damnarem tamen, eum, qui semel incidit in mortale, non solitus peccare, si confiteatur alteri, ne perdat opinionem, quam habet erga primum Confessorem suum. Sic ille. Non ergo illum bene citat Lugo, & Diana; Si, Henriquez lib. 4. (seu 1. de Pœnit) cap. 36. lit. I & clariss, lib. 5. cap. 3. num. 2. Vbi sic concludit. Qui tamen semel, aut iterum prærubore nuncat consuetum confessarium, dum casu semel lapsus est, ne apud istum perdat bonum nomen, non est gravis peccatum, & interdum inculpate decet. Sic Enriquez, ibi, & etiam eodem libr. 5. capit. 16. lit. A. Voipro se citat Victoriam, quem, & inse sequitur, num 6. *infra*. Et Sa V. Confessor. num. 16. & Vinald. V. Confessor. num. 63. & alij.

Sed probabilius, Respondeo. Per se loquendo, non esse mortale, immo nec veniale; etiam si sepius fiat, ob pudorem, aut verecundiam vitam; aut ob conseruandam bonam suam opinionem apud suum Confessarium; aut ob alium honestum finem. Secus autem, si fiat, etiam semel, ob aliquem finem mortalem, vel veniale. Nam tunc mortale, aut veniale, vt fuerit finis, erit.

Prima pars constat. Quia confiteri prædicto modo, nec veritati doloris, aut propensi, nec integratam confessionis repugnat, cum utraque sit vera, & integra confessio: ergo. Secunda pars, de se constat. Dixi autem *perse loquendo*. Quia per accidentis, potest esse mortale; vt si ob prædictum modum confitendi, remaneret pœnitens in aliqua occa-

sione peccandi mortaliter, aut exponeretur periculo in illud sapientia labendi. Sic Suar. disp. 22. scilicet 1. num. 12. Egid. disp. 6. dub. 4. num. 13. Hurtado disp. 8. diff. 6. Fagundez prece. 2. lib. 2. cap. 3. num. 14. Layman, & Villalobos, quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 122. & alij, inter quos optime Nauar. in Man. cap. 21. nu. 46. per hæc verba: Unde sequitur, non peccare mortaliter eos, qui, ne suam existimationem honestam amittant, confessario cuidam familiari suo cōfiteatur omnia sua peccata, etiam obscena, & postea alteri probo, & graui, solum leuior, quod de se non est malum, & si finis venialis fuerit, peccatum veniale erit, & si mortalis, mortale, & si bonus, qualis frequenter est, sanctus, & probus, immo interdum necessarius. Sic ille. Vbi absolute, & absque vlla limitatione, totam nostram docet sententiam: male ergo citat illum Vinald. loc. cit. Sic etiam Bonacina loc. cit. num. 5. pag. mibi 193. Qui bene pro hac sententia citat S. Iustini, & Victoriam, loc. cit. Filiuc. tract. 7. cap. 4. num. 75. & alios.

QVÆSTIO XII.

Quanam Ratione confessio debet esse fidelis?

R ESPONDEO, Quod confessio debet esse fidelis. Quia debet esse vera, sine fallacia, & aliena à mendacio; ita vt pœnitens, certa pro certis, & dubia pro dubijs, fateatur. Sic Nauar. Caiet. Fagundez, Lugo, Bonacina, loc. cit. Coriolan. loc. cit. Vbi de quarta conditione confessionis pag. mibi 263. Sotus, & alij, apud ipsos.

QVÆSTIO XIII.

An Mendacium, quo pœnitens interrogatus, negat aliquid veniale, quod commisit, sit peccatum mortale?

A FFIRMAT Caeritanus 2.2.q.69. art. 1. & q.110. art. 4. Proclus sententia facit, quod ait D. Thom. 2. 2.q.69. cit. art. 1. Videlicet, omne mendacium in iudicio dictum, esse peccatum mortale: & Palud. in 4. disp. 21. q.2. art. 1. (Caput Coriolani vbi *infra*) ait, id vide ri sibi mortale. Quod idem sentire videtur D. Anton. 3. part. tit. 14. §. 8. Sed, longe probabilius, Respondeo: Non

Non esse mortale, sed veniale tantum. Quia mendacium, nunquam est peccatum mortale, nisi sit etiam contra aliam virtutem, ultra veritatem, vt, v.g. contra iustitiam: contra fidem, vel Religionem; sed huiusmodi mendacium, solum est contra veritatem, cum nulla sit iniuria, saltem grauis, Sacramento, si alias offeratur materia sufficiens solutionis; ergo. Sic Luyfius tom. 2. de Injustitia diff. 50. dnb. 1. num. 2. Diana 5. part. tract. 5. resol. 27. Enriquez lib. 5. cap. 4. num. 1. & 2. Vbi sic ait: In foro exteriori, si reus timore acerba poenæ, se falso infamet, non videtur mortale, quia est Dominus famæ, & sicut in tali foro, mendacio veniali decipiens iudicem, sine iuramento, non peccat mortaliter. Ita in indicio confessionis, non peccat mortaliter. Primo, qui mentitur in re ad confessionem non pertinente, nisi mendacium esset perniciosum. Secundò, si confessatio roganti de peccatis quibusdam venialibus, aut de quodam mortali, alias rite absoluto, neget se fecisse. Tertiò, nec peccat mortaliter, si confiteatur aliquod veniale, quod non fecit, nisi dum non subiicit aliam veram materiam, & ob id frustratur vim Sacramenti. Sic enim, vult absolvi à peccato, quod non habet. Sic Enriquez, Bonacina loc. cit. num. 12. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An Saltem, mendacium, quo pœnitens sibi imponit aliquod veniale, quod non commisit, si sit teatur aliud, quod commisit, sit peccatum mortale?

AFFIRMANT cum Cajetano loc. cit. & ver. Confessio. condit. 4. Paled. in 4. diff. 21. quest. 2. Ledesma 2. part. 4. quest. 5. art. 4. dub. 4. & Armilla V. Confessio. num. 5.

Sed probabilius Respondeo. Nec adhuc esse mortale: sed veniale tantum. Quia in eo casu, non decipitur confessarius in re graui, aut necessaria Sacramento; nec tale mendacium obstat eius integritati: ergo. Sic Nauar. cap. 21. num. 37. Sotus diff. 18. quest. 2. art. 4. & de iustitia lib. 5. quest. 5. art. 4. Suarez diff. 22. sect. 10. à num. 4. Vazquez quest. 91. art. 1. dub. 7. Egidius diff. 6. sub. 3. num. 8. Luyfius diff. 29. dub. 7. Hurtado diff. 8. diff. 6. Henriquez, Toleatus, Azor, Couarr. & alij, quos citat, & fe-

quitur Fagundez prac. 2. lib. 3. cap. 2. § num. 9. pag. 351. Lublinus V. mendacium num. 9. Villalobos tract. 9. diff. 41. nu. 5. Silvester V. Confessio. 1. quest. 8. num. 9. Lugo disp. 16. num. 99. pag. 323. Bonacina loco citato. Et apud ipsum, Sayrus, Zerola, Nuñus, Reginaldus, & alij.

QVÆSTIO XV.

An Ad minus, sit peccatum mortale, accusare se de aliquo veniali, quod non fecit, casu, quo sit totalis materia Confessionis?

NEAT Philippus Faber (vt refert Diana) in 4. diff. 17. quest. unica disp. 14. cap. 3. num. 51. Afferens; quod mendacium veniale, etiam quando est tota materia Confessionis, tantum sit peccatum veniale.

Sed certissime Respondeo: Esse peccatum mortale. Quia in tali casu, poenitens nullam materiam formæ solutionis subiicit: ergo erit nulla: ergo necessario peccabit peccato mortali sacrilegij. Sic Nauarus in cap. Fratres cit. num. 18. Enriquez loc. cit. Suarez diff. 22. sect. 10. Angelus, Layman, Egidius, Filiuci, Megala, Hurtado, & alij, quos citat, & sequitur Diana 3. part. tr. 4. resol. 96. Quibus addi possunt Candidus diff. 24. ar. 5. dub. 3. Lugo diff. 14. num. 113. Llamas, & Bonacina loc. cit. Reginaldus lib. 6. num. 69. & omnes communiter.

QVÆSTIO XVI.

An Mendacium, quo quis negat aliquod mortale nunquam confessum, sit peccatum mortale?

RESPONDEO, Affirmative. Quia tale mendacium est contra integratem Sacramenti. Secus autem dicendum est de mendacio, quo quis negaret aliquod peccatum mortale, alias rite confessum: cum nemo teneatur bis confiteri. Sic omnes communiter, principiè Nauar. loc. cit. & in Man. cap. 21. nu. 37. & 38. Sot. in 4. diff. 18. quest. 2. art. 4. concl. 3. Reginaldus nu. 67. Enriquez loc. cit. & alij Doctores nuper adducti.

QVÆSTIO XVII.

*An etiam peccet mort. qui sibi in confessio-
ne imponit aliquid mortale, quod
non commisit?*

NEGRATIVAM sententiam indicate Siluestrum, Confessio. 1. quæst. 3. ait P. Hurtado disp. 8. diff. 6. Sed immerito profecto; nam oppositū expresse docet per hæc verba; Vnde accusans se de peccato, quod non fecit in confessione, secundum multos, peccat mortaliter; quod verum est, si quis se accusset in speciali de mortali in casu certo, quia se iniuste infamat. Sic Siluest.

Certissimè ergo Respondeo: Esse peccatum mortale. Primo, Quia in tali casu, re vera deciperet iudicem suum; confessorem, videlicet, in re grati. Secundò. Quia, si circa periculum peccandi, & invaliditatis Confessionis, possemus nobis in confessione imponere mortalia, non essemus solliciti in discussione propriæ conscientiæ, circa numerum indagandum; sed plura peccata confiteremur, ut vel sic, sine magno labore, nullum esset peccatum, quod in illo numero, nō includeretur: Quod per se fieri posse, nemo dicet. Quamvis per accidens, ob indiscretum zelum pœnitentium, se plus iusto accusantium; vel quia sic ipsi putant, bona fide, securiorem viam eligere, numerum peccatorum angere, non sit mortale: (vt citato Nauarro, docet Reginald. lib. 6. cap. 3. num. 67.) Sed veniale tantum, (vt ait Caiet. V. Confessio-conditione, 4. eo quod indiscrete se accusset.) Sic Auth. cit. & Sancius in selec. diff. 8. num. 4. Sot. Suar. Vazquez, & Aegid. apud Hurtadum loc. cit. & apud Fagundez præc. 2. lib. 3. c. 3. n. 12. & Granado tr. 9. diff. 13. nu. 7. pag. 1271. Lugo disp. 16. num. 100. & Bonac. loc. cit. num. 9. & omnes.

QVÆSTIO XVIII.

An Confessio debeat esse frequens?

RESPONDEO: Debere; ob magnas vtilitates, & vberes fructus, qui ex frequenti confessione percipiuntur. Äquum, enim, & iustum est, vt qui frequenter cadit, frequenter per confessionem resurgat. Licet nullus obligetur sub mortali frequentius, quam semel in anno, extra mortis articulm, aut extra tempus suscipiendo Eucharistiam, confiteri. Sic omnes DD. Let-

gantu Bonac. loc. cit. nu. 14. Coriolan. loc. cit. Vbi de Quinta conditione, & alij, apud ipsos.

QVÆSTIO XIX.

*An Peccata semel per Sacramentum Pœ-
nitentiae remissa, licite possit quis
iterum, etiam sola, con-
fiteri?*

NEGARVNT Rubion, & alij quidam apud Ricardum. Quibus adde Scotum apud Viualdum, de Confessio. num. 20 vers. Quinta, Frequens. Et apud P. Ledesnam, etiam Gabriel, & D. Bonau.

Sed certissime Respondeo: Posse, vt habi-
tum est supra diff. 2. quæst. 32. Et tenent communiter omnes Doctores S. Thomas, Ri-
cardus, & alij, apud Petrum Ledesnam,
tract. de Pœnit. cap. 2. dub. 2. post secun-
dam conclusionem.

QVÆSTIO XX.

*An Saltem sit conueniens, absque villa ne-
cessitate, frequenter eadem pec-
cata fateri?*

NEGAT Sotus. diff. 18. q. 4. art. 3. & ita, vt addat, id non posse recte fieri, sine graui causa. Fauet illi Vazq. q. 91. art. 3. dub. 7. nu. 8. per hæc verba: Cauedum est, ne propter nimiam consuetudinem, iam homo repetat peccata, sine villa disloquentia, & ita magis expedit moderatus vti Confessione. Sic Vazquez.

Sed longe probabilius Respondeo: Non solū conueniens, sed valde conueniens, & vti le esse, peccata semel confessâ pluries cōfite ri, si hoc fiat deuotionis causa, quieta conscientia, sine molestia Confessorum, breuiter, & seruatis alijs circumstantijs, & pruidentiæ conditionibus. Quia per tales confessiones, causatur noua gratia, & remittitur pars pœnae temporalis in purgatorio sol uenda. Sic ex D. Aug. D. Anton. 3. par. tit. 14. §. 4. Nauar. in cap. Fratres cit. nu. 29. & sequen. & in Man. cap. 21. n. 42. Vazq. loe. cit. n. 1. licet postea n. 8. limitet, perverba tradita, suam sententiam, Coriol. 1. par. sect. 3. loc. cit. pag. 267. & de tertia deci-
ma conditio. pag. 319. Suar. disp. 18. sect. 4. n. 9. Bonac. loc. cit. Reginald. lib. 6. nu. 71. & 94. Sancius in selec. diff. 31. num. 8. Henriq. lib. 2. de Pœnit. cap. 3. num. 4. & communis.

QVÆS-

QVÆSTIO XXI.

*Qua Ratione Confessio debet esse Nuda,
Discreta, Libens, & Vere-
cunda?*

REPONDEO: Breuiter; Quod debet esse, *Nuda*: id est, clara, non palliata coloribus, aut iocis, obscuringibus gravitatem peccati. Nam si pœnitens ita obscure loqueretur, ut à Confessario non intelligatur, aut intelligatur aliter quam ipse met pœnitens nouit, inutiliter faciet confessionem, sicut ille, qui tacet illud, quod necessarium fatendum est.

Debet esse, *Discreta*: Primò, in verbis, ut scilicet, honestis vocibus explicitur peccata, præsertim carnis. Secundò. Quantum ad modum narrandi: ne peccata, quæ simul exprimi possunt, diuissim confiteantur. Et

tertiò, in eligendo idoneo confessario, crudito, & probo.

Debet esse, *Libens*; id est omnino voluntaria. Quamvis, qui importunis precibus, aut nimio timore traheretur inuitus, si alias confiteretur omnia cum debita attritione, non frustraretur fructus sacramenti: ut supra est habitum.

Debet etiam esse *Verecunda*, id est, commixta pudore: ita ut pœnitens erubescat coram Deo, de offensa; coram ipso, de seditate peccati: & coram Sacerdote, cum pudore explicet peccata. Quia pudor magna est pœnitentia pars. Sic Nauar. loc. cit. nu-

52. & seqq. Bonacina diff. 5. q. 4. st. 2.

2. punct. 2. Enriquez lib. 5. cap. 3.

num. 5. 6. & seqq. & alij

communiter.

(?)

DISPUTATIO QUINTA.

De Integritate Confessionis, quæ est eius decima conditio.

QVÆSTIO PRIMA.

*Quanam ratione Confessio debet esse
Integra?*



ESPONDEO: Quod debet esse integra, quoad mortalia nunquam rite confessa. Sic docent omnes. Qualis autem debeat esse hæc integritas, & de quibus peccatis: & an semper requiratur, in sequentibus questionibus explicabimus. Sit ergo.

QVÆSTIO II.

*An Confessio debeat esse de omnibus mor-
talibus, quæ sunt intra conscientiam
pœnitentis?*

REPONDEO: Debere esse de omnibus, non phisice, seu materialiter, sed moraliter, & formaliter; hoc est, de omni, que moraliter hic, & nunc, fateri possunt. Sic habetur in Concil. Florent. in decreto Eugenij, IV. in Trident. Jeff. 14.

cap. 5. & Can. 7. & doceut S. Thom. in 4. diff. 47. quæst. 3. art. 4. Suarez diff. 22 se st. 1. Vazquez quæst. 91. art. 1. dub. 2. Enriquez, Bellarm. Molfes. & alij, quos citat, & sequitur Bonacina diff. 5. quæst. 5. se st. 2. punct. 2. §. 3. diff. 2. num. 1. & omnes.

QVÆSTIO III.

*An Peccata, ante Baptismum commissa,
sint necessario confitenda?*

AFFIRMAT Angel. Confessio. 2. nu. 2. Vbi sit; Quod infidelis, non confitens peccatum mortale commisum, tam ante baptismum, quam post, habita opportunitate, omnino damnabitur.

Sed certissime Respondeo: Nec debere, immo nec posse, prædicta peccata confessio ni subiici. Primò. Quia sic habetur in Trind. Jeff. 14. c. 1. & Can. 1. Secundo. Quia Sacramentum pœnitentia est secunda tabula post naufragium. Et denique, quia peccata commissa ante baptismum, per baptismum dimit tuntur. Sic omnes DD. præcipue Enriquez. loc. cit. c. 3. n. 10. Bonac. & alij citati, Reginaldus lib. 6. num. 104. & omnes.

QVÆSTIO IV.

An Sint confitenda necessario omnia venialia, quæ in conscientia pœnitentis sunt?

AFFIRMANT Innocent. III. in cap. *Omnis*. Et alij ex doctoribus antiquis, quos, tacito nomine, refert Granado de *Pœnit. tract. I. disp. 9. se ct. 3. num. 1.*

Sed certissime Respondeo: Non esse necessario confitenda. Vnde, qui plura habet venialia, optime potest, quæ sibi videbitur, confiteri, & alia tacere. Ratio est. Quia peccata venialia, solum sunt materia voluntaria, seu sufficiens confessionis; non necessaria, cum multis alijs modis expiari possint. Sic habetur in Concil. Trident. *sef. 14. cap. 5.* & ex illo, docent Nauar. in cap. *Fratres, de Pœnit. dist. 5. num. 102. & in Man. cap. 2. num. 11. & cap. 21. num. 37.* Suarez, Enriquez, Tolet, Granad, & omnes communiter.

QVÆSTIO V.

*An Confitenda sint omnia mortalia, distin-
ctè, quoad omnes species; & nu-
merum eorum?*

RESPONDEO Affirmative. Sic enim habetur in Trident. *sef. 14. cap. 5. & Can. 7.* Vbi expresse dicitur; debere confiteri omnia, & singula peccata mortalia. Et hic est usus Ecclesie, & consensus omnium, ut testantur Nauar. in cap. *Consideret. de Pœnit. dist. 5. num. 18.* & sequentes. Suarez *disp. 22. se ct. 2.* & alij.

QVÆSTIO VI:

*An, Ad confitendum numerum peccatorum, sufficiat pœnitenti dicere: se sapient pœ-
casse: v.g. se sapient iurasse,
sapient furatum
fuisse, &c.*

AFFIRMARVNT Angel. ver. *Confessio 1. num. 23.* & Archidiacon. apud Nauarrum in cap. *Consideret. cit. num. 42. & 43.* & apud Filliicum *tract. 7. num. 81.* qui eriam pro hac parte, refert Siluestrum, *Confessio 1. num. 11.* Sed male profecto, quia ibi, nihil dicit Silues-

ter, & in ver. *Confessio 2. num. 12.* oppositum plane afferit. Imo Angel. loc. cit. licet afferat, non esse improbandam sententiam Archidiaconi, nihilominus tamen, oppositam, tuitorem dicit.

Certissime tamen Respondeo: Nullo modo sufficere prædictum modum confitendi numerum peccatorum, mortalium saltem; sed necessum esse poenitenti, scienti certum numerum peccatorum, dicere explicite, & determinate illum. Quia, sic clare colligitur ex Trident. loc. cit. & optime probant Nauar. loc. cit. num. 42. & 43. Suarez *disp. 22. se ct. 5.* & Filliuc. loc. cit. Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 9. lit. I. & apud illum, uterque Sotus, & Cano, Villalob. *tract. 9. diff. 33. num. 4.* Bonacina *disp. 5. quæst. 5. se ct. 2. punct. 2. §. 3. diff. 2. num. 3.* & omnes.

QVÆSTIO VII.

*An Debeat quodlibet peccatum secer-
sim confiteri?*

RESPONDEO: Non debere, sed sufficere omnia peccata, sub una specie mortali contenta, unico verbo dicere: ut millies blasphemauit, vigeties periurauit &c. Quia id sufficit, ut docet usus Ecclesie. Sic Nauar. *cap. 6. num. 18.* Suarez *disp. 22. se ct. 5. num. 37.* Bonacina *loc. cit. num. 2.* Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 8. & Caiet. verb. *confessio, in 6. præcepto,* & omnes.

QVÆSTIO VIII.

*An pœnitenti, cui non constat numerus de-
terminatus suorum peccatorum, sufficiat
exprimere numerum probabilem, aut
verisimilem, plus, mi-
nus ve?*

NEOPONDEO: Sufficere dicere numerum verisimilem; addendo, precipue, illaverba, plus, minus ve. Vel, circa: v.g. periurauit decies, plus, minus ve. vel, circa, vel, plus, minus duo; aut centum circa, vel, plus, minus ve, vel, plus, minus decem, &c. Sic Nauar. ex Caiet. *cap. 6. num. 42.* Suarez, Vazquez, Soto, & alij statim citandi.

QVÆS.

QUÆSTIO IX.

An. Quando pœnitens fassus est, se decies, plus, minus ve, periurasse, si postea certe recordetur se periurasse duodecies, teneatur illa duo periuria denuo confiterit?

AFFIRMANT G. Hurtado *diff. 9.* *diff. 5.* & Lugo *disp. 16. num. 78.* & sequent. pag. 317. Qui dicit; ita docere debere omnes, qui affirman, peccata dicta ut dubia, postea esse confitenda ut certa, quando iam certa sunt.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri illa duo periuria denuo confiteri; Quia illis verbis, *plus, minus ve,* censentur comprehensa fuisse. Secus esset dicendum, si pœnitens, non dicaret, dicta verba; *plus vel minus, vel circa;* *vel, plus, minus duo;* aut etiam si dixisset, postea tamē recordaretur fuisse quindecim, aut sexdecim periuria: quia in his casibus, vere teneretur confiteri illum excessum. Sic Sot. in 4. *diff. 18. quest. 2. art. 4.* Sa. V. *Confessio. num. 32.* Viualdus de *Confessio. num. 55.* Suarez *disp. 22. sect. 5. num. 38.* Vazquez *quest. 91. art. 1. dub. 6.* Vega 1. part. *cap. 63. casu 22.* Agidius *diff. 7. dub. 7. num. 62.* P. Ledesma *tom. 1. Sum. cap. 17.* Villalobos *tract. 9. diff. 33.* Sancius *diff. 2. num. 13.* Granad. *tract. 9. diff. 10. num. 3.* Lopez 1. *par. cap. 31.* Fagundez *lib. 3. de præc. Confessio. cap. 5. num. 9.* Diana 3. *par. tract. 4. resol. 94.* & 4. *par. tract. 4. resol. 204.* Bonacina *loc. cit. num. 6.* & apud ipsum, Nuñus, Filliuc. Reginald. Pitigian. & alij.

Addit Viuald. *loc. cit. vnum valde notandum, scilicet, quod si quis in confessione dixit, peccauit decies in hoc peccato, & de omnibus alijs, quæ Deus fecit me commisisse in hoc casu, quorum non recordor, dico meam culpam: si postea aliquave. nerint in memoriam, non teneatur illa con- fiteri, dum modo sufficiens examen, ac debi- tum prius fecerit.* Sic Viualdus. Cuius additum, an sit probabile, alijs, Diana *resol. 94. cit. iudicandum relinquit.* Mihi certe improbabile videtur: Eo quod illa peccata obliterata, & tali modo confessa, nullo modo di recte subiecta sint clauibus; nec directe consequenter absoluta: sed solummo- do indirecte, ut ex dicendis *quest. sequentibus, præci- puè 73.* constabit.

QUÆSTIO X.

An Illa verba, plus, minus ve; aut, parum plus, vel minus; quæ addi solent, tan- tum se extendant ad duo, vel tria pec- cata?

AFFIRMATIVAM sententiam tueari Sancium *in selectis, disp. 2. n. 13.* Reginaldum *lib. 6. cap. 3. num. 126.* (non 306.) Vegam *cap. 63. casu 22.* Sotum, Villalobos, Sa, & Ledesma *loc. cit. Tole- tum lib. 3. cap. 7. num. 2.* & alios, ait Diana *resol. 94. citata.* Sed non bene proscripto, nam nullo modo, talem sententiam tueruntur, ut le gentibus illos Doctores, constabit.

Alij autem affirmant; extendi illa verba, non solum ad duo, vel tria, vernmetiam ad quartam partem summae, cui adiicitur; ut si pœnitentes dicat, octies periurauit, *plus minus ve,* tunc extendantur ad decem, quia duo sunt quarta pars ex octo. Sic aliqui, quos refert Glosa in 1. *Hæc adiectio 192. ff. de verb. significat.* Quorum sententiam, bene refutat Lugo *disp. 16. num. 94. pag. 322.* eo quod nequeat esse universaliter vera. Quia si aliquis mihi promittat centum millia aureorum, *parum plus, vel minus,* non satissim faciet dando septuaginta quinque milia: quia illud, quod deest, licet sit sola quarta pars, non est tamen parum, sed multum minus, quam centum millia, quæ promisit.

Alij dicunt, illa verba, verificari posse, de quinque pro qualibet centenario, & non de pluribus. Sed etiam id bene reprobat Lugo; quia licet in magna summa id verum esset, in parua tamen esset rigidum: ut si pœnitentes diceret; quinquages periurani, *plus minus ve,* tunc, non se extenderent vique ad quinquaginta tres.

Alij denique docent; quod, qui confitere tur, se peccasse decies, paulo plus, minus ve; tunc, ijs verbis, comprehendéret alias tres, vel quatuor vices. Sic Hurtado *de Sacra- ment. disp. 9. de pœnit. diff. 5.* quem vide- tur sequi Diana 4. *par. tract. 4. resol. 204.* (non 294. vt citatum inuenies apud Lugum *loc. cit. num. 95.*) Filliuc. *tract. 7. cap. 4. num. 82.* & alij.

Sed clarius, & probabilius Respondeo, Ex Lugo *loc. cit. num. 96.* & ex Vazquez *quest. 91. art. 1. dub. 6. num. 2.* certum esse prædicta verba; *plus minus ve, aut, parum plus*

plus, vel minus, ad parvam summam referri. Quanta autem debet esse, non posse, vniuersali regula definiri; sed arbitrio prudenter relinquiri, notando tamen, quod, quo maior est numerus peccatorum, qui nominatur, maior numerus debeat intelligi, verbis illis, plus, minusve. Legantur Vazquez, & Lugo loc. cit.

QVÆSTIO XI.

An Pœnitenti, qui nimia consuetudine peccauit, sufficiat suum statum per tempus explicare, non explicato numero peccarum?

AFFIRMANT Nauar. de Pœnit. diff. 5. cap. Consideret, à n. 43. & in Man. cap. 6. n. 15. (non 5. vt apud Lugum inuenies) Caet. tom. 1 opusc. tract. 5. q. 3. Petrus Soto lect. 9. de Confessio. fol. mibi, 186. Canus de Pœnit. part. 5. §. colligo tamen. Et Pharaonius, de Pœnit. sef. 16. casu 5. docentes inde, sufficere Meretrice inuenient manifestare tempus, quo fuit in eo officio. Sic etiam Victoria num. 178. fol. mibi, 145. Et nouissime Ioan. Henriquez in compendio casuum moral. cap. 10. num. 19. fol. 71. per hæc verba: La mujer que estuvo en la casa publica, basta que diga en la confession el tiempo que allí estuvo expuesta a todos los pecados que pudo cometer, sin ser necesario decir el numero de ellos, porque con esto explica, y declara sus culpas bastante. Y no se que tenga de acha, ó de improbable esta opinion, para que tales hombres doctos la repreben, y culpen a Navarro, que la enseña, como si no huviesser otros Doctores graues, que tambien la tienen. Y quien con mayor claridad la escribe es Toledo lib. 3. cap. 7. num. 2. Cuyas palabras son estas: Quod si peccatum est nimis frequens, dicat saltem tempus, vt quod per annum habuit in consuetudine blasphemare, vel falsum iurare; vel se polluere: si etiam est in statu peccandi sufficit exprimere tempus, vt dicere, si Meretrice est, se per duos, aut tres annos, fuisse expositam cuicunque accedenti. Huc que Joannes Henriquez.

Alij absolute id negant. Quia contingere potest, quod una meretrice in uno loco, centies fornicetur, dum alia decies in alio: ergo necessum erit, frequentiam actuum explicare. Ita Sotus in 4. diff. 18. q. 2. art. 4. concl. 2. Sa, verb. Confessio. n. 31. alias 32. Sed, clarius, & probabilius, sub distin-

ctione hac, Respondeo. Si pœnitens, post diligens conscientiae examen, nequit habere notitiam numeri suorum peccatorum, tunc sufficiet ei explicare suum statum, dicendo tempus, & frequentiam suorum delictorum; fornicationum, v. g. per decennium; omissionis officij diuini, per unum annum; latrociniij vitij, tanto tempore, &c. Et in hoc conuenio cum Doctoribus primæ sententia, a quibus non dissentit Sot. imo consentit, loc. cit. vers. Qua propter. Et Angles quest. de confessio. art. 4. pag. mibi, 222.

At vero, si pœnitens possit habere notitiam numeri peccatorum suorum, secum cogitans, quoties per diem, per hebdomadam, & per mensem; tunc, revera, tenebitur dicere, toties fere, mihi accidebat in die, in hebdomada, aut in mense. Et hoc modo audiendi debet meritrix ad pœnitentiam conuersa. Curando adhuc confessarius, vt explicet quantum possit, numerum mortalium extraordinariorum; vt si aduersa venere sit vsa; si cum consanguineis, aut cum clericis ordinis Sacri, aut Religiosis congressa; si potionem amatoria, aut magicis artibus vsa, &c. Sic Viualdus de Confessio. num. 59. pag. mibi, 117. Vbi multa de hac re, & obseruanda, tractat. Enriquez lib. 2. de Pœnit. c. 5. n. 9. Soto loc. cit. Suarez tom. 4. disp. 2. sect. 6. Hurtado disp. 9. diff. 5. Diana 3. par. tract. 4. resol. 89. Bonacina disp. 5. quest. 5. sect. 2. punt. 2. §. 3. diff. 2. nu. 18. & sequen. Vega 1. par. cap. 6. 3. casu 22. Reginaldus lib. 6. à num. 121. Lugo disp. 16. nu. 573. pag. 406. Granados tract. 9. disp. 10. num. 6. Vazquez quest. 9. 1. art. 1. dub. 5. nu. 3. Qui addit; circa numerum actuum internorum, non esse cogendas, vt dicant frequentiam solitam, & numerum per hebdomadas, aut dies, sicut diximus, de frequentia solita fornicationum explicanda, quia in his actibus internis, videtur impossibile eos ad aliquem numerum reducere, sine periculo maximi erroris, per excessum, aut defectum. Cuius doctrinæ consentivit Lugo loc. cit. Agidius diff. 7. de Pœnit. dub. 7. num. 65. Vbi sic ait: De actibus autem internis sufficiet dicere; saepius per diem, aut quasi continuo, & prout dabatur occasio, desiderasse in differenter, cum quouis hominum genere pœicare: quia hi ab illis, aliter explicare non possunt: quia non ita notant actus internos, sicut externos. Sic ille, & Fagundez prac. 2. lib. 3. cap. 4. num. 11. Licet contrarium teneat Candidus tom. 2. disquisit. 24. ar. 22. dub. 16. pag. 46.

QVÆS-

QVÆSTIO XII.

*An. Qui concubinam, diu domui habuit, ea-
que, ut propria voxore, usus est, tenea-
tur numerum fornicationum
explicare?*

NEGLANT Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 9. Fagundez dicto cap. 4. num. 11. qui citat Nauarrum in Man. cap. 6. num. 15. & Toletum lib. 3. cap. 7. num. 2. (Sed quoad casum præsentem, male; quia neuter loquitur de concubinario, sed de pecato in communi.) Lugo loc. cit. num. 575, & expressius Victoria loc. cit. per hæc verba: Est meretrix, quæ fuit in lupanari decem annis, nunc convertitur, & vult confiteri; satis est, quod dicat peccata fornicationis, hoc modo; Mansi in lupanari per decem annos, admittens cunctos; nec oportet, quod cogitet, quot in hebdomada, mense, aut anno. Patet, quia per hoc, confessor habet tantam notitiam, quantam illam potest ei dare. Quid enim refert, quod illadicat, se peccasse trigesima millevibus? & idem de concubinario, qui habet fœminam per annum, qualibet nocte, non est opus, quod numeret vices; nec expedit illud dicere. Item de illis, qui frequentissime blasphemant. Satis est, quod dicant, hanc esse suam consuetudinem, ne faciamus eos mentiri. Sic Victoria ex Caietano. Et docent etiam Sot. diff. 18. quæst. 2. art. 4. pag. mihi, 864. Bonacina loc. cit. num. 19. & apud ipsum, Egidius diff. 3. dub. 2. num. 52. 64. & 65. Caiet. tom. 1. opusc. tract. 5. quæst. 3. Reginaldus, & Pitigianus.

Sed, iuxta nuper dicta, clarus, & probabilis Respondeo; Teneri quidem numerum fornicationum, si facile notitiam illarum habere queat, in confessione fari; non vero numerum actuum internorum. Sic colligitur ex doctrina à Vazquez loc. cit. tradita; quæ (vt notat Lugo loc. cit. num. 574.) locum habere debet in eo, qui passim fœminas, sibi obuias, turpiter concupiscit; aut passim cum socijs, tota die, de rebus turpibus loquitur; in quibus casibus, quia difficile valde est, numerum aliquem designare, sufficiet explicare tempus, & consuetudinem, & species principales; an scilicet, coniugatas frequenter; an aliquando cognatas; aut personas sacras concupiscat; aut de illis turpiter loquatur.

QVÆSTIO XIII.

An. Qui per annum integrum, non recitat, aut non restituit, satisfaciat, si dicat Confessario; anno integro omisi diuinum officium, aut, non restitui, cum possem?

NEGLANT communiter Doctores, loquendo saltem de omissione restitutio[n]is, præcipue Candidus disquisitio. 24. art. 22. dub. 19. qui citat pro hac parte Nauarrum cap. 6. num. 14. & Nuñum 3. par. quæst. 9. art. 2. vers. ex dictis sequitur. Sed ex ijs Doctoribus, Nauarrus, nil habet ad rem nu. 14. & oppositum, loquendo de omissione diuini officij, docet num. 15.

Vnde probabilius, iuxta doctrinam traditam, Respondeo: Satisfacere. Quia in genere moris, aut illud censetur unum numero peccatum; aut certe collectio talis mulorum, satis, generali hac confessione, declaratur. Sic Nauar. cap. 6. num. 15. Enriquez lib. 5. cap. 5. nu. 2. Reginaldus de prudent. Confess. cap. 3. pag. 44. Nauarra. lib. 4. de restitutio. cap. 4. dub. 1. Bonacina loc. cit. num. 21. Victoria num. 178. & Granado tract. 9. disp. 10. num. 7. & 8. Qui hoc verum existimat, adhuc in casu, in quo poenitens, multoties intra annum doluisse de culpa, & statuisse recitare; vel aliquoties habuisse animum restituendi, & non restituisse. Quia, licet in hoc casu, illud peccatum numero multiplicetur, metaphysice loquendo; nihilominus tamen, non videtur necessarium declarare dictam interruptionem. Quia in Confessione (inquit) non est seruandus strictior rigor, & nimetas in explicando numero, quando sufficienter constat de statu poenitentis. Satis autem constat, cum quis fatetur, se per annum non recitasse; aut non restituisse, cum posset; licet non declaret, an haberit aliquoties animum recitandi, & restituendi; & alioquin molestum esset, & onerosum, & scrupulis plenum, maiorem obligationem imponere. Sic Granados, qui etiam citat Nauarrum, & Reginaldum pro hac parte. Quamuis contrarium expresse doceat Felix in Tentativa Complut. tract. 3. cap. 7. diff. 4. per totam, cum alijs, quos citat, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 95. Legatur infra disp. 3. §. 7. quæst. 6.

QUÆSTIO XIV.

An Ille, qui propter inueteratam peccandi consuetudinem, solum fassus est tempus, quo in peccato perseveravit, si postea numerum peccatorum recordetur, teneatur illum ex primis?

AFIRMABIT Hurtado, iuxta doctrinam, quam docet disp. 9. diff. 5. ut statim videbimus, & cum eo alij. Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia in illa confusa narratiōne, omnia peccata sufficienter fuerunt expressa, & direcētē absoluta. Sic expresse Sotus in 4. d. 18. quæst. 2. art. 4. Vbi de nostro, loquendo, casu, sic loquitur: At qui dum quispiam, sic tempus explicando confessus est, licet post modum in particulari, cuius piām recordetur peccati, non tenetur amplius illud confiteri; quia satis illud confessus est, cum dixit; quotidie similia perpetrasse. Sic Sotus, & ex illo Lopez par. 1. Sum. cap. 32. q. 2. pag. mibi, 182. Lugo disp. 16. num. 582. pag. 407. ex Vazquez quæst. 91. art. 1. dub. 5. num. 3. Vega 1. par. Summæ cap. 63. casu 22. col. mibi 636. & penes ipsum, Medina, Nauarro, Alcozer, Rodriguez, & Angles.

QUÆSTIO XV.

An, Qui explicuit numerum peccatorum, non omnino determinatum, sed sub illis verbis, v.g. decies, plus, minusve; teneatur postea accusare se, de undecimo peccato, si postea certo recordetur illius?

AFFIRMAT Hurtado loc. cit. Quia (inquit) sicut si in principio poenitenti certò constaret, se duodecim vicibus determinate fornicatum fuisse, aut iudicaret; se duodecim, paulo plus, minus ve, fornicatum fuisse, tenetur sic confiteri; sic etiam tenetur, post confessionem factam. Sic ille. Cuius sententiam referunt Lugo disp. 16. num. 80. pag. 320. & Diana 4. par. tract. 4. resol. 204.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia illa verba, plus, minus ve, ad minus, complectuntur duo, vel tria peccata, vt supra, quæst. 10. est habitum. Et sic docent Suarez tom. 4. disp. 22. sect. 5. num. 38. Vazquez loc. cit. dub. 6. Soto loc. cit. Sa verbo Con-

fessio. num. 32. P. de Ledesma in Sum. cap. 17. de Pœnit. concl. 2. pag. mibi 474. Lugo disp. 16. num. 78. & num. 581. pag. 319. & 407. sibi aliqualiter contrarius, & Diana loc. cit. Candidus tom. 2. disq. 24. art. 22. dubit. 6. pag. 44. Lopez 1. par. capit. 31. in principio. & communis.

QUÆSTIO XVI.

An Quando peccata pœnitentis sunt Confessario nota sufficiat dicere: Accusome de omnibus peccatis, quæ tu scis, me commissis?

NEANT summa Confessorum lib. 3. tit. 34. quæst. 191. & Vega 1. part. Sum. cap. 63. casu 41. & id esse valde probabile, haud obscure indicat Reginaldus lib. 6. num. 102.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere: Quia, per prædictum modum confitendi, sufficienter aperit poenitens sua peccata Confessario. Sic Nuar, de Pœnit. dist. 5. cap. Consideret. num. 62. Medina, C. de Confessio. quæst. 8 de Confessio. vers. si quæras. Sa, verb. Confessio. num. 37. & ibi Victorellus. Suarez disp. 22. sect. 6. num. 5. Vazquez quæst. 91. art. 4. dub. 4. nu. 6. Layman. tract. 6. cap. 9. num. 6. Lugo disp. 15. nu. 80. pag. 276. Bonacina loc. cit. num. 10. & apud ipsum, Reginaldus, & Zerola, & communis.

QUÆSTIO XVII.

An Faciens Confessionem generalem, possit omittere aliqua mortalia, alijs ritè confessas?

RESPONDEO. Posse: Quia nullus tenteretur repete peccata, à quibus iam olim fuit rectē absolutus. Unde licet poterit tacere peccata illa, quæ verecundiā, vel infamiam præ se ferunt. Sic Nuar. cap. Placuit. num. 112. & 122. Siluest. Sotus, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez præc. 2. lib. 3. cap. 3. num. 12. pag. 357. & Candidus, part. 2. disquisitio 24. art. 22. dub. 26. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 2. num. 14. & omnes.

QVÆS.

QVÆSTIO XVIII.

An Saltem, teneatur omnia peccata mortalia confiteri, qui Confessario dicit; se velle omnia peccata vita confiteri?

AFFIRMANT Victoria num. 153. alias, 166. Ledesma 2. par. 4. quæst. 3. art. 2. dub. 15. Reginald. lib. 6. nu. 97. pag. mibi, 296. & Vega cap. 63. casu 21. per hæc verba. Quando en semejante caso, el penitente dize al Confessor, que el quiere confessar todos los pecados mortales, que por todo el espacio de su vida ha cometido, que sin duda ninguna está obligado, debajo de pecado mortal a confessarlos todos, y esto está claro, porque de otra manera, en cosa tan grauissima, cometería pecado de mentira, y engañaría al Confessor. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, saltem sub mortali; etiam si, dedita opera, mortale aliquod taceat. *Quia*, quamvis in hoc casu, pœnitens, re vera, mentiatur; non est mendacium pertinens ad forum pœnitentiae, ideoque nullo modo falleret confessarium in re graui. Sic Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 2. in *Glossalit. D. pag. mibi*, 243. Diana 3. par. tract. 4. resol. 86. & Fagundez loc. cit. num. 12. & lib. 2. cap. 2. num. 3. qui addit; nec forte peccare venialiter, quia, nomine peccatorum omnium, venit maior numerus illorum, & ita adhuc venialiter non mentiretur, qui mortale aliquod tacceret; Lugo disp. 16. num. 56. pag. 315. & apud illum, Salas, & alij.

QVÆSTIO XIX.

An Qui iurauit, vel voulit facere confessionem generalem totius vitæ, vel anni; possit etiam, aliquod mortale, ex iam confessis, tacere?

RESPONDEO. Non posse. *Quia*, licet, nulla lege humana, possit quis ad stringi ad bis cōfita peccata, (vt late, & docte, vt solet, probat, contra non nullos, Nauar. in cap. *Fratres*, num 3. de Pœnit. dist. 5 & in cap. *Placuit*, num. 112. & seqq. de Pœnit. dist. 6. & in *Man. cap. 9. num. 1. D Thom. Palud. Gerson, Adria-* nus, & alij, apud ipsum) bene tamen potest,

sevoto ad id obligare; *Quia*, præuisa difficultate, ad quam se exponebat, suo proprio obligavit consensu. Sic expresse Nauar. in cap. *Placuit*. citato num. 115. & 118. Fagundez præ. 2. lib. 2. cap. 2. *Vinald. de Confessio. num. 66.* & alij, supra disp. 3. quæst. 51. ad ducti.

QVÆSTIO XX.

An, Qui scit, se peccasse mortaliter, sed dubitat, an illud peccatum sit confessus, teneatur illud confiteri?

RESPONDEO: Teneri. *Quia* constat de peccato, & de obligatione illud contendi; & solum dubitatur de confessione. Obligatio autem certa, dubia solutione non exhaustur. Sic *Granados de Pœnit. trat. 9. disp. 7. num. 8. Lugo disp. 16. num. 59. Aegidius de Pœnit. disp. 7. dub. 8. num. 68. Suarez disp. 22. sect. 9.* Adde, idem dicendum de illo, qui certo scit, se habere mortale, & non recordatur speciem illius; tunc enim, fateri debet, se deliquisse mortaleiter, etiam si, de eo in specie memoriam non habeat. Ut bene notat meus Nauar. in *Man. cap. 10. num. 17.* & ex illo *Naldus. verbo Confessio num. 2. & communis.*

QVÆSTIO XXI.

An In dicto casu, teneatur pœnitens dicere in Confessione; se dubitare; antale peccatum confessus fuerit?

AFIRMABIT forte *Luyfius centur. 4. Theolog. dub. 7. iuxta doctrinam*, quam ibi tradit, de qua statim. Sed longe probabilius Respondeo: Non teneri; sed satisfacere dicendo; se tale peccatum commisisse. *Quia*, pœnitens vere confitetur peccatum a se commissum. Quod autem fuerit illud confessum, nec ne, nihil, ut referat, refert. Sic *Suar. loc. cit. Aegid. loc. cit. dub. 8. in fine Bonac. disp. 5. quæst. 5. sect. 2. pag. mibi*, 208. & alij statim citandis.

(4)

QVÆS.

QUÆSTIO XXII.

An, Quando repetuntur in confessione mortalia semel confessa, debet poenitens explicare, se iam iterum confessum fuisse illa?

AFFIRMANT Luyfius loc. cit. & alij, quos, suppresso nomine, refert Lugo disp. 16. num. 46. pag. 314. Quia alias, Confessor deciperetur, existimans, illam esse materiam necessariam confessio- nis, cum re vera, non sit.

Sed probabilis Respondeo: Non tene- ri: nisi de novo adsit aliqua peculiaris cir- cumentia, quæ, ad id explicandum, cogat. Sic Lugo loc. cit. num. 47. Quia (inquit) peccatum idem est, siue illud, ante confessus fuerit, siue non: nisi forte mutatio temporis afferat secum circumstantiam specie diuer- sam: vt, si se accuset coniugatus de peccato contra castitatem commisso, quando erat solutus; nisi enim explicetur tempus, confessarius apprehendet speciem adulterij: quando vero peccatum idem est, non est, cur debeat explicari circumstantia temporis. Sic ille, & sic Thom. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 10. num. 71. Suarez scđt. 9. cit. Aëgid. disp. 7. (non 17. vt habes apud Lugum) disp. 18. num. 69. infine, & alij, statim citandi.

QUÆSTIO XXIII.

An, Qui facit confessionem generalem, & confiteratur simul aliqua peccata, post ultimam confessionem commissa; teneatur explicare, se talia peccata, post ultimam confessionem commissæ?

AFFIRMANT Aliqui, id teneri omni- no: quia alias, variaretur omnino iudicium Confessoris, putans illa peccata, iam fuisse olim confessa. Ita expre- se Luyfius dub. 7. cit. pag. mibi, 188. Qui ad- dit: sententiam contrariam esse improbabili- lem, & in praxi non tutam, sed potius perni- tiosam bonis moribus.

Sed huius censuræ adeo rigida (inquit Pater Lugo, eiusdem Societatis vir docti- simus) nullam prorsus rationem affert, nisi quod sape necesse est, explicare tempus, quo peccatum commissum est. Primò, si sit reseruatum, commissum à Religioso, quod

ab eod' em in seculo commisum, non est re seruatum. Secundò, si poenitens, nunc sit in proxima occasione peccandi, & iterum rela- bendi. Tertio, si poenitens habeat consuetu- dinem praesentem peccandi, debet illam ex- plicare, ut Sacerdos applicet illi medici- nam, & iudicet, an sit dispositus ad absolu- tionem.

Caterum excessit hic author in censura absque fundamento. Ad primum enim, & secundum, facile Respondeo, Tunc esse obli- gationem, non quidem dicendi, an sit confessus iterum illud peccatum, sed an sit re seruatum, vel an habeat occasionem proximam: quæ, quando potest relinquiri, arguit aliud peccatum, imo indispositionem præ- sentem, si non relinquitur. Ad Tertium, supponit falsum, quod poenitens ex se debeat dicere consuetudinem præteritam, nisi in terrogetur, cum iam peccata præteritaritè confessus est Hucusque Lugo, contra Luy- fium. Vnde.

Probabilius Respondeo. Nullo modo teneri poenitentem explicare, non fuisse ante confessum illa peccata. Quia, cum peccatum idem omnino sit, siue antea illud confessus fuerit poenitens, siue non; nec illa circumstantia temporis, variet vlo mo- do peccatum, non est, cur debeat necessario explicari.

Nec enim refert, quod confessarius in- telligat illa peccata, post ultimam Confes- sionem commissa, esse peccata antiqua. Quia licet hoc verum sit, poenitens tamen id non dixit: Nam licet poenitens videatur implice indicare, quod sint peccata anti- quæ: ipse tamen vere habet animum loquen- di in confessione generali, de peccatis no- uis, & de illis vult loqui, licet desideret non intelligi, quoad hoc, à confessario: nō enim est idem loqui obscure, ne intelligatur de illo, de quo loquitur, ac expresse negare: Nā in primo casu, verba vere significant id, quod vult confiteri, atque ideo desert pecca- tum verum: in secundo autem casu, verba non possent significare verum peccatum, sed falsum: in casu ergo proposito, peccata illa noua sufficienter explicata à poenitente sunt, & absolutio ex generali intentione ad illa relata: licet Confessarius, priuata exis- timatione, intellexerit esse peccata anti- quæ, & iterum confessioni subiecta. Sic Lugo disp. 16. à num. 49. pag. 314. & ex illo, ego. Bonacina disp. 5. quæst. 5. scđt. 2. §. 3. diff. 4. num. 5. Homo bonus, volum. 2. part. 5. responsio. 132. Diana 3. part. tract. 4. resol-

resol. 62. & 4. part. tract. 3. resol. 63. & alij.

QVÆSTIO. XXIV.

An licet pœnitenti, expresse confiteri peccata noua, ut antiqua?

AFFIRMATIVAM partem posse sustineri, videtur indicare Lugo loc. cit. nu. 52. Vbi questioni proposita, sic respondet; Ad hoc aliquis fortasse dicere, pœnitentem sufficienter declarare suū peccatum, etiam si expresse diceret; illud fuisse factum anno præterito, cum factum sit hoc mense; quia illa circunstantia, videotur else omnino extrinseca; sicut, si diceret, se, dum esset vestitus, odio habuisse Petru, cum tamen esset tunc in lecto nudus; nam odium idem est, & secundum se totum declaratur. Sic Lugo.

Sed mihi certissime Respondeo; Nec licere, nec sufficere talem cōfessionem. Quia pœnitens, qui dicit, se peccasse anno præterito, non hodie, vere non confitetur peccatum, quod fecit, sed aliud distinctum, quod nunquam fecit; faciet ergo ex hac parte, confessionem invalidam. Sic tandem in hanc partem inclinat Lugo loc. cit. num. 54. & credo esse communem omnium Theologorum.

QVÆSTIO. XXV.

An Quando, quis de peccato à se admissus dubitat, an fuerit mortale, aut veniale, teneatur illud fateri?

NE CARE videtur. Layman. tom. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 37. pag. mibi 12. Loquendo saltem, in confessionibus ordinarijs, & extra mortis articulum. Licet in fine concludat; se in hac re, nihil velle determinare, sed aliorum iudicio committere. Cuius sententiam dicit Ioan. Præpositus quest. 5. de integritate Confessio. dub. 3. nu. 117. esse speculatiue probabilem, sed non esse in praxi à contraria recedendum.

Sed, certissime fere, Respondeo: Teneri tale peccatum, ita dubie, sicut noscit pœnitens, confiteri. Quia Tridentinum *eff.* 14. cap. 5. & Can. 7. Sola peccata venialia a confitendi necessitate exclusit; ergo non

sunt excipienda peccata, de quibus est dubium, an mortalia sint. Sic S. Thom. in 4. d. 22. quest. 2. art. 3. ad 3. Palud. ibidem; q. 2. art. 3. consol. 3. num. 14. Siluelt. verb. Confessio. 2. quest. 2. nu. 3. Tabiena quest. 11. num. 12. Caict. eo. verb. cap. 1. in 4. conditio. Victoria num. 130. Nauar. cap. 9. nu. 14. Suarez disp. 22. secl. 9. Valentia disp. 7. quest. 9. punct. 3. Sa. verb. Confessio. nu. 7. Salas, Azor, Sayrus, quos, & alios, usque 39. Doctores citat, & sequitur Sanchez lib. 1. Summ. cap. 10. num. 66. Quibus addi possunt Fagundez præc. 2. lib. 3. cap. 4. nu. 2. pag. 358. Egidius disp. 7. dub. 8. concl. 2. Lugo disp. 16. num. 63. pag. 317. & alij.

QVÆSTIO. XXVI.

An, Si quis, post debitum examen, dubius maneat, an alicui peccato mortali confesserit, teneatur illud, ut peccatum dubium, confiteri?

NEGANT (modo supra dicto) Layman & Præpositus loc. cit. & Egidius loc. cit. num. 69. Eandemque sententiam videntur amplecti, Enriquez lib. 8. cap. 45. num. 3. in Glossa lit. P. Vbi ait; in dubio, an sit peccatum mortale, posse deponi practice eam conscientiam dubiam, & sic, id peccatum taceri in confessione: vt dubitans de voto, aut præcepto, non tenetur illis. Et Sa. Verb. Eucbar. num. 23. Vbi Joquens de dispositione ad illam requisitam, sic, in prima editione, ait: Non dicitur cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat. Sic ibi absolute. Licet, in editione correcta, haec addantur verba; sed non putat, practice dubium deponendo.

Sed certissime etiam Respondeo: Teneri pœnitentem ad prædictum peccatum, ut dubium, non ut certum, confitendum. Quia sic docet praxis, & usus totius Ecclesiae, cuius initium, credendum est, ab Apostolis dimanasse. Omnes namque fideles, ad cautelam, de huiusmodi peccatis, se accusant; nec aliter satisfacere suæ existimant obligacioni. Sic Sanchez, Suarez, & alij omnes, q. præced. citati. Vazquez 1. 2. quest. 19. art. 6. Diana 3. par. tract. 4. resol. 60. & 4. par. tract. 3. resol. 5. Vbi sententiam contrariam, improbabilem dicit, & citat adhuc pro nostra, Merollam, Sylvium. Homo bonum, Mercerua, Hurtadum, Fillicium, Fanustum, Turrianum, & alios. Citat etiam Emanuelem

Sa verbo Confessio. num. 7. (non 5. vt habes apud illum.) Et Enriquez lib. 5. cap. 4. infine, & bene. His addi etiam possunt Granados tract. 9. de Pœnit. disp. 7. num. 3. Frias in Sum. cap. 4. fol. mibi 43. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XXVII.

An. Qui Confessus est aliquod peccatum dubium, ut dubium, & postea recordatur certò illius peccati, debet illud iterum, ut certum, confiteri?

AFIRMANT Sanchez cap. 10. cit. numer. 6. 9. pag. mibi 95. Luysius de Torres, de Pœnit. quest. 9. art. 2. disp. 29. dub. 6. fol. mibi 71. Diana 3. part. tract. 4. resol. 91. pag. mibi 155. Hurtado disp. 9. (non 11. vt habes apud Diana, 3. par. loc. cit.) diff. 7: pag. mibi, 457. & alij communiter.

Sed probabiliter certe, Respondeo: Nō teneri. Quia quādō, quīs confiterit aliquod peccatum, ut dubium; tunc confessor, vere absoluit illum directe ab illo peccato, sub conditione implicita, nempē, si fuit peccatum: ergo licet postea certo constet, fuisse peccatum, non debet iterum ad iudicium illud deferre. Ad quid enim? non ad absolutionem directam obtinendam; cum iam directe absolutus sit ab illo. Neque, vt det certam notitiam Confessario; quia notitia talis, debet esse in ordine ad absolutionem, quā tamen, pœnitens iam non indiget: cum sit directe absolutus: ergo repugnat, quod absolutionem directam totius obtinuerit peccati, & quod adhuc sit obligatio deferendi iterum, illud idem peccatum ad iudicem pro obtinenda absolutione. Sic, hoc argumento, & alijs tribus validissimis, probat hanc sententiam Lugo diff. 16. sect. 2. §. 4. per totum. Licet in fine (num. 92.) Concludat, se nihil in hoc punto velle decernere, his verbis: Hæc faciunt pro hac parte, propter quæ, aliqui viri docti probabile iudicarunt, non teneri postea pœnitentem confiteri, ut certum, quod prius, ut dubium confessus fuerat. In quibus erat Reuerendissimus Pater Nicolaus Richardius Sacri Palatij Magister, cum quo priuatim rem hanc consulti, & ipse priuatim etiam respondit, valde probabile sibi videri, non ad esse talem obligationem; id, quod alij etiam iudicarunt. Caterum, quia in re morali, non est fa-

cile recedendum à communi sensu, & quia nullum iuuenio scriptorem pro ea parte, eos autem paucos, qui hoc attigerunt, vi- deo in contrarium inclinare, nolo ego in hoc punto, aliquid definire, sed securiorem patrē consulere. Sic Lugo. Qui certe, & bene poterat reperire scriptorem pro nostra sententia; illum enim, ego reperi citatum apud Dianam 4. part. tra. 3. resol. 5. pag. mibi, 110. nempe, Merollam tom. 1. disb. 2. cap. 3. dub. 2. coroll. 23. num. 557. & 559. Et aduertere; quod recedendo ab hac nostra sententia, ne recederet à communi; debet necessario recedere (vt facit) ab altera com- muni, docente; non teneri pœnitentem, qui fassus est, se decies, plus, minusve periurasse; casu quo postea recordetur, se periurasse duodecies; illa duo peruria denuo confite- ri, vt habitū est sup. q. 9. Ego enim; vt ab il- la communissima sententia, nō recederem; hanc sequi determinauit.

QVÆSTIO XXVIII.

An. Qui probabilit̄ opinatur, se non pec- casse mortaliter; aut mortale à se ad- missum, esse confessum; te- neatur illud con- fiterit?

AFIRMANT Nuñus in add. ad 3. par. quest. 9. art. 2. dub. 4. (non 5. vt apud Dianam, vbi infra, inuenies) pag. mihi, 509. Vbi pro hac parte citat D. Thomam in 4. diff. 17. quest. 3. art. 1. & 21. quest. 2. art. 3. & Palud. quest. 2. Ricardum diff. 16. art. 5. quest. 1. Sotum diff. 18. quest. 2. art. 4. Nuar. cap. 9. nu. 14. Victoriam num. 130. Idem docent Salas in 1. 2. tract. 3. quest. unicase 8. 5. n. 60. ad 4. & loquendo de se- cunda parte nostri quesiti, Aegidius diff. 7. dub. 8. concl. 1. num. 68.

Sed probabilius Respondeo: Non ten- teri. Quia liberum est uniuersitate sequi opini- onem probabilem; quæ sicut in alijs mat- terijs, sic etiam in hac, sufficit ad ob- servandum præceptum. Sic Sanchez loc. cit. 76. Suarez diff. 22. sect. 9. Granados tract. 9. diff. 7. num. 1. Fagunder præc. 2. lib. 3. cap. 4. num. 2. & 2. Diana 3. part. tract. 4. resol. 107. Lugo diff. 16. num. 58. pag. 216. & communis. Nec oppositum docent Vito- ria, & Sotus, pro opposita sententia citati: quia solum loquuntur de peccatis omni- no dubijs: imo & Nuar, in cap. sicutis au- tem num. 77. de Pœnit. diff. 7. in nos- tram inclinat sententiam, vt aduertit Sanchez loco citato.

QVÆS.

QVÆSTIO. XXIX.

An Saltem, qui probabilius indicat, se peccasse mortaliter, vel se non esse confessum tale peccatum, teneatur illud confiteri?

AFFIRMANT, à fortiori, Doctores, nuper pro prima sententia ad ducti, & absolute, Egidius loc. cit. & Fagundez, vbi supra num. 7. pag. mibi, 359.

Sed adhuc probabilius, Respondeo: Non teneri. Quia, adhuc in materia conscientiae, potest quis sequi opinionem probabilem. Et id omnino erit certum, si pœnitens de alijs peccatis confessionem faciat; quia hoc modo, nullatenus, se exponit periculo peccandi, vel damnandi. Sic Sanchez loc. cit. num. 76. & apud illum, Nauar. loc. cit. Suarez disp. 22. sect. 9. num. 6. Sylvius, quem citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 107. Enriquez, & Granado loc. cit. & alij.

QVÆSTIO XXX.

An, Liceat aliquando dimidiare confessionem; aut, non confiteri omnia mortalia?

RESPONDEO: Licet. Quia mortalities datur causa, quæ excusat ab obligatione præcepti de confitendo omnia mortalia, aut (quod idem est) integræ materialiter. Quia cum illud præceptum sit affirmatum, non obligat, tam stricte, vt pœnitens teneatur illud fernare, quamcumque necessitate urgente, aut præcepto contrario concurrente. Sic omnes Doctores, & Ecclesiæ praxis, & usus.

Legantur Beccanus cap. 37. q. 3. & alij statim citandi.
(?)

QVÆSTIO XXXI.

An Infirmus, qui ob mortem imminentem, non habet tempus confitendi omnia mortalia, possit audito uno, aut altero, à confessario absolvitur?

NEGATIVAM sententiam esse probabilem, indicat Victoria num. 164. fol. mibi 134. dum Iolum, probabiliorem contrariam, dicit.

Sed certissime Respondeo: Posse. Quia integritas formalis confessionis, solum est igit, quod dicantur ea peccata, quæ moraliter loquendo, hinc, & nunc, dici possunt: ergo multa possunt omitti, propter impotentiā moralē infirmi. Sic Suar. diff. 23. se ct. 1. Vazquez q. 91. art. 2. dub. 1. num. 1. Enriquez lib. 5. cap. 12. (non 22. vt habes apud Lugum) num. 3. Bonacina diff. 5. q. 5. se ct. 2. punct. 2. §. 4. diff. 4. num. 18. Lugo diff. 17. num. 1. & Granado tra ct. 9. diff. 5. num. 19. Coriolanus de casib. reseru. part. 1. se ct. 3. Vbi de decima conditione confessionis, num. 5. Beccanus loc. cit. & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An Infirmus, qui, nimis in dicendis peccatis, fatigatur, possit etiam dimidiare confessionem?

NEGANT aliqui, quibus, non nihil, facuet Lugo loc. cit.

Sed probabilius Respondeo: Posse dimidiare illam. Sic Coriolanus de casib. reseruatis loc. cit. nu. 8. fol. mibi 269. Vbi ait: si infirmus nimis fatigatur in explicazione peccatorum, & dixerit Confessarij; Pater ego sum valde fatigatus, relinquentus confessionem in posterum, quia adhuc restant alia peccata confitenda, sed accusatio me de ijs, quæ tibi, Pater, confessus sum, & de multis, quæ nunc dicere, nō valeo, peto a Deo veniam; tunc absoluendus est statim, ne forte morte præuentus, sine absolitione decedat. Sic ipse, & ante illum, Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 3. lit. M. (non L. vt habes apud Lugum, & Bonacinam) & apud ipsum, Sotus Alcozer, & Medina. Bonacina loc. cit. num. 19. & communis.
(.c.)

QVÆSTIO XXXIII.

An, In predictis casibus, possit pœnitens à Confessore absolui, audito solo uno peccato veniali?

NE GANT Suarez disp. 23. sect. 1. Bonacina loc. cit. num. 18. & apud ipsum, Reginaldus, & Nuñus, Granados loc. cit. num. 20. Lugo loc. cit. num 1. pag. 423. & alij communiter, dicentes; in predictis casibus, debere pœnitentem fateri prius aliquod mortale non confessum, licet non sit ex grauioribus; & si tempus super est, post absolutionem acceptam, prosequi confessionem, & confiteri alia peccata.

Sed probabilius Respondeo; Posse absoluiri, saltem in primo casu proposito quæst. 31. Quia sufficientem materiam Confessionis præbuit. Sic Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 2. pag. mibi 243.

QVÆSTIO XXXIV.

An, Qui tempore pestis, naufragij, subiti prælij, aut incendiij, non possunt commode omnia peccata fateri, possint dimidiare Confessionem?

NE GANT Nauar. lib. 5. consil. 13. de Pœnit. & remissio. fol. mibi 160. & Rodriguez in additio ad Balam, §. 9. num. 124 docentes; in ijs casibus teneri pœnitentes integre de omnibus mortalibus fateri.

Sed longe probabilius Respondeo; Posse dimidiare confessionem, imo, ex charitate, ad id teneri. Sic Vazquez quæst. 91. (non 95. vt habes apud Dianam, vbi infra) art. 2. dub. 2. num. 2. pag. mibi 288. Vbi ait; in tali casu, non solum posse; verum etiam teneri Sacerdotem ex misericordia, vt alijs sustineat, possit, confessionem non perficere: imo si ipse non vellet, quia forsitan scrupulo detineretur, aut aliade causa; pœnitens, qui videtur aliorum periculum, posset non perficere confessionem, imo teneretur, quia teneretur alij succurrere, nec detinere Sacerdotem. Sic Vazq. & ex illo Diana 2. part. tract. 16. resol. 43. & 5. part. tract. 3. resol. 74. Suarez disp. 23. sect. 1. Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 3. Egidius disp. 7. dub. 9.

num. 74. Villalobos tract. 9. diff. 23. num. 6. Becanus cap. 37. quæst. 2. num. 5. Lugo disp. 17. num. 19. & 20. & alij.

QVÆSTIO XXXV.

An Confessarius, qui probabiliter timet, non posse, absque infectionis periculo, audire integrum Confessionem agroti, possit illum absoluere, auditio uno, aut paucis peccatis?

NE GANT Philibertus Marchinus de peste. part. 3. cap. 4. num. 5. & alij, docentes; debere Confessarios integrum confessionem audire.

Sed probabilius Respondeo; Posse illum absoluere in eo casu, non audita integrum confessionem. Quia sicut excusat pœnitens ab integritate confessionis, quando ex illa timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris; ita etiam excusat Confessor ab audienda integrum confessionem, ex qua sibi mortem, aut morbi contagium timet. Sic Zambranus de Pœnit. cap. 4. d. b. 6. n. 12. quem refert, & sequitur Diana 5. part. loc. cit. Suarez, & Vazquez, & Becanus loc. citatis. Granados tract. 9. disp. 5. sect. 3. num. 20. pag. mibi, 1250. Egidius loc. cit. num. 75. Lugo num. 1. pag. 423. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 13. num. 4. Hurtado disp. 9. diff. 10. Ioan. de la Cruz part 2. de Sacram. pœnit. quæst. 3. dub. 5. concl. 3. Fillius tract. 7. cap. 5. num. 118. Bonacina loc. cit. num. 13. & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An Confessarius, qui postquam cœpit audiire alicuius Confessionem, morbo corripitur, & timet, se moriturum, atermine Confessionis, possit statim absolutionem dare?

AFFIRMANT absolute Sotus in 4. diff. 18. quæst. 2. art. 5. & alij, quos, super nomine, refert Lugo disp. 17. num. 2. pag. 423. & fauet Becanus loco citato.

Sed, probabilius, sub distinctione, Respondeo; Posse videlicet, tunc Sacerdotem absoluere pœnitentem à peccatis, quæ iam audiuit, si alius confessor nō adsit; aut timeatur, quod pœnitens, diu hoc Sacramento carebit;

bit; secus vero si adsit, aut pœnitens comode non posset ad alium recurrere, cui integre confiteatur. Sic Vazquez, & Lugo loc. cit. & communis.

QUÆSTIO XXXVII.

*An, Sacerdos, qui caput audire confessio-
nem agroti, & non absoluit, quia conauit
perficiendam die sequenti; possit postea
cum absoluere, si inueniat
illum sensibus desti-
tutum?*

RESPONDEO: Posse. Quia vera datur ibi confessio pœnitentis, iacet materialiter non integræ; Sic Chapeauilla & Zambranus, quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 3. resol. 6. Lugo disp. 17. num. 6. pag. 423. & communis omnium.

QUÆSTIO XXXVIII.

*An Sacerdos, etiam possit absoluere pœni-
tentem, qui nullum peccatum in particulari
confitetur, sed in genere, dicendo se
multa peccata commississe; si
postea sensibus desti-
tutus?*

NEGANT Nauar. cap. 26. num. 27. & 28. Sotus dist. 18. quæst. 2. art. 5. (non 6. vt habes apud Dianam vbi infra) ad 1. pag. mibi, 374. Archangel. dist. 17. pag. 200. col. 1. Canus, Ledetma, & Abulensis, quos refert Vazquez quæst. 91. art. 2. dub. 1. num. 2. Conradus, Nuñus, Albarez, Auila, Graffis, Angles, & alij, apud Dianam loc. cit. resol. 1.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Posse. Quia valor huius Sacramenti, optimè potest stare, non explicatis omnibus mortalibus, maximè, quando ob impotentiam pœnitentis, non explicantur; ergo etiam erit validum Sacramentum, quando ob eandem impotentiam, non explicantur species peccati in particulari. Sic D. Antoninus, Medina, Corduba, Angelus, Siluester, & Ricardus, quos referunt, & sequuntur Vazquez loc. cit. num. 3. Suarez disp. 23. sect. 1. Salas 1. 2. tract. 8. quæst. unicæ sect. 5. num. 16. Egidius disp. 7. num. 97. Luyfius quæst.

9. de pœnit. disp. 20. dub. 2. Lugo disp. 17. num. 8. Hurtado aisp. 3. diff. 3. & alij quam plures, quos refert, & sequitur Diana loc. cit. Beccanus cap. 37. quæst. 2. concl. 1. Valentia, & alij, penes ipsum. Quibus addi potest Felix in sua Tentativa Complut. tract. 4. cap. 3. diff. 10. num. 1.

QUÆSTIO XXXIX.

*An, agrotus, qui in articulo mortis
solum dixit veniale in com-
muni, possit ab-
solui?*

NEGBVNT, & à fortiori, Authors primæ sententia, qualit. præcedenti, citati. Sed probabilius Respondeo: Adhuc posse, & debere. Quia sicut peccatum mortale in communi, est materia sufficiens absolutionis, & aliquando necessaria; ita erit veniale in communi. Sic Lugo loc. cit. num. 21. & alij citati.

QUÆSTIO XL.

*An, Possit absoluiri Sacerdos, qui, dicta
confessione generali in princi-
pio Missæ, statim est
sensibus desti-
tutus?*

NEGANT Lugo loc. cit. num. 23; & Layman lib. 5. tract. 6. esp. 3. num. 4. pag. mibi, 115. & Diana loc. cit. r. sol. 2.

Affirmat ècontra Philibertus tract. de peste part. 3. cap. 13. num. 15. Sed probabilius Respondeo. Non posse quidem absolute, virtute illius Confessionis, cum non fuerit Sacramentalis; posse tamen, sub conditione. Sic eebent docentes à fortiori, Molfeisitis, Homo bonus, & alij quæst. 46. cit. tandem.

QVÆSTIO XLI.

*An. Qui nul'um peccatum confitetur, sed nūtibus, & signis, aut verbis, tantum, querit
a Confessario al foliō iōnēm; dicendo
e.g. se velle confiteri se dolere
de peccatis posse
absolui*

NE GANT Doctores, propria sententia quæst. 38. adducti. Quia ex stimant in præsenti casu, nullam adesse materiam confessionis, cum nullum peccatum in particulari peccator exprimat.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia illa verba, aut signa, etiam sunt confessio peccati, saltem ingenere. Quod in præsenti sufficere mihi plusquamprobabile est. Nam (vt bene Lujo) qui confessionem petit, & id confessatio manifestat, vel dolorem de peccatis, vel quid simile, iam illi manifestat, se peccasse, & velle in foro Sacramentali sententiam obtainere, quare iam ponitur Confessio, e modo, quo potest. Sic Lugo num. 26. & docent omnes DD. pro nostra sententia, ubi supra, adducti. Præcipue Bécanus loc. cit.

QVÆSTIO XLII.

An Sacerdos, qui videt infirmum sensibus defitutum, peccatus suum tundere, oculos in cœlum leuare; dicere, Miserere mei Deus, &c. Posset eum absoluere, licet non petierit confessio nem?

NE GANT Suarez disput. 23. sect. 1. num. 13. (non 11. vt citat Diana) Vbi sic ait: Quantumuis infirmus, se ostendat devotum, & contritum, si nullam fecit mentionem Confessionis, & in eo statu sensum amittat, non potest Sacramentaliter absoluī, quia illa contritio, non est relata ad claves, neque ibi interuenit aliqua confessio, etiam generalis. At vero, cum exhibet illa signa petendo confessionem, sen vocando Sacerdotem, iam est materia sufficiens. Sic ille, & sic Vazquez dub. 1. cit. num. 1. Bonacina disput. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. num. 9. (non 6. vt habes apud Diana) Megala, Ioann. Franciscus Suarez, &

Thomas à Iesu, quos afferit Diana 3. part. tract. 3. resol. 2.

Sed probabilius Respondeo: Posse illum absoluere, saltem sub conditione, si es capax, vel, si possum. Quia signa pœnitentia, quæ mortis articulo ab infirmis eduntur, semper censeri debent ad Sacramentalem solutionem directa: ergo. Adde, quod, quoties dubium est, an prædicta signa oriuntur ex contritione, an potius, ex angustia mortis, potest solutionis sub conditione impendi: ergo à fortiori, quando dubium solum est; an illa signa exhibeantur, aut non exhibeantur, in ordine ad confessionem. Sic Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 4. Zambranus de casibus in tempore mortis cap. 4. dub. 2. sect. 4. Pharaonius de Penitent. tract. 1. sect. 16. casu 15. Diana, ubi supra, resol. 2. & 3. Ioann. Sancius in selectis disp. 44. num. 35. Lugo disp. 17. num. 29. Filiucius num. 121. & Reginaldus lib. 8. num. 27. qui & citat Suarium (loco à nobis citato) pro hac parte; sed male, vt vides; & Enriquez lib. 4. cap. 9. (per errorem 1.) in fine. Et lib. 6. cap. 10. §. 7. Vbi sic ait: In mortis articulo, si pœnitens exprimere non possit speciem, aut numerum peccati in particuli, & tamen ostendat signa peccatorum in communi, & pœnitentia, tollendo manus, percutiendo peccatum: aut si dixit, peccavi, vel miserere mei Deus, & tu pater; aut si petit confessionem: quidam negant absoluendum: quasi Christus instituerit solutionem, quæ est sententia iudicis, non proferendam, nisi procedat certi peccati in specie expressa confessio: At probabilior est, & in præsencia, & sequenda ea sententia, sapientum authoritate, vsu & rationibus munita, vt tunc peccatum expressum in genere sit materia sufficiens solutionis. Quod si trepidet confessarius, absoluat, saltem, addita conditione, si possum. Sic Enriquez.

QVÆSTIO XLIII.

An Confessarius possit absoluere agrotum, qui in eius absentia confessionem petit, aut signa Pœnitentia exhibuit?

NE GANT, & à fortiori, omnes, quos q. 38. retulimus, necnon Aluar. in 1. 2. disp. 80. pertotā Petrus Fay,

Fay, Coquetius, Lusius Turrianus, Lau-
tius, & alij, quos citat Diana loc. cit. re-
sol. 4.

Sed probabilius Respondeo: Posse; imo,
& debere, illum absoluere. Quia sic expre-
se habetur in Concilio Arasicanus 1. cap.
12. & in Carthag. 4. can. 76. & in Epistola
89. S. Leonis Papæ, & postea in Rituali Ro-
mano Pauli V. edito anno 1615, in titibus
de Sacram. Pœnitentia, his verbis: Si inter
confitendum; vel etiam, antequam incipiat
confiteri, vox, & loquela ægri deficiat, nut-
ribus, & signis conetur Sacerdos, quoad
eius fieri poterit, peccata pœnitentis cog-
noscere; quibus ut cumque, vel ingenere, vel
in specie cognitis, vel etiam si confitendi
desiderium, sive per se, sive per alios ostende-
rit, absoluendus est. Sic Summus Pontifex;
vbi expresse, non solum permitit, sed præci-
pit omnibus Parochis, absolutionem in casu
dicto, impendere. Sic etiam expresse D. To-
mas opusc. 65. §. de Extrema Unctione. D.
Anton. 3. par. tit. 10. cap. 2 Silvester. Con-
fessor. 3. num. 16. Palud. dist. 21. q. 2. art. 2.
concl. 2. Ioan. de la Cruz part. 2. Summa de
Pœnit. quest. 3. dub. 3. concl. 2. Suarez disp.
2. 2. se. 2. 1. Vazquez quest. 91. art. 2. dub. 2.
Valentia. disp. 7. quest. 11. punct. 1. Sa.
verb. Absolutio. num. 10. Montesinos in 1.
2. disp. 29. quest. 5. num. 176. Lugo disp.
17. num. 44. Basilius Pontius lib. 4. de ma-
trim. cap. 25. num. 8. Fillius tract. 7.
num. 122. Corduba, Nadus, Megala, Mol-
fesius, Fagundez, Thomas à Iesu, Coriolanus,
& alij innumeri, quos referit, & sequitur
Diana 3. par. tract. 3. resol. 4. Qui bene cum
Sancio dis. 4. 4. num. 35. addit, in proposi-
to casu, sufficere unum testem de signis, aut
petitione confessionis attestantem, adminis-
trandumque esse, sub conditione hac: si ve-
rument, te signa pœnitentia offendisse: ego te
absoluo à peccatis tuis. Sed de hoc infra.

QVÆSTIO XLIV.

An Sacerdos possit absoluere monibundum
quando ij. qui testificantur de petitione
Confessionis, non audierunt ab
ipso infirmo, sed ab alijs, qui
ab infirmo audie-
runt?

NEGBUNT Doctores saxe citari
pro parte contraria quest. 38.
Sed probabilius Respondeo: Posse.

Quia ad absoluendū in periculo mortis, suf-
ficiens est notitia mediata, qua ex testibus
mediatis haberi potest: quod optime probat
Lugo loc. cit. num. 81. pag. 437.

QVÆSTIO XLV.

*An Possit absoluere monibundus sensibus
destitutus, si testes, non coram ipso in-
firmo, de petitione confessionis,
testimonium Sacerdoti
ferant?*

NEGBANT, quam plures Doctores,
quos affert, & sequitur Diana 3.
part. tract. 3. r. sol. 7. eximiantes,
esse de necessitate Sacramenti Pœnitentia,
ut tam Confessio, quam absolutio, fiat;
præsente pœnitente, & Confessario, ut constat
ex decreto Clem. VIII.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Pos-
se absoluere Sacerdote præsente, licet tes-
tes non repetat testimonium coram ipso infirmo.
Quia, quāvis, dicta, per testes, Confessio, fa-
cta fuerit in absentia, tamē postea absolutio
datur in præsentia pœnitentis, quod sufficit,
& ad valorem Sacramenti, & ut non fiat contra
decreterum Clem. VIII. Nam illa Confessio
facta à pœnitente per testes, non est Confessio
stricta, sed magis vniuersaliter sumpta, que
in defectum rigorosa confessionis accepta
tur ad proferendam sententiam absolutio-
nis. Decretum autem Clem. VIII. solum lo-
quitur de confessione stricta accepta, que
fieri nequit, nisi in præsentia confessarij. Sic
Bonacina disput. 5. quest. 5. sect. 2. punct. 2.
§. 4. diff. 4. num. 10. in ultima impresio-
ne, nam alias, contrarium terruit senten-
tiam. Fillius. tract. 7. num. 122. Mure 3.
part. Summa cap. 6. §. 6 num. 50. Zam-
branus cap. 4. dub. 2. sect. 5. num.
31. Lugo disput. 17. num.
§. 5. pag. 438. &
alij.

QUÆSTIO XLVI:

An. Confessarius possit absoluere, sub conditione, moribundum, sensibus destitutum, qui nec confessionem petiet, nec signum pœnitentiae dedit?

Vide p. Martinus de Ispagh in numero. 16 de Iugno 16 an 9. fol. 144 ex 245

NE GANT communiter Doctores. Primo. Quia omnia decreta Pontificum, & Conciliorum id concedunt, supposita conditione hac; nempe, quod infirmus, qui loqui non potest, Sacramentalem absolutionem verbis, aut signis petierit.

Secundo. Quia ex Trident. sess. 14. cap. 9. Absolutio est actus judicialis: at iudicium, non potest exerceri, ubi nulla est accusatio; seu imploratio officij judicis externa, & sensibilis ergo. Confirmatur, Quia Minister huins Sacramenti est index: at iudex nequit procedere, nisi accusator præcedat, qui, vel in specie accuset de delicto in particulari, vel imploret eius officium: ergo necessario debet dari ex parte pœnitentis, post peccatum commissum, aliqua voluntas sensibiliter manifestata, qua accuset, vel imploret officium judicis; alias proferretur sententia absque illo processu. Sic tenent Vazquez quæst. 91. art. 2. dub. 1. num. 1. pag. mibi 280. dicens: nullum esse, qui contrarium dixerit; Suarez disp. 2. 3. se Et. 1. num. 13. pag. mibi 554. Enriquez lib. 6. cap. 10. num. 9. pag. mibi 285. Aegidius disp. 5. num. 18. pag. mibi 430. & disp. 7. num. 96. dicens: contrarium, non videtur probabile. Layman tract. 6. cap. 12. num. 4. pag. mibi 114. Luyssius de Pœnit. quæst. 9. art. 2. disp. 30. dub. 1. ad 3. fol. mibi 73. Lugo disp. 17. num. 39. pag. mibi 429. dicens: hanc opinionem esse certam. Reginaldus, Bellocius, Pitigianus, Fay. Malderus, Naldus, & alij, quos referunt, & sequitur Diana 3. part. tract. 3. resol. 8. & 4. part. tract. 4. resol. 92. Quibus nouissime adhæret Fr. Franciscus Felix in sua tentativa Complut. tract. 4. cap. 3. diff. 10. num. 1. dicens, contrarium esse improbabile.

Affirmant nihilominus, non nulli alij docentes: posse Confessarium, dictum moribundum absoluere, etiam si iste, nec confessus fuerit, nec confessionem petierit, nec signa doloris in periculo, dederit, dummodo prius Christiano more viueret, Sacramenta frequentaret, bonus, & fidelis estimaretur.

Et probant Primò, Authoritate Clementis VIII. viri prudentissimi, qui (vt fertur) hac opinione, aliquando usus fuit in praxi: cum enim quidam ex fabrica Sancti Petri præcepit ruisset, illumque cadentem Pontifex vidisset, absolutionem ei dedit, dicens: Si es capax, absoluote à peccatis tuis! Quod Pontificis factum, si est verum (quod negat Lugo) magnam probabilitatem tribuit huic sententia.

Secundò, nam absolutio sub conditione potest dari, quando dubitatur, an poenitens habeat usum rationis, vel an ea, qua confitetur, sint peccata: ergo, eodem similiter modo, poterit dari, quando talis, nullum signum dedit contritionis, cum possit esse, quod interius habeat atritionem, qua ad esse etum Sacramenti disponatur, si absolvatur.

Tertiò. Quia ad recipienda, in articulo mortis, Sacraenta Eucharistia, & unctionis, sufficit, quod per Christianam vitam, quam quis habebat, ostenderit implicite voluntatem recipiendi ea Sacraenta in illo articulo: sed per similem vitam, non minus ostendebat voluntatem recipiendi absolutionem Sacramentalem in illo articulo: ergo illa voluntas sufficiet ad dandam absolutionem, cum possit haec dari ei, de quo constat voluisse confiteri, ut supra ostensum est.

Quartò. Quia in necessarijs ad salutem, tertia pars est amplectenda: ergo, cum alias, irreuerentia Sacramenti, & sacrilegij periculum:rum conditione in absolutione apposta, & authoritate Doctorum, hanc sententiam tuerintur, cesseret, omnino illa amplectenda est. Et ita sentiunt Molfesius in Summa tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 48. & 49. pag. mibi 365. & apud ipsum, Lotherius, (qui sibi dixit, suarum Romæ, hanc opinionem sequutum fuisse) Salmeron, & Lupus. Homo bonus in exam. Ecclesiæ part. 1. tract. 7. cap. 18. quæst. 84. Antonius de litteratis in Summa part. 1. cap. 35. num. 7. Bartholomeus à Sancto Fausto tom. 1. lib. 4. quæst. 204. Jacobus Bayus Louaniensis, in institutio Relig. Chrift. lib. 2. cap. 91. Turreblanca lib. 14. Practicar. cap. 11. num. 14. pag. mibi 407. Vbi sic ait. Moribundo enim sensibus destituto, quamvis peccatum nullum pronuntiauerit, nec confessionem petierit, nec signa contritionis dederit, potest, & debet confessarius eum absoluere, saltem sub conditione, Si es capax absoluote, ut accute tradidierunt Molfesius tom. 1. Sum. tract.

tract. 7. cap. 5. num. 48. Homo bonis (*loco anobis cit*) Suarez *disp. 23. sect. 1. num. 15* & Vazquez *quest. 91. art. 2. dub. 1. nu. 53.* Sic Torrebianca. (*Sed quam male citet pro hac parte, hic Author, Suariū & Vazquiū nullus ignorat*) Tandem hanc sententiam tenuit Alexander Ludouisius Archiepiscopus Bononiensis, & postea Sum. Pontifex Gregorius XV. in memoriali confessariorum, edito Bononia, *cap. 1. de forma Sacram. Pœnit. num. 16.* Vbi præcepit ita in praxi obseruari.

Ecce, mi lector, pro vtraque parte, Doctores, & argumenta, quorum authoritate, & vi considerata, mihi in hoc difficillimo punto, sic respondendum videtur. Quod scilicet, quamvis prima sententia speculativa, sit longe verior, longeque probabilius, secunda; hac tamen, quia non caret probabilitate (ut ipsemet Diana, merito fatetur) in praxi, obseruari debeat, & practicari (quod ego Romæ, in occurrenti casu, semel, & iterum feci, nec pœnituit) ut ex statim dicendis constabit.

QVÆSTIO XLVII.

An Confessarius, non solum possit, sed debet absoluere moribundum, in casibus supra dictis, etiam si contraria sententiam tueatur?

NEGLANT debere, sed potius aiunt, licet posse, non absoluere moribundum in predictis casibus, non nulli Authores contraria sententia, præsertim Alvarez *disp. 80. nu. 55.* & Coquetius apud Lugum *loc. cit. nu. 87.* Garcia *tom. 2. de benef. part. 11. cap. 5. §. 4. num. 360.*

Sed longe probabilius Respondeo: Et licet posse; & debere. Quia sententia, que docet in predictis casibus, posse moribundum sub conditione absoluere, est adminus probabilis, cum pro se habeat, quam plures, & graues Doctores; ergo tuto, & licite, potest confessor eam amplecti: ergo ad id tenebitur: patet; quia quotiescumque potest quis, absque graui incommmodo succurrere periclitanti, circa æternam salutem, ad id teneatur: Sed sic est, quod Sacerdos potest professe moribundo, illum à peccatis absoluendo, absque suo graui incommodo: ergo.

Confirmatur hæc ratio. Nam Sacerdos absoluendo moribundum in dictis casibus,

nulli periculo se exponit; cum operetur ex sententia probabili: rursus, non infert aliquam iniuriam Sacramento, tum ob rationem dictam; tum etiam, quia apponendo conditionem, omnis aufertur iniuria. Ex alia autem parte, non absoluendo illum, exponit periculo damnationis proximum, qui forte non salvabitur ergo debet, & tenetur absoluere. Sic Suarez *disp. 23. sect. 1. num. 15.* Vazquez *quest. 91. art. 2. dub. 1. num. 58.* Egid. Cruz, Megala, Luysius Turrianus, Sylvius Fillius, & alij, quo scit, & sequitur Diana *3. par. tract. 3. resol. 9.* Lugo *disp. 17. num. 87.* & alij. Qui licet expresse solum loquantur in casibus, *quest. 43.* & duabus sequentibus, propositis; tamen eorum argumenta (que sunt à nobis relata) idem esse dicendum in casu *quest. 46.* proposito, facile demonstrant.

QVÆSTIO XLVIII.

An Quando Confessarius, ex opinione probabili, absoluere moribundum, possit illum absoluere absolute, & sine hac conditione; si possum; si capax es?

AFFIRMANT Vazquez *quest. 91. art. 2. dub. 1. num. 39.* Sancius *disp. 44. num. 32.* Diana *loc. cit. resol. 10.* Lugo *loc. cit. n. 90. pag. 439.* docentes: in casu positivo, supra *quest. 41.* & *43.* superfluum esse præfatam addere conditionem.

Negant vero alij existimantes: necessarium esse absolutionem præbere, sub conditione illa, saltem mente concepta. Sic Suarez *loc. cit. num. 12.* & alij.

Ego vero Probabilis, seu clarius Respondeo: Posse absque expressa conditione absoluere, casu, quo detur opinio probabilis, quod absolute possit; non vero, casu quo talis opinio non sit, sed solum, quod possit dari sub conditione, ut constat ex *quest. 46.* nuper proposita.

QUÆSTIO XLIX.

An Possit quis, aliquid mortale, vel circumstantiam tacere, propter damnum graue, quod sibi, vel alteri, timet?

REPONDEO: Posse; dummodo habeat necessitatem confitendi; & non solum confessorem, cui integre, & absque periculo, suum valeat confiteri peccatum. Quia in eo casu, censetur pœnitens mortaliter impotens ad confitendum illud peccatum; vnde, illo prætermisso, optime poterit, & tenebitur, instante præcepto confitendi, reliqua mortalia explicare, & ab eis absolutionem obtinere; dummodo, habeat propositum confitendi peccatum omissum, celsante dicto periculo, suo tempore.

Hinc sequitur, quod quando fœmina prudenter, & ex graui fundamento, timet confessarium esse scandalizandum, aut ab eo sollicitandam, si aliquod carnale peccatum ipsi fateatur, optime possit, imo debet, tacere tale peccatum. Rursus; si pœnitens cognoscit confessarium reuelatum esse aliquod peccatum, debet etiam ipsum tacere; sicut, & debet in casu, quo ipse occulte occidisset fratrem Confessarij; aut habuisse rem cum matre, sorore, aut alia propinquia illius, & si illud peccatum confiteretur, statim coniceret confessarius, eum esse reum. Sic sentiunt communiter DD. Suarez disp. 22. sect. 2. Nauar. cap. 3. num. 7. Bicanus cap. 37. q. 2. concil. 4 Soto dist. 18 quæst. 2. art. 5. Granados tract. 9 disp. 5. Filliuc. tract. 7. num. 124. Lugo disp. 16. num. 526. Reginaldus lib. 6. cap. 5. seß. 4. per totam, & communis.

QUÆSTIO L.

An, Qui unam tantum mortale habet, & de eo timet periculum dictum; teneatur ad confitenda venialia, si insit præceptum Confessionis?

AFFIRMANT Granados loc. cit. num. 23. n. 19. mibi 1251. & alij. Sed probabilius Respondeo. Non teneri, per se loquendo. Quia non est præceptum confitendi venialia, sed mortalia. Dixi autem, per se loquendo; quia per accidens teneretur quidem in mortis articulo, propter

periculum damnationis æterræ, quod subit, si forte non habeat veram, & perfectam contritionem: & etiam in casu, quo deberet suscire Eucharistiam, aut aliquod aliud Sacramentum, & solum haberet attritionem, ut sic, saltem in directe, obtineret gratiæ, & fieret capax ad illa Sacraenta recipienda. Sic Nauar. in Man. c. 7. & ex illo, Reginald. lib. 6. num. 159. Suarez disp. 23 seß. 2. num. 6. Lugo disp. 16. num. 531. pag. 397. & apud ipsos, de quo interum tract. de Euchar.

QUÆSTIO. LI.

An, Qui, propter aliquod damnum, taret aliquod mortale, & confitetur alia; debeat procurare habere contritionem perfectam de illo peccato, quod taret?

RESPONDEO: Non debere necessario. Quia sufficit habere attritionem de illo, sicut de alijs, quæ confitetur, peccatis. Sic Lugo loc. cit. nu. 533. dicens: esse sententiam omnium.

QUÆSTIO LII.

An habens tantummodo unum mortale, de quo timet dictum periculum, seu damnum, teneatur illud in genere confiteri?

NEGAT Bonac. disp. 5. q. 5. seß. 2. punct. 2. §. 4. diff. 4. num. 15. per hæc verba: Respondeo, præciso mortis articulo, non posse tale peccatum in genere confiteri, quia non potest ullam excusationis causam afferre Confessario, cur ita in genere confiteatur peccatum, sicut potest afferre, qui nouit se mortaliter peccasse, sed non amplius recordatur speciei peccati. Ita Suarez disp. 23. seß. 2. nu. 6. & idem à fortiori videtur sentire Vazquez, & alij apud Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 5. Hucusque Bonacina.

Sed probabilius Respondeo: Non solum posse; verum etiam teneri, si illud confiteri possit in genere, aut in specie non completa, & absque periculo. Quia iam (inquit Lugo) tunc se haberet, sicut qui recordatur, se fecisse aliquod peccatum mortale, & fortasse in tali genere; sed non recordatur speciei, qui certe teneretur illud confiteri. Quare etiam in nostro casu esset bonus modus confitendi dicere; recordor cuiusdam grauius pecca-

peccati, quod feci, & non occurrit mihi prouincia, quale fuerit; hoc enim verum est, intelligendo de notitia, quæ deseruire possit ad confitendum illud, hic, & nunc, absque periculo. Huc que Lugo. Quia tamen, nullum citat authorem pro opposita parte; posset tam citare Bonacinam, & Suarium: (non Vazquium, ut male Bonacina.) Nostram tamen tuetur Enriquez, lib. 5. cap. 9. num. 2. per hæc verba; Vbi graue malum timetur, si declaretur ea cuncta speciem mutant, tacenda quidem est in particulari, ut dicetur, §. 5. & tamen confitendum est genus peccati externi, ut (v. g.) quod fornicatus est, tacita circumstantia sacrilegij, aut incestus: aut certe exprimat confessum internum totius speciei, ut se concupuisse matrem, nam huiusmodi confessione alter complex infamiam non incurrit. Sic Enriquez. Et id ipsum, ex illo, docet Reginald. lib. 6. num. 158. pag. mibi 310. & est valde notandum.

QVÆSTIO. LIII.

An. Habens aliquod mortale, de quo prudenter timet graue incommodum, teneatur confiteri alia, si habeat, mortalia, occurrente necessitate, sumendi Eucharistiam?

NEAT Viguerius in Summa cap. 26. §. 4. vers. 17. dicens, licitum esse tunc, omisso tota confessione, cum contritione sola, communicare. Citat etiam Bonacina, loc. cit. num. 14. pro hac parte, P. Gabrielem Vazquez quæst. 91. dub. 8. art. 3. num. 4. & dub. 9. num. 22. & non nullos alios apud Enriquez lib. 6. cap. 12. num. 5. lit. X. in Glossa. Sed male profecto, nam iij omnes, non loquuntur in hoc casu, sed in alio; quindo, scilicet, pœnitens habet peccatum reservatum, à quo non potest absolvi à Confessariò, cuius copiam habet; (de quo infra Disput. de absolviō à reservatis) etenim in casu nostro, expresse docet Vazquez nostram sententiam loc. cit. art. 2. dub. 3. num. 2.

Vnde, certissime, Respondeo: Teneri confiteri alia mortalia; quia respectu illorum, non deest copia Confessoris potentis illa absoluere. Sic Suar. disp. 23. se ct. 2. n. 4. & apud illum, Sotus, Palud. & Nauar. Nunus, Enriquez, & Aegid. quos refert, & sequitur Bonacina loco citato Lugo ubi supra nu-

530. Reginaldus num. 159. cit. & omnes communiter.

QVÆSTIO. LIV.

An. Ignorantia peccati excusat ab integritate Confessionis?

RESPONDEO Excusare, si ignorantia est invincibilis; quia tunc omissio propalandi tale peccatum, vere est in voluntaria; non vero, si vincibilis est, affectata, crassa, aut supina; quia hæc, non excusat ab integritate confessionis. Sic Suarez disp. 22. se ct. 3. Fillius tract. 7. nu. 124. Granado tract. 9. disp. 5. num. 17. & communis omnium, & colligitur ex Trident. se ff. 14. cap. 5. vt bene notat Reginaldus lib. 6. num. 152.

QVÆSTIO. LV.

An. Obliuio peccati, etiam excusat à confessione integre facienda?

RESPONDEO Excusare, si ex obliuione inculpabili, aut absque negligientia mortali prætermittat confiteri mortale; se cujus si ex crassa negligientia discurriendi conscientiam id eveniat. Sic ex Trident. docent Suarez loc. cit. Aegid. disp. 7. dub. 9. num. 71. Nauar. in cap. Fratres. num. 74. dist. 5. de Pœnit. Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 5. Bonacina loc. cit. num. 3. & omnes.

QVÆSTIO. LVI.

An. Si vir ignoti idiomaticis, non habeat copiam Confessoris, qui illum plene intelligat, possit dimidiare confessionem, & solum fateri aliqua peccata.

NEAT Medina lib. 2. cap. 7. infine, docens: solum in articulo mortis posse prædictum dimidiare confessionem, & absolvi à Confessario, auditis, & perceptis aliqualiter, aliis quibus peccatis.

Sed probabilius Respondeo. Posse, non solum instante præcepto diuino, verum etiam Ecclesiastico Confessionis. Quia in eo casu vere facit Pœnitens id, quod moraliter potest.

test. Sic Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 3. Granados loc. cit. num. 20. Layman loc. cit. num. 2. Qui bene addunt: idem affirmandum esse de homine muto, Surdo, aut balbutientis lingua, qui signis confitentur, quo modo possunt. Leg. Nauar. lib. 5. consl. 13. de Pœnit. & remiss. pag. mibi 160.

QUÆSTIO LVII.

An. Liceat pœnitenti dimidiare confessionem, casu, quo insit receptio Eucharistie, & occurrat simul necessitas confessionis a deo longe, ut tunc perfici non possit?

NEGLIGANT aliqui id licere; Quia tunc potest communicare sola contritione præmissa.

Sed probabilius Respondeo: Etiam licere dimidiare confessionem. Sic Granad. controu. 7. tract. 9. disp. 5. num. 20. pag. mibi 1250. per hæc verba: Sextum casum (attende quæso mi lector) tractat Author decisionis (Zambranus) cap. 4. dub. 6. num. 6. & 7. quid scilicet fieri posset, cum Parochus defert Eucharistiam ex grotto statim communica turo, & dum audit brenum recōciliationem, aduertit pœnitentem teneri ad longam confessionem, eo quod per multum tempus menitus fuerit in p̄æcedentibus confessionibus: Respondeo que bene, si ex grotto mors immineat, ita ut non super sit locus integræ confessioni, audiat ea peccata, quæ pro temporis opportunitate declarare potuerit, & facta generali accusatione ceterorum, eum absoluat, & statim divino pane reficiat; Si vero mors non immineat, & saltem spatio dimidiæ horæ nequeat confessio tunc integra fieri, eliciat ex grotto a statum contritionis, & sumat Eucharistiam, differaturque confessio in aliud tempus, quia tunc licitum erit communicare, non præmissa confessione, ut scandalum ad statum enitetur, si quidem confessio, tunc rite fieri non potest, & super est tempus, quo perfecte fiat. Sic ex Zambrano, Granado. Qui ex hoc, sequeat, & notandum, alium resoluit casum, sic dicens:

Ex qua doctrina colligi potest, quid faciendum sit, quando pœnitens sanus accederet ad confessionem in eventu, quo communicare, sine granii scâdalo, p̄ætermittere non possit, aliunde vero occurrit necessitas confessionis adeo longæ, ut tunc perfici non possit. Dicendum enim est, tunc licitum esse communicare præmissa contritione.

Quod si sortè contritio, non elicaretur, & timeretur prudenter eliciendam non fore à pœnitente, probabile nihil est, posse confessionem dimidiari; quia tunc casus virget vitandi scandalū, quod est notabile nocendum, propter quod potest pœnitens dimidia re confessionem, iuxta dicta; & non vitabitur, nisi accedendo ad communionem: cum ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, nisi præmissa confessione, aut certe contritione in aliquibus casibus, qui crederet se, non nisi attritionem habere, deberet confessionem p̄æmittere, ne alioqui nouum peccatum committeret. Hucusque Doctorus Granado. Quem, in utroque casu, citatum, secutus Diana 5. parte tract. 3. resol. 75. & tract. 14. resol. 53.

QUÆSTIO LVIII.

An. Dimidiatio Confessionis liceat solum in tempore, quo virget p̄æceptum confitendi.

AFFIRMAT, solum dicto tempore lice re, Ioseph Angles in suis floribus, vt refert Lopez, 1. part. Sum. cap. 32. quæst. 6. pag. mibi 183.

Sed probabilius Respondeo: Non solum licere pœnitenti dimidiare confessionem, in articulo mortis, & quando obligat p̄æceptum diuinum, aut Ecclesiasticum confitendi (in quo Authores conueniunt) verum etiam in casu, quo longo tempore differenda esset Confessio, etiam cum p̄æceptum non obligat; quia diu priuati fructu huius Sacramenti, est notabile nocendum: ergo ad illud vitandum, licebit non integre confiteri, quando aliter non potest, ex defectu Confessorij. Sic Suarez, quem citat, & sequitur Granados loc. cit. num. 22. pag. 1251. Sotus, quem affert, & sequitur Lopez loc. cit. addens; id à fortiori decendum, quando ex expectatione Confessoris, cui absque damno confiteri queat, aliqua incommoditas sequatur: ut si mulier antea erat assueta confiteri, & communicare festis trium Paschatum, vel Dominis nostris, & si viderint eam iam non communicare, & confiteri eam suspectam, habebunt, infamiaeque notam sibi comparabit apud virum, consanguineos, vel populum; tunc poterit sic dimidiare confiteri, cum proposito se emmendandi, & alias confiteri alia, habita opportunitate, ubi cesseret periculum. Sic Lopez, & sic etiam Cajet. apud ipsum, & sic tandem Suarez disp. 23. secl. 2. num. 7.

pag. mibi 557. & Lugo disp. 16. num. 416.
pag. 377.

QVÆSTIO LIX.

An, In casibus enumeratis, teneatur pœnitens, cum primum possit, ea, quæ tacuit, peccata, confiteri?

AFFIRMANT Sotus diff. 18. quest. 2. art. 5. ad 3. Ledesma quest. 7. art. 5. dub. 1. & quest. 5. & alij, quos affert, & sequitur Enriquez lib. 4. cap. 4. num. 5. in marg. lit. D. & lib. 5. cap. 12. num. 6. & lit. F.

Sed probabilius Respondeo; Non tene-
ristatim, sed sufficere, si illa confiteatur,
cum iterum occurrat tempus in quo obliget
præceptum Confessionis. Sic Suarez, & Gra-
nado loc. nuper citatis.

QVÆSTIO LX.

*An, Pœnitens possit explicare in Confe-
sione, propter eius integratatem, complicem
sui peccati; si ex hoc, nullum aliud damnum
sequatur Complici, præter infamiam,
quam apud Confessarium
incurrit?*

NEGLANT posse explicare pœnitentem;
circumstantiam peccati manifestati-
um Complicis, adhuc in dicto ca-
su, Nauar. cap. 7. num. 3. & 4. Caiet. Verb.
Confessio, conditio. 3. Armilla ver. circuns-
tantia num. 11. Lopez loc. cit. cap. 36. Ioan.
de Cruce part. 2. Sum. quest. 3. de Pœnitent.
dub. 5. concl. 3. Sotus diff. 18. quest. 2. art. 5.
ad 4. Bannez 2. 2. quest. 3. 3. dub. 8. Valentia
disp. 7. quest. 11. punct. i. Fay in additio. ad
3. part. quest. 9. art. 2. disp. 9. concl. 1. Villa
lobos tract. 9. diff. 38. num. 3. Pitigianus in
4. tom. 2. disp. 21. quest. 2. art. 8. const. 1.
Fabrus in 4. diff. 17. disp. 24. cap. 5. nu. 97.
quos omnes citat, & sequitur Diana part. 1.
tract. 7. resol. 49. & 3. part. tract. 4. resol.
64. (non 54. vt habes apud Lugum) his ad-
di possunt Ludouicus de S. Iuan. quest. 5. art.
15. dub. 1. & diff. 1. (qui tamen, male citat
Nauarrum pro opposita sententia, & Cordu-
bam pro ista: sicut etiam, male Diana citat
Caietanum pro sey & Llamas apud ipsum).

Sed probabilius Respondeo; Posse pœni-
tentem in eo cau integre explicare suum
peccatum, non obstante infamia, & notitia

Complicis apud confessarium. Quia, sicut
propter bonum confessionis integræ, obli-
gat Christus pœnitentem ad manifestanda
sua crimina, & subeundam infamiam apud
Confessarium, sic propter idem bonum per-
misit ipse, vel etiam obligauit, ad manife-
stanta crimina complicis, cum ipsius, apud
Confessarium, infamia. Sic S. Thom. in 4.
diff. 16. quest. 3. art. 2. quest. 5. ad 5. & opusc.
12. quest. 6. D. Bonau. tom. 1. opusc. tract. de
modo confitendi cap. 1. & in 4. diff. 21. 2.
part. art. 1. quest. 3. Alensis 4. par. q. 18. m.
4. art. 2. §. 4. alias quest. 77. m. 2. art. 4. D.
Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 11. Adrian.
quest. 1. de Confessio. Palud. in 4. d. 16.
q. 3. art. 3. & diff. 17. q. 2. & d. 21. q. 3. art.
2. Ricard. ibi, ar. 5. q. 2. Maior. q. 2. & 3. Ga-
br. d. 17. q. 1. ar. 2. & diff. 21. art. 3. dub. 2.
Durand. diff. 16. q. 4. Almainus diff. 17.
quest. 2. art. 2. Carthus. diff. 16. quest. 2. Ger-
fon. in tract. de præceptis decalogi, 1. part.
cap. 17. Caiet. Verb. Confessio, conditio. 3.
Medina, C. de Confessio. q. 1. de circumstan-
tia loci. Silvester Verb. Confessio. 1. q. 24.
Angelus eodem, num. 3. Rotella. num. 6. Vi-
ctoria num. 164. Petrus Soto lectio 12. de
Confessio. Corduba in Sum. q. 1. Sotus diff.
18. quest. 2. art. 5. ad 4. Henricus quodlib. 3.
q. 23. D. Bernard. in opusc. de formula bone-
ſte vitæ Quos omnes referunt, & sequuntur
Suarez disp. 24. sect. 2. num. 3. & Vazquez
q. 91. art. 2. dub. 3. Enriquez lib. 2. cap. 9.
num. 3. Sa Verb. Confessio. num. 18. Egid.
disp. 7. num. 89. Reginald. lib. 6. cap. 4. nu.
156. Tolet. lib. 3. cap. 8. nu. 4. Nuñus in ad-
ditio q. 9. art. 2. dub. 2. Onufrius de sigillo
Confessio. sect. 4. q. 7. dub. 3. Sancius in sele
ētis disp. 8. nu. 9. Pontius lib. 5. de matrim.
cap. 18. nu. 9. Coriolan. de cas. reseru. part.
1. sect. 1. art. 8. num. 7. Reginus casu 63. nu.
1. Layman cap. 8. cit. num. 12. Malederus
tract. de sigillo Confessio. cap. 17. Lessius
lib. 2. cap. 11. dub. 11. Ledesma in Sum. 1.
part. cap. 20. concl. 6. Hurtado disp. 9. diff.
11. quos refert, sed non sequitur, Diana loc.
cit. Bonacina de contract. disp. 2. q. 4. punct.
4. num. 2. qui tamen male citat Nauarrum
pro nostra parte, quod non aduertit Diana,
Lugo disp. 16. num. 394. pag. 374. & Grana-
dos tract. 9. disp. 5. num. 9. Fagundez 2.
præc. lib. 5. cap. 1. num. 8. (qui tamen male,
sicut, & Bannez, citat Caietanum pro
prima sententia.) Luysius q. 9. de
Pœnit. disp. 30. du-
bio 2.

QUÆSTIO LXI.

An Non solum possit pœnitens, sed ex obligatione debeat explicare, in casu posito, complices sui peccati?

NEGLANT, à fortiori, omnes Doctores, nuper pro prima sententia citati; & ex nostris, solum posse poenitentem, non vero debeat, explicare circumstantiam peccati, cum manifestatione complicis, indicant. S. Bonau. Durand. & Gabriel. loc. cit. quatenus id licitum esse, docent. In eadem sententia videtur esse Caiet. verb. confessio. condit. 3. vbi sic ait. Debet esse pura (Confessio) ab ad mixtione alienorum peccatorum, si propria possunt, sine alienis sufficienter exprimi; quod si aliter fieri nequit, & confessor est vir bonus (ita quod nulla sit suspicio futura infamiae; aut cuiuscumque periculi) explicari potest. Sic Caiet.

Sed probabilius. Respondeo: Non solum posse, sed teneri poenitentem cōfiteri peccatum, quod sine manifestatione complicis explicari non potest. Sic expresse Granados loc. cit. num. 9. & 13. dicens: sic communiter sentire authores nostræ sententiae. Imo & Caiet. Id docet expresse tom. 2. opuse. tract. 31. Lugo loc. cit. num. 405. & sequen. pag. 376. Luyfius, & Fagundez loc. cit.

QUÆSTIO LXII.

An in predicto casu, debeat, admittimus, pœnitens, ex præcepto, querere alium confessarium, cui complexus sui peccati, non sit cognitus?

NEGLAT Fagundez lib. 7. de 2. præc. 7. 1. num. 3. pag. 411. dicens: nullo modo teneri, ex præcepto (sed solum ex consilio) poenitentes, alium querere ignorantem confessarium, apud quem, in ea circumstantia, & casu, confiteri teneantur. Sic ipse: qui pro sua sententia citat Caietanum Verb. confessio. conditio. 2. Petrum de Soto de pœnit. loc. cit. Sot. dist. 18. quæst. 2. art. 5. D. Thom. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 5. ad. 5. Canum in relect. de pœnit. §. 5. Siluestrum. V. confessio. 1. §. 24. Angelum eo. ver. §. 3. Tabernaculum V. circumstantiam, §. 10. num. 10. Arminianum, V. confessio §. 20. & V. circumstantia, §. 11. D. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 19. con-

ditio 9. Viguierum cap. 16. §. 4. vers. 17. Suarium disp. 34. sect. 2. Quia omnes hi Autores (inquit) solum monent, ut querant alium, si facile illum habere possint, & sine labore. In monitione autem consilium est, & perfectio, non obligatio, non præceptum, vt patet; & sic, sine dubio tenendum est, non dari de hac re præceptum. Sic ille. Qui etiam in hunc modum afferre poterat ceteros Autores, quos assert Enriquez lib. 5. cap. 9. nu. 2. lit. B. nempe, Ledesmam, Palidunum, Gabrielem, Durandum, Raynerium, Hostensem, & alios.

Sed, longe probabilius, imo certo, Respondeo: Teneri poenitentem ex obligatione, & præcepto, querere prius alium confessarium ignotum, cui integre, & sine lassione famæ proximi, confiteatur. Quia, si id commode fieri potest, debet, ne sine causa infameretur complex. Sic in primis, docet Suarez loc. cit. pro opposita parte, num. 1. pag. m. ibi, 755. Vbi sic ait. In hac quæstione, ulterius supponere oportet, occurtere necessitatem moralē, sic cōfitedi. Nō si poenitens possit, vele cōfiteri, qui nō cognoscat personā cōplicis; vel ita confiteri, vt ipse nō cognoscatur, vel denique aliquam aliam diligentiam adhibere, vt sine notitia personæ in particulari, totum peccatum, cum omnibus circumstantijs necessarijs dicatur; tenetur id facere; & in id omnes conueniunt. Sic ille. Quod idem repetit, relata sententia contraria, num. 13. ergo non probe citatur à Fagundez pro sua sententia. Deinde Caiet. loc. cit. absolute docet: adeundum esse alium confessarium. Et eodem modo locutus est Sotus etiam, adhibendam esse omnino diligentiam, vt alteri fiat cōfessio, affirmat. Deniq; ex omnibus alijs Autoribus, quos pro se Fagundez citat, nullus illorum, illam expresse docet, sed potius emnes (paucis exceptis) tuentur nostram, vt bene aduertit Lugo disp. 16. num. 392. Egidius disp. 7. num. 88. Vazquez quæst. 91. art. 2. dubio 2. & idem afferunt D. Them. dist. 16. & opuse. cap. 6. Alexander. 4 part. q. 77. m. 2. art. & 4. D. Bonau. Frias, & alii apud Enriquez. precipue Corduba casu 1. Vbi ait; ad id poenitentem tereri, si facile, & absque labore posset alium confessorem habere.

(2)

QVÆS-

QUÆSTIO LXIII.

An Etiam, licet possit poenitens explicare complicem, quando id requiritur ad explicandum aliquod ventale, quod dat pro materia confessionis?

RESONDEO dicendum: quod non possit licite. (nisi alias, ex confessione talis peccati, aliquod magnum bonum poenitenti obueniret; vel ob petendum consilium &c.) Quia in hoc casu, neque obligat integritas confessionis, nec Christi præceptum, nec ideo tenetur confiteri his idem peccatum; cum nulla sit obligatio illud confitendi; ergo non potest inueniri causa, cur poenitens possit denigrare complicis famam, ita grauiter apud confessarium, cum tam facile possit illam conseruare. Sic Hugo loc. cit. num. 411. pag. 377. Qui, idem esse dicendum; affirmat, loquendo de peccato iam iterum rite, & plene confessio; quod scilicet, nequeat poenitens iterum, apud alium confessarium explicare, cum nouo detrimen-
to graui bona existimationis complicis. Se-
cundus vero dicendum, de peccato mortali du-
bio; nam de hoc idem, ac de peccato morta-
li certo, affirmandum est.

QUÆSTIO LXIV.

An In hoc ultimo casu, peccaret mortaliter poenitens, qui in confessione manifestaret complicem sui delicti, etiam sine rationabili causa?

NEGANT peccare mortaliter omnes. Doctores, qui negant, esse mortale manifestare crimen graue occultum, etiam sine causa, vni, vel duobus viris prudenteribus, qui secretè retinebunt. Hi autem sunt Calet. 2. 2. q. 62. art. 2. Navarra. de restituione lib. 2. cap. 4. num. 334. Graffius lib. 2. cap. 137. Hurtado de insititia, disp. 14 diff. 5. Reginaldus lib. 24. cap. 4. num. 75. Lefebvris lib. 2. cap. 11. num. 70. & expresse, in facti contingentia, negative respondit propositæ quæstioni Diana 2. part. tract. 17. resolut. 22. & etiam, licet non ita exprefse, resolut. 25. & 3. part. tract. 5. resol. 33.

Sed multo probabilius. Respondeo: Pecca-
re mortaliter. Primò, quia re vera; graue
peccatum est dicere, absque rationabili cau-

sa, crimen secretum proximi, vni, cui illud secreto servabit, ut docent communiter Do-
ctores: ergo etiam erit, quantumvis illud di-
catur Confessario.

Secundo, si ergo scire confessarium meum; reuelaturum esse meum peccatum vni alteri,
etiam suo confessario sub sigillo confessio-
nis, procul dubio id sufficeret ad me excusan-
dum, à confitendo illi meo peccato: ergo ini-
famia illa, apud vnum solum, magnificen-
da est; cum sufficiat ad excusandum ab inte-
gra confessione. Sic Hugo disp. 16. num.
395. & 396. pag. 374. Et debent docere om-
nes, qui dicunt: esse graue peccatum manifes-
tare, absque iusta causa, crimen occulatum
proximi, vni, vel alteri. Hi sunt Scot. de insti-
tutio iure lib. 7. quest. 10. art. 2. concl. 4. Suarez hic, disp. 34. secl. 1. num. 2. Filiucius,
Azor, Bañez, Molina Leymā, Luyfius, & alij,
quos refert, & speculatue, non practice, se-
quitur, Diana loc. cit.

QUÆSTIO LXV.

An Aliquando possit confessarius obligare poenitentem ad declarandum complicem, etiam si id necessarium non sit, ad explicandum pro prium peccatum?

AFFIRMANT aliqui, id posse aliquando; imo, & debere ad hoc poeniten-
tem obligare, & si renuat, negare ab-
solutionem in his casibus. Primò, si sciret ali-
quæ occulare seminare errores, cōtra fidē; aut
Sacerdotē aliquæ abuti Sacramēto cōfessio-
nis, reuelādo peccata, sollicitādo poenitē-
tes ad turpia, &c. Secundò, si esset medicus, qui
medicinis mortiferis intēdit occidere infir-
mos. Tertiò, si foecina ab amico mariti sol-
licitata sit in proximo periculo consentien-
di, nec potest marito reuelari, quia occidet
illū, & est spes emenda; si confessarius allo-
quatūr adulterum. In his ergo, & similibus
casibus poterit confessarius obligare poenitē-
tem, ut reuelat complicem, & renuentem ne-
gare absolutionem. Sic Don Ferdinandus
Guerrerus Archiep. Granatensis, Sotus in 4.
d. 18. quest. 4. art. 5. Suarez disp. 34. secl. 4.
Fagundez lib. 5. de 2. pres. cap. 2. num. 11.
& alij, apud Lugum disp. 16. num. 425. pag.
379.

A hī autem, simpliciter, id absoltite ne-
gant, docentes, hoc esse omnino illicitum.
Sic Bañez 2. 2. quest. 33. in fine.

Sed clarus, & probabilis, Respondeo; Quod licet raro contingere possit, ut confessarius obligare queat pœnitentem, ad declarandum sibi complicem; cum ea, quæ confessarius potest cum tali notitia facere, possit ipse pœnitens immediate per se ipsum, aut per alium virum prudentem; nihilominus tamen, non repugnat dari casum, in quo confessarius possit obligare pœnitentem ad declarandum sibi nomen complicis. Nam, si confessarius, ex cœculatione complicis, cognosceret grauissima damna imminere, ad quæ impedienda pœnitens omnino tenetur; & tunc videret pœnitentem, se ipso immediate id non posse exequi, neque habere alium, per quæ id possit, præter ipsum confessariū: tunc enim, sicut pœnitens tenetur ad illud medium unicum eligendum, sic confessarius posset ad illud obligare. Sic Lugo loc. cit. à num. 428. quem omnino vide. Nam ex illo hæc, & multa alia, ego, & alij iugiores, & merito.

QVÆSTIO LXVI.

An Sit, ex necessitate repetenda confessio, sine vlo dolore facta?

NEGANT Silvester Verb. Confessio. 1. q. 21. Rosella co. verb. §. 4. & Angel. num. 27. Quia existimant; ad validitatem confessionis, sufficere voluntatem confitendi, & recipiendi absolutionem, modo non sit complacentia in aliquo peccato. Que sententia tribuitur Scoto (non Soto, vt habes apud Lugum) in 4. dist. 14. quæst. 4. Sed male (vt bene probat Vazquez quæst. 92. dub. 1. num. 3.)

Sed certissime. Respondeo; Necessariè esse repetendam. Quia ex Tridentino seff. 14. cap. 4. nequit dari hoc Sacramentum validum, absque dolore peccatoris: sine quo, non remittitur peccatum actuale. Sic Nauar. in cap. Fratres, num. 31. 32. & 33. de Pœnitentia dist. 5. Victoria nu. 168. Suarez disp. seft. 1. Vazquez loc. cit. Granados tract. disp. 3. num. 3. Lugo disp. 14. num. 66. & omnes.

QVÆSTIO LXVII.

An, Confessio facta, cum attritione falsa, sed existimata vera, fit necessario repetenda?

NEGANT Nauarr. cap. 9. num. 13. & in cap. Fratres, num. 33. & Victoria in re. dist. de potest. Ecclesia quæst.

2. nu. 9. & apud Suarium, Petrus de Soto; & apud Stephanum Fagundez, Enriquez lib. 4. (seu 1. de Pœnit.) cap. 26. nu. 3. & in licet probabile, ipsem Fagundez, & exprefse tenent Granados controu. 7. tract. 3. disp. 3. num. 19. 21. & 25. & Bonacina disp. 5. quæst 3. punct. 2. num. 9. & 11. & alij, apud ipsos. Quia existimat, ad confessionem validam, & fructuosam, vel, ad minus, informe, sufficere existimatam, & puratiuam attritionem, & dolorem de peccatis, supernaturalem; quamuis in re, talis non sit, nisi attritio naturalis.

Sed probabilis. Respondeo: Esse repetendam: Quia non potest dari validum Sacramentum Pœnitentia, adhuc informe, absque vera attritione supernaturali, in re habita; non in existimatione. Nam ex Trident. loc. cit. ad valorem Sacramenti Pœnitentia, requiritur verus dolor supernaturalis: sed dolor tantum existimatus, non est verus dolor; ergo non sufficiet ad valorem Sacramenti; patet consequentia; quia sicut aqua existimata, etiam invincibiliter, non potest esse materia Baptismi, si re vera est vinum; sic nec dolor existimatus, potest esse materia Sacramenti pœnitentia, si non est verus dolor. Sic. D. Bonau. in 4. dist. 17. 2. part. art. 2. quæst. 3. Suarez disp. 20. seft. 4. num. 13. & 16. & apud illum, Ruardus (non Bruchardus, vt habes apud Fagundez) art. 3. contra Lutherum. Lugo disp. 14. num. 70. & seqq. pag. 239. Vazquez quæst. 92. art. 2. dub. unic. n. 26. Fagundez de prac. 2. lib. 2. e. 5. n. 5. & 6. Vincentius Candidus disquisitio 24. ar. 12. dub. 4. & 5. Thom. à Iesu cap. 6. pag. 119. & alij.

QVÆSTIO LXVIII.

An Teneatur iterare confessionem, qui voluntarie aliquod mortale omisit?

RESPONDEO: Teneri. Quia grauiter deliquit contra præceptum diuinum de integritate confessionis. Sic omnes DD. Legantur Nauarrus cap. 9. num. 12. Valentia quæst. 11. punct. 3. Bonacina disp. 5. quæst. 5. seft. 2. punct. 3. num. 2. Lugo disp. 16. num. 599. & omnes.

(4)

QVÆS-

QVÆSTIO LXIX.

An Teneatur iterare confessionem, qui putans invincibiliter, non esse mortale; aliquid mortale in confessione omisit?

RESPONDEO: Non teneri. Quia confessionem fecit validam. Solum ergo tenebitur ad explicanda in confessio ne peccata, in priori omissa. Sic Nauar. in cap. Fratres cit. num. 82. Siluester Verb. confessio. i. quæst. 2. Vazquez quest. 92. art. 3. dub. 1. Reginaldus lib. 6. num. 153. Bonac. loc. cit. num. 6. & alij, excusantes, hac de cau so, à repetitione confessionis pueros, qui in confessione aliquod mortale tacerunt, ignorantes invincibiliter mortale esse, sed grandiores facti, mortale esse agnoscunt.

Ex hac doctrina, constat Diana 3. part. tract. 4. resol. 108. recte resoluisse de quodam pueru, qui usque ad decimum tertium annum, non se accusauit de pollutionibus, quas ordinarie faciebat, ignorans invincibili ter, illas esse peccatum; illum non fuisse ad strictum, præteritas confessiones reiterate; sed sufficere, se, in prima confessione, de pollutionibus factis, accusare.

QVÆSTIO LXX.

An Etiam, non teneatur, qui temere, aut erronee, aut per ignorantiam crassam, punitat non esse lethale, aliquid lethale omisit?

AFFIRMANT adhuc, non teneri, Reginaldus loc. cit. per hæc verba: Hic adhuc occurrit notandum, quod habent Nauar. & Siluester. (ille quidem ad cap. Fratres de pœnit. diff. 5. nu. 82. & in encbir. cap. 9. num. 12. hic vero, in verbo confessio i. q. 3.) cum quis per ignorantiam aliquid peccatum emisit in confessione, eo quod, erronee, putaret, ipsum non esse tale, etiam si error vincibilis fuerit, nec à mortali perpetratè excusat: excusare tamen, ab iteratione totius confessionis; ita ut sufficiat pœnitentia ipsum in sequenti cōfessione peccatum omisum declarare. Sic Reginaldus ex prædictis Authoribus, quos sequitur Diana loc. cit. & apud ipsum, Vazquez q. 92. art. 3. dub. 1. num. 7. & Beia par. 1. casu 9. quibus etiam ad di possunt, Sotus diff. 18. quæst. 3. art. 3. consl. 3. Palud. in 4. diff. 17. art. 3. Victoria num.

160. & Enriquez lib. 3. cap. II. num. 1. docentes: quod si aliquis, non ex industria, sed per negligentiam, quamvis mortalem, omisit peccatum mortale confiteri, reliquorum confessionem informem esse; at tamen validam, nec repetendam.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo. Teneri, in eo casu ad iterandam totam confessionem. Quia omnino fuit irrita, & invalida, cum in ipsam confessionem, peccatum patrum fuerit, & non confessum: ergo invalida, ex defectu integratatis. Sic Caiet. Verb. confessio. conditio. 20. Petrus à Soto lect. 10. de confessio (non de pœnit. ut habet apud Suarez) Nauar. in Man. cap. 9. num. 16. (vnde, non bene citatur, quoad præsentem quæstionem, pro alia parte) Medina, C. de confessio. quos omnes citant, & sequuntur Suarez disp. 33. sect. 4. & Layman tract. 6. cap. 9. num. 1. Sic etiam Lugo disp. 14. num. 103. pag. 246. dicens: de hoc non esse dubium. Thomas à Jesu in tribunali conscientia cap. 6. pag mibi 119. Nec Vazquez est pro opposita sententia; sed potius pro nostra, illum citat, & sequitur Hurtado disp. 9. de pœnit. diff. 12. Ochagavia tract. 2. q. 31. & alij.

QVÆSTIO LXXI.

An Rusticus, qui grosso modo, sine certo numero peccatorum mortalium, in docto Parrocho, bona fide, confessus est; teneatur postea, detestando errore, confessiones factas reiterate?

NEGLANT, sed timide, Medina, in instructio. confessari gr. lib. 2. cap. 8. & Reginaldus lib. 6. num. 140. dicentes: in eo casu, tutius esse generalem confessionem de omnibus peccatis; admisisse insituere.

Sed, certissime, & absque ullo timore, Respondeo: Non teneri ad reiterate das confessiones. Quia, re vera, fuit ut validæ, & fructuose. Sic Nauar. lib. 5. consl. tit. de pœnit. & remis. consl. mibi 12. Enriquez lib. 5. cap. 3. num. 10. & cap. 5. num. 9. & cap. 8. num. 2. Fagundez de præc. 2. lib. 3. cap. 2. num. 5. & cap. 4. num. 10. & ex illo Diana 3. part. tractatu 4. resolutione 89. Lugo disputatione 16. à num. 4577. (2.)

QVÆSTIO LXXII.

An Saltem, in dicto casu, tenuerit Rusticus denuo confiteri, & declarare numerum peccatorum, quem in alijs confessionibus, determinatè non fuit confessus, sed confessus tantum?

AFFIRMAT Nauarr. loc. cit. teneri dictum Rusticū explicite, & determinante denuo declarare verisimilē numerum peccatorum mortaliū a se admisorum, quem antea non fuit confessus; imo & confessarium ad dicendum, ut dictum numerum explicet. Quia licet (inquit Doct' Nauar.) hæc res dura sit, & poenitēti, & cōfessario, tamen ita scriptum est, non solum lege humana, in cap. omnis de Pœnit. Et remissio, sed etiam diuina, & Euangelica, ratione naturali confirmata à S. Thoma, & alijs, & satis declaratum in Concil. Trident. sess. 14. de Sacramento Pœnit. Can. 7. Sic ille & post illum, Layman tract. 6. cap. 8. num. 4. pag. mihi 117.

Affirmant etiam alij; teneri in eo casu, prefatum Rusticum denuo confiteri, & subiecte clavis, illa peccata, quæ malè, & grossō modo, in prioribus confessionibus explicauit; non tamen obligari ad explicandum magis distincte; & determinate, dictorum peccatorum numerum: quia ex iis, quæ confitetur, se uno mense, vel hebdomada, aut anno, secissi, satis coniugere potest expertus confessarius, quantum, toto anno, aut reliquis annis labentibus, deliquerit. Ita Enríquez, Fagundez, & Diana loc. cit.

Sed, æque probabiliter. Respódeo. Nullo modo teneri Rusticum illum, denuo declarare numerum peccatorum, quem in alijs confessionibus generaliter, & modo confuso, fassus est; nisi alias illa confusio maneat etiam, circa species peccatorum; eo quod nō dicantur determinatæ species. Nam impri- mis, non tenetur explicite, & determinate declarare quoties hoc, vel illud peccatum (quod alias iam in confusō confessus est) patruuit, vt vult, Nauar. quia iam hoc esset reperire omnes cōfessiones p̄teritas, ad quod uon tenetur Rusticus ille, (vt ipse, cum alijs docet) Rursus, nec tenetur explicare denuo dictorum peccatorum numerum confuso, & grossō modo cum docto confessore, sicut ante cum indocto fecerat. Tum, quia iam aliquo modo, teneretur ad reiterandas confessiones p̄teritas. Tum, quia si Rusticus ille

cogendus non est, magis distincte numerum, confuse prius explicatum, dicere, eo quod ex uniformi vita eius colligitur, quid totò illo præterito tempore, fecerit: ergo primus confessor, cui magis, vel æque notus erat pœnitens, potuit melius, aut æque bene, ex eodem modo loquendi, colligere, quid totò anno fecisset; atque adeo potuit formare tunc, sibi iudicium, non minus sufficiens, quam confessarius doctus postea; ergo, nec distincte, nec confuse, nec ullo modo, erit obligatio subiecti dicta peccata p̄terita, clavis.

Secundū. Probatur. Quia peccata illa, quæ nūc magis distincte potest cōfiteri Rusticus, iam prius subiecta fuerunt directe clavis; atque adeo ab eis directe absolutus; ergo non est obligatio iterum confitendi postea, magis distincte eadem peccata; licet id facere possit Quia, iuxta communem sententiam, non est iterum obligatio deferēdi ad hoc iudicium, illud peccatum, à quo iam directe per indicem legitimū fuit pœnitens absolutus. Sic sentit Lugo, cuius est tota hæc doctrina, disp. 16. à num. 577. usque ad num. 586. & ea. disp. num. 82. (quæ omnino vide) & ante ipsum, Fabius in suo scrutinio Sacerdot. tract. 4. secun. par. pag. mihi 499. Vbi sic ait. Rustici, qui bona fide, confessi sunt Curato, non debite interroganti, satisfecerunt p̄cepto confessionis, nec tententur iterum cōfiteri ipsa peccata. Sic ille.

QVÆSTIO LXXIII.

An Etiam, maneat liber ab obligatione iterum confitendi, qui, ob angustias temporis, aut virgens periculum mortis, non integrè confitetur, aut explicat numerum peccatorum?

RESONDET Lugo huic dubio per hæc verba: Dupliciter cōtingere potest, quod propter periculum, vel temporis angustias aliquis non integre cōfiteatur. Primo, si dixit unum peccatum, & reliqua omisit: & tunc certum est, manere obligationem confitendi suo tempore illa, quæ omisita sunt; quia illa non fuerunt directe clavis subiecta, nec ab eis Sacerdos directe absolvit. Idem dicendum est, quando propter eamdem causam aliqua peccata non fuerunt explicata secundum speciem, vt si quis dixit: *Vabeo multa peccata gravia;* non tamen dixit eorum species; quia tunc absolutio non cadit dicit. Et super

super illa peccata secundum rationes specificas, sed solum secundum rationem communem, in qua coenivunt cum alijs peccatis, & ideo secundum rationes specificas debent postea subiecti clauibus, ut sic, etiam quoad illas differentias, directe remittatur a Sacerdote.

Secundum contingere potest defectus integratatis materialis, propter illum necessitatis articulum; si aliquis diceret in specie, commisi multa periuria v. g. non explicando numerum, propter temporis angustias. Et in hoc casu dubitari potest, an postea data occasione, & opportunitate debeat explicare numerum, quæ prius sub illa generalitate dixit. Et distinguendum existimat, vel confessarius ex circumstantijs personæ, & temporis intellectus per illa verba verisimiliter, numerum illum, & multitudinem, quam pœnitens concipiebat, & significare volebat; & iam tunc erit idem dicendum, quod de confessione rusticæ, in quo Parochus per illa verba, attentis circumstantijs, intellectus sufficienter multitudinem, quam pœnitens concipit, atque ideo propter eandem rationem, neque in illo obligandus erit pœnitens postea ad illum numerum magis distincte declarandum: quia iam iuxta capacitem presentem declaratus fuit sufficienter ad hoc, vt absolutio directe ad totum illum numerum terminaretur: si autem ex illis verbis, confessarius non potuit concipere prudenter aliquam multitudinem, & numerum verisimile, iuxta pœnitentis intentionem; tunc fatendum est absolutionem, non terminari directe ad tam illum multitudinem, sed solum secundum eam partem, quam confessarius ex illis verbis potuit prudenter colligere, & administrus terminatur ad aliquas quo ad reliqua vero, manet obliuia: confitendi illa distincte, & procurandi directam absolutionem ab illis: quod in nostro casu, (id est, precedentis questionis) non procedit, cum absolutio supponatur directe terminata ad omnia peccata contenta in illa multitudine, quam rusticus crassim modo confitetur. Hucusque Doctus Pater Lugo, ubi supra n. 586. & 587. pag. 409. & ex illo ego.

QUESTIO LXXIV.

An. Qui bona fide, confessus fuit maiorem numerum peccatorum, quæ fecit; tenetur postea, cognito errore, iterum numerum certum confiteri?

AFFIMAT Iribarne in 4. dist. 17. disp. 57. sect. 8. tom. 2. Vbi sic ait; si quis bis, vel ter, machatus est, & confessus

est, se decies machatum fuisse, denuncitur iterum confiteri. Sic ille.

Sed longe, multo probabilius, Respondeo: Nullo modo teneri repetere confessio[n]e, aut errorē maioris numeri confiteri, nisi alias in ipso errore, mortaliter peccasset. Quia illa confessio, verè fuit valida, & integra formaliter: ergo nullo modo debet ex necessitate repeti. Quod si pœnitens decepit confessarium, hoc fecit, ut supponimus, boni fide, & materialiter tantum, in prædictum sui ipsius, & incommode: cum ratione maioris numeri expressi, maior pœnitentia illi fuerit à confessario imposta. Sic Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 2. par. 3. num. 3. Megala t. par. lib. 5. cap. 18. nu. 10. Diana 2. par. tra. Et. 7. resol. 2. 5. & Lugo disp. 16. num. 572. pag. 406.

QUESTIO LXXV.

An. Confessio, in qua quis, ex defectu exanimis, oblitus fuit confiteri aliqua mortalia, sit in valida, & iteranda?

NE GANT Sotis dist. 18. q. 3. art. 2. & 3. Caet. tom. 1. opusc. tract. 5. q. 5. Victor. nu. 161. & 162. Nuñus & Ledesma, quos citat, & sequitur Diana 2. par. tra. Et. 17. resol. 31. Frias 1. par. fol. mibi 44. & alij, casu, quo pœnitens habuerit sufficientem dolorem, & confessus suerit omnia peccata, quæ illi occurrerunt memoria, & fecerit aliqualem diligentiam in examinanda conscientia quamvis alias, non esset tam exacta, quam opertebat, & ex ignorantia mortaliter culpabilis; mortalia illa omisisset.

Sed Probabilius Respondeo: In validam esse & iterandam: Quia predicta confessio, (vt contrarij etiam fateantur,) fuit sacrilegia. Sic Vazquez q. 92. ar. 3. dub. 1. num. 4. & 3. pud ipsum, Nuñar. in Man. cap. 9. num. 16. Petrus de Soto lect. 8. de pœnit. Egid. disp. 4. sub. 11. Moure par. 3. examin. Theolog. cap. 6. §. 6. num. 12. Suarez disp. 23. se. Et. 4. (non. 5. vt habet Moure) Ludouicus q. 8. de pœnit. Sacram. art. 2. dub. 6. concl. 2. pag. 501. Luysius disp. 28. de pœnit dub. 3. Ocaña gau. tract. 2. q. 31. Hurtado disp. 8. diff. 7. & disp. 9. diff. 12. Layman tract. 6. cap. 8. n. 4. Bonac. loc. cit. nu. 1. Lugo disp. 16. nu. 6. 11. pag. 413. Qui, secus, dicendum dicit; quando omissum fuit peccatum ex ignorantia in vincible, aut ex ignorantia culpabilis lojam venialiter. Et est communis.

QVÆSTIO LXXVI.

An Confessio ex malo fine facta, sit in valida, & iteranda?

AFIRMANT non nulli Doctores, quos supra q. 73, retulimus.
Sed probabilius Respondeo: Nec esse in validam, nec iterandam; nisi fiat ex fine malo mortali; secus si ex veniali. Sic communiter DD. vbi supra.

QVÆSTIO LXXVII.

An Confessio facta a pœnitente excommunicato, qui non fuit prius ab excommunicatione absolutus, quam à peccatis; sit in valida, & iteranda?

AFIRMANT Silvester. Verb. excommunicationis, 4. num. 1. & v. confessio, 1. q. 3. & confessor. 3. num. 12. Adrianus q. 3. de clauibus. Palud. in 4. diff. 17. q. 6. art. 1. & diff. 18. q. 6. art. 2. Gabr. q. 1. ar. 3. dub. 2. Maior q. 9. Sotus diff. 22. q. 1. art. 1. Ledesma 2. par. 4. q. 23. art. 1. & P. de Ledesma in Sum. cap. 20. de pœnitentia, §. La segunda dñda. Chapuille de cas. referru. fol. 396. Vazquez tom. 4. tract. de excommunicatione. dub. 4. nu. 3. Quos omnes refert, & sequitur Sancius in Selectis diff. 32. num. 11. pag. mibi 260. Quibus addi possunt, Hurtado diff. 8. de Pœnit. diff. 7. & de excommunicatione. diff. 4. diff. 3. Megala, in 1. part. lib. 5. cap. 19. q. 4.

Sed probabilius. Respondeo: Validam fuisse: & ideo non reiterandam, si pœnitens, aut naturali obliuione, aut ignorantia in vicibili excommunicationis, bona fide processit; Quia licet absolutione à peccatis, ante absolutionem excommunicationis, sit prohibita (propter quod; & qui illum dat, & recipit scienter, mortale sacrilegium committunt) nullo tamen iure, est irrita, & iure optimo, cum nullo modo sit de essentia huius Sacramenti, quod pœnitens, prius absoluatur ab excommunicatione, quam à peccatis: ergo. Sic Navar. in Man. cap. 9. num. 4. Casiet. Verb. absolutione impedim. & in opusc. q. 1. de qualitate confessio. Petrus de Soto de confessione ab excommunicato facta. Courrab. in cap. Almamater 1. par. §. 2. & §. 6.

Suarez diff. 21. sect. 3. num. 6. & de censur. diff. 10. sect. 3. num. 9. Tolet. lib. 3. cap. 10. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 12. Regius diff. 8. num. 104. Diana 3. part. tract. 4. resolut. 78. & tract. 5. resol. 68. Coriolan. 1. part. sect. 2. art. 14. num. 5. Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 40. nu. 7. Lugo diff. 16. num. 614. pag. 413. Sanchez lib. 2. Sum. cap. 8. num. 5. Thomas à Iesu cap. 6. pag. 122. Bonacina loc. cit. num. 5. & apud ipsum, Valentia.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Confessio facta cum confessario excommunicato, sit in valida, & repetenda?

RESPONDEO: Repetendam esse, si facta fuit cum confessario excommunicato vitando, aut non tollerato. (id est, publice denunciato, aut excommunicato ob notoriam perditionem clerici) Quia huiusmodi habet jurisdictionem impeditam per excommunicationem: secus vero, post Concilium Constantiense, si facta fuerit cum excommunicato tollerato. Sic Navar. cap. 9. num. 8. Valentia diff. 7. punct. 3. q. 11. Coriolan. 1. part. sect. 3. num. 8. pag. mibi 284. Lugo diff. 16. num. 598. Hurtado diff. 8. diff. 7. Thomas à Iesu loc. cit. & omnes.

QVÆSTIO LXXIX.

An Etiam, sit in valida, & repetenda confessio, si fiat cum confessario excommunicato vitando, in loco, vbi ignoratur?

RESPONDEO: Nec esse in validam, nec repetendam, si fiat in eo loco, in quo communis errore, ille confessarius, non habetur, aut creditur, excommunicatus. Quia in hoc casu, Ecclesia supplet jurisdictionem, qua caret excommunicatus vitandus. Sic Sanchez lib. 3. de matrim. diff. 22. num. 46. Bonac. de matrim. q. 2. punct. 8. nu. 31. & 32. Trullench. in expositio. Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. Quod etiam, aiunt, procedere, etiam si pœnitens sciat occultam excommunicationem confessoris; dummodo inducendo illum, non peccet mortaliter; quia scientia particularis; non tollit jurisdictionem, quam ius commune, aut Ecclesia, in hoc casu, confert. Legantur Suarez tom. 5. de censur. diff. 11. sect. 4. Regius diff. 10. sect. 3. num. 9. Tolet. lib. 3. cap. 10. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 12. Regius diff. 8. num. 104. Diana 3. part. tract. 4. resolut. 78. & tract. 5. resol. 68. Coriolan. 1. part. sect. 2. art. 14. num. 5. Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 40. nu. 7. Lugo diff. 16. num. 614. pag. 413. Sanchez lib. 2. Sum. cap. 8. num. 5. Thomas à Iesu cap. 6. pag. 122. Bonacina loc. cit. num. 5. & apud ipsum, Valentia.

dius q. 64. art. 6. dub. 2. Enriquez lib. 13. cap. 10. & alij Authores citati.

QVÆSTIO LXXX:

An Confessio facta cum Sacerdote, cui Episcopus sicut dedit facultatem absoluendi; sit in valida, & iteranda?

AFFIRMANT Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 4. Zevallos q. 604. num. 121.

Sed probabilius Respondeo: Negative. Quia in hoc casu, interuenit error communis, & titulus praesumptus, collatus à legitimo superiori; & ideo facultatem ab Episcopo, verbis tantum modò, seu sicut concessam, Ecclesia supplet. Sic Sanchez & Bonacina locis citatis.

QVÆSTIO LXXXI:

An Confessio, facta cum confessario, qui cum falsa licentia Ordinarij, confessiones excipit aliorum; sit in valida, & iteranda?

AFFIRMANT Nauar. in cap. Placuit. de Pœnit. diff. 6. num. 177. & 178. Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 2. & cap. 7. num. 2. & lib. 13. cap. 7. num. 6. Aragon. 2. 2. quæst. 60. ar. 6. Lopez 1. part. instruct. cap. 38. Quos, & alios usque ad. 47. Authores, citat pro hac parte, & sequitur Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 22. num. 49. Quibus addi posunt Reginaldus lib. 1. num. 102. & 103. Trullench. loc. cit. nu 5. pag. mibi 203. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 68. Suarez disp. 26 se et. 6. num. 7. Egidius disp. 8. num. 22. & 47. Filiuc. tract. 7. num. 227. Hurtado disp. 10. diff. 6. Fagundez de præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 73. & alij; Quia existimat, quod, ut gesta valcat, tara in foro externo, quam conscientia, non satis sit communis error, sed necessarius sit titulus collatus à superiori legitimo, quamvis alias, in validus sit, propter aliquod vitium latens.

Sed, æque probabilius Respondeo: Dicitam confessionem esse validam; ideoque non iterandam. Quia in hoc casu, datur error communis, & bona fides pœnitentis: sed sic est, quod error communis, etiam absque titulo villo, tribuit sufficientem iurisdictio-

nem iudici, Parocco, aut confessario; vt laete, & docte probat Basilius Pontius lib. 3. d. matrim. cap. 22. num. 46. & lib. 5. cap. 19 num. 8. & cap. 20. num. 2. & ex illo docent Sancius in selectis disp. 44. num. 3. in fine: Diana 2. part. tract. 16. resol. 45. & 3. part. tract. 4. resolut. 122. Molfelsius in Sum. tom. 1. tract. 7. cap. 13. num. 21. & alij.

QVÆSTIO LXXXII:

An Iteranda sit confessio facta cum confessario, cui reuocatum fuit priuilegium audiendi confessiones. sed communiter ignorabatur?

RESPONDEO; Non esse iterandam. Quia ex praesumpta voluntate Pontificis, censentur validæ omnes confessiones factæ, ante notitiam reuocationis, habieam in communi. Sic Molina tom. 6. de iustitia, tract. 5. disp. 70. num. 11. Basilius lib. 5. de matrim. cap. 19. num. 8. & 17. & Sancius disp. 44. cit. num. 3. pag. 289. Addens: quod, in eo casu, etiam si pœnitens sciat priuatum esse confessarium licentia excipiendi confessiones, quod ipsemet confessarius, & populus ignorat, optime possit pœnitens petere ab illo absolutionem, quæ valide conferetur, quia in illis rebus, quarum iurisdictio pendet ab humano iure, vere valent acta à iudice putatio, ex communi errore, non tantum comparatione illorum, qui communiter tenentur errore; sed etiam cum eo, qui defecutum sciebat, vt bene Basil. loc. cit. num. 17. Secus tamen esset dicendum, casu, quo pœnitens sciret confessarium habere sufficientem notitiam suæ reuocationis, quia tunc, etiam si populus ignoraret, non posset pœnitens licite petere absolutionem ab illo; quia pœnitens caret confessarius illam impendendo. Sic Sanchez disp. 22. cit. num. 46. Sancius loc. cit. Reginaldus lib. 1. num. 105. & alij.

QVÆSTIO LXXXIII:

An Reiteranda sit confessio, facta cum Sacerdote habente facultatem absoluendi, non certam, sed probabilem?

AFFIRMAT Filiucius tract. 7. cap. 8. num. 227. in fine. Sed, longe probabilius. Respondeo: Non esse iterandam, etiam si postea

constet, talem confessarium, re vera, non habuisse iurisdictionem: Quia in isto casu, Ecclesia supplet iurisdictionem, quam forte confessarius, re ipsa, non habebat; ergo confessio illi facta, valida fuit; ergo non iteranda. Antecedens docent Suar. disp. 26. sect. 6. num. 7. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 9. num. 35. & lib. 3. de matrim. disp. 22. n. 65. Enriquez lib. 5. cap. 14. num. 3. & 4. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 68. Egidius disp. 8. num. 22. & 47. Basilius Pontius lib. 5. de matrim. cap. 19. num. 8. & cap. 20. num. 7. Villalobos tract. 1. diff. 13. num. 5. quos omnes citat, & sequitur Sancius in selectis disp. 44. num. 3. Granados, Vazquez, Martinez, Malderus, Salas, quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 2. resol. 3. & ipsamet Fillius tract. 10. cap. 6. num. 219. & alij communiter, contra Nuñum in additio. q. 8. art. 5. dub. 1. (non 5. vt citant Sancius & Diana) §. ista sententia, pag. mibi. 435. Consequentiae autem, conceduntur ab eisdemmet Doctoribus, & ab ipso Didaco Nuño loc. cit. dub. 3. cœl. 2. pag. mibi 440. Legatur idem, dub. 1. cit. §. tota igitur difficultas.

QUÆSTIO LXXXIV.

An: Iteranda sit confessio, facta, cum confessario valde ignaro?

AFFIRMANT Silvester confessio. i. q. 3. vers. tertio. Ricardo disp. 17. art. 2. q. 8. ad. 1. Corduba in Sum. q. 9. Adrian. in 4. q. 4. de confessione. Gabriel disp. 17. q. 1. art. 3. dub. 2. Nauar. cap. 9. num. 12. Caiet. verb. confessio. quos omnes citat, & sequitur Vazquez. q. 93. art. 3. dub. 3. pag. mibi. 399. Ochagavia tract. 2. de confessio. Sacramentali quest. 38. (non dub. 2. vt habes apud Dianam tom. 5. vbi infra) Bossius de Jubilo se et. 3. casu 2. §. 5. num. 168. Sancius in selectis disp. 49. num. 8. in fine. Luytius de Pœnit. disp. 25. dub. 2. Coriolan. 1. part. se et. 3. pag. mibi 285. num. 9. Victoria rum. 169. (quamvis dicat, id raro quenirey Fabius in suo scrutinio Sacerdotali tract. 4. secundæ partis pag. mibi 498. & alij doctentes; confessionem esse nullam, si fiat confessario ita ignaro, vt non solum ignoret extra ordinaria, sed etiam ordinaria, & communia.

Sed probabilius Respondeo: Non esse ex necessitate iterandam, si bona fides ex parte poenitentis adserit. Quia talis confessio, verè fuit valida, & fructuosa, cum confessio aliquam habuerit scientiam; & notitiam de aliquo peccato poenitentis; aut saltem de peccato in communi, quæ notitia nunquam defit tali confessario, siquidem videt poenitentem accedere ad confessionem; & confiteri, se esse peccatorem, & tandem impossibile est, quod aliquod peccatum non intelligat, & sciat esse peccatum, quod sufficit, vt ab illo absoluat: ergo. Sic Lugo disp. 16. num. 602. pag. 411. & ante illum, Suarez disp. 22. se et. 6. num. 4. & disp. 23. sect. 2. num. 11. qui citat pro hac parte Gabrielem, Adrianum, Mediram, Cerdobam, & Petrum de Soto. Sic etiam Enriquez lib. 5. cap. 14. num. 5. Praepositus in 3. part. D. Thomæ quest. 7. de Ministro pœnitentiæ dub. 9. num. 66. Silvius quest. 8. art. 5. quest. 7. Mercerus quest. 9. art. 1. Nuñus quest. 8. art. 5. dub. 4. Fillius tract. 7. num. 254. Villalobos tract. 9. diff. 68. num. 7. quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 4. resolu. 121. (non 21. vt habes apud Lugum) & 4 par. tract. 4. resolu. 198. & 201. & 5. par. tract. 14. resolu. 22. Egidius disp. 6. dub. 5. num. 18. Hurtado disp. 10. diff. 15. Bonac. disp. 5. quest. 5. sect. 2. punct. 2. num. 14. Moure part. 3. cap. 6. §. 6. num. 9. Thomas à Iesu cap. 6. pag. 120.

QUÆSTIO LXXXV.

An Sit necessario repetenda confessio, facta cum confessario aliquantulum dormitante, & ob hoc, non audiente aliqua peccata?

AFFIRMANT aliqui, quos, suppresso mire, refert Diana. 3. part. tract. 4. resol. 109. & 4. part. tract. 4. resol. 198. & tenet expresse Reginaldus. lib. 6. num. 146. per hæc verba: Itaque, cuotis confessarius ob somnum, aut ob aliquam occupationem, non aduertit aliqua peccata mortalia, aut circumstantias de necessitate confitendas, invalida est, & iteranda confessio. Sic ille, post Angelum, & Silvestrum verb. confessio. 1. ille, num. 22. hic. num. 6. Nauarum in Man. cap. 9. num. 11. & Victoria rum. num. 169.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Nullo modo esse repeterdam totam confessionem, sed solum illa peccata, quæ pœnitens putat à confessario, propter somnum, vel distractiæm, non fuisse auditæ. Sic Diana loc. cit. Enriquez lib. 5. cap. 14. num.

num. 5. Layman lib. 4. tract. 6. cap. 9. num. 5 & Lugo disp. 16. num. 606. pag. 412. & est communis opinio. Sed maior est, quæ sequitur, difficultas.

QVÆSTIO LXXXVI.

An Saltem in casu, quo pœnitens, post absolutionem, aduertit, confessorem aliquod peccatum, propter somnum, aut distractiōnem, non intellexisse, sed nescit, quod fuerit illud peccatum, teneatur, repeteret totam confessionem?

NEO AVNT consequenter Authores, qui negarunt, peccatum illud, de quo est verum dubium, an fuerit in confessione dictum, debere necessario confiteri iterum; de quo egimus supra quæst. 26. Vbi eorum sententiam reiecmus. Vnde ad quæstionem propositam.

Sic ex Lugo sub distinctione, Respondeo. Si constet, confessarium ita dormisse, ut prudenter de singulis peccatis dubitari possit, an hoc peccatum audierit, debet tota confessio reiterari. Si vero, non possit de singulis ita dubitari, sed ad summum in communi de aliquo peccato, non est obligatio reiterandi confessionem, sed confitendi illud peccatum in communi. Sic Lugo disp. 16. num. 607. Qui probat hanc Responsionem duobus prænotatis.

Primum est, non solum peccatum illud, de quo est dubium, an fuerit confessum, debere iterum confiteri; verum etiam, quando quis confessus est peccatum, sed dubitat, an confessio valida fuerit, ut ante illum docuit Sanchez lib. 1. Sum. cap. 10. nu. 71. & 72.

Secundò aduertit, Posse aliquando dubium esse circa hoc peccatum; aliquando, solum circa peccatum aliquod in communi, sit exemplū. Si ergo ex revelatione scirem, esse vnu hominem Romæ, qui existimat, se baptizatum, & tamen non est vere baptizatus, non ideo deberem, aut possem, licite baptizari sub conditione; quia hic, & nunc, non habeo sufficiens fundamentum ad dubitandum prudenter de meo baptismo. Alioquin omnes debemus iterum baptizari, & ordinari; quia certum moraliter est, inter Christianos aliquem, vel aliquos reperiri, qui vel ex defectu intentionis, vel materie, vel alia de causa, vere baptizati non sint, vel ordinati. Ceterum in tanta multitudine id non generat dubium morale, respectu huius hominis in

particulari. Si vero certum esset, vnum ex decem, vel viginti hominibus, non esse baptizatum, possent, & deberent, omnes, & singuli baptizari, sub conditione; quia tunc de singulis possemus aliquomodo prudenter dubitare, an essent baptizati.

Sic, ergo similiter potest contingere dubium circa confessionem peccati: Nam si scias, te aliquando in vita, v. g. fecisse confessionem menstruam irritam, ex defectu posttatis, in confessario, non ideo debes iterare omnes confessiones totius vitae, quia non est dubium morale de singulis peccatis, qua in illa confessione dixisti, quæ determinare non potes. Similiter si in confessione generali, scires vnum peccatum non faisse à confessore auditum propter somnum, & nescires, quod peccatum esset: non deberes repeterem omnia peccata; quia non potes in tanta multitudine de singulis prudenter dubitare. Secus esset, si in confessione brevi, scires id eucnisse: quia iam tunc posses de singulis peccatis in illa confessione dictis, prudenter dubitare, an fuissent à confessario auditæ.

Quod autem, quando est dubium circa aliquod peccatum in communi, debeat illud in communi poenitentem confiteri, probat sic. Quia ille, qui scit, se commisso aliquod mortale, & non recordatur, quale fuerit; tenetur illud in communi confiteri (vt supra, est habitum) & similiter, qui dubitat de aliquo peccato mortali, a se commisso, debet illud dubium confiteri: ergo etiam qui dubitat de aliquo peccato mortali in communi, an illud confessus fuerit, debet confiteri illud dub iū: ergo, si scis aliquod peccatum mortale non fuisse à confessario intellectū, vel si etiam de hoc prudenter dubitas, debes illud confiteri, cum ea generalitate, licet non scias in particulari, quale fuerit illud peccatum. Debes autem tunc determinare materiam, quantum fieri poterit v. g. dicendo, scio, vel dubito, an confessarius audierit, vel percepit vnum peccatum graue meum, nescio quale fuerit, sed illo tempore solebam confiteri tales, vel, tales species peccatorum. Hæc omnia Lugo, cuius doctrinam, & verba simul hic transcribere volui, ad solatum, & petitionem cuiusdam viri doctissimi, & amicissimi, cui maxime placuit, & merito.

(?)

QUÆSTIO LXXXVII.

An, Quando pœnitens fassus est peccata certa, quæ fecit; de quibus, tam ipse, quam confessarius dubitarunt, an effent mortalia; teneatur iterum illa confiteri, si postea, vel pœnitens, vel confessor, sciat esse mortalia?

RESPONDEO, Non teneri dento illa confiteri. Quia iam ea integre confessus fuit, & ad valorem cœfessionis, non requiritur, quod pœnitens, aut confessarius, sciat illa peccata esse in Italia, ut ex dictis supra constat. Sic Sanchez lib. 1. Sum. cap. 10. num. 69. Diana 3. part. tract. 3. resol. 91. Lugo disp. 16. num. 93. pag. 322. Corduba in Sum. q. 9. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 3. num. 14. & communis.

QUÆSTIO LXXXVIII.

An, Pœnitens, qui non adimpleuit præcedentis confessionis pœnitentiam, teneatur illam confessionem reiterare?

FIRMANT Angel. Silvester. Fabius, & alij.
Sed certissime Respondeo: Non teneri. Quia valor confessionis præterita, non dependet à peccato futuro. Sic communiter DD. quos nouissime sequitur Lugo disp. 16. num. 600. de quo disp. de satisfactione.

QUÆSTIO LXXXIX.

An Confessiones, bona fide factæ, post confessionem invalidam, debeant necessario repetiri?

RESPONDEO. Negatiue. Quia illæ confessiones intermediiæ, bona fide factæ, vere fuerunt validæ. Sic Lugo disp. 16. num. 599. per hæc verba: Aduertendum tamen est, quod si aliquis ante decem annos. v. g. tacuit culpabiliter peccatum mortale, & postea in alijs confessionibus intermediijs non recordatus est; nunc quando confessarius comperit vitium illius confessionis præterita, non debet obligare ad repeterendas omnes confessiones intermedias, bona

fide factas, sed solam illam, in qua fuit ille defecitus, cum aliæ omnes potuerunt validæ, & fructuosa esse, dum illius sacrilegij non recordatur. Sic Lugo. Et ante illum, Vazquez quæst. 92. art. 3. dub. 1. nu. 9. Sarcius disp. 41. num. 19. Corduba in Sum. quæst. 158. Granados tract. 9. disp. 12. num. 2. pag. 1268. Diana 3. part. tract. 4. resol. 108. Vbi ait: hæc doctrina, sœpius in praxi, cum multis laboribus liberata. Hurtado disp. 8. diff. 7. (non 6. vt habet Diana) Sa. Verb. confessio. num. 9. Thomas à Iesu cap. 6. pag. 125. & omnes.

QUÆSTIO LXXX.

An, Quando iteratur confessio invalida, cum confessario, qui priorem illam confessio nem non audierat; nec esset repetere distincte, & in particulari: minima mortalia?

RESPONDEO: Necesse esse, omnia illa repetere, ac si nunquam pœnitens illa confessus fuisset; & in super declarare illud peccatum, quod tacuit, & sacrificium, reddendo confessionem invalidam. Sic Nauar. cap. 9. num. 19. & apud ipsum; D. Anton. Et Silvester Suarez disp. 22. (non 12. vt habes apud Bonacinam) sect. 6. num. 5. Egidius disp. 7. num. 108. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 3. num. 15. Lugo disp. 16. num. 627. Thomas à Iesu loc. cit. & 627 omnes.

QUÆSTIO LXXXI.

An, Etiam, debe ant repeti omnia mortalia distincte; quando iteratur confessio invalida cum eodem confessario?

FIRMANT repetenda esse peccata distincte, & specialiter, nisi confessor alijs recordetur; vel peccatorum; aut pœnitentia iniunctæ; aut status pœnitentis, quæ tunc habebat, saltem in confuso; Silvester. Vers. confessio. 1. quæst. 3. Nauarr. Suarez, Egidius, Bonacina, quos ex parte, se quitur Lugo loc. cit. Vazquez quæst. 92. art. 3. dub. 3. Sa. Verb. confessio. num. 8. Toletus lib. 3. cap. 10. num. ultimo, Valentia disp. 7. quæst. 11. punct. 3. Reginaldus lib. 8. num. 33. Enriquez lib. 5. cap. 4. nu. 4. Zerola cap. 16. quæst. 14. & cap. 21. quæst. 10. Layman lib.

lib. 5. tratt. 6. cap. 9. num. 6. Mercerus in 3. part. S. Thom. quæst. 9. art. 1. & alij communiter.

Sed probabilius Respondeo: Non debere necessario omnia mortalia distincte repetiri à pœnitente; sed sufficere in eo casu, quod in generali, se accuset de omnibus mortali bus, quæ in confessione in valida fassus fuerat; & in speciali, & distincte declareret illud peccatum, quod tacuit, & sacrilegium ob hoc commisum; & si quæ de nouo alia habet mortalia; etiam si confessarius, nec prædictorum peccatorum, aut pœnitentiæ, recordetur. Quia pœnitens in prima confessione, licet in valide, vere declarauit distincte, & in specie sua peccata eidem confessario. Et hic, vere in iunctu pœnitenti pœnitentiam proportionatam; ergo nihil obstat, quo minus suæ obligacioni satisfaciat; etiam in generali solo, se accusando, & dicendo: Accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione invalida tibi aperui; & insuper, de illo peccato quod tacui, de sacrilegio ob hoc commisso, & de nouo, de hoc, & de hoc peccato. Sic Adrianus in 4. quæst. 4. de confessio, §. si petas. Med. C. de confessio. quæst. de confessio. Facta præuo Sacerdos. D. Anton. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 4. Thom. Sanchez in manu scriptis de pœnitentia dub. 112. Quos omnes citat, & sequitur Granados, controu. 7. tratt. 9. disp. 12. num. 5. & 6. pag. 1268. Ex quo inferitur: posse optime pœnitentem, qui diu eidem confessario confessus est, reiterare

vno verbo, omnes illas confessiones, dicendo; Accusome de ijs omnibus, quæ tibi, in alijs confessionibus, confessus sum. Quod quidem est optimum, & facile remedium, quando habet aliquod scrupulum de defectu aliquo in eius commisso; accusando, se simul de illo defectu, si culpabilis fuit. Sic infert Lugo loc. cit. num. 643.

QVÆSTIO LXXXII:

An Repetenda sit confessio, eo quod auditam oportuit absolutionem differre, & redeunte pœnitente, iam confessarius non recordatur confessionis?

RESPONDEO: Nō esse repetendam vlo modo, si confessarius, pœnitentiæ iam ei imposuerat; quamvis postea, nec status pœnitentis, nec qualis fuerit iniuncta pœnitentia, Sacerdos recordetur. Sic debent à fortiori, docere Authores pro nostra sententia nuper adducti, & Lugo num. 636. Et idē dicendum est, in casu, quo confessio fuerit lōga, & per aliquos durauerit dies, ita, ut tempore absolutionis, iam confessarius non recordatur illorum peccatorum, quæ diebus præcedentibus auctoriter dierat. Sic præfati DD. & docet præx.

DISPVTATIO SEXTA.

De Undecima qualitate Confessionis, quæ est, quod sit Secreta, & Auricularis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quanam ratione Confessio debeat esse secreta?



ESPO NDEO: Quod debet esse secreta; quia ad au rem Sacerdotis debet fieri, nisi aliud querat necessitas. Sic habetur in cap. onnis utriusque sexus. Et est certa responsio, contra reticos nostri temporis, asserentes: esse

necessarium confessionem publice fieri. Legantur Suarez disp. 21. sect. 2. Vazquez quæst. 91. art. 4. dub. 1. Lugo disp. 15. sect. 5. Ochagavia tratt. 2. de Confessio. quæst. 28. & alij Moderni.

QVÆSTIO II.

An Sit de substantia Confessionis, quod secreto fiat.

AFFIRMANT Scotus in 4. dist. 17. q. 1. art. 7. Gabriel quæst. 1. art. 2. concl. 3. Angel. Verbo Confessio. n. 29. 30. & 32. & id esse probabile, docet Ricardus dist. 17. art. 3. quæst. 3.

Sed

Sed certissime Respondeo: Non esse de substantia, aut de essentia Confessionis, quod sit secreta. Hoc responso, & aperte habetur in Trident. *sess. 14. cap. 5.* Vbi expresse ait: Christum Dominum, non prohibuisse modum publice confitendi; & *vñus Ecclesie vñiversalis*, illam confirmat; siquidem sepe videmus confessionem per interpretem fieri; & qui in mari periclitantur, publice confessentur: ergo. Sic D. Thom. in 4. d. 17. *quest. 3. art. 4. auast. 3. ad 2.* Sotus *diff. 18. quest. 2. art. 6.* Petrus Sotolectio. *11. de Confessio. pag. 192.* (*non le Et. 2.* vt habet Suarez apud me) Palud. Mayor, Adrian. Ruard. Medina, Castro, Cajet. Cano, & Ricard. Quos citat, & sequitur Suarez *disp. 21. sect. 2. num. 9.* Vazquez *quest. 91. art. 4. dub. 1.* Neuar. *cap. 2. num. 8.* Layman. *lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 1.* Lugo *disp. 15. num. 59.* Granado *tract. 9. disp. 4. num. 2.* Hurtado, *disp. 8. diff. 1.* Villa lobos *tract. 9. diff. 30. num. 1.* & omnes communiter.

QVÆSTIO III.

An Saltem, sit de Iure distinctio confessionem secreto fieri?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 5. cap. 2. §. 5.* & Granados *tract. 9. disp. 4. num. 8. pag. 1244.* Licet afferant, hoc præceptum diuinum, non obligare pro semper ad Confessionem secretam.

Sed probabilitus Respondeo: Nullum ad esse ius, aut præceptum diuinum, obligans ad confessionem secreto faciendam. Quia non est vnde colligatur. Sic Suarez *sect. 2. cit. in fine* Hurtado *loc. cit.* Valentia *quest. 9. pun. 1.* Ochagavia *tract. 2. de Confessio. quest. 28. num. 3.* Addentes; neque præceptum ad esse humanum scriptum; sed solum ex consuetudine obligari ad confessionem secreto faciendam; nisi ad sit causa rationabilis publice confessionis. Sic etiam Lugo *disp. 15. nu. 182. pag. 292.* & Villalobos *loc. cit. nu. 2.*

QVÆSTIO IV.

An Possit quis licite confiteri publice, si ad sit rationabilis causa?

NEGABUNT Scot. Gabr. & alij; ubi supra. Sed certissime Respondeo: Licite

posse: imo, laudabiliter, & utiliter; si id fiat, absque scandalio, ob aliorum edificationem, aut quia secreto nequeat pœnitens commode confiteri. Sic omnes DD. supra citati. Et Arnailla *Verb. Confessio. num. 24.* Ex quibus constat, posse quem valide, & licite, duobus confessarijs simul confiteri, quamvis ab uno tantum, possit licite absolui.

QVÆSTIO V.

An Sit mortale, absque rationabilis causa, publice confiteri?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 5. cap. 2. nu. 5.* Suarez *disp. 21. sect. 2. n. 19.* Valentia *quest. 9. punct. 1. §. de confessione secreta.* Et apud ipsum, Sotus, & Neuar. Quos omnes citat, & sequitur Granados *Tract. 9. disp. 4. num. 6.* Siluester *confessio. 1. quest. 20.* Egundez *de præc. 2. lib. 3. capi. 1. num. 13.* & alij.

Sed probabilitus Respondeo: Non esse mortale. Quia, nec id est contra præceptum aliquod (vt supra est habitum) nec contra Ecclesiæ consuetudinem ad id obligantem: ergo, ad summum, erit peccatum veniale: ob id; & quia, absque iusta causa, fama prodigeretur propria. Sic Bonacina *disp. 5. quest. 4. sect. 2. punct. 2. §. 2. num. 23.* Petrus Soto *lect. 11. de Confessio.* Hurtado *disp. 8. diff. 1.* Vbi, nec esse id veniale, his verbis affirmat: Et quamvis non fiat ob rationabilem causam, sed quia ita placet poenitenti, non est contra præceptum aliquod; quia non est contra aliquod diuinum, vt supponitur in Tridentino; nec contra præceptum aliquod naturale, vt patet; nec contra aliquod Ecclesiasticum; quia non est contra aliquod scriptum, vt constat; nec contra aliquod consuetudine introducitur; quia non est consuetudo confitendi secreto, quasi ex obligatione, qua sola consuetudine, introducitur lex, & præceptum. Sic ille.

QVÆSTIO VI.

An Peccet mortaliter Sacerdos, qui multos pueros in unum congregatos, simul in confessione audit?

RESPONDEO Peccare; si pueri sint dolii capaces. Imo, nec, dolii incapaces, debent à confessarijs publice interrogari, maxime de ijs rebus, quæ ad eorum igno-

ignominiam possunt ab alijs memoria retinerti, & adultis postea ex probrari. Sic Nauar. in cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6. num. 109. & in Man. cap. 8. num. 13. Enriquez lib. 3. cap. 2. num. 5. & apud ipsum, Medina, Siluester, & Ricard. Suarez disp. 21. se & t. 2. num. 11. Granados tract. 9. disp. 4. num. 6. Bonacina loc. cit. Reginaldus lib. 6. n. 85. Lugo disp. 15. num. 186. & Villalobos loc. cit. num. 2.

QUÆSTIO VII.

An, Confessio fieri possit per interpretem?

RESPONDEO: Posse, ut testatur usus Ecclesie; quando Sacerdos, & pœnitens sunt distincti Idiomatis. Sic Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 3. dicens; esse sententiam omnium. Lugo disp. 15. num. 60. Qui id probat. Quia eo modo, iam poenitens manifestat sua peccata Sacerdoti, quantum sufficit: ergo. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 2. & alij omnes.

QUÆSTIO VIII.

An, Praecepto Ecclesiastico teneatur quis, ad confitendum per interpretem?

RESPONDEO: Non teneri. Quia Ecclesia noluit suo pracepto obligare illum, qui non omnino solum, sed coram alio, posset confiteri: ut constat, ex cap. Omnis utriusque sexsus. Vbi expressis verbis praceptum annua confessionis imponitur; ut omnis fidelis, teneatur solus, omnia sua peccata confiteri proprio Sacerdoti. Vbi particula, solus, excludit obligationem confitendi coram alio. Sic Lugo disp. 15. num. 65. pag. 273. & alij DD. citati supra disp. 3. q. 62. & est omnium.

QUÆSTIO IX.

An Saltem, ad implendum praceptum diuinum confessionis, extra articulum mortis, teneatur, quis per interpretem, confiteri; quando alio modo, non potest?

AFFIRMANT Silvester confessio 1. q. 15. num. 16. Archidiaconus, & alij apud ipsum Cano Releffio. de pœnit.

part. 5. Lugo disp. 15. num. 63. & sequent.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia iure diuino, nullus obligatur ad publicam confessionem (qualis censetur in hoc foro, quæ per interpretem fit) ut habetur in Trident. sess. 14. cap. 5. Sic Caiet. Verb. Confessio. condit. 11. Soto dist. 18. q. 2. art. 6. Martin de Ledelma 2. p. 4. q. 3. art. 3. Victoria num. 173. Petrus Soto lect. 11. (non 5.) de Confessio. Medina q. 19. de modo secreto confitendi, Mayor, & Palud. dist. 17. quos omnes refert, & sequitur Suarez disp. 36. se & t. 6. num. 4. Vazquez q. 91. art. 3. dub. 3. Egidius disp. 5. dub. 10. num. 75. Granados controu. 7. tract. 1. disp. 9. num. 28. pag. 1224. qui pro hac parte, citat Canum, & Siluestrum, locis pro opposita citatis. Enriquez lib. 2. de pœnit. cap. 2. §. 6. Nauar. cap. 21. num. 36. Hurtado disp. 8. diff. 2. Bonac. disp. 5. q. 4. se & t. 2. punct. 2. §. 2. num. 22. Valentia, Summa Corona, Reginald. & Zerola apud ipsum. Fagundez præc. 2. lib. 1. (non 2. ut apud meum Diana, habetur) cap. 6. num. 6. Diana pat. 3. tract. 4. resol. 129. Filliae. Villalob. Layman, & alij apud ipsum; & est communis, ut fiat tetur ipse Lugo loc. cit. num. 62. dicens: esse probabilissimam sententiam. Quam nouissime tuetur etiam Candidus, disquisitio 24. Luysius de pœnit. disp. 32. dub. 1,

QUÆSTIO X.

An Saltem, in mortis articulo, teneatur quis diuino pracepto, ad confitendum per interpretem?

AFFIRMANT, & à fortiori, Silvester. Cano, & Lugo loc. cit. Suarez, Granad. Candidus, Luysius, vbi supra, & nonnulli alij.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Ad huc in dicto articulo, non teneri pœnitentem ad confitendum per interpretem, ex vi pracepti diuini confessionis; bene tamen, ex vi pracepti naturalis, legis charitatis, erga se ipsum, si de vera contritione dubitet. Quia periculum animæ præponderare debet iactura, famæ, & aliorum bonorum externorum. Sic Vazquez, Caiet. Egidius Layman, Diana, Hurtado, Bonacina, Fagundez ll. cc. & dicunt: esse valde probabile. Lugo, Suarez, Luysius, & alij. An autem teneatur poenitens in articulo mortis confiteri per interpretem omnia quæ habet mortalia in casu quo non

V habeat

habeat contritionem, aut illam habere dubitat, diximus supra disp. 3. quest. 63. & 64.

QUÆSTIO XI.

An, Ad valorem Sacramenti huius; requiriatur, quod pœnitens, si possit, propria voce confiteatur?

AFFIRMANT Ricard. dist. 17. art. 2. q. 4. ad 4. Paludan q. 2. art. 1. Alexand. Petrus de Soto, & non nulli alij, apud Vazquez q. 91. art. 4. dub. 4. num. 1. pag. mibi, 336. citat etiam pro hac parte, Rutilius Benzonius, de fuga pestis q. 5. fol. mibi, 104. D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 3.

Sed certo Respondeo: Non requiri ad valorem confessionis; etiam casu, quo pœnitens possit propria voce confiteri. Quia ad valorem confessionis, sufficit, quod pœnitens manifestet confessori sua peccata (si cetera adsint) actus enim, qui est de necessitate Sacramenti quasi materia, non est precise, oris confessio, sed manifestatio peccati. At hoc optime fieri potest per nutus, vel scripturam. ergo. Sic S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 2. ad 2. & quolibet. 1. art. 10. Vbi mutauit sententiam. Vazquez loc. cit. Suarez disp. 21. sect. 3. Lugo disp. 15. num. 77. pag. 275. Candid. disquisitio. 24. art. 9. dubit. 2. pag. 18. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 2. Villalobos tract. 9. diff. 32. num. 1. Benzonius loc. cit. Hurtado disp. 8. diff. 3. Egid. disp. 6. dub. 1. & est communis sententia Theologorum.

QUÆSTIO XII.

An Saltem, ex vi præcepti; teneatur pœnitens, si potest, propria voce confiteri?

AFFIRMARE videtur D. Augustinus tom. 4. lib. de vera, & falsa pœnit. cap. 10. Vbi insinuat, Esse de hoc diuinum præceptum. verba sunt hæc: Præcepit enim Dominus mundatis, ut offendenter ora Sacerdotibus docens, corporali præsentia confenda peccata, non per nuntium, non per scriptum, manifestanda. Sic ibi. Et D. Thomas quodlib. 1. art. 10. esse, saltem, de hoc, Ecclesiasticum præceptum, videtur clare affirmare.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non teneri ex vi præcepti: Quia longe

probabilius est; non dari de hoc præceptum aliquod diuinum, aut humanum scriptum, vt bene probant Suarez disp. 21. sect. 3. num. 4. Vazquez quest. 91. art. 4. dub. 4. num. 7. Benzonius ex Soto, Hurtado loc. cit. & Lugo disp. 15. num. 78. Vbi explicat verba Augustini (seu vt ipse ait, non Augustini, sed alterius Authoris, cuius est liber ille) obligabitur tamen pœnitens, cum potest, per voces ad confitendum, propter Ecclesiarum consuetudinem, que obligationem, absque dubio, inducit, sive grauem ex suo genere, vt multi affirmant, sive leuem, vt alij, de quo statim. Sic docent prædicti Doctores, & alij mox citandi.

QUÆSTIO XIII.

An Obligatio, quam habet, ex consuetudine, pœnitens, ad confitenda, per voces, sua peccata, sit ex suo genere, grauis?

NEGLIGAT Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 32. num. 1. Quem citat, & sequi videtur, Diana 3. par. tract. 4. resol. 127. Quibus ego addo Benzonium loc. cit. & Petrum de Ledesma in Summa cap. 21. de Pœnit. concl. 2. vers. Acerca destas conclusiones. Et vers. en esto conuenient (qui, & citant, Scotum in 4. dist. 19. q. 2. art. 6. pro hac parte) docentes; dictam obligationem ex suo genere, solum esse leuem, & dumtaxat, subveniali ligare.

Sed probabilius, Respondeo: Ex suo genere esse grauem; licet excusari possit pœnitens, in aliquibus casibus; vt si id faciat cum rationabili causa, & cum aliquibus circumsstantijs; vt infra explicabimus. Sic Suarez, & Vazquez II. cc. Lugo loc. cit. num. 79. & 86. Egid. disp. 6. dub. 1. num. 3. Toletus lib. 3. Summa cap. 6. num. 1. Valétilia quest. 11. punct. 1. Fagundez de præc. 2. lib. 3. cap. 1. num. 8. Qui citat Scotum in 4. dist. 17. quest. unica in fine pro hac parte, sed non ita bene, cum potius (vt notat Suarez) aperte doceat; non esse illicitum confiteri per scriptum in presentia Sacerdotis. Hurtado disp. 3. diff. 3. Vbi docet: licitam esse confessio nem, scriptura, nutibus, aut alijs signis factam, quando nequit fieri voce, absque nimia verecundia, aut absque, alia nimia difficultate, quia consuetudo voce confitendi, non est cum tanto rigore introducta. Sic

ipse.

QVÆSTIO XV.

QVÆSTIO XIV.

An, Si pœnitens, extra necessitatem, daret Sacerdoti Confessionem in scripto, & post illam lectam, subiungeret per voces; de his omnibus me accuso, sufficiens satisfaceret consuetudini Ecclesie, & suo debito?

NE GABVN T consequenter, qui negarunt, satisfacere pœnitentem, si uno verbo dicat, *Accuso me de omnibus peccatis illis, quæ tu scis*, casu, quo Sacerdos aliunde per visum, aut per narrationem extra confessionem nouerat peccata, hi autem sunt; Summa Confessorum, & Vega, ut vidimus supra disp. 5. quæst. 16. Negat in super, & Vazquez quæst. 91. art. 4. dub. 4 num. 7. Sed certe, non consequenter; cum ipse num. 6. antecedenti, concedat, posse aliquem, uno verbo confiteri peccatum, cui confessarius præsens fuit, dicendo; *Accuso me illo peccato beri commiso*, vt tu bene nosti. Si ergo sufficit illud unicum verbum, quando aliunde per visum, vel narrationem extra Sacramentum, confessarius habet notitiam peccatorum (ut bene in hoc ipse, & nos cum communī, vbi supra) cur non sufficiet post lectam confessionem in scripto ab ipso Sacerdote, & habita iam notitia omnium peccatorum, dicere illi; *Accuso me de omnibus his peccatis, quæ ex scriptura cognouisti?* Vnde.

Probabilius multo, Respondeo: Sufficierter satisfacere pœnitentem debito suo, si proposito modo confiteatur. Quia iam ore confitetur, quantum satis est. Sic debent docere Nauar. Medina, Sa, Suarez, & Layman loc. quæst. 16. cit. & tenet expresse Doctissimus Pater Lugo disput. 15. num. 80. pag. 276. & nn. 84. pag. 277. Benzonius etiam, de fuga postis, q. 5. fol. mibi, 106. & etiam

Vega 1. part. Sum. cap. 63. casu 37.

col. 645. non tamen consequen-

ter, vt ex dictis

constat,

(2)

An Etiam, satisfaceret pœnitens suæ obligationi, si offensa confessione in scripto, antequam Sacerdos illam legeret, se accusaret dicendo. Accuso me de his peccatis, quæ in hac charta sunt scripta?

NEGANT Sotus in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 6. & Candidus, disquisitio. 24. art. 9. dub. 2. docentes: necessarium esse adhuc ad valorem confessions; quod in eo casu, pœnitens, cum singula peccata Sacerdos legit, (aut omnia ab ipso lecta fuerint) ore dicat; i.e illa fecisse; sequē de illis accuset voce, vel ntu capitī, si Mutus fuerit. Negat etiam (licet, non ita rigide) Lugo loc. cic. num. 82. 83. & 84. dicens; quod quamvis ad valorem Sacramenti sufficiat mera scriptura Sacerdoti præsenti data; quod obligationem tamen præcepti, non sufficiat, quod antecedenter dicat; in illa scriptura esse sua peccata, & se de illis accusare, nisi postea singulis, vel omnibus ieiunis, se de illis, ore accuset.

Sed probabilius Respondeo: Omnino satisfacere pœnitentem fux obligationi, si, proposito modo, confiteatur. Nam in primis, ad valorem Sacramenti, re vera, sufficit; vt docent Lugo, Vazquez, & Suarez loc. cit. & Petrus de Ledesma in Summa cap. 21. de pœnit. concl. 2. pag. mibi 509. & communis. Rursus, etiam est sufficiens, ad implementum præceptum ortum ex consuetudine Ecclesie, si quidem ore, & voce fatetur pœnitens, illa, quæ sunt ibi scripta peccata, esse sua; sequē de illis accusare: ergo: Valde enim accidentiarum est, quod ante, vel post, de illis pœnitens ore se accuset, sicut est quod antea, vel post, de illis contritionem habeat, dum modo ad absolutionē ab illis, præcedat. Sic, meo ideo videti, sentit Benzonius quæst. 5. citata fol. 106. versu Quarto. Legatur Filiiuc. tract. 7. num. 14.

QVÆSTIO XVI.

An, Puella, v.g. quæ ob nimiam verecundiam, peccata sua ore explicare, non valet; licet posse per scriptum præsenti Sacerdoti confiteri?

NEGAT Nauar. in MAM. cip. 21. num. 36. (non cap. 11. num. 6. vt citatur à Petro de Ledesma) docens: id esse morta-

mortale. Negant & alij existimantes: id, ad minus, esse veniale. Sic innuit Fagundez de *præc. 2. lib. 3. cap. 1. num. 9.* Qui, pro hac parte, citat Ægidium, Scotum, Sotum, & Valentiam. Idemque innuit Diana 3. *par. tract. 4. resol. 127.* qui etiam affert pro hac sententia, Vazquium Laymanum, & Hurtadum. At neuter citat hos doctores, vt infra videbimus.

Sed probabilius Respondeo: Licit posse: Nec dum peccare venialiter, in eo casu, prædicto modo confitendo; praesertim, si confessione lecta à Sacerdote, pœnitens dicat: *Accusome de his quæ legisti;* Quia in hoc casu, aut non obligat consuetudo confitendi per voces; aut sufficienter illi satisfit per illa duo verba; *Accusome de his quæ legisti.* Sic docent Scotus in 4. *dist. 17. quest. unica in fine,* quem citauimus supra *quest. 13.* Ægidius *disp. 6. num. 3. concl. 3.* Vbi ait: Qui, ob nimiam verecundiam, valde difficultatem sentit, potest peccata scripto, aut nutu, confiteri. Sic ille, ex Cano, & Suario *disp. 21. sect. 3. num. 6.* id expresse docente, per hæc verba: aliquando etiam, nullum erit peccatum, si ex rationabili causa, mutatio fiat; erit autem rationabilis causa, non solum, absolute impotentia utendi propria voce, quod indubitatum est; sed etiam magna difficultas, aut nimia verecundia, ut prudenter aduertit Cano. Sic Suarez. Et idem insinuat Sotus in 4. *dist. 18.* (*non dist. 19.* vt habet P. de Ledesma) *quest. 2. art. 6.* § si vero (quamvis, vt verum fatear, non loquatur expresse de nostro casu) & docet ex Cano, Valentia *disp. 7. q. 11. punct. 1. in fine,* per hæc verba: Imo Canus etiam in *rele. Etio. de pœnitent. p. 6.* censet, posse, secundum prudentiam confessarij, quandoque ad subleuandam nimiam poenitentis verecundiam (vt alicuius puellæ v.g.) licite fieri confessionem scripto, sine voce. Quod, & ego ita credo. Sic Valentia. Et Hurtado *disp. 8. diff. 3. in fine,* expresse docet, id licere. Quod idem ex Cano, Valentia, & Suario, docet Layman, *tract. 6. cap. 6. num. 3.* Sa. *Verb. confessio. num. 12.* Lugo *disp. 15. num. 85.* Petrus de Ledesma loc. cit. Ochag. *tract. 2. de conf. s. quest. 28.* & Vazquez, ex Cano, *quest. 91. art. 4. dub. 4. num. 7. in fine.* Filiucijs *tract. 7. num. 14.* & Benzonius loc. cit. Qui id probat ex facto, D. Basilijs & D. Ioannis Eleemosynarij, qui mulieribus, valde de peccato, verbo manifestando, erubescientibus, mandauit peccata scribi in carta, qua lecta, remissionem peccatorum eis misericorditer contulerunt.

QVÆSTIO XVII.

An, Tempore præcepti, teneatur per scriptum confiteri præsenti Sacerdoti, qui aliter confiteri non potest?

NE GANT teneri quem, sed potius excusari in eo casu, à præcepto confessionis, Sotus in 4. *dist. 18. quest. 2. art. 6.* Caiet. *verb. Confessio conditio. 11.* Ricardus *dist. 17. art. 2. quest. 5.* Nauar. *cap. 21. num. 36.* Victoria *num. 173.* (*non 137.* vt habes apud Suarium) Medina, & Ledesma, quos citart Suarez *disp. 36. sect. 6. num. 5.* Vazquez *quest. 91. ar. 4. dub. 5.* Ita etiam sentiunt Valentia *disput. 7. quest. 11. punct. 1.* Barbosa in *decreto.* Gratiani *part. 2. de pœnit. dist. 2. cap. 89. num. 3.* Naldus in *Summ. verbo.* Mutus *num. 2.* & hanc opinionem esse probabilem, descendunt Fagundez de *præc. 2. lib. 1. cap. 6. num. 9.* & Diana 5. *part. tract. 6. resol. 4.* Vbi affirmat, Mutum, & si sciat scribere, non teneri confiteri per scripturam. Sic ipse; & ante ipsum, Vega 1. *part. Summa. cap. 63. casu 37. col. 645.*

Sed probabilius Respondeo: Teneri per scriptum confiteri; tam ad implendum præceptum diuinum; quam Ecclesiasticum. Quia præceptum confessionis obligat, quoties sine notabili incommodo fieri potest; at ex confessione facta scripto, non potest se qui maius incommodum, quam ex confessione facta per voces: ergo. Nec est considerabile, aut morale illud periculum, quod fingunt contrarij, quod scilicet, scriptura de se est exposita periculo, cum possit retineri à confessario, vel perdi, & publicari peccatum; Quia, huic periculo facile potest occurri; si poenitens, vel coram Sacerdote peccata scribat; vel, antea scriptam chartam in manibus afferat, ne decidat, & post lectam à confessario, statim comburat, vel in minutissimas partes discindat. Sic Caiet. loc. cit. sibi aliqualiter contrarius. Siluest. *verb. Confessio. 1. q. 15.* Qui, pro hac parte, inter alios, affert S. Thom. *dist. 17. q. 3. ar. 4. q. 3. ad 2.* Palud. *q. 2.* Mayor *q. 2. ad 3.* Petrus Soto *leçt. 11. de confessio.* Suar. & Vazq. loc. cit. Ægidius *disp. 5. n. 78.* Eniq. *lib. 5. c. 3. n. 8.* dum de Muto loquitur. Fagundez loc. cit. Granad. *contr. 7. tr. 1. disp. 9. n. 4.* Lugo *disp. 15. num. 87.* Hurtado *disp. 8. diff. 4.* Qui non bene citat Enriquez pro contra-

contraria sententia, qui, loquendo de Muto, nostrā tuerit profecto loc. cit. Et absolute loquendo, eamdem decuit lib. 4. cap. 4. num. 4. in fine, sic etiam Petrus Fay, Megala, & Alfonius de Leone apud Dianam loc. cit. Quibus addi possunt Nuñus quæst. 6. art. 6. diff. 3. pag. mibi 398. Candidus disquisitio. 24. ar. 29. dubit. 10. pag. 38 Layman tract. 6. cap. 6. num. 4. Qui latius confuse loquitur, & magis confuse citat non nullos Authores. Bonacina disp. 5. q. 5. secl. 2. punct. ultimo. num. 6. & apud ipsum, Pessantius, in additio. quæst. 10. pag. 976.

QUÆSTIO XVIII.

An Mutus, qui nescit scribere, teneatur per nutus, & signa confiteri, ad impiendum præceptum confessionis?

RESPONDO: Teneri. Quia potest, absque inconuenienti, signis, aut nutibus confiteri, quantum sufficiens sit; ergo ad id tenetur. Sic Naldus. Verbo. *Mutus* num. 1. dicens, illum posse à Confessario absolui, casu, quo explicet aliquid, quod intelligatur. Et Anton. Fernandez pars. 1. docum. 4. num. 33. affirmit: posse confessarium, tempore, quo obligat præceptum confessionis, absoluere mutum, qui præbet signa doloris, etiam si nullum possit ex eius signis intelligere peccatum, & alius non adsit confessarius, qui melius intelligat, sic ille. Et ex illo Diana 5. part. tract. 6. resol. 3. & apud illum, Alfonius de Leone, Megala, Balboa, & Hurtado. Quibus addi possunt Suarez disp. 21. secl. 3. num. 2. Nauar. Angles, Caiet, & Rodriguez, quos assert, & sequitur Sanctius disp. 32. num. 8. & est communis Doctorum.

QUÆSTIO XIX.

An Mutus, qui solum per nutus potest confiteri, licite possit absolui, etiam extra tempus, quo obligat præceptum confessionis?

NEGARE Videntur Fernandez, Naldus, Megala, & Diana loc. cit. Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 3.

& alij. Quatenus solum concedunt, id posse fieri, tempore, quo confessionis præceptum occurrit. Imo Medina, citatus ab Enriquez, id limitat, pro solo mortis articulo.

Sed probabiliter Respondeo: Etiam posse licite confiteri, & absolvi aliquoties, extra tempus præcepti. Quia si validè potest, (vt omnes fatentur) non est æquum, vt cogatur mutus, sine culpa propria, carere diu, tamen magno Sacramenti remedio. Sic, loquendo de pœnitente ignota lingua, tenet Posseuinus de officio curati cap. 7. num. 14. pag. mibi, 194. & Lopez 1. part. infraib. cap. 27. post medium, pag. mibi, 148. Loquendo etiam de Muto, & Sotus apud ipsum.

QUÆSTIO XX.

Quoniam modo, possit confiteri Mutus?

HIC questioni respondet Posseuinus loc. cit. num. 15. pag. mibi, 195 sic dicens. Quæres forte, quid agendum cum Muto? Respondeo. Si Curtius, eum nullatenus intelligit, adhibeat domesticos mutum intelligentes, & per ipsos faciat interrogations per nutus, & antequam Mutus respondeat, faciat interrogantes, auertere se ne videant quid mutus respondeat. Et infra. Si Mutus non valet confiteri peccata absque cognitione interpretis, ad moneat interpretem de obligacione celandi audita, & audiat libere. Sic ille.

Sed clarius ego Respondeo: Posse quidem Mutum, si velit, sic per interpretem, in dicto casu, confiteri, & absolvi; non tamen ad id teneri. Quia nemo tenetur ad explicanda peccata confessori per interpretem, nisi in articulo mortis, iuxta dicta supra quæst. 9. & 10. Sic expresse Enriquez lib. 5. cap. 2. num. 6. & apud ipsum, Nauar. cap. 21. num. 36. Ricardus, Caiet, Sotus, Cano, & alij. Sa. Verb. confessio. num. 13. & communis.

QUÆSTIO XXI.

An Surdus tencatur confiteri?

RESPONDEO Teneri. Quia sine notabili incommodo potest. Sic docent communiter DD.

QVÆSTIO XXII.

An Surdus teneatur per scriptum confessari, si aliter nequeat commode explicare peccata?

NEAT Diana 5. par. tract. 6. resol. 5. Et negant alij Doctores, quos supra quæst. 17. retulimus. Quibus addi potest Posseinius loc. cit. Vbi id, pœnitentis relinquit arbitrio; dum solum esse bonum, si hoc faciat, doceat, per hæc verba. Quid agendum cum Surdo? Respondeo: Cauet Cura-

tus, ne ab alijs audiatur. Excipiat illius confessionem in remotiori, & hunc non interroget, nisi de puris necessarijs in mortalibus, & emitet fatigationem suam, & Surdi. Si non uit scribere, bonum erit scribat peccata. Venialia, generali collatione faciat confiteri. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Ut supra loc. cit. habitum est. De modo autem, quo, se debeat gerere confessarius in confitendo Surdo; Optime lo-
quutus fuit Posseinius. Obserue-
tur,

DISPUTATIO SEPTIMA.

De Contritione requisita ad valorem Confessionis, quæ est eius duodecima qualitas, seu conditio.

QVÆSTIO PRIMA.

Quanam ratione Confessio debeat esse Lachrymabilis?



ESPONDEO, Quod debet esse lachrymabilis, quia debet fieri cum dolore, & displicentia peccatorum commissorum, & cum proposito, nec illa, iterum, nec alia, committendi. Sic communiter DD.

QVÆSTIO. II.

An Sacramentum pœnitentiae possit esse validum, & fructuosum, sine contritione, vel attritione?

AFFIRMANT Rossella Verb. Confessio 2. §. 1. & Siluest. confessio 1. §. 24 qui, pro hac parte, citat Scotum in 4. dist. 14. quæst. ultima art. 3. Sed immixto, quia Scotus loc. cit. quæst. 4. & dist. 16. expresse docet; in utile esse Sacramentum pœnitentiae, absque contritione, vel attritione. Vnde.

Certissime Respondeo; Nec fructuosum, nec validum posse esse, absque contritione,

Vel attritione. Quia dolor est pars essentia- lis huius Sacramenti: ergo absque illo, nullo casu potest subsistere. Sic S. Th. 3. par. q. 84. ar. 1. ad 1. & q. 86. ar. 6. Capreol. Nauar. Couarr. Vega, & alij, quos refert, & sequitur Suarez disp. 20. se ct. 3. nu. 8. Lugo disp. 14. n. 4. & est communis Theologorum. Videatur Candidus disquisitio. 24. art. 10.

QVÆSTIO III.

An, Dolor necessario requisitus ad valorem Sacramenti, debeat confessionem præcedere?

AFFIRMANT Egidius disp. 4. dub. 6. (non 4. vt citatur à Candido) nu. 44. & 45. Layman lib. 5. tra ct. 6. cap. 4. num. 4. & Ochagania tra ct. 1. de Confessio. quæst. 18. num. 5. docentes: necessario debe- re præcedere ipsam confessionem, priorita- te, non solum naturæ, sed etiam tempo- ris.

Sed longe probabilius Respondeo; Non debere necessario præcedere, sed sufficere etiam, vt eliciatur in ipsam confessionem; vel etiam, facta confessione, antequam pœnitens absoluatur. Quia dolor, ideo est ne- cessarius in confessione, vt hæc, rationem ha- beat accusationis, & non simplicis narratio- nis: sed confessio, sufficientem habet rati- onem accusationis, per actum doloris in ipsa- met confessione, vel subsequentem ipsam con-

confessionem, elicitum, cum quo ipsi absolutioni subjicitur; ergo. Sic Nauar. in *Man.* cap. 1. num. 22. Suarez (quidquid Laymandi cap. disp. 20. sect. 4. num. 31. Vazquez quest. 92. art. 2. dub. uno num. 17. Enriquez lib. 4. cap. 28. num. 3. Bonacina disp. 5. quest. 3. punct. 2. num. 18. (non 8. vt habet Lugo) Ochagavia tract. 2. de *Confessio.* quest. 30. nu. 2. (sibi iam contrarius) Fagundez de 2. prec. lib. 2. cap. 6. num. 10. & apud ipsum, Toleatus lib. 3. cap. 5. num. 2. Medina, C. de pœnit. §. *Nota tamen,* & Maior in 4. disp. 13. q. 3. Lugo disp. 14. num. 13. pag. 229. dicens: esse communem omnium Theologorum. Candidus *disquisitio.* 24. art. 6. num. 3. & 6. Hurtado disp. 6. disp. 10. *Filliuc. tr. 7. cap. 6.* quest. 9. & etiā (credo) Diana 3. part. tract. 4. resol. 134. Llamas 2. part. metho. cap. 2. §. 11. pag. mibi 158. & alij communiter.

QVÆSTIO IV.

An, Quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directe fuerat absolutus, teneatur bzbere nouum dolorem eorumdem peccatorum?

AFFIRMANT Enriquez lib. 4. cap. 26. num. 7. per hæc verba: Qui noua confessione repetit peccatum, de quo directe absolutus est, habere debet nouum eiusdem peccati dolorem, qui subjiciatur formæ nouæ absolutionis, sicut, & nouam confessionem peccati, ut probat piorum hominū usus, & consuetudo. Sic Enriquez, & Filliuci tract. 6. cap. 3. num. 77. Quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 116. Quibus ego addo Gabrielem Vazquez quest. 92. art. 3. dub. 5. infine. Bonacinam disp. 5. quest. 4. punct. 4. nu. 1. & Ioannem Sanctum in *selektis* disp. 1. num. 22. pag. mibi 8.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Non teneri ad habendum nouum dolorem formalem. Quia, repetita confessione vocali, reputatur, saltem virtualiter, dolor præcedentis confessionis, per euerantis adhuc moraliter, & virtua iter. Sic Petrus de Ledesma in *Sum. cap. 4. de Pœnit. V. rs.* Li. *Segunda duda es.* pag. mibi 322. Vbi ait: *hanc sententiam esse probabiliorem, & communerem inter Theologos.* Ioann. de Cruce in suo director. par. 2. de pœnit. quest. 1. dub. 6. concl. 2. fol. mibi, 174. Si uas in manu scriptis de pœnit. quest. 84. art. 10. Quos noui simere refert, nec audet reprobare, P. Lugo disp. 14. a nu. 31.

& sequent. In ò potius, illorum sententiam validis argumentis confirmat. Et merito. Quia (vt Diana dicit) ex ea persistunt confessores multos scrupulos sedare; præsertim illorum, cui corfitetur de peccatis venialibus, ordinarijs, & cù illis de aliquo peccato mortalij, alias confessio, & absoluto: nam in tali casu, & in tali confessione, non tenentur elicere nouum actum doloris, & contritionis.

QVÆSTIO V.

An Saltem, quando quis obliuiscitur unius, aut alterius peccati, & statim post absolutionem recordatur, & addit illud, indigeat nouo actu doloris?

AFFIRMANT communiter Doctores docentes; non posse eudem dolorem, qui est materia proxima, deseruire ad duplex Sacramentum pœnitentiae. Et quidem probabiliter satis, id docent.

Sed, non minus probabiliter, Respondeo: Non indigere nouo doloris actu Quia in virtute prioris doloris, adhuc virtualiter manentis, potest ab illo peccato absoluiri. Nam dolor prior, ut in virtute extensus ad peccata oblita, per inde valet, ac si esset nouus dolor de solis peccatis oblitis. Sic Lugo disp. 14. num. 27. Qui id ex praxi, his verbis confirmat: Nam licet unus, vel alius confessarius ad moneat fortasse poenitentem, in prædicto casu, de renouando dolore; alij tamen omnes communiter, id non faciunt. Eadem item praxis est in moribundo, qui, propter instans mortis periculum, absoluendus est, auditio uno, vel altero peccati; & deinde prosecuenda est confessio de alijs: tunc enim, non solet postea cogi ad renouandum dolorem, post primam absolutionem, sed absoluitur secundò ab alijs peccatis. ex vi prioris doloris moraliter permanentis. Sic Lugo, qui late, & docte alijs instantijs id probat, & ante illum, Enriquez loc. cit.

QVÆSTIO VI.

An Actus doloris, si per multum temporis præcedat confessionem, aut absolutionem, sufficiens sit ad efficiendam confessionem validam?

NEGANT esse sufficientem, si per multum temporis, sine limitatione præcedat, in primis Præpositus in 3. part. V 4 D. Thom,

D. Thom. quæst. 2. de contritio. dub. 1. num. 30. & ex illo, Diana 5. part. tract. 14. resol. 67. dum solum ad unum diem hoc tempus, per hæc verba, extendant: Cum aliquis (inquietum) vespere examinans conscientiam, elicet contritionem peccatorum, proponens sequenti die confiteri, validum est Sacramentum, quantum est ex parte contritionis, licet nullum alium actum contritionis eliciat. Sic illi.

Negat etiam Granados centrou. 7. tract. 3. disp. 3. num. 7. Vbi sic ait: Dicendum ergo est, tantiū solum posse præcedere dolorem, quam diu virtualiter permanferit: hæc autem virtualis permanentia, non aliter explicari debet, quam in alijs euentibus. Dicitur ergo, virtualiter dolor perseverare, quam diu, si pœnitens interrogetur, cur doluerit? possit sine noua deliberatione respondere, sed doluisse, ut confiteatur, & non retractasse dolorem, quia vult confiteri. Sic Granados.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Sufficere, ad validam efficiendam confessionem, quantumvis per multum temporis spatiū, præcedat dolor absolutionē, dummodo post quam semel habitus est; nec expresse, nec implicite, retractetur. Sic Hurtado disp. 1. de Sacr. in genere diffid. 11. in fine docet, per hæc verba: In pœnitentia vero, post actus pœnitentis, multo tempore post, potest absolutionē valide conferri; sicut etiam in iudicio forensi (instar cuius pœnitentia est instituta) multo tempore post discussionem cause, fieri solet absolutionē, aut condemnatio; toto scilicet tempore post, quo actus pœnitentis dicuntur moraliter permanere; tantiū autem dicuntur moraliter permanere, quandiu permanent habitualiter, id est, quandiu non retractantur, neque expresse, neque implicite. Sic Hurtado. Et sic, meo videri, etiam Candidus disquisitio 24. art. 6. num. 2. pag. 12. Vbi sic ait: Dolor, tempore præcedens confessionem, sufficit ad Pœnitentia Sacramentum suscipiendum: quia sicut absolutionē datur aliquando, etiam si, multis ante diebus præcesserit confessio, quæ censetur moraliter præsens confessario, quatenus confessor absoluens recordatur peccatorum in confessione receptorum: ita impendi potest absolutionē, licet dolor præcesserit confessionem; moraliter enim coniungitur confessioni, quæ fit virtute illius doloris antea eliciti, & illa confessio censeretur dolorosa virtute præcedentis doloris relati ad confessionem. Sic ille. Qui omnia desumpsit ex Bon-

cina, & non citat illum, sed Sotum diff. 17. quæst. 2. art. 3. & Suarum disp. 20. sect. 4. num. 29. & bene, licet non ita clare, loquantur.

QVÆSTIO VII:

An Dolor, requisitus ad confessionem, necessario debeat elicere à pœnitente ex intentione confitendi peccata?

AFFIRMAT Bonacina disp. 5. quæst. 3. punct. 2. num. 17. pag. mibi 117. dicens: dolor em requisitum, debere necessario referri formaliter, vel virtualiter ad confessionem; ita, ut pœnitens dolere debeat de peccatis cum proposito illa confitendi, vel, recogitare eum dolore peccata sua, ut illa confiteatur. Sic etiam tenent atij Recentiores, quos suppresso nomine refert Hugo disp. 14. num. 36. pag. 233. & meo videri, Suarez, & Candidus loc. cit.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Non debere necessario dolorem esse elicitem, ex intentione formalī, vel virtuali, confitendi; sed sufficere, esse elicitem, ablique memoria confessionis, dummodo, ex illo, postea pœnitens excitetur, ad examen peccatorum, & ad illa confitenda. Quia, si quis, ex metu gehennæ habeat attritionē, & postea, ad impenetrandam Dei gratiam, velit confiteri, & absoluatur; concurrunt omnia, quæ ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur a Trident. sess. 14. cap. 4. ergo, licet, in ipso dolore, pœnitens non recordetur confessionis, optime poterit postea, ut illo dolore ad obtinendam absolutionem. Sic Reginaldus lib. 5. nu. 54. quem citat, & sequitur Hugo disp. 14. a num. 37. pag. 233. Qui, alijs instantijs, id late, & probe, probat.

QVÆSTIO VIII:

An, Ad recipiendum effectum Sacramenti pœnitentiae, sufficiat habere attritionem?

NEGANT Magister D. Bonau. Hugo, & Ricard. de S. Victore, Gabriel Major, Medina, Adrianus, & alij, quos referunt Suarez disp. 20. sect. 1. num. 3. Vazquez quæst. 9. 2. art. 1. dub. 2. num. 1. & Hurtado disp. 6. diff. 2.

Sed iam, certissime Respondeo: Sufficere. Quia sic, clare colligitur ex Trident. sess. 14:

seſſ 14.cap.4. Voi loquēs de attritione, ait:
Et quamuis, ſine Sacramento pœnitentiae,
per ſe ad iuſtificationem perducere peccato-
rem nequeot; tamen eum ad Dei gratiam in
Sacramento pœnitentiae impetrandam diſ-
ponit. Sic Concilium. Et ſic S. Thom. Scot.
Palud. Capreol. D. Anton. Sylueſter, Ruard.
& Can. Quos citant, & ſequuntur Suarez Vaz
quez, & Hurtado. Nuñus in additio. quæſt. 9.
art. 1. Candid. diſquifitio. 24 art. 11. nnn. 2.
Lugo diſp. 5. num. 130. & iam communis om-
nium.

QVÆSTIO IX.

An Etiam, ſufficiat babere attritio-
nem, vt talem cog-
nitam?

NEANT Sotus in 4.diſt. 18 quæſt. 3.
art. 2. in fine, & lib. 2. de natura,
& gratia, cap. 15. Victoria in rele-
lio. de potef. Eccleſia quæſt. 2. Vega lib. 13.
in Trident. cap. 34. Corduba lib. 1. quæſt.
Theolog. quæſt. 2. & alij, quos affert Suarez
loc. cit. num 7. Existimantes; ad effectum Sa-
cramenti recipiendum, neceſſariam eſſe at-
tritionem existimatam contritionem.

Sed, longe multo probabilius, Reſpondeo: Sufficiere attritionem, vt talem cognitam, nec opportere reputare illam cōtritionem, vt effectus Sacramenti conferatur. Quia id clare significat Trident. loc. cit. dum nulla facta mentione existimationis dicta, abſolute docet, attritionem diſponere ad im- petrandam gratiam in Sacramento Poenitentia. Et certe parum facit, aut nihil, quod attritus ſciat, vel cognoscat, vel ſuspiceretur, ſe attritum; vel non cognoscat, quia illius ſcientia, vel cognitione, non variat efficaciam, & virtutem Sacramenti, qua attritus reddi- tur cōtritus, ſiue ſciat, ſiue ignoret, hoc enim per accidens eſt. Llamas 2. part. Metho. cap. 2. §. 6. Sic S. Thom. diſt. 17. quæſt. 3. art. 5. q. 1. & diſt. 18. q. 1. art. 3. q. 1. Scot. diſt. 14. q. 4. art. 3. Palud. d. 1. q. 8. & diſt. 19. q. 1. art. 2. Adrian. in 4. q. 5. de confeſſio. D. Anton. Capreol. Sylueſter, Ruard. & Cano, quos citat, & ſequitur Suarez diſp. 20. ſect. 1. nu. 20. Vazquez q. 92. art. 1. dub. 2. & id. q. 62. art. 1. dub. 2. Hurtado diſp. 6. diff. 3. Enriquez lib. 4. cap. 26. num. 6. & apud il- lum, Nauar. c. 1. n. 43. Medina, Bellarmin. & alij doctissimi. Fagundez de præc. 2. lib. 2. cap. 4. num. 13. & 14. & cap. 5. num. 14. Granados contro. 7. tract. 3. diſp. 2. num.

10. pag. 1173. & apud ipsum, Valentia diſp. 7. q. 8. punet. 4. Medina lib. 1. Sum cap. 12. §. 2. Petrus de Ledesma de Pœnit. cap. 7. concl. 3. Sayrus in Clavi Regia lib. 1. cap. 7. num. 7. Salas 1. 2. tom. 1. q. 21. tract. 8. diſp. unica ſect. 10. num. 93. Sanchez lib. 1. Sum cap. 9. num. 34. Toletus lib. 3. cap. 10. Ro- driguez in Sum. tom. 1. cap. 50. concl. 1. Zam bran. de casibus occur. tempore mortis cap. 4. dub. 1. num. 4. Qui tamen, etiam citat Na- uarrum pro opposita parte, ſed non ita bene nam ſi attente legatur cap. 1. cit. num. 42. hanc noſtrā claret tenet. Sic etiam Lugo diſp. 7. num. 271. & 273. pag. 111. & etiam Bonacina diſp. 5. q. 1. ſect. 1. punet. 3. nu. 10. Qui tamen male citat Corduuam pro hac ſen- tentia, & Nuñus q. 2. art. 3. diff. 4. pag. 317. & q. 9. art. 1. dub. 3 pag. mibi 480. & com- munis, & iam ita certa, vt opposita, apud ali- quos, ſit improbabiliſ.

QVÆSTIO X.

An Etiam, in articulo mortis ſit ſufficiens
attritio cognita, cum Sa-
mento?

NEANT, à fortiori, Doctores pro pri- ma ſententia nuperrime citati. Et ex citatis pro noſtra, id docent Suarez diſp. 15. ſect. 4. num. 17. & 18. Sanchez, Granado, Valentia, & Zambran. loc. cit. Nuñus q. 2. (nor art. 4. vt habes apud Diana- & Lugum) ſed 3. dub. 4. pag. mibi 317. Tan- nerus tom. 4. diſp. 6. quæſt. 6. dub. 3. num. 66. & Praepoſitus in 3. part. q. 2. de cōtract. dub. 5. num. 57. & alij, docentes, illum, qui ſuſcepit Sacramentum poenitentia, cum at- tritione cognita, debere, adhuc ſub peccato mortali, habere contritionem in articulo mortis.

Sed, longe multo probabilius; Reſpondeo: Adhuc in articulo mortis ſufficiere. Quia, poſt Concilium Tridentinum, licet nō ſit omnino de fide (vt aliqui volunt) morali- ter tamen, certiſſimum eſt, quod attritio cū Sacramento ſufficiat ad iuſtificationem, vt ipſiſmet contrarij fatentur; ergo nullo peri- culo exponitur, qui cum attritione cognita, adhuc in articulo mortis, conſitetur. Sic & eid. diſp. 3. dub. 1. num. 5. & 6. Fagundez, & Salas loc. cit. Becañus de Sacram. cap. 35. n. 3. Layman lib. 4. tract. 6. cap. 2. num. 6. Fa- ber in 4. diſt. 14. q. 2. diſp. 18. cap. 3. nu. 71. Quos citat, & ſequitur Diana 3. part. tract. 4. reſol. 98. & 5. part. tract. 3. reſol. 76. op- time

time Lugo disp. 7. num. 272. & sequent. Luy
fus insuis selectis part. 1. disp. 21. dub. 2. &
alij.

QVÆSTIO XI.

An. Ad effectum Sacramenti sufficiat attritio, qua pœnitens dolet, se non habere dolorem peccatorum?

AFFIRMANT Paludan. in 4. diff. 17. q. 11. art. 5. Nanar cap. 1. num. 1. & 18. & cap. 10. num. 4. Sa verb. contritio. num. 5. (non verb. Absolutio num. 15. ut habet Fagundez) & Rodriguez tom. 1. cap. 50.

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere. Quiam Concilium loc. cit. ad effectum huius Sacramenti, verum dolorem de peccatis requirit: at dolor de carentia doloris de peccatis, non est dolor de peccatis: ergo. Sic Enriquez lib. 4. cap. 26. num. 5. & apud ipsum, D. Thom. & D. Bonavent. Vazquez q. 92. art. 1. dub. 3. Bonau. disp. 5. q. 5. sect. 1. punct. 3. num. 7. Fagundez de 2. præc. lib. 2. cap. 5. num. 13. Fillius tract. 7. cap. 6. q. 2. Hurtado disp. 6. diff. 4. Granado controv. 7. tract. 3. disp. 3. num. 4. Candidus disquisitio. 24. art. 12. dubit. 4. num. 6. late Hieronymus Llamas, 2. part. sua Methodi cap. 2. §. 4. pag. mibi 243. dicens: oppositam sententiam indignam esse, tam doctis, & pijs Viris.

QVÆSTIO XII.

An. Attritio, habita ob metum solum geben næ, & pœnærum, vel ob turpitudinem peccati, sufficiat ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiae?

NEGLAT Sylvius q. 1. supplementi. art. 3. Vbi docet. Eam solū attritionem sufficere, que includat etiam aliquam (sicet debilem) dilectionem Dei super omnia.

Sed certissime Respondeo: Eam solam sufficere, adhuc nulla intercedente dilectione Dei, super omnia. Quia id expresse docet Concilium siff. 14. cap. 4. & vniuersi Theologi, ut optime Lugo disp. 5. num. 133. pag. 57. Hurtado disp. 6. diff. 5. Lamas 2. part. Metbo. cap. 2. §. 6. pag. mibi 252. & omnes. Unde opinio Sylvij, plus quam improbabilis, censenda est.

QVÆSTIO XIII.

An. Attritio, ob metum pœna purgatorijs, sit sufficiens ad valorem Sacramentis?

NEGANT Vazquez q. 92. art. 1. dub. 3. & Hurtado loc. cit. dum ad veram attritionem exigunt motuum eternorum. Se probabilius longe Respondeo: Esse sufficientem. Quia terrore dictæ pœna, optimè potest dolere homo, non solum de venialibus, sed etiam de mortalibus, quæ post justificationem, pœna purgat rīj puniuntur. Sic omnino Lugo loc. cit. num. 137 pag. 58. Qui, idem dicendum, censem, de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius danni teatralis, quo Deus solet punire peccata in hac vita. Quod antea docuit Suarez disp. 5. sect. 2. num. 15. pag. mibi 121. Fagund. de præc. 2. cap. 5. num. 2. & alij.

QVÆSTIO XIV.

An. Attritio ob infamiam, aut mortem, quam Index infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit etiam sufficiens ad effectum Pœnitentiae recipiendum?

AFFIRMANT Sotus in 4. diff. 18 quæst. 3. art. 3. & Canus relect. de pœnit. part. 5.

Negant vero Vazquez quæst. 92. art. 1. dub. 3. Suarez disp. 20. se ct. 2. & Reginald. lib. 3. se ct. 2. apud Hurtadum, vbi infra.

Sed probabilius Respondeo: Esse sufficientem, casu, quo illa attritio, vel dolor ob infamiam, aut ob aliud malum temporale, sit cum aliquo respectu ad Deum; id est, sit dolor de peccato, quia Deus immisit, aut immitteret illam infamiam, mortem, aut aliud malum: secus vero, si sit dolor ob infamiam, aut mortem, &c. Ab humano Iudice infligendam, sine aliquo respectu ad Deum. Quia, primus ille dolor, est Dei; secundus vero solius hominis, & sic ille sufficit ad effectum Sacramenti recipiendum; hic vero, minime. Sic Aegidius disp. 4. num. 39. Ochagavia tract. 1. quæst. 18. & Hurtado disp. 6. diff. 5. Quos, non certos, sequitur Lugo disp. 5. nu. 141. pag. 58. & ante omnes illos, Suarez, vbi loc. cit. & Lamas infra, & Lamas loc. cit.

QVÆS.

QVÆSTIO XV.

*An, Dolor de peccato propter turpitudinem
Abstinentiam à Deo. v. g. dolor defurto,
propter specialem malitiam furti, pro-
ut optionuit iustitia, sine alio
respectu ad Deum; sit ver-
ra attrito?*

AFFIRMAT Pater Suarez disp. 5. sect. 3.
num. 15. pag. mbi. 121. eo quod
Concilium, pro sufficienti motu at-
tritionis assignet turpitudinem peccati.

Sed probabilius Respondeo: Non esse
veram attritionem nisi alias consideret pe-
ccatum, etiam cum ordine ad Deum, nempe,
ut est iniuria in Deum: Sic Lugo loc. cit. nu-
142. & constat ex nuper dictis.

QVÆSTIO XVI.

*An, Ad valorem Sacramenti pœnitentiae,
requiratur dolor formalis, vel sal-
tem virtualis omnium
mortalium?*

RESENDEO Requiri, sicut requiritur
Confessio omnium mortalium. Pro
quo nota, quo dolor seu contritus du-
pliciter potest ferri in omnia peccata, forma-
liter scilicet, vel virtualiter. Formaliter fer-
tur, quando procedit ex omnium apprehe-
sione, siue explicita, siue confusa, ut si quis
in genere recordetur, se multa cōmisissē pec-
cata, & illa omnia detestetur. Virtualiter;
quando detestatur unum, vel aliud, cuius ad-
est memoria, & in eo detestatur alia, quæ sub
eodem motu comprehenduntur; ut si quis
detestetur perjurium v. g. quia est offensio
Dei, quem super omnia diligit; ibi videtur
detestari implicite, & virtualiter omnia alia
peccata, quæ similiiter sunt offensio Dei, &
in quibus eadem ratio detestabilitatis repe-
ritur. Sic S. Thom. 3 par. quæst. 84. art. 1.
Suar. disp. 20. sect. 4. num. 23. Vazq. tom. 4.
quæst. 86. art. 2. dub. 7. num. 21. Bonacina,
disp. 5. quæst. 5. punt. 3. propositio 3. num.
3. Lugo, disp. 5. num. 72. (cuius est, quod no-
tavimus) Candidus, disquisitio 24. art.
12. dubit. 6. Hurtado, disp. 6.
diff. 7. & omnes.
(§)

QVÆSTIO XVII.

*An Etiam, ad valorem Sacramenti re-
quiratur dolor omnium ve-
nialium?*

RESENDEO: Non requiri. Quia nec re-
quiritur Confessio omnium venia-
lium; imo nec unius necessario. Sic
omnes DD. præcipue citati.

QVÆSTIO XVIII.

*An, Ad Contritionem requiratur dolor
summe intensus?*

AFFIRMAT Adrianus in 4. quæst. 2. do-
Pœnitent. Quia, sicut peccator debet
dolere super omnia, ita debet dolere
summo dolere. Fabet huic sententia Petrus
de Soto lect. 14. & 15. de Pœnit. dicens; dol-
ore contritionis debet item excedere in
intensione, omnes alias actus, quos idem
homo habet circa alias obiecta.

Sed certissime Respondeo: Quod. Nullo
modo requiratur dolor summe intensus; nec
quod excedat adhuc, alias actus in intensione;
Quia alias redderetur contritio difficilima,
& quasi impossibilis, ut late probat Lugo,
disp. 15. num. 84. pag. 48. Satis ergo erit
substantia contritionis, licet cum minima in
tensione fiat. Si enim peccatum mortale, li-
cet tepide, & parvo connatu fiat, destruit to-
tam gratiam cum charitate, virtutibus, &
donis Spirius Sancti infusis; cur parua co-
tritio, non destruet omnia peccata? Sic Enri-
quez lib. 4. cap. 27 num. 6. & apud illum D.
Thom. Sot. Cano, Nauar. Ledesma. Bellam. &
alij. Suarez, disp. 4. sect. 5. Granados, tract.
2. disp. 7. sect. 3. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XIX.

*An, Ut contritio acceptetur à Deo, egeat
duratione, & continuatione
aliquia?*

AFFIRMANT Scot. dist. 14. quæst. 2. ar.
2. & 2. dist. 28. quæst. Viva; & apud
Enriquez, Ockam, & Gabriel, ibidem,
& Caiet. opusc. de Contrit. tract. 4. quæst. 1.
existimantes: illum actum, qui est contritio,
non habere rationem contritionis, & dispo-
sitionis ad gratiam, nisi prius, aliquo tempo-
re, duret; quod tempus taxatum est à Deo.

Sed;

Sed certissime Respondeo: Non indigere duratione aliqua, ut sit vera contritio, & acceptetur a Deo, & sit dispositio ad gratiam. Quia ad contritionem veram solum exigitur, quod sit dolor super omnia, ex motu charitatis; at hunc actum potest habere homo in instanti; aut in breuissimo tempore, sicut potest habere actum dilectionis Dei super omnia: ergo. Sic S. Thomas 3. part. q. 8. 9. art. 2. & 1. 2. q. 113. art. 5. & 7. Soto dist. 17. q. 2. art. 4. Medina tract. 1. de Pœnit. q. 1. Vega lib. 13. in Trident. cap. 23. tener etiam Gabriel in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. concl. 5. lit. V. Vbi proposita sententia Scotti, sic ait: Sed quia ista continuatio actus, & determinatio temporis, ac termini eius, à Deo (ut ait) præfixi, nullam habet autoritatē scripturæ, nec ratio probat; ideo, ea facilitate contemnitur, qua probatur. Sic ille male ergo illum afferat Enriquez pro opposita parte, sic etiam Nauar. c. 1. n. 30. Enriq. loc. cit. n. 4. Suarez disp. 4. sect. 5. n. 4. Lugo disp. 5. num. 88. pag. 49. Granado loc. cit. num. 32, & communis.

QVÆSTIO XX.

An. Ad valorem contritionis, requiratur recognitio explicita, & specialis singulorum peccatorum in particulari?

AFFIRMANT Adrian. q. 3. de baptismo in fine Cano relitt. de pœnit. part. 3. ad finem. Sotus dist. 17. q. 2. ar. 3. Medina (apud Suarez) C. de pœnit tract. 1. q. 3. Ruard. art. 5. contra Lutherum. Cordub. lib. 1. q. 5. Philiarcus de offic. Sacrdi. tom. 1. part. 2. cap. 20. & nouissime Sylvius in ad ditio. ad 3. part. q. 2. art. 6. concl. 1. Qui omnes, id affirmant, loquendo de contritione secundum se, sine ordine ad confessionem, de qua hic sermo.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non requiri ad veram contritionem habendam, explicitam, & specialem recogitationem peccatorum in particulari, sed sufficere recogitationem omnium peccatorum in communi, & in confuso. Quia hæc sola, sufficit ad excitandum dolorem perfectum de peccatis. Sic Enriquez lib. 4. cap. 28. quasi per totum. Suarez disput. 4. sect. 6. à numer. 7. & alij apud ipsum. Lugo disp. 5. num. 90. pag. 49. Lyman lib. 5. tract. 7. cap. 4. numer. 3. Hurrado disp. 2. diff. 4. Villalobos tract. 9. diff. 19. num. 4. Diana 3. part. tract. 4. re- joi. 11. S. imo, & Medina, C. cit. quæst. 3.

versu Nototamen, vbi explicat, quod nū per ante docuerat, & communis.

QVÆSTIO XXI.

An. Quando pœnitens peccata in speciali confitetur, teneatur tunc singulorum peccatorum habere singulares contritiones?

AFFIRMANT aliqui apud Enriquez, & Suarium II. cc. pro quorum sententia refert Vinaldus de contritio. num. 21. pag. mibi 81. Sotum in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. & dist. 17. q. 2. art. 3. concl. 3. & Victoria num. 116. Sed certe male, quia oppositum expresse docent ibidem, præsertim Sotus.

Vnde, longe multo probabilius, Respondeo: Non teneri; sed satis esse, vnam generali contritionem omnium peccatorum habere. Sic Sotus dist. 17. cit. concl. 3. Vbi sic ait. Satis est, quod homo mente recolat peccata omnia, absque ullius displicentia, dum modo non habeat complacentiam; & per etiam in-dagine, vnicā contritionē, hæc omnia detestetur. Quare nescio cur Caiet. Dixerit: quod requirantur detestationes sigillatim singularem, sed non contritiones, nisi vna: nam si detestationes non sunt contritiones non sunt necessariæ; & reuera poenitentium usus non est, nisi in principio habere contritionem generali, quæ sufficit ad gratiam; deinde peccata inuestigare ad confitendum; vel si, existens in peccatis, vult omnia in mente referre antequā ullum habeat detestationis actu, satis est, omnibus rememoratis, vnam detestationem applicare. Sic ille, & sic (licet non ita expresse) Victoria loc. cit. Nauar. cap. 1. num. 22. Medina, C. de pœnit. q. 3. vers. noto tamen fol. mibi 9. Vinald. loc. cit. Toletu. lib. 3. cap. 5. n. 2. Enriq. loc. cit. Fagundez de præ. 2. lib. 2. cap. 6. n. 8. Llamas 2. par. Methodi cap. 2. §. 11. Nam alias (inquiens) si de quocumque actu peccati mortalis obligaremus peccatorem, ut produceret actu sigillatim odij, & doloris, deficeret vita tempus, etiam si illa Matufa- lani concederetur, &c. Sic ille, & com- munis.

QVÆS-

QUÆSTIO. XXII.

An Requiratur propositum non peccandi, ad valorem Sacramenti Pœnitentiae?

NEGLANT absolute Sotus *disp. 17. quest. 1. art. 2.* Paludan. *disp. 17. quest. 8.* & alij, apud Suarium *disp. 20. secl. 4. num. 32.* & *secl. 3. num. 7.* docentes: nec propositum formale, nec virtuale requiri.

Affirmant vero ècontra, Alensis *4. part. quest. 69. m. 9. art. 2.* D. Thom. *3. par. quest. 90. art. 4.* quos citat, & sequitur Toletus *lib. 3. cap. 4. § quinta pars est. dicentes;* requiri propositum formale, & expressum; nec virtuale sufficere. *Quod etiam docuit Medina, C. de confessio. q. de confessione fœta iteranda.*

Sed probabilius Respondeo. Requiri ad Sacramentum valorem, propositum, vel formale, & expressum; vel virtuale, & implicitum, quod in ipso actu doloris, & detestatione peccatorū includitur. Sic Nauarrus *cap. 1. num. 6.* Vega *lib. 3. in Trident. cap. 21.* Suar. *disp. 4. secl. 3. num. 6.* & *disp. 20. secl. 4. num. 33.* Fagundez de *præc. 2. lib. 2. cap. 3. num. 13.* & ex parte, Lugo *disp. 14. num. 52. pag. 236.* Nuñus *quest. 1. in additio. art. 1. dub. 5. concl. 2.* Candidus *disquis. 24. art. 12. dub. 1. pag. 22.* Diana *3. part. tract. 4. resolutio. 119.* Hurtado *disp. 6. diff. 7.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 4. num. 6.* Sylvius *in suplem. quest. 1.* Villalobos *tract. 9. diff. 19. num. 8.* Llamas *2. part. Metho. cap. 2. § 9. pag. 253.* & alij.

QUÆSTIO. XXIII.

An Ex defectu doloris, posse dari Sacramentum pœnitentiae informe, id est, validum essentiaiter, sed absque effectu gratiarum?

NEGLANT Maior *disp. 17. q. 5.* Gabriel *q. 1. art. 3. dub. 2.* Adrian. *q. 5. de confessione dub. 5.* Medina, C. de confessione *q. 26. de confessione fœta non iteran.* Quos omnes citat, & sequitur Vazquez *q. 92. art. 2. dub. unico, num. 13.* Egid. *disp. 4. dub. 11.* Ochagav. *tract. 2. de confessio. q. 30.* Layman. *tract. 6. cap. 9.* Fagundez de *2. præc. Ecclesiæ lib. 2. cap. 7. nu. 9.* Qui assert pro hac parte Scotum *disp. 17. q. 1. art. 3.* Tole tum *lib. 3. cap. 8. num. 1.* & Enricum Enri quez *lib. 2. de pœnit. cap. 11. nu. 1. in marg. lit. G.* Affert etiam pro hac parte Diana, vbi infra, Patrem Suarium, & Patrem Hurtadum (in impressione Matriten.) sed utrumque, male; cum acerrime, & expresse, oppositam

defendant, & amplectantur. Posset tamen melius afferri Luysius *disp. 28. de pœnit. dub. i.*

Sed probabilius Respondeo. Posse dari. Sed quando, aut qua ratione, id contingere possit, discordant Doctores. Nam Primo, Alii qui dicunt, tunc id contingere; quando confessio sine aliquo dolore fit, & illius defectus inuincibiliter à poenitente ignoratur. Sic Sotus *disp. 18. quest. 3. art. 3.* quatenus docet, teneri postea poenitentem, cum ei constiterit, se non habuisse dolorem, id ipsum confiteri tantum; & non repeteret confessionem. Quod est dicere, confessionem fuisse validam, sed informem. Cum Soto sentiunt aliqui Recentiores.

Alij id contingere affirmant, quando quis confitetur omnia peccata sua, sine ullo profus dolore; confitetur tamen hoc ipsum, nempe, quod non habet dolorem. Sic Victoria, & Ludouic⁹ adducti supra *disp. 3. q. 5. s.* Pesan. in *add. quest. 10. disp. 2. concl. 1.* & *2. ex D. Thoma in 4. disp. 17. quest. 3. art. 4. quest. 1. in corpore.* Vbi sic ait: Respondeo dicendum ad primā quæstionē, quod confessio est actus virtutis, & pars Sacramenti. Secundum autem, quod est actus virtutis, est actus meritorius propriæ, & sic confessio non valet sine charitate, quæ est principium merendi: sed secundum quod est pars Sacramenti, sic ordinat confidentem ad Sacerdotem, qui habet claves Ecclesiæ, qui per confessionem conscientiam poenitentis cognoscit; & secundū hoc, confessio etiam potest esse in eo, qui nō est contritus, quia potest peccata sua Sacerdoti innotescere, & clavis Ecclesiæ, se subiucere: & quoniam tunc, non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet, sicut etiam est in alijs Sacramentis. Vnde non tenetur iterare confessionem, qui factus accedit, sed tenetur post modum fictionem suam confiteri. Hec D. Thomas. Quem nouissime sequitur Torre blanca *lib. 14. practicar. cap. 6. num. 14.* & *cap. 12. num. 20.* & *23.*

Alij id accidere putant, quando confessio fit cum dolore aliquo supernaturali: sed imperfecto, & inefficaci, id est, nō in eo intensio nis gradu, quæ Deus ad effectū huius Sacramenti requirit. Ita Nagar. Silvest. Cano, & alij, apud Suarium & Fagundez *ll. cc.* Huius sententia est etiam Reginald. *m. 16. 9.* Vbi sic ait: Porro isti modi informitas cōfessionis, ex eo nascitur, quod cōfiteens careat necessaria, & sufficienti dispositione, nēpe, quod nō præmisit sufficiēs cōsciētia examē, vel nō detestetur sume, vt par est, sua peccata, prout

sunt offensa Dei: vel non habeat satis firmum propositum nouæ vitæ; ignorat tamen, sine lata sua culpa, se in aliquo hortum deficere; immo bona fide putat, se cum sufficienti dispositione confiteri. Sic ille.

Sed, his omnibus, probabilius, Respondeo dicendum: confessionem informem, ex defectu doloris, tunc solum contingere, quando contingit, confessionem fieri cum vera attritione aliorum peccatorum mortaliū; non tamen omnium, quæ in confessione dicuntur. Ut si pœnitens tantum habeat attritiones singulorū peccatorum mortaliū, prout ea sigillatim confitetur, & de uno doleat efficaciter, de alio vero, minime, sed per displicantiam tantum inefficacem: tunc enim, si omissio illa vera attritionis omnium mortaliū, quæ exponuntur in confessione contingat ex ignorantia, aut inadvertentia inculpabili, confessio erit absolute valida, licet infructuosa, eo quod pœnitenti deficiat dolor requisitus ad effectum Sacramenti, cum non habeat dolorem omnium mortaliū, sine quo, non infunditur à Deo gratia remissiua omniū, ne remittatur aliquid, absque illius dolore. Sic Petrus Soto lect. 8. de confessio. Dominicus Soto loc. cit. post 6. conclusionem, Suarez disp. 20. sect. 5. Quos omnes citat, & sequitur Candidus disquis. 24. art. 12. dubit. 8. Filiuc. tract. 7. quæst. 11. Hurtado disp. 6. diff. 8. Lugo disp. 14. num. 74. pag. 240. & alij, quos afferit Diana 2. part. tract. 17. resol. 31.

QVÆSTIO XXIV.

An, In confessione, quæ de venialibus sit, requiratur dolor efficax de illis?

NEGLIGANT aliqui, quos, suppresso nomine refert Lugo disp. 14. n. 105. pag. 246. docentes, sufficere dolorem inefficacem.

Sed, certissime, Respondeo: Requiri: Quia ex Trident. constat, quod vna, ex partibus huius Sacramenti, est contritio; at nomine contritionis, nequit venire dolor ille imperfectus, seu displicantia inefficax; cum contritio sit detestatio peccati commissi, illa vero displicantia, non est detestatio, aut retractatio; cum illa possit stare simul cum proposito commitendi iterum illud peccatum, & cum ipso peccato actuali: ergo. Sic Suarez disp. 20. sectione 6. num. 2. Lugo loc. cit. num. 106. pag. 246. & est communis omnium Theologorum.

QVÆSTIO XXV.

An Sit mortale confiteri sola veniam, absque ullo dolore?

NEGAT quidam Recētior Theologus, quem, tacito nomine, refert Lugo disp. 14. num. 108. pag. 247. Quia frustrare Sacramentum in re leui, nequit esse culpa grauis.

Sed certissime Respondeo: Esse mortale. Quia pœnitens omnino tenetur applicare debitam materiam Sacramenti, ne Sacerdos proferat verba Christi (qualia sunt formæ sacramentales) supra materiam incapaci, quod faceret, si non præcederet confessio peccatorum cum dolore ad valorem requisito. Nec est quid leue, frustrari omnino Sacramentum per rem leuem. Quia leuitas, vel grauitas, in præsenti, non debet attendi secundum grauitatem, vel leuitatem materiæ, secundum se; sed in ordine ad Sacramentum, cuius i tritatio semper est grauissima. Sic Lugo loc. cit. Vbi late, & doce, probat nostram, & impugnat contrariam sententiam. Fagundez de præc. 2. lib. 2. cap. 8. num. 5. & cap. 1. num. 12. Suarez disp. 20. sect. 6. num. 2. Candidus disquisitio. 24. art. 5. dubit. 3. & est communis omnium.

QVÆSTIO XXVI.

An Etiam sit mortale, non habere dolorem de omnibus venialibus, quæ in confessione explicantur?

AFFIRMANT aliqui, quos, suppresso nomine, refert Suarez disp. 20. sect. 6. num. 7.

Sed, probabilius Respondeo: Non esse mortale. Quia, quamvis pœnitens in hoc casu, apponat Inconfessione aliqua peccata non detestata, tanquam materiam Sacramenti; non tamen, tanquam materiam necessariam, & totalem; cum ex alia parte, apponat sufficientem materiam, scilicet, aliqua alia peccata venialia detestata, super quæ potest cadere forma Sacramenti; ergo id non erit mortale. Patet hæc consequentia, exemplo aliorum Sacramentorum, in quibus ad mixtio alii cuius partis, quæ non sit materia valida, non est culpa grauis; dum tamen, apponatur materia valida. Ut si in baptismo, cum aqua effundenda, misceatur aliqua pars olei benedicti. Et in hoc eodem Sacramento poeni-

pœnitentia, soleant p̄ij homines frequenter, se accusare de imperfectionibus, & defectibus, qui nō sūt peccata venialia. Nec aliquis hucusque dixit, in hoc eos mortaliter peccare. Sic Suarez, Fagundez, & Candidus loc. cit. Lugo disp. 14. à num. 118. pag. 248. Hurtado disp. 6. diff. 7. Diana 4. part. tract. 4. resol. 93. Qui, quoad præsens attinet, idem dicendum, dicunt, de mortalibus antea legitime confessis.

QVÆSTIO XXVII.

An Saltem in casu, quo pœnitens confiteatur aliquod veniale absque dolore, teneatur sub mortali dicere, se non dare illud peccatum pro materia absolutori?

AFIRMABVNT à fortiori Authores, tacite, nuper relati.
Sed probabilius Respondeo. Non teneri sub mortali, sed sub veniali tantum (dum modo in illa confessione alia peccata cum dolore fateatur.) Quia, si id diceret pœnitens, non daretur locus dubitationi; cum nemo possit negare, posse pœnitentem cum illa protestatione, narrare licite omnia peccata sua venialia, absque ullo dolore, sicut posset extra confessionem. Præcipue, si id faceret ob humilitatem, vel ob consilium, vel ob ex citationem ad veram pœnitentiam de tali peccato habendam. Sic Lugo loc. cit. num. 126. pag. 250. & ante ipsum, Suarez disp. 20. sect. 6. num. 7. & disp. 22. sect. 10. num. 7. & sequent. & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An, Ad confessionem venialium, requiriatur propositum formale, vel virtuale, non peccandi?

NEGABVNT à fortiori, Sotus, & Paludanus quæst. 22. cit. Negant etiam & alij, quia existimant: minus requiri ad remissionem venialis, quam ad remissionem mortalis.

Sed, certissime Respondeo: Requiri. Quia ad remissionem venialium, etiam requiritur dolor efficax: at in hoc includitur, saltem virtualiter, propositum non peccandi de cætero: ergo. Verum est, quod etiam in Sacramento, requiratur minus ad remis-

sionem venialis, quam ad remissionem mortalis: nam ad remissionem mortalis, requiritur propositum, non committendi illud, quod confitetur peccatum, nec aliud: ad remissionem vero venialis, sufficit propositum non committendi eadem peccata; imo nec requiritur propositum, àdeo strictum, vitandi occasiones peccandi venialiter, sicut requiritur propositum vitandi occasiones peccandi mortaliter. Vnde facilius possunt absoluui, qui relabuntur sèpius in eadem venialia, quam, qui relabuntur in eadem mortalia. Sic Lugo dis. 14. num. 127 pag. 250. & Egidius disp. 2. dub. 14. num. 130.

QVÆSTIO XXIX.

An Posit quis habere dolorem sufficientem de uno veniali, absque dolore de alijs eiusdem speciei?

NEGANT aliqui apud Lugum loc. cit. num. 141. pag. 253.
Sed, probabilius, Respondeo:
Posse. Quia potest reperiri aliqua inæqualitas, & indifferentia numerica huius peccativensis, ratione cuius, pœnitens moueat ad dolorem specialem de illo. Et ideo optime potest quis dolere v. g. de furto unius Iulij, propter grauitatem materie, qua non est in alijs minoribus furtis, & consequenter dare pro materia confessionis illud furtum leue, de quo dolet, propter illam specialem grauitatem, quam habet, cum proposito non committendi aliud simile in futurum, in quo proposito, non includuntur alia farta levia, minus grauia, licet sint eiusdem speciei. Sic Lugo loc. cit. num. 141. pag. 253. ex Salas in Man. scriptis quæst. 87. art. 14. dub. 6.

QVÆSTIO XXX.

An, Quando quis, se accusat de mendacijs (v. g.) in communis, non explicando eorum numerum, remittantur omnia?

RESPONDEO: Regulariter remitti omnia, vel fere omnia, si dolor pœnitentis ad omnia se extendat. Quia, confessarius ex citozâtijs persona, & temporis, cognoscit multitudinem illâ cōfusione, iuxta consuetudinem similium personarum. Sic Lugo disp. 9. num. 56. & disp. 14. num. 142. Cum quo etiam, placet nunc agere de abso-

Iutione neganda, vel differenda, ob defectum doloris, & propositi efficacis; qui defectus colligitur, vel ex eo quod homo nolit restituere; vel facere, id ad quod tenetur; vel ex eo, quod nolit, relinquere occasione peccati: vel, ex eo, quod post alias confessiones, & repetitum propositum, non emendatur. Sit ergo,

QUÆSTIO XXXI.

An. Possit absolui pœnitens, qui statim potest totum restituere, & non vult, nisi per partes, ob aliud quod emolumenntum, sibi inde proueniens?

NE GANT Aragon, & Saloniūs 2.2. quæst. 62. art. 8. Medina de restitutio. quæst. 5. dub. 3. Corduba in Summa quæst. 68. part. 2. fol. 176. Sotus de iustitia, & iure lib. 4. quæst. 7. art. 4. Sayrus in clavi regia lib. 10. tract. 5. cap. 5. dub. 5. Molina de iustitia tract. 2. disp. 756 & Hurtado de iustitia disp. 8. diff. 7. Quos omnes refert, & sequi videtur Diana 3. part. tract. 6. resol. 5.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Posse absolui, dum modo, dilatio non sit valde nociva creditori, & confessor probabiliter credat, quod negata dilatione, & absolutio ne, numquam, vel non ita, utiliter, restituet; & denique, pœnitens etiam, bona fide maneat, quod licite hoc possit facere, & proponat ita restituere. Quia in hoc casu, confessarius verisimiliter potest credere, quod creditor illo contentus foret, si sciret conscientia secretum debitoris. Sic Nauarro in Man. cap. 17. rum. 65. & apud ipsum, Angel. verb. restitutio vlti. §. 5. Hostiens & alij summiste, quos citat num. 66. Siluest. restitutio 5. quæst. 5. Petrus Nauarra lib. 4. cap. 4. dub. 15.

QUÆSTIO XXXII.

An. Qui est in occasione peccandi possit absoluiri?

RESPONDEO: Posse absolui, eum, qui est in occasione solum remota; non vero eum, qui est in occasione proxima; quam non vult deferere. Prima pars

constat; Quia alias, deberemus omnes de mundo exire iuxta Paul. 1. Corint. 5. cum fere in omnibus statibus sit occasio remota peccati. Secunda vero, etiam patet; Quia qui vult manere in occasione proxima peccandi, vult manere in periculo morali labendi, & consequenter non videtur habere propositum efficax non peccandi: ergo non potest absoluiri. Sic emnes DD. cum quibus ut dicta, & dicenda bene intelligentur, notari oportet: occasionem peccati duplē esse, alteram proximam, & alteram remotam. Proximam, dicunt aliqui, esse illam, qua non possimus, vel cette non possumus, fine difficultate vti, absque peccato. Vel ut alij clarius, illam, qua nunquam, vel fere nunquam vtitur homo, consideratis circunstantijs, absque peccato nouo, ut, qui detinet concubinam domi, raro, vel nunquam definet cum illa peccare, oblata occasione. Remotam vero, eam, quæ talis non est. Videantur Nanar. cap. 3. Suarez disp. 32. sect. 2. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 8. Sanctius in selectis disp. 10. Corduba in Sum. quæst. 4. Lugo disp. 14. sect. 10. Lopez 1. part. instruclor. consc. c. 19. & 20. Trullench. in Decalog. lib. 6. cap. 1. dub. 9. num. 3. & alij statim citandi.

QUÆSTIO XXXIII.

An. Possit absolui, qui occasionem dubiam peccandi, non vult relinquere?

RESPONDEO Negative. Quia voluntarie vult in peccato permanere; cum se exponat periculo peccandi. Sic Cajet. in Sum. verb. periculum. Vbi sic ait: Periculo peccandi se exponere duplē euenit. Primō, faciendo scienter opus dubium, an sit licitum, vel illicitum. Et hoc modo exponere se periculo peccandi, est peccatum. Et si agitur delicto, aut illicito mortaliter, est peccatum mortale. Sic Cajet. & sic, ex illo, Lopez loc. cit. 1. part. cap. 19. pag. mibi 107. Sanctius in selectis disp. 1. num. 14. & communis.

QVÆS.

QVÆSTIO XXXIV.

An, Possint absolui adolescentes, qui versantur cum foeminis laborando, vel conuersando, si saepe extalioccione, consensu, tactibus, vel copula, peccant mortaliter?

NE GANT Caiet. loc. cit. & Lopez loc. cit. cap. 20. pag. mibi 112. Rodriguez. 1. part. Sum. cap. 49. pag. mibi 134. Granados tract. 10. disp. 9. num. 21. & apud ipsum, Ledesma. Trullench. loc. cit. num. 7. pag. mibi, 91.

Sed et que probabiliter Respōdeo: Posse absoluī, licet nō proponant perpetuo abstinere ab occasione peccandi, quā id, illis præbet: dummodo talis conuersatio sit cum foeminis, quæ in eadem domo cum ipsiismet adolescentibus, non cohabitent. Quia sic non censeretur illa occasio proxima, sed remota, nec enim ex tali occasione semper, vel fere semper, solent homines peccare mortaliter; & aliunde ad tollendam illam occasionem, deberent poenitentes in heremum abire, vt omni cōmertio cum foeminis liberi essent. Sic Nauar. cap. 3. num. 17 fol. mibi, 22. & ex illo Lugo disp. 14. num. 150. pag. 255. Candidus disquisitio 24. art. 27. dubit. 9. Beja 1. par. casu 39. & alij.

QVÆSTIO XXXVII

An, Posit absolui concubinarius, usque dum expellat concubinam, quam Domi suæ retinet?

NE GANT posse absoluī, nec prima vice, quantumuis proponat concubinam expellere, nisi prius illā expellat. Margarita confessorum tit. descientia requista in Confessore fol. mibi 30. col. 2. Vbi sic ait: vt quis capax sit absolutionis, oportet, quod à peccato recedat animo, & loco: maxime in peccatis carnalibus, & in peccatis iræ mortalis; nec sufficit carnaliter affectis proponere separationem voluntatis, & consensus. Quia morari cum foeminis, quibus carnaliter afficitur, & non cadere cum illis, saltem voluntate, maius est, quam sulci tare mortuos, secundum Bernardum. Et qui minus non potest, nec maius poterit. Et similiter non sufficit, separatio secundum locum,

quando non fit separatio voluntatum in illis: citis. Vnde ubicumque quis habeat concubinam, tamquam suam, censetur perseuerare in mortali, & tam absoluens indignum, quam ipse indignus qui absoluitur, nonum sacrilegij incurruunt crimen. Sic Dominicus Baltasanas in sua Margarita, quem etiam sequuntur Ioannes Chapeabile, de casib. reseru. in fine titul. de examine confessiorū. Sic quæstioni propositæ respondens: concubinarius detestans concubinam, & proponens abstine re, propter Dei offendam, debet ne censeri esse contritus? Non debet, nisi in super concubinam domo ejiciat. Non sufficit ergo à concubinatu abstinere? Non sufficit: sed vt diximus, necessam est concubinam, quæ est propria peccati occasio, domo pellere, scriptum est enim: Qui amat periculum, prohibet in illo. Hucusque Chapeabile. Et sic etiā Rodriguez in Sum. tom. 1. cap. 49. (nontom. 2. cap. 46. vt habet Sanctius) Nauar. cap. 16. num. 20 fol. mibi 64. Et apud ipsum, Palud. Sanctius, Antonin. Silvester, & alij aſcrētes: nec vna vice, posse absoluī concubinatum, donec expellat concubinam.

Sed probabilius Respondeo. Posse licite, semel, ac iterum absoluī concubinatum, antequam ejiciat cōcubinam: dummodo denū proponat confessario firmiter illam è domo ejicare) securus vero, si saepe sāpius, iam monitus, domi suā retinet, vel in alia domo, cui liberè ad eam patet aditus) ratio est. Quia ex secunda, imo, & ex tercia, aut quarta promissione fracta, de rei cienda concubina, aut alia occasione proxima, non sumitur inditum grāne de defectu dispositionis poenitentis: ergo licite potest absoluī. Sic Medina lib. 2. Sum. c. 11. fol. 280. Cordub. quæst. 4. c. 0 vol. 8. fol. 27. licet contrarium senserit fol. 21. Angel. ver. confessio. 6. Tabiena ver. cōcubinatus, n. 2. Suarez disp. 32. sect. 3. n. 3. Caiet. Armila, & alij, quos citat, & sequitur Sanctius disp. 10. n. 4. pag. mibi 60. Candidus, l. c. dub. 5. pag. 76. & apud ipsum, Graffius lib. 1. decif. aur. cap. 28. num. 13.

QVÆSTIO XXXVI.

An, Posit absolui concubinarius, non reiecta è domo concubina, eo quod nequeat, absque magno detrimento suæ vite, honoris, & pecuniae.

NE GANT Nauar. in Man. cap. 3. num. 21. Suarez disp. 32. sect. 2. in fine. Reginaldus lib. 8. nu. 19. Graffius 1.

part. decis lib. 1. cap. 28. num. 23. Coriolan. de casib. reseruat. 1. part. se ct. 1. fol. 76. & alij docentes: non posse absolui iterum, absque ejectione concubinæ, nisi alias, aliqua emendatio appareat.

Sed probabilius Respondeo: Posse absolui, imo, & debere, toties quoties vere pœnituerint, & non solum quando aliqua adest emendatio, verum etiam quando nullus apparet profectus, dummodo (vt diximus) talis concubinarius dolorem habeat de peccatis, & verum propositum de illis cauendis in futurum, pro quo est aduertendum: non esse moraliter impossibile (imo possibile sane) pœnitentem, modo in confessione, vel extra illam, vere dolere de peccato, & proponere cauere; statim vero post redditum ad domum, occasione instanti, mutare propositum. Hoc ergo supposito.

Probatur nostra responsio. Quia adhuc, post experientiam illam nullius profectus, potest stare dolor verus, & propositum requisitum, absque voluntate auferendi occasionem, cum tanto detimento: ergo potest absolui pœnitens, nihil enim aliud requiritur, nisi confessio cum dolore, & proposito. Antecedens probatur, tum ex prænotatis; tum etiam, quia, sicut prima vice potuit absolui (vt contrarij fatentur) eo quod cum tanto detimento, non tenebatur auferre occasionem illam; sic propter idem detimentum, quod perseverat, excusat tempore sequenti ab auferenda occasione; neque est, unde orta fuerit grauis obligatio, nunc auferendi occasionem, qui antea non esset: ergo, si ante excusa batur, excusat etiam nunc.

Secundò, probatur: Quia in hoc casu, non dicitur pœnitentem velle occasionem peccandi; sed tantum illam permittere, ne damnum in vita, honore, aut pecunia incurrat: ergo absolui potest. Sic Viualdus de absolutio. num. 89. Sanctius in selectis disp. 10. num. 16. pag. mibi 66. Diana 2. part. tract. 16. resol. 47. & nouissime, & doctissime (vt solet) Lugo disp. 14. num. 152. & 156. & sequentibus Hurtado disp. 10. diff. 23. prope finem. Candidus loc. cit. dub. 7. Bonacina de Sacram. quæst. 4. punct. 14. num. 11. §. Dixi regulariter.

QVÆSTIO XXXVII.

An, Possit absolui filius familias, qui in domo Patris retinet concubinam, cumqua solet peccare, illam tamen ipse expellere non potest?

NEGLANT, & consequenter, Nauar. Sua rez, Reginaldus, Graffis, & Coriolan. II. cc. posse absolui, nisi semel, aut irerum; alias aliqua non, appareat emendatio.

Sep probabilius Respondeo: Posse absolui toties, quoties pœnituerit, adhuc concubina, seu ancilla, domi permanente, sine queat, facile, aut decenter illam eijcere, & firmiter proponat, se amplius non peccatum, nec unquam, se solum, cum sola conueneratur, eiusque aspectum pro viribus declinaturum. Ratio est tum, quia hæc non dicitur occasio voluntaria respectu filij familias, qui non est sui iuris, vt ait Bonacina de matrim. quæst. 4. punct. 14. num. 13.) Tum etiā, quia nemo tenetur vitare occasionem proximam peccandi cum magno detimento, quod sane interueniret paternam domū dese rendo. Sic DD. pro nostra sententia, nuper adduci, præcipue Sanctius disp. 10. 11. & 16. Lugo num. 152. pag. 255. Bonacina de matrim. loc. cit. qui etiam cirat pro hac parte Graffium, & Lopécium, (sed non ita bene) Candidus loc. cit. Trullench. loc. cit. num. 5. pag. 91. & alij.

QVÆSTIO XXXVIII.

An, Possit absolui concubinarius, non reiecta è Domo concubina, eo quod famam amitteret, si concubinam expelleret?

NEGLANT aliqui, quos sequitur Lopez 1. par. Sum. cap. 22. notab. 2. pag. mibi 122.

Sed ex dictis probabilius Respondeo: Posse absolui ipsum; imo, & ipsam, si eadem nota infamia inureretur, aut si, absque graui damno, aut scandalo, eame eijcere non posset. Satis enim erit, si firmiter promittat se amplius non cum illa peccatum, & ipse solus cum sola non locuturum, aut inuenturum. Sic Sanctius loc. cit. num. 21. Lugo l.c.n. 152. Bonacina loc. cit. & Candidus loc. cit. dub. 7.

QVÆSTIO XXXIX:

An Possit absolui, non reiecta concubina, concubinarius, qui dicta fœminæ dedit mutuo v.g. centum aureos, & credit illos esse amisurum si domo illam expellat?

NEGBVN T DD. supra citati principie Lopez.

Sed probabilius Respondeo: Posse absolui ipsum sicut, & ipsam fœminam, casu, quo non recuperaturus esset centum sibi debitos, si illam è domo eijceret, dum modo proponat amplius non peccare. Quia nemo tenetur vitare occasionem proximam cum magno suo detimento, etiam temporali. Sic Sanctius loc. cit. num. 20. Lugo loc. cit. Bonacina de matrim. q. 4. pun. 14.

QVÆSTIO XL:

An, Possit absolui fœmina cum viro coabitans, etiam si non proponat domum eius deserere, casu, quo semel, aut iterum copulae consentiat, pluries vero resistat?

RESPONDEO Posse i. Quia semel, aut iterum corruisse, non est inditum fieri propositi, quod nunc in animo habetur, non peccandi. Secundò, quia non censetur illam esse occasionem proximam in animo, quamvis sit quantum ad locum, immo nec simul cohabitare absolute, seu præcisus est censendum velut occasio proxima, vt probat Sanctius loc. cit. num. 17. Sic ipse, & Bonacina quæst. 4. cit. pun. 14. num. 12.

QVÆSTIO XLI:

An Non reiecta concubina, possit concubinarius absolui, si aliquo modo, reincidendi periculum ceſſauerit?

NEGRAT Chapeauile de casib. referuntur examine confellar. qui habetur in fine libri pag. mibi 489. Vbi huic quæstioni, quam per sequentia verba proponit: quod si senio, vel morbo, vel aliter factus est impotens, poterit ne saltem illo casu retenta domi concubina tenari contritus.

Sic Respondet: Non poterit quia alij's ab hue est scandalum, a quo abstinere debet (rursus querit) quid si occultus sit concubinarius, & nemini sit scandalum? Nec tunc (respondeo) censeri debet contritus, nam, & si propter impotentiam ab aetate carnali abstineat, & alteri non sit scandalum, habet tamen apud se occasionem mente peccandi, quam a se quoque a mouere debet sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Posse absolui. Quia ubi non est periculum proximum, ab est occasio proxima cadendi. Vnde si concubina de formis iam facta est, aut denuo inter eos suborta est cognatio, quæ ab ipsis contempti credi non debet, aut nova alia inter sunt obstacula, ut morbus, senectus, &c. Optime poterit confessarius predictum concubinum absoluere, non eiecta concubina, dum modo firmiter dolet, de præteritis, & abstinere in futurum proponat. Sic Graffis 1. part. decis. lib. 1. cap. 28. num. 9. Lopez 1. part. cap. 21. in principio pag. mibi 117. Antonius Fernandez docum. 6. quos omnes citat, & sequitur Sanctius disp. 10. num. 12. Candidus loc. cit. dubit. 2. & alij. Nec credo Chapeauile esse huic nostræ respōsitioni contrarium, cum ipse loquatur casu, quo semper permaneat proxima occasio mente peccandi, de quo iam dicam.

QVÆSTIO XLII:

An Possit absolui pœnitens, qui fœminam domi secum habitantem, sape concupisicit?

NEGRANT absolute Nauar. Chapeauile, & Graffis, quos citat, & sequitur Sanctius loc. cit. num. 13. casu, quo jam ter, vel quater, ad monitus a confessario, a predicatoris prausis desiderijs, non desistat. Quia desideria ista sunt peccata mortalia ex præsentia fœminæ occasionem sumentia, tenebitur ergo talem occasionem vitare, ac proinde abigere talem fœminam.

Sed clarius Respondeo: Non posse absolui. Si iam ad monitus sape in confessionibus, a desiderijs prausis non desistat (vt optimè Doctores citati) nisi alias ex electione fœminæ aliquod scandalum, grauis infamia, aut magnum detrimentum spirituale, vel temporalis poenitenti proueniat, nam tunc, etiam retenta fœmina, potest absolui, si cum dolore, & proposito firmiori non peccandi accedit, quod ex dictis pater.

QUÆSTIO XLIII:

An, Posit absolui concubinarius, qui iam nibil habet cum concubina, sed solum præbet scandalum ex secum cōabitatione, vel frequenti visitatione?

RESPONDEO: Non posse. Quia retinetur vitare scandalum, etiam unius personæ, & ideo eis cere domo concubinam, aut eam non inuisere, si hec, sine graui danno, fieri possit. Idemque dicendum est de his quos populus credit esse concubinarios, licet non sint, donec veritas publicetur. Quia non solum ab omni malo, sed etiam ab omni mali specie cauendum est, iuxta Apost. 1. ad Thesal. 5. Sic Navarro cap. 16. num. 20. Si uest. F. concubinarius quæst. 2. Graffis 1. part. cap. 28. n. 8. Bonacina q. 4. de matrim. num. 12. Sanctius disp. 10. num. 12. Villalobos tract. 11. diff. 25. num. 4. Candidus loc. cit. dubit. 6. pag. 76.

QUÆSTIO XLIV.

An, Posit absolui pœnitens, qui adhuc post repetitam monitionem, modo, cum una, modo, cum altera, forniciatur?

RESPONDEO: Posse toties, quoties ad confessionem, cum dolore, & proposito non peccandi, accedat; dum modo nullam fœminam domi, vel alibi retineat, aut alat. Sic Bonacina loc. cit. num. 16. Sa, verb. absolutio. num. 12. Lublinus verb. absolutio. num. 19. pag. 15. Trullench. loc. cit. num. 12. pag. 92.

QUÆSTIO XLV.

An, Posit absolui pœnitens, qui ex carnis fragilitate, sapienti molitiem incidit?

RESPONDEO: Posse. Quia huiusmodi occasio, licet adeo proxima, est talis conditionis, ut nullo modo auferri possit; cum sit fundata in propria carne, & natura pœnitentis. Sic Bonacina quæst. 4. de matrim. pun. 14. num. 14. Lugo disp. 14. num. 159. Candidus loc. cit. dubit. 8. & ante eos

Henriquez lib. 4. cap. 24. num. 4. Granados controu. 7. tract. 10. disp. 9. num. 18. Trullench. loc. cit. num. 13. & alij apud ipsos.

QUÆSTIO XLVI.

An, Posit absolui confessarius, qui ex denotione excipit confessiones, in quibus audiendis, et bero voluntarie polluitur?

AFFIRMANT Iosephus ab ortu, in speculo Parochor cap. 10. num. 33. & Castro Palao, apud Dianam, vbi infra, docentes: posse talem confessarium absolui, dum modo cum dolore, & proposito non peccandi accedat.

Sed probabilius Respondeo: Non posse ab solui, nisi etiam cum proposito se retrahendi ab audiendis confessionibus, accedat (aut alias, ex tali abstractione scandalum, aut aliud graue dannum illi proueniret; quia re uera tunc posset ab solui) Ratio est quia alias sine causa, remaneret in periculo, & in occasione proxima peccandi. Sic meus Nauarrus cap. 3. num. 26. pag. mihi 23. per hac verba: Idem est dicendum, de confessario, qui quoties audit confessionem certa cuiusdam personæ, peccat, & de pœnitente, qui idem facit quoties confitetur certo cuidam confessario consueto, & non possunt communicare sine aliqua magna nota, poterunt enim absoluiri sine mutatione, concurrentibus quatuor predictus, idest, dolore, & proposito, &c. Sic Nauar. Sic etiâ Dian. 4. p. tract. 4. resol. 165. Et 3. part. tract. 5. resol. 22. Villalobos part. 2. tract. 40. diff. 16. num. 5. Trullench. loc. cit. num. 8. pag. 91.

QUÆSTIO XLVII.

An Saltem, si confessarius sit Parochus, possit in predicto casu, absolve absoluiri?

NEGET adhuc Diana 3. part. tract. 5. resol. 3. & apud ipsum, Villalobos, Megala, & alij statim citandi.

Sed probabilius Respondio: Posse si poeniteat, & proponat amplius in eas delectationes non consentire. Quia non tenetur à suo officio vacare. Sic Nauarro. Castro Palao, & Iosephus ab ortu loc. cit. Sanctius disp. 21. num. 9. & alij.

QVÆSTIO LXVIII.

An possint absolui medicus, vel chirurgus, qui inmedendis fœminis sœpe peccant, si propositum cessandi a curatione non habent?

NEGLIGANT Diana loc. nuper cit. referrens pro se Villalobos tom. 2. tract. 40. diff. 16. num. 5. Leonem de offic. confes. part. 1. recollect. 20. num. 73. Megaliam. 1. part. lib. 4. cap. 4. num. 6. & Ioan. de la Cruz in Sum. part. 1. præc. 6. art. 8. dub. 10. (alias 9.) concl. 2. Negat etiam (admissus ex parte) Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 45. à num. 6. & alij, apud ipsum, Trulléch. loc. cit. num. 8. pag. 91. & alij.

Sed probabilius Respôdeo: Posse absolui, quantumuis nequeat suum diserere officium, dum modo pœniteant, & proponant amplius non consentire. Patet ex dictis. Sic Navar. in manu. cap. 3. num. 26. dicens: Idem dicendum est (hoc est quod potest absolui) de viro fundente clisteres mulieribus, & defemina eisdem fundente viris, & de Chirurgo, & Medico, qui medendis pulcris fœminis in locis secretioribus sœpe peccarunt, saltem morosis delectationibus, & libidinosis, ac depravatis voluptatibus. Ita Navar. & sic post illum Sanctius. disp. 21. num. 9. Castro Palao, tom. 1. tract. 2. disp. 2. pun. 9. §. 3. n. 11. & 13. Iosephus ab ortu. loc. cit. Caiet. Corduba, & Castro apud eundem Sanchez, qui ex parte, eos absque dubio, sequitur, sic enim ait. num. 6. cit. Huic autem periculo licite quis se exponet, ab causam valde urgentem, proponens firmiter se non consenserunt: ut gratia medendi fœmina, vbi alius de est Medicus, quia amans periculum minime dicitur, qui necessitate cōpulsus, in illud se coniicit, & de diuina misericordia confide re merito poterit fore, ut maius sibi auxilium impendat, quo à lapsu caueat. Sic Sanchez.

QVÆSTIO XLIX.

An, Pœnitens, qui sapientius absolutus, relatuatur in per iurium, molitię, aut alia peccata, quorum occasione, nullo modo, aut vix, expellere quit, possit absolui, non obstante consuetudine præterita?

NEGATIVAM sententiam docere Azorium, vbi infra, ait Diana 1. part. tract. 7. resol. 55. (sed male, vt sta-

tim videbimus.) Vnde melius posset citare pro hac parte Petrum de Ledesma tom. 2. sue Sum. tract. 1. cap. 9. Metinam lib. 1. Sum. cap. 14. §. 2. Lopez 1. part. instr. cap. 25. (non 282. vt ego, apud meum Sanchez, habeo) §. 2. dicimus & §. tertio recole. Rodriguez 1. tom. Sum. cap. 34. num. 5. & alios quosdam.

Sed probabilius Respondeo Posse, si Sacerdos hic, & nunc iudicat pœnitentem habere verum dolorem, & propositum non peccandi. Quia dispositio sufficiens ad recipientum Sacramentum, solum est dolor, & propositum præsens, non emendatio futura; ergo optime poterit absolui, etiam si iudicetur relapsurus. Secus dicendum erit, si Sacerdos hic, & nunc, attenta consuetudine peccandi, iudicat pœnitentem, non habere verum dolorem, & propositum, quantumque pœnitens dicat, se dolere, quia si Sacerdos id non credit, non habet sufficiens requisitum ad conferendam absolutionem. Sic Henriquez lib. 4. cap. 24. num. 4. Suarez, Reginald. & Sanchez, quos refert, & sequitur Granad. loc. cit. Lugo disp. 14. num. 166. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 3. quæst. 4. Vbi ait: Homo cui pruina habet consuetudinem iurandi, si ter, quater ve, ac sapientius admonitus nihil in ea re, studij, & opera possuerit, & si absolutione simpliciter deneganda non est, videtur tamen ad tempus differenda, ut opera & aliquid interim in id conferat: nisi iusta, alioqui, causa fulsit, qua statim à peccatis absolui debeat, possunt enim iusta causa sub esse. Sic Azor.

QVÆSTIO L.

An Saltem, quando occasio proxima tolli non potest, propter scandalum, aut graue detrimentum, &c. Possit confessarius differre absolutionem, per aliquod tempus?

NEGAT. Posse confessarium differre absolutionem, pœnitenti, aut non absoluere statim illum, si habeat vertum dolorem, & propositum, Ioan. Sanctius disp. 9. num. 6. & 13. cuius opinionem, cum maxima laude refert Diana 1. part. tract. 7. resol. 55. licet ipse approbare timeat. Approbat tamen, non nulli alij DD. & quidem probabiliter. Quia si nihil de est pœnitenti vt statim absolvi possit, ad id confessarius tenebitur.

Affirmant vero absolute econtra: posse

con-

Confessarium etiam per me sem differe ab solutionem pœnitenti assuero hecato ad metius probandum, & confirmandum propositum, & dolorem, quem afferre dicit. Suarez hic disp. 32. se Et. 2. & tom. 2. de Religio. lib. 3. cap. 8. infine. Enriquez, lib. 4. cap. 24. (non 14. vt ego apud Dianam habeo) num. 4. pag. mibi 190. Reginald. lib. 18. num. 87. Sayrus, in sua Giaui Regia lib. 5. cap. 5. num. 8. Sanchez, in sum. lib. 2. cap. 32. num. 45. & lib. 3. cap. 5. num. 18. Petrus de Ledesma, 2. tom sum. tract. 1. cap. 9. infine. Toletus, lib. 3. cap. 18. num. 6. Villalobos, tract. 11. diff. 15. Sa, verbo absolutio num. 12. aliis 13. (non 14. vt habeo apud meum Dianam,) Lopez, Medina, & Rodriguez apud Sanchez, II. cc. & alij communiter.

Sed clarius, & probabilius Respondeo: Posse quidem aliquando Confessarium differre absolutionem poenitenti, licet ille alias credat, tunc esse vere dispositum ad illam; aliquando vero minime posse, sed teneri statim illi absolutionem præbere.

Huius Responsionis prima pars probatur a Lugo sic. Primo. Quia licet poenitens legitime dispositus confessione facta, habeat ius ad sententiam, & absolutionem, non tamen habet ius, ad hoc, ut statim proferatur sententia, potest enim iudex arbitrari, quomodo, & quando debeat utilius proferri sententia.

Secundo: id probat a priori. Quia confessarius non solum est index, sed etiam medicus ergo in proferenda absolutione, licet principaliter exerceat munus iudicis absoluenter poenitentem dispositum, debet tamen curare, ut medicus, in ipsa absolutione curationem poenitentis, absoluendo eo modo, qui magis cedat in utilitatem, & remedium ægroti: ad utrumque enim habet ius confessarius: ergo quando confessarius iudicat expereire dilationem absolutionis ad hoc, ut poenitens reddatur magis cautus, & confirmetur in proposito non peccandi, nec ita facile postea relabatur, poterit certe, & debet alij quando, ut medicus, hoc remedium poenitenti adhibere, nec potest ægrotus rationabiliter conqueri aduersus medicum, cui se in hoc Sacramento curandum tradidit. Sic Lugo. disp. 14. num. 169. & sic omnes Authores secundæ sententia, & communis.

Secunda vero pars clarius constat. Nam non potest licite differre absolutionem casu, quo poenitens sit sufficienter dispositus, & ex dilatione timetur potius dampnum spirituale, quam spretur utilitas poenitentis, ut pu-

ta, quod tædio affectus non redibit, vel inde operationis actus habens vitijs taxabit. Sic Lugo loc. cit. num. 168. & ante illum, Azor loco nuper citato. Sanchez loc. etiam cit. num. 45. in fine, vbi sic ait: Tertio dico, an sit consilium differre absolutionem, pendere ex confessoris prudentia; si enim poenitens, id non multum ægrè ferat, & speretur, non ob id retrahendum à confessione, sed potius id fore medicinam, etit consilium differre absolutionem, maiori suavitate possibili adhibita: Si autem oppositum speretur, non erit consilium, nisi quando ille, ijs blasphemis, ingēs præberet scandalum, & ita confessarius iudicaret, post ponendum priuatum illius solatum, & ad gloriam diuinam expedire, illum non absolui, donec scandalo publico satisfaciat, nittendo vitæ emendam. Hucusque Thomas Sanchez.

QVÆSTIO LI.

*An. Possit absolu pœnitens, firmiter propo
nens denuo restituere, si semel, & ite
rum, promissione de restituend
o confessori datæ, non
fetit?*

NEAT Gutierrez, quæstion. Canon. cap. 40. posse iterum absolu, donec restituat, Negat etiam Lopez I. par. cap. 20. §. item, dicens: solum posse bis.

Sed mitius Respondeo: Posse absolu non solum semel, & iterum, antequam soluat, sed usque ter, vel quater, non amplius. Sic Sanctius disp. 10. num. 14. Granados controu. 7. tract. 10. disp. 9. num. 17. & alij: quod intelligendum est, casu, quo poenitens firmiter in hac ultima confessione, proponat statim illum esse restitutum.

QVÆSTIO LII.

*An. Possint absolu fœminæ crebro, co
medentes salam, carbones, terram,
buccarum, & si
milia?*

RESPONDEO: Non posse: Si dicta, & similia in magna quantitate comedant: nisi alias vere promittant ab illis abstenturas fore. Quia illa, maximum nocumentum inferunt saluti. Secus dicendum puto, si bis, aut ter modicum quid illarum rerum acciperent, cum in hoc solum committerent culpam venialem. Quod idem à for-

à fortiori est affirmandum, si sc̄minæ pregnantes sint: nam hæc, nec venialiter peccatas existimo, cum parum veneni, non noceat, & si quid noceat, ex igitur illud nocumentum salutis acceptari licite potest, ob bonum alii quod honestum: ab oītire namque solent huiusmodi fœminæ, nisi earum appetitui succurratur. Sic Sanctius disp. 2. num. 15. qui citat Lupeziū 2. tom. instruet. cap. 108. de ieiunio fol. 690. Sed ego apud meum Lupeziū, nec locum, nec Sententiam hanc inuenire potui, nam ultimum caput tomī 2. est. 107 & pag. ultima, 678.

QVÆSTIO LIII.

An. Possit absolui pœnitens, qui non est paratus abstinere ab esu rerum calidarum, inferentium sibi graves tentationes carnis, ad peccati consensum impellentes?

NE GAT Fagundez de 3. præc. lib. 3. c. 6. num. 13. & lib. 6. in decalog. cap. 9. n. 34. nisi in casu, quo alios cibos poenitens non habeat, præter illos, vnde pollutio solet illi moraliter contingere; aut si habeat, sunt tamen tales, ob quos, dolorem capit acerbum, aut ægritudinem contra hat. Sic ille. Qui pro hac parte, refert Sotum, in 4. diff. 12. art. 7. Toletum, lib. 5. cap. 13. & Lessium tom. 1. lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 99. & 100. & Siluelrum, verb. pollutio. num. 2.

Sed probabilius Respondeo: Posse absolui. Quia non tenetur quis, saltem sub mortali, vitare causam per accidens influentem intentiones, etiā si, ex illis aliquando pollutio sequatur. Sic Nauar. cap. 3. num. 25. S1, verb. Luxuria num. 11. Qui uterque bene aduertit; id intelligendum esse de illo poenitente, qui non comedit sic, in hunc malum finem, nam si comederet in eum, illud esset in se peccatum mortale, & consequenter, esset necesse statuere, nunquam se illis usurum. Sic etiam Lessius loc. cit. num. 100. & 101. Ioande Cruce, præc. 6. art. 8. dub. mibi 10. (Dianæ, 9.) concl. 2. vers. Dico. 3. Villalob. in sum. tr. 40. diff. 16. n. 6. Diana, 3. par. tr. 5. resol. 22. Lopez, 1. par. cap. 23. pag. mibi 127. & cap. 74. §. addimus. Late Sanch. lib. 9. dematrim. disp. 45. quasi per totā, sed clarissim. num. 16. & 17. & alij, quos ipse refert. Trullenhc, lib. 6. in decalog. cap. 1. dub. 9. num. 11. pag. 92.

QVÆSTIO LIV.

An. Possit absolui Concubina, cuia nolit emittere voluntatem visitandi suum concubinum ægrotantem, sine animo tamen peccandi de cetero, cum illorū

RESPONDEO Negative. Sic Nauarrus, cap. 3. num. 19. per hæc verba: Non potest absolui Concubina, nolens omittere occasionem, & voluntatem visitandi suum concubinum ægrotantem, & tenendi, aut porrigendi ei cādelam in agone mortis, si sc̄iebat eis esse cōcubina; quia est occasio, quæ in se est peccatum ob scandalum, quod datur: imò neque, si nesciebat, nisi concurrerent illa quatuor, quæ diximus debere concurrere, N. 15. quē concursum, equidem non crederem interuenire, nisi illa conciperet propositum, ad hortandi eum, saltim generatim, & sincere, ad poenitentiam peccatorum præteriorum, vt eorum memoria per præsentia renouata, sit potius theriaca, quam aconitum. Nan tunic quia cessat ratio prohibitionis, cessaret quoque prohibitio: cap. cum cessante de Appellatio. Hucusque doctus Nauarrus, quem sequitur suus amillus (licet in vanum) Lopez 1. part. instruct. cap. 21. infine pag. mibi 120.

QVÆSTIO LV.

An. Possit absolui Hospita, sine proposito non recipiendi hospitem, quo cum pluries peccauit, quando, absque magno scandalo, aut detimento, non posset eum ab hospitio suo prohibere?

NEGAT Lopez loco nuper cit, & negare debent Authores aducti p̄s primæ sententia quæst. 33.

Sed probabilius Respondeo. Posse absolui, dum modo promittat, ac proponat nunquā se solam, cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, & dicturam, se præteriti ex animo poenitere, etiam confessam fuisse, proposuisseque, nunquam se amplius cum eo peccaturam. Sic Nauar. loc. cit. num. 20. & alij DD. citati, vbi supra.

QUÆSTIO LVI.

An Possit absolui pœnitens, quilibet proponat, se amplius non peccare, credit tamen, propter consuetudinem pecandi, quam habet, se proposito non faturum, sed potius peccatum?

RESPONDEO: Posse quia ad contritionem habendam, sufficit de præteritis dolere, & nolle amplius peccare, & proponere id, ope diuina efficere. Sic *Narrus cap. 1. num. 13.* & *cap. 26. num. 3. Victoria, num. 197. Sa, verb. Absolutio nu. 12. Sanctius in selectis disp. 9. num. 14. Egidius disp. 2. dub. 6. nu. 59.* & *Lugo, disp. 14. num. 166.*

QUÆSTIO LVII.

An Possit absolui pœnitens, qui contraria opinionem confessoris sequitur?

NEGANT posse absolui à Confessario non proprio, licet a proprio pastore absolui possit, *Conradus tract. 7. de contract. quæst. 100. concl. 3. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 20. §. 2. Angel. confes. 4. n. 13. & Siluest. confess. 3. quæst. 7. Quos omnes refert Sanchez lib. 1. decalog. cap. 9. num. 27.*

Sed longe probabilius Respondeo: ab utroque Confessario, tam proprio, quam non proprio, absolvi posse. Quia pœnitens non redditur absolutione indignus, ex eo quod nolit opinionem sequi confessoris, cum licet tum sit pœnitenti opinionem probabilem sequi: ergo ab utroque potest audiri, & absolvi. Sic *Sanchez loc. cit. num. 28.* & apud ipsum, *Victoria, num. 177. Sotus, in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. ad 5. Navarrus, in man. cap. 26. nu. 4. Ledesma, 2. part. 4. par. quæst. 8. art. 4. dub. 6. Enriquez, lib. 6. capit. 16. num. 5. Azor, tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 10. Suarez, tom. 4. disp. 22. sect. 5. Vazquez, 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 62. cap. 7. num. 39.* & 40. & alij quam plures, & est communis.

QUÆSTIO LVIII.

An Non solum possit, verum etiam, uterque Confessarius teneatur in predicto casu pœnitentem absoluere?

NEGANT teneri non proprium; sed solum proprium teneri, *Polancus in directorio, cap. 1. §. de prudentia*

Confes. & Medina, C. de Confes. quæst. de Confessio. dimidiata iteranda. Sic etian Sotus, quem refert, & sequitur Lopez 1. part. cap. 25. in fine pag. 137. casu solum, quo Sacerdos non inciperit audire, aut acceptaverit audire pœnitentem. Fauent denique hinc sententia, Emmanuel Rodriguez 1. tom. Summa cap. 62. num. 11. pag. mibi, 196. & Emmanuel Sa. Verb. abso. utio nu. mibi 15. alias 16. & 17. quatenus absolute, de utroque confessario loquendo, solum posse absolvere, non tamen teneri, affirmant. Sic enim ait Sa: Absolvi potest, qui contraria opinioni confessoris opinionem sequitur, sed probabilem.

Sed longe probabilius Respondeo: Vtrum que Confessarium teneri absoluere, post quam confessionem audivit. Quia licet, ante confessionem, auditam, alter sit necessarius, alter vero, minister voluntarius; at confessione auditâ, uterque tenetur ex ipsa Sacramenti institutione, ac confessoris officio, pœnitentem bene dispositum absoluere: ergo. Sic *Sanchez loc. cit. nu. 29.* & apud ipsum, *Victoria, Sotus, Ledesma, Enriquez, Azor, Suarez, & Vazquez loc. cit.* Sic etiam *Montesinos 1. 2. quæst. 5. disp. 29. num. 198. Basilius de matrim. lib. 4. cap. 25. num. 8. Valentia, Sylvius, Nuñus, Egidius, Villalobos, & alij, quos refert, & sequitur Diana 2. part. tract. 13. resol. 11. Sanctius disp. 33. num. 54. pag. 286.* Qui & citat, pro hac parte, alios quam plurimos, inter quos sunt *Conradus, Angelus, Silvester, & D. Anton.* Quos omnes, alter *Sanchez* pro contraria omnino, citat, vt vidi mis *quæst. antecedenti.* & quidem melius, vt colligitur ex *Navar. loc. cit.*

QUÆSTIO LIX.

An Non solum Confessarius proprius, verum etiam non proprius, teneatur sub mortali absoluere pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem?

NEGANT teneri confessarium non proprium, absoluere tunc pœnitentem, sub pena peccati mortalis, sed venialis tantum, *Vazquez in 1. 2. tom. 1. disp. 62. cap. 7. Montesinos loc. cit. num. 199. (non 159. vt habet Diana) Salas in 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. unica, sect. 9. à num. 82. Sayrus in Clavi Regia lib. 1. cap. 9. à nu. 13. Fauent etiam hinc modo dicendi, *Sanchez loc. cit. docens, tantum texeri**

teneri sub veniali absoluere, casu solum, quo confessio esset nimis breuis, aut de solis venialibus. Et Suarez loc. cit. quatenus docet: non semper teneri sub mortali, præsertim si nullum intercedat scandalum, & pœnitens facile possit illud incommodum resarcire.

Sed probabilius Respondeo. Etiam confessarium non proprium, teneri sub mortali tunc absoluere pœnitentem, si de mortali bus confessionem fecerit: Quia certe onus graue esset obligare, sine causa, pœnitentem, alio confessario sua detegere mortalia criminia. Sic Sanctins in seclis loc. cit. & Diana, Granados controu. 7. tract. 10. disp. 9. num. 15. & 16. pag. 1306.

QVÆSTIO LX.

An Audiendus sit à confessore, qui nul latenus examinavit conscientiam suam?

AFFIRMATIVAM partem, satis clare videtur tenere praxis communis. Cum vix unus pœnitens remittatur ad examen iterum faciendum.

Sed certissime Respondeo: Non esse villo modo audiendum, loquendo regulariter. Quia ex Concilio Trident. constat, examen præmitti debere à pœnitente, ut confessio recte fieri possit. Sic enim ait, *seff. 14. cap. 5. constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigiri, quam ut postquam quisque diligenter se excusserit, & conscientiae suis finibus omnes, & latebras exploraverit, confessetur.* Sic Concilium. Sic & Granados controu. 7. tract. 9. disp. 11. num. 1. pag. 1266. dicens: esse communem, & certam sententiam. Optime omnium, meus Navarr. in cap. *Fratres de pœnit. dift. 5. num. 69. pag. mibi 327.*

QVÆSTIO LXI.

An Saltem, rudes homines, & ignari, admitti ad confessionem possint, absque prævio conscientia sufficienti examine?

NECAT Lopez. 1. part. instru. et. cap. 18 pag. mibi 102. & 103 & ante ipsum Medina, quem ipse citat, & sequitur.

Sed probabilius Respondeo; Posse, non solum in casu, quo Confessor sit adeo exper-

tus, ut radicitus sciat à pœnitente omnia peccata eruere, & ad memoriam reuocare, ut Lopez, & Medina etiam fatentur, verum etiam alias. Quia huiusmodi homines rudes, quantumcumque millies remittantur, ut melius se examinent, nunquam melius se examinabunt, nec poterint ita bene dicere sua peccata, sicut nunc, si ab ipso confessario mediocris diligentia interrogentur. Imo contingere potest, ut confessarius inueniat pœnitentem indigere confessione generali, propter confessiones irritas præcedentes; & tamen persona sit talis, ut possit statim examinari, & audire de totavita, quia non est spes, quod sibi relieta, melius examen faciet, quam ille iudicium, quod, inuante confessario, ibi facere poterit. Sic omnino Lugo disp. 16. num. 593. pag. 410. & ante ipsum, quos non citat, Vazquez quæst. 93. art. 3. duh. 7. & ex illo Granados loc. cit. num. 4. Vbi sic ait. Imo Vazquez addit, & bene, quando ad confessionem accedit rusticus sine sufficienti examine, melius esse illum interrogare, & sic inuare, ut numerum, & species peccatorum declararet, quam eum dimittere, ut se diligentius examineat; quia verisimiliter creditur id illi fore minus utile, & melius declaraturum peccata, medijs confessarij interrogationibus, quam si ipse, per se, conscientiam discenteret. Sic Granados. Quod est à confessoribus valde notandum legatur etiam Vega 1. part. Sum. cap. 63. casu 34. col. 643.

QVÆSTIO LXII.

An, Possint a lmitti ad confessionem, absque villo omnino examine, qui solum de venialibus, aut de mortalibus alias confessis, confiteri volunt?

RESPONDEO Posse. Quia sicut solum ad confitenda mortalia tenentur fidèles diuino, & Ecclesiastico iure; ita solum tenetur ad illud examen conscientia, quod ad eorum confessionem necessarium est; non vero ad examen venialium, aut mortalium, quæ alias rite confessi sunt, nam haec solum pertinent ad confessionem voluntariam. Sic Granados loc. cit. num. 1.

QVÆS.

QVÆSTIO LXIII.

An Pœnitens teneatur ad summam diligentiam adhibendam, in discienda conscientia, & reuocandis peccatis in memoriā?

AFFIRMARE Videntur in primis Paludan. in 4. quæst. 2. artic. 1. col. 2. quatenus docet; debere pœnitentem, eam, quam potest, facere diligentiam. Gabriel quæst. 1. col. 8. dicens; teneri confiteri omnia, quæ recordari potest. Maior quæst. 3. affirmans: talē debere præmittere diligentiam, quo sua omnia peccata occurrant, qualem adhiberet, si quam orationem Latinam, ad eruditos esset habituros; aut si de multa, & longo tempore, impensa pecunia, domino vigili, ac auaro, rationem esset redditurus. Sic, hos modos dicendi, refert, & merito rejicit, Nauarr. cap. Fratres cit. num. 66. 73. & 74. Quia valde sunt scrupulosi.

His accedunt Scotus, Sotus, & Suarez disp. 22. sett. 10. existimantes: eam adhibendam esse diligentiam, quæ adhiberi solet in re graui, & ardua, & quæ maxime cordi est. Qui modus dicendi etiam displaceat, eo quod significare videatur, valde sollicitam diligentiam, quæ etiam scrupulūm signare posset. Vnde.

Clarins, & probabilius Respondeo; Non teneri pœnitentem ad summam diligentiam adhibendam; licet sciret, eo modo recordaturum aliqua peccata, quorum alias non recordabitur: sed sufficere mediocrem diligentiam in examinanda conscientia. Quæ sine illa talis reputabitur, quæ viro prudenti, humano more, rem existanti, necessaria videbitur. Sic Nauar. loc. cit. num. 75. Vazquez quæst. 91. art. 1. dub. 6. Enriquez lib. 2. de pœnit. cap. 5. num. 1. Granados loc. cit. num. 4. & 2. & Lugo disp. 16. num. 590. & 591. Vbi hanc sententiam notabili casu confirmat. Ex parte inquiens pœnitentis prudenter requiritur, ne se in examine conscientia nimium vexet, sed humano examine contentus sit, quod quidem experientia didici in iuene quodam nobili, & quod reliqua prudenti, sed in hac parte nimis scrupuloso, qui cum confessionem generalem totius vitæ facere vellet,

per quindecim dies, se ad illam preparavit, & plurima folia de suis peccatis scripsit, quibus legendis multi dies non sufficerent; sed neque his contentus, nouum adhuc examen instituit; quo facto, crni iam per dies aliquot confiteri cœpisset Vallisoleti, vbi ipse cum Regia Curia morsabatur, in eas tandem angustias, confessionis occasione, redactus est, vt inserviet pugione se lethaliter percusserit, Deo tamen prouidente, vt ante mortem posset iterum confiteri. Certum itaque est, quod iuuenis ille, non tenebatur ad tantum studium adhibendum circa examen, licet noua illa, & asidua recogitatio, noua peccata, vel maiorem illorum distinctionem, reuocaret Hucusque Lugo.

Bene ergo inferemus cum Nauarro loc. cit. num. 72. (Quod notent, obsecro, scrupulosi) posse quem peccare, quod frequenter, saltem venialiter faciunt scrupulosi, in maiori, quam oporteat, huic rei adhibenda cura, contra illud Delphicum: *Ne quid nimis.* Quoniam puritati conscientia, iudicium non debet rationis deesse cap. Non solum de regular. lib. 6. & in omni virtute morali per defectum peccatur, & per excessum: Secundum Aristot. receptum in 2. ethic. & tradit. D. Thom. 1. 2. quæst. 64. art. 1. Sic Nauar.

QVÆSTIO LXIV.

An Qui crebro confitetur, minorem tenet, neantur curam adhibere in scrupulanda conscientia, quam, qui raro?

AFFIRMANT communiter DD. præcipe Nauar. loc. cit. num. 71. Vbi sic agit: Infertur primo; eum, qui crebro confitetur, non teneri tantam, qualibet vice, curam adhibere, quantam, qui raro: neque illum, qui paucis, vel paruis implicatur negotijs, quantam, qui multis, & magnis; neque idiotam, qui nescit perscrutari; quantam Doctus, qui nouit loca, specus, & latebras, vbi peccata inueniat. Sic ille. Et bene. Et post illum Granados loc. cit. num. 3. (???)

QVÆS-

QVÆSTIO LXV.

An Confessarius teneatur ad examinandum pœnitentem, exquisita industria, & exactissimo examine?

NEAT omnino praxis rudiorum confessorum, cum vix unus horum inueniatur, qui aliquid pœnitentem interroget, vel ad summum, crassissima, & generalia.

Affirmat vero econtra, praxis aliquorum Doctiortum confessariorum, nimium interrogantes, & examinantes pœnitentes, eo quod ipsis, plures, ac plures interrogations, que circa commissa peccata fieri possunt, occurserunt. Sed certe utraque est defectuosa praxis; illa namque, per defectum interrogatum; hæc, per excessum, deficit. Vnde iuxta dicta.

Respondeo Dicendum, Non teneri confessarium ad examinandum pœnitentem exactissimo examine, sed suavi, & humano. Ratio est. Quia ipsemet pœnitens, non obligatur ad exactissimum examen suorum peccatorum, sed ad suave, & humanum, hoc est, tale, quo Sacramentum istud, non reddatur nimis onerosum; ergo minus tenebitur confessarius ad examen, & interrogations tales, quibus confessio reddatur pœnitentibus gravis, & onerosa nimis. Sic Lugo disp. 16. num. 590.

QVÆSTIO LXVI.

An Confessarius debeat pro qualitate pœnitentium, plures, aut pauciores interrogationes facere?

RESPONDEO: Debere. Quia nequit dari una pro omnibus regula. Vnde pauciores, & crasiores interrogations (ait Lugo) debent fieri homini inculto, & barbaro, quales sunt Indi Orientales, quam aliqui Europei: leuius item examinandus est rusticus noster, quam homo ciuilis; leuius, qui ægrotat, & difficile potest ad subtiliora attendere, propter capitis debilitatem, quam homo sanus, & robustus; denique (quod notandum etiam est) leuius, & minus exacte interrogandus est circa singula, qui plura habet peccata, quam qui pauciora. Ratio colligitur ex dictis; Quidam, cum solum requiratur diligentia, & examen humanum; hoc autem

sit illud, quod non generat ex se fastidium, & tedium huius Sacramenti, consequens est, vt minus distincta notitia requiratur ab eo, qui, vel propter incapacitatem, vel propter morbum, vel propter multitudinem peccatorum, vel aliam ob causam, difficilis posset exactam notitiam reddere. Nam illi, qui confiteri debet peccata totius vitæ, quam in omni peccatorum genere expendit, difficillimum esset, & aptum ex se, ad reddendam illam confessionem odiosam, & grauem nimis, examen illud, quod alteri facienti confessionem menstruam, non esset difficile, sed facile. Et hæc est ratio, cur à meretrice, concubinario, & similibus, minus exacte, & distincte petamus numerum peccatorum, quam si per mensem, vel hebdomadam solam v. g. in eo peccato fuissent. Sic Lugo disp. 16. num. 594. Et ex illo omnino ego: quia certe bene, & utile cōfessoribus. Solū ergo hic addo notandum. Quod quād pœnitentes sunt viri docti, regulariter loquendo, de nihilo interrogari debeant; quia credendum est in confessione exprimere, quidquid opus est ad eius valorem, & integratatem.

QVÆSTIO LXVII.

Quanam Ratione confessio debet esse Accelerata, Fortis, Accusans, & Obtemperans?

RESPONDEO: Breuiter. Quod debet esse, Accelerata: Quia nō debet differri multum post peccatum; ne maneat peccator in statu peccati, & damnationis. Sic Nauar. loc. cit. num. 98. Lugo disp. 15. num. 187. & omnes.

Debet esse Fortis, Quia debet tanta constantia fieri, vt nulla verecundia, nullusque timor, de hortetur pœnitentem à confiendo, vel ad aliquod peccatum præmittendum. Sic Nauar. num. 101. & omnes.

Debet esse Accusans, Quia pœnitens debet confiteri peccata sua, ea sibi imputando, non diabolo, non mundo, non carni, non Astris, aut alteri. Quia voluntas hominis, suaderi licet possit, non tamen cogi. Verum est, quod nec venialiter delinqueret contra hanc conditionem, qui minus principaliter sua peccata diabolo, mundo, vel carni imputaret, Quia licet non potuerint instam dare peccandi causam, dederunt tamen non nullam occasionem. Sic Nauar. loc. cit. num. 104. & 105, & alij.

Debet tandem esse, *Obtemperans*, vel parere parata. Quia pœnitens debet esse paratus ad obediendum confessario, in acceptanda pœnitentia, in euitandis occasione-

bus, & denique ad exequenda omnia quæ confessarius dixerit teneri ipsum facere. Sic Nauar. & Lugo loc. cit. & omnes.

DISPUTATIO OCTAVA.

De Circumstantijs peccatorum necessario in confessione explicandis?

§. I. De Circumstantijs in communi.

QUÆSTIO PRIMA.

An Circumstantia, sit id, quod circumstat accidentaliter substantiam actus habentis speciem ex proprio obiecto?



ESPONDEO. Affirmative. Vel, si mauis; est accidens actioni, siue a ctui, adiacens, quod eius qualitatem in genere moris variat, augendo, vel minuendo.

Sic D.Thom. 1.2. quest. 1. art. 3. & quest. 18. art. 2. Vbi Caiet. Conrad. Medina, & alij Thomistæ. Vazquez, Lora, Hurtado, & omnes Theologi. Enriquez lib. 5. Summa cap. 6. Archangelus in 4. dist. 16. pag. 164. Legantur etiam Ricard. in 4. dist. 17. art. 5. quest. 3. Sotus dist. 18. quest. 2. & Summista in verbo, confessio.

QUÆSTIO II.

An Circumstantiæ humanorum actuum sint tantum hæc septem: Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando?

NEGET in primis D.Bonau. in 4. dist. 16. dub. 9. Vbi enumerat quatuordecim circumstantias. Deinde Negant Ochagavia tract. de confessio. quest. 14. nro. 4 & Ludouicus de Sæto Ioanne quest. 1. de circumst. art. 1. docentes, esse octo; scilicet; Quis, Quid, Circa quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando. Negat etiam Fabius incarnatus 2. part. sui scrut. tract. 4. pag mibi 487. enumerans, cum Authoribus secundæ sententiaz, octo circumstantias. Sic

tamen: Quis, Quid, Vbi, Per quos, Quoties, Cur, Quomodo, Quando. Negat item Pilofus disp. 8. art. 3. dicens, esse sex. Negat tandem Scot. quodlib. 18. §. De primo lit. G. Vbi has solum quatuor circumstantias recentet; Vbi, Cur, Quomodo, & Quando.

Sed, probabilius longe, Respondeo. Esse tantum illas septem assignatas, nec plures, nec pauciores. Nam illa vox, *Quid*, includit etiam illam aliam, quam Ochagavia, & Ludo uicus addunt, nempe, *circa quid*. Et illa vox, *Quoties*, (id est, numerus peccati) quam addit Fabius, non est circumstantia peccati, sed multiplicatio peccati secundum substatiæ. Sic D.Thom. 1.2. q. 7. art. 3. ex Boetio, & Aristotele. Ipsum sequitur omnes ferè Theologici. Legatur Môtesinos tom. 1. in 1.2. disp. 9. quest. 1. Enriquez loc. cit. Nauar. in cap. consideret. in principio, & in Manuali, cap. 6. num. 1. & 2. & alij, apud ipsos.

Nota hic, Quod ex circumstantijs, quædam sunt, quæ mutant speciem peccati; quædam, quæ aggrauant, sed non mutant: & quædam, quæ alleuant. De quibus omnibus, an sint confitenda, accurate discutiemus.

QUÆSTIO III.

An Omnes circumstantiæ peccatorum mortalium mutantes speciem, sint necessario in confessione explicanda?

NEGET Hæretici Luterani, assertores: nō esse necessarium, aliquam circumstantiam in confessione explicari.

Sed de fide Respondeo: Affirmative. Quia sic definitur in Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 7. Et docet praxis vniuersalis Ecclesie, & omnes Doctores cum D. Thoma 1. 2. q. 18. art. 11. & in 4. d. 16. quest. 3. art. 2. q. 3. Legan-

Legantur Nauar. prælud. 9. num. 6. & cap. 6. nu. 7. Enriquez lib. 5. cap. 7. Suarez disp. 21. sect. 2. Nuñus in addit. quæst. 9. art. 2. dub. 2. Petrus de Ledesma in Sum. tract. de pœnit. cap. 18. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 11. punct. 1. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. q. 3. diff. 3. num. 6. & alij statim citandi.

QVÆSTIO III.

An Etiam circumstantia notabiliter aggravantes, intra eamdem speciem, sint necessario confitenda?

AFFIRMANT Caet. Sotus, Victoria, Ledesma, Siluest. & alij usque ad 20. Doctores, quos assert Diana 1. part. tract. 7. resol. 1. Inter quos, ex recētioribus, præcipui sunt, Enriquez de pœnit. lib. 5. (seu 2. de Pœnit.) cap. 7. num. 6. Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 22. sect. 3. Sanchez lib. 2. decal. cap. 32. num. 39. (non cap. 11. num. 24. vt ciat Diana) & lib. 4. cap. 11. num. 24. & Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 2. num. 10. Quibus ego addo Sanuelem Lublinum ver. confessio. num. 4. Lopez 1. part. cap. 29. pag. 159. Binsfeldium 1. part. sui Enchirid. de Pœnit. § 10. Turreblanca lib. 14. præct. cap. 5. fine & cap. 6. num. 31. Vbi plures citat Doctores, sed plures, male. Antonium Fernandez Monre 3. p. Sum. c. 6. § 6. n. 5. Candidū disquisitio. 24. art. 23. dubit. 5. & P. Franciscum Felicem in Tentatiua Complutens. tr. 3. cap. 7. diff. 4. num. 6.

Sed probabilius Respondeo. Non esse necessario confitendas. Primò, Quidam, si id esset necessarium; vel esset, quia talis circumstantia foret peccatum mortale diuersum à priori, quod est falsum; cum in eadem specie peccati ponatur. Vel, quia esset peccatum veniale, additum peccato mortali, quod etiam est falsum; quia ratione culpæ venialis, vt sic, nullus de necessitate confiteri tenetur, vt infra; ergo nullo pacto tenetur quis tales circumstantias confiteri.

Secundò. Quidam contraria sententia, neque ex Concilijs, aut Patribus, aut traditione Ecclesiæ, probari potest; Nostra autem clare colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 7. Vbi agens de circumstantijs, ait: esse præceptum cōfideri illas, quæ speciem mutat; ergo cum de circumstantijs aggrauantibus taceat, implicite negat esse præceptum confidendi illas, patet consequentia. Quidam Concilium tradidit ibi, doctrinam integrum de omnibus necessariis ad confessionem, & ruris

addit hæc verbæ. Nihil aliud ab Ecclesiæ pœnitentibus exigitur. Ego nil aliud est sub præcepto, nisi quod ibi præscribitur. Sic 3. Thom. in 4. diff. 16. q. 3. ar. 2. q. 3. D. Bonau. diff. 17. q. ult. Nauar. in c. consideret, ut pœnit. diff. 3. & num. 6. Vazquez 1. 2. disp. 98. cap. 3. & de pœnit. quæst. 91. art. 1. dub 2. Valentia quæst. 11. punct. 1. Scot. Durando, Cordoba, Tolet. Joan. Sanctius, Granado, Nald. Beccan & alij usque ad 51. Doctores, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. & 3. p. tract. 4. de Sacram. resol. 67. & 5. part. tra. 14. resol. 56. Vbi non nullos alios Doctores congetit. Quibus adhuc ego addo, Luysum Turrianum de pœnit. quæst. 9. art. 2. dub. 2. Ioannem de Lugo de pœnit. disp. 16. sect. 3. num. 107. pag. 325. Qui late, & doce hoc probat.

QVÆSTIO V.

An Circumstantia notabiliter minuentes seu alleuiantes peccatum, intra eamdem speciem, sint necessario confitenda?

AFFIRMANT Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 4. Scot. Canus, & alij, apud Suarez de pœnit. disp. 22. sect. 3. & apud Hurtadum disp. 9. de pœnit. diff. 3. Affirmat etiā, Nuñus quæst. 9. art. 2. dub. 2. pag. 497.

Sed longe probabilius Respondeo: Non esse necessario confitendas. Quia non alleuant tantum, vt trahant ad speciem peccati venialis, cum adhuc peccatum remaneat in eadem specie peccati mortalis. Vnde confitenti dictas circumstantias, potius deseruit ad excusationem, quam ad accusationem. Sic omnes doctores communiter, præcipue Suarez, & Hurt. loc. cit. Nauar. & alij, quos citat, & sequitur Thomas a Iesu cap. 3. pag. 104. Diana etiam tract. 14. cit. resol. 85. & Candidus loc. cit. dubit 3. & id. disp. 7. num. 16. Molfes. in Sum. tract. 7. cap. 12. num. 61. pag. mibi, 424. Archangel. diff. 16. pag. 165. & 166. & communis.

QVÆSTIO VI.

An Saltem, licite possit pœnitens, bas minuentes circumstantias, in confessione fateri?

NEGLIGAT Nauar. in cap. cons. eret. de pœnit. diff. 5. Sed certissime Respondeo: Posse, Y 3. si ha

si sine honesto manifestandi veritatem, id faciat. Quia id, nullo præcepto, prohibetur. Sic Pelsantius, quem citat, & sequitur Turrianus quæst. 9. de pœnit. art. 2. dub. 2. Imo idem docet Nauar. in Man. cap. 6. num. 6. re tractans id, quod, loc. cit. docuerat, Archang.

loc. cit. Maldonatus, quem citat, & sequitur Molfesius loc. cit. dicentes: Nō solum posse, verum etiam valde conducere ad perfectiō nem confessionis, tales circumstantias narrare.

§. 2. De Circumstantia, Quis.

QVÆSTIO PRIMA.

*Quid denotat circumstantia,
Quis.*

RESENDEO: Denotare qualitatem, & gradum pœnitentis; non quidem, quā do confitetur, sed quando peccatum commisit; nam hic, sēpe mutat speciem. Quoniam, si persona peccans, contra sextum præceptum, est sacra, mutat actum temperantiae in vitium, et iam, sacrilegij; si vxorata, in vitium adulterij, &c. Ut amplius infra. Sic omnes DD. cum D. Thom. loc. cit. & quæst. 7. art. 10. Fagundez de præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 2. Nauar. cap. 25. num. 108. & cap. 6. 2. num. 5. Suarez disp. 22. se ct. 4. Enriquez lib. 5. cap. 6. num. 3. & alij.

QVÆSTIO II.

An Religiosus, aut initiatus sacris, fornicans, teneatur fateri circumstantiam voti, aut Ordinis?

NEGARVNT Gerson, Supplementum Gabriel. & Tabiena, apud Thomam Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 20. Quia existimarent, circumstantiam Sacerdotis, aut Monachi, non addere circumstantiam distinctam specie, à simpli fornicatione; sed esse, quasi nouam ratificationem, & confirmationem præcepti.

Sed certissime Respondeo: Teneri. Quia certissimum est, quod interueniatur ibi duplex obligatio; altera ex lege naturæ pertinens ad temperantiam: & altera ex voto pertinens ad Religionem. Sic omnes Doctores, apud Sanchez loc. cit. Qui dicit cum Castro, lib. 1. de lege pœnali cap. 10. oppositam sententiam esse erroneam. Nauar. in Summa Hispana cap. 25. nu. 108. Sotus lib. 7. de iust. quæst. 4. art. 2. Toledo lib. 4. cap. 17. nu. 21. Azor lib. 13.

institutio moral. cap. 12. quæst. 6. Archang. dist. 16. pag. 166. & alij.

QVÆSTIO. III.

An Sacerdos secularis satisfaciat, si in confessione, dicat; se violasse votum castitatis in tali malitia; non manifestando votum solemne Ordinis, quod habet;

NEGANT Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 7 Palatios in 4. dist. 16. dub. 3. nu. 31. Egidius disp. 7. de Sacram. num. 20. Medina in Sum. lib. 1. cap. 14 §. 18. P. de Ledesma in Sum. cap. 19. de pœnit. Laym. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 4. Fagundez, Villalobos, Enriquez, Petrus Fay, Azor, Rodriguez, & alij, quos refert Diana 1. p. tract. 7. resol. 4. & 3. part. tract. 4. resol. 67. Ludsonicus de S. Iuan, q. 1. de circumst. art. 1. diff. 1. pag. 106. 1. Candidus disquisitio. 24. art. 24. dubit. 31. Sylvius in 2. 2. q. 154. art. 10. Nuñus in addit. q. 9. art. 2. dub. 3. concl. 5. & alij, docentes; teneri manifestare votum solemne.

Sed probabilius Respondeo: Satis esse, si dicat; se habere votum castitatis, illudque in tali malitia violasse. Quia votum solemne castitatis, non differt essentialiter à voto castitatis simplici, sed tantum accidentaliter: ergo satis erit pœnitenti, Sacerdoti, si dicat, se contra votum castitatis egisse. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 27. 28. & sequent. Vega, Lopez, Medina, Cordoba, & alij, apud ipsum. Fillius. tom. 2. tract. 20. cap. 9. num. 124. & 125. Megala 1. par. lib. 5. cap. 11. num. 8. Llamas in Summa par. 3. cap. 8. §. 14. Diana loc. cit. & Lugo de pœnit. disp. 16. à num. 147. pag. 331. Salas in 1. 2. tract. 13. disp. 3. se ct. 2. num. 22. & Archangel. loc. cit. pag. 167. col. 1.

Quod si hic inquiras, an qui cognovit feminam habentem solum votum simplex castitatis,

tatis, teneatur talē circumstantiam fateri? Respondeo: Teneri, ob rationem dictam, & alia, quas adducunt communiter Doctores. Sic docent omnes Theologi, & Canonistæ, vno excepto Llamas 3. part. Summa cap. 8. §. 14. Cuius sententiam, merito delere iusserrunt, cœsores fidei, per indicem libr. expurg. editum in Hispania anno 1641. imo ipse Llamas, nostram doctrinam docet postea, eodem cap. 8. §. 23. infine.

QUÆSTIO IV.

An Etiam Religiosus Professus, seu Monialis, satisfaciat dicendo: se violasse votum castitatis, non explicando statum Religiosum?

AFFIRMANT omnes fere Authores, pro nostra sententia nuper citati. Quibus addidi sūt Llamas 3. par. sua Methodicæ cap. 8. §. 14. pag. mibi 608. Trullench. lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 7. num. 10. & pœnes ipsius, Castro Palao, & alij. Et certe probabilissime.

Sed, non minus probabiliter, Respondeo: Non satisfacere; sed necessario debere, ultra votum castitatis, statum Religiosum explicare. Quia Religiosus per vota, non solum se obligauit Deo; sed etiam Religioni, cui se dicauit, & donauit. Ergo, sicut coniux forniciarius, peccat; non solum contra castitatem; sed etiam contra coniugem, cui per matrimonium dedit dominum sui corporis, quæ est malitia specifica adulterii, necessario in confessione explicanda: sic Religiosus, qui dedit dominum, non solum suæ voluntatis, & fortunarum; sed etiam corporis Religioni, cui se per vota tradidit; peccat, non solum contra votum castitatis, sed etiam contra Religionem, cui sui corporis dominium tradiderat: & ideo videtur aliqualem maculam adulterij contrahere, violando fidem Religioni datam, & ita debet hanc circumstantiam statutus Religiosi explicare. Sic Lugo loc. cit. nu. 148. & ex illo, ego. Quod à fortiori, docent Doctores pro prima Sententia quælit. prædenti, citati; præcipue Candidus loc. cit. & dubit. 32. & P. de Ledesma loc. cit. cicens, id ita esse certū, ut contrarium, non sit probabile. Sed certe nō bene id addit, aut dicit, cū tot, & tam'raues DD. oppositum doceant. Sic etiam Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 7. num. 13:

QUÆSTIO V.

An Sacerdos secularis, debeat, in peccatis contra castitatem, explicare Sacerdotium?

AFFIRMAT Petrus de Ledesma de pœnit. cap. 19. post 1. conclusio pag. mibi 483. Vbi ait: esse sententiam omnium fere Doctorum, & nihilominus, solum Cordubam citat. Tenent tamen illam Ludouicus loc. cit. dub. 2. pag. 1062. Candidus, loc. cit. pag. 59. & Torreblanca lib. 14. prædicar. cap. 5. num. 42. pag. 398.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri explicare, se esse Sacerdotem: sed sat fateri, si dicat; se habete ordinem sacrum. Quia votum, quod cuilibet sacro ordini annexitur, eiusdem rationis essentialis est. Sic Llamas loc. cit. per hæc verba: Quando cum sacerdali Clerico, Subdiacono, vel cum Diacono, vel cum Sacerdote, rem aliquam habuit, non habet necesse dicere, nisi quod peccauerit sacrilegio cum habente solemne castitatis votum, & ipse, si non cognoscatur, similiter dicet de se, acculando se. Sic ille. Et sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 31. &c apud ipsum, Palatios, Eariquez, Lopez. Diana loc. cit. Lugo disp. 16. nu. 149. pag. 332. Et est communis. Nota hic cūB. nac. q. ultima de matrim. punclo ultimo, & num. ultimo. Quod, quando Sacerdos, aut Religiosus committens peccatum luxuriae est notus confessario, non tenetur confessario dicere, cum esse Sacerdotem, aut Religiosum. Quia confessarius sciens, ipsum habere statum Sacerdotis, aut Religiosi, sufficit enter cognoscit peccata ipsius carnalia, habere oppositiam cum voto castitatis, de quo infra q. 25.

QUÆSTIO VI.

An Initiatus sacræ, & simul profissus, teneatur utriusque voti circumstantiam explicare?

AFFIRMANT P. Ledesma loc. cit. dub. 1. & 2. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 12. n. 87. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 5. Sot. Egid. Nuñus, Zanard. & alij a. pud Dianam tract. 7. 1. part. ref. 3. & 4. & 3. part. tract. 4. refol. 67. Ludouicus quæst. 1. de circumst. art. 1. diff. 2. pag. 1062. Candidus, loc. cit. Citat etiam Molfesius, præ hac parte, Enricum Enriquez lib. 5. cap. 50

num. 6 Sed male, quia oppositum expresse dicit ibi, lit. G.

Alij vero, ècontra docent, satisfacere si dicat, se habere Ordines Sacros, tacita profissione; vel, se esse professum, tacito sacerdotio, Diaconatu, aut Subdiaconatu; vel tandem, tacitis his omnibus, satisfacere fatendo, se violasse votum castitatis. Sic Sanchez loc. cit. num. 27. Lopez 1. part. cap. 29. fol. mibi 163. Nauar. & Caiet. apud ipsum. Villa lobos, Enriquez, loc. cit. Molfesius tract. 7. cap. 12. num. 66. & Pitigianus, quos affert, & sequitur Diana loc. cit. Quibus addi possunt Bonacina quest. 4. de matrim. puncto ultimo, num. 28. Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 3. num. 10. & pœnes ipsum, Medina, Rodriguez, Azor, & Salas, & certe satis probabiliter.

Sed nihilominus ego, iuxta doctrinam numer traditam, Respondeo: Teneri, & sufficere fateri; se esse professum. Quia circumstantia status Religiosi, necessario in confessione explicari debet, ut supr. q. 4. est habitum ex Lugo, & alijs. Quibus addo Naldum, verbo, fornicatio, num. 6. pag. mibi, 259.

QVÆSTIO VII.

An Mulier, quæ cum Sacerdote seculari, vel regulari, peccauit, satisfaciat descendere; se peccasse cum habente Ordinem Sacrum?

NE GANT, & consequenter, omnes Doctores citati pro prima sententia quæstionis 4. præcipue Archang. loc. cit. quest. 3. per hæc verba: Non oportet, mulierem dicere, se peccasse cum Religioso, aut cum Presbytero, seu Diacono, vel Subdiacono, seculari; sed sufficit ei dicere: se peccasse cum habente votum castitatis. Affirmant vero, & etiam consequenter, Doctores secundæ.

Sed ego, etiam consequenter, cum distinctione Respondeo, sic. Si peccauit cum Sacerdote seculari, satis est illi, fidicat, se peccasse cum habente Ordinem sacrum. Si vero, cum Sacerdote regulari, necessario debet explicare statum Religiosum, ut sic explicet malitiam juris læsi ipsius Religiosi. Sic Lugo disp. 16. num. 149. pag. 352.

QVÆSTIO VIII.

An Peccans contra votum simplex, & sollemnem, teneatur utrumque in confessione explicare?

AFIRMANT Sotus lib. 7. de Inst. quest. 2. art. 5. Medina instruct. cap. 14. §. 18. Quia existimant votum solemne, & simplex differre specie. Affirmant etiam Azor. cap. 19. quest. 10. & P. Ledesma in Sum. cap. 19. de Pœnit. Quia licet putent, esse eiusdem speciei, dicunt tamē, votum solemne, addere circumstantiam notabiliter aggrauantem, ideoque exprimendam.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri utramque voti simplicis, & solemnis circumstantiam fateri. Quia probabilitas est, praedita vota, non differre specie, sed accidentaliter. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 29. num. 31. Enriquez lib. 5. num. 6. Lopez, & Filliuc, quæ citat, & sequitur Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 7. num. 14. Trullench. lib. 6. cit. cap. 1. dub. 7. num. 10. & alij.

QVÆSTIO IX.

An Peccans cum Nouitio, vel Novititia, teneatur hanc circumstantiam fateri?

AFFIRMAT Hieronimus Llamas in Summa part. 3. cap. 8. §. 14. pag. mibi 607. Non (inquietus) quia hæc circumstantia mutet speciem, ante emissionem voti solemnis; sed quia notabiliter aggrauat peccati malitiam, quod cum contingit, ex communione omnium fere Theologorum consensu, explicari in confessione debet. Sic ille.

Sed longe probabilius Respondeo: Non teneri. Quia, cum non habeant votum castitatis, non additur malitia specie diuersa, ut ipsa Llamas fatetur, ergo, iuxta nostram, & iam, iam, communissimam sententiam, non tenebitur pœnitens talem circumstantiam in confessione fateri. Quod, à fortiori, idem dicendum est, de peccantibus cum Clericis minorum Ordinum, etiam si habeant beneficium. Sic Megala 1. part. lib. 5. cap. 11. num. 7. Diana tract. 7. cit. resol. 7. & Lugo loc. cit. num. 150. Salas in 1. 2. tract. 13. disp. 3. se ct. 2. num. 22. & apud ipsum, Palatios, & communis. Et loquendo de peccato cum Clerico minorum Ordinum commisso, ipse Llamas loc. cit. &c communis.

QVÆS.

QVÆSTIO X.

An Qui habet votum castitatis, debeat votum explicare, quando ipse, consilio, vel auxilio, causa fuit, ut alij, tale votum non habentes, peccarent?

NEAT Sanchez lib. 5. de statu Religioso, cap. 6. num. 10. Quia licet illud peccatum scandalis, sit graue, nō tamen est graue, contra proprium votum castitatis, pér quod Religiosus promisit solum castitatem suam, non alienam.

Sed à que probabilitate Respondeo: Debet re tale votum explicare. Quia, qui proximo luxuriam consulit, contra obligationem indirectam castitatis peccat: cum hæc obliget me indirecte, ne alios ad luxuriam inducam. Sic Lugo disp. 16. à num. 152.

QVÆSTIO XI.

An Frigidus, aut Eunuchus accedens ad mulierem, tenetur circumstantiam impotentiae generandi confiteri?

NEGAT (licet cum timore) Filiucius tract. 10. part. 2. nu. 23. apud Dianam. Vbi infra. Sed meo ideo, id nō negat Filiuc; sed solum dubitat, an ille accessus, addat simplici fornicationi specificam malitiam. Sic enim Filiuc. ait: Sequitur tertio, copulam cum habente impedimentum impotentiae naturalis, esse etiam peccatum contra naturam reductive, quia ex ea, nō potest sequi generatio. Ita Enriquez, & Sanchez (vbi infra.) Cōmuniter tamen non reputatur addere specificam malitiam, saltem est valde dubia. Sic Filiuc.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Teneri. Quia dicta circumstantia, transfert peccatum ad aliam speciem (nempe) contra naturam; quatenus frustratur finis, ad quem natura destinavit copulam; cum ibi, nec spes possit esse generationis. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 5. num. 14. Enriquez lib. 5. de penit. cap. 6. num. 3. lit. M. Letius lib. 4. cap. 3. dub. 6. num. 45. Lugo disp. 16. nu. 175. pag. 336. Et nescio, an Diana; quia suo more, tantum refert utramque sententiam (Et non ita bene) 3. par. tract. 4. resol.

QVÆSTIO XII.

An Sponsus, & sponsa de futuro, teneantur circumstantiam sponsa ium confiteri, dum confitentur copulam fornicariam cum alia?

AFFIRMANT absolute Sarmiento, Lopez, & Ledesma, apud Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 5. num. 5. Homobonus, Naldus, Syluius, Hurtado, Pitigian, Molina, Egid. Rebell. Gutierrez, & Cruz, apud Dianam 1. par. tract. 7. resol. 5. & 3. part. tract. 4. resol. 67.

Alij vero, sub distinctione Respondent; explicandam, videlicet, esse talen circumstantiam à sponsa, vel à peccante cum ipsa; non vero ab sposo, nec ab illa, quæ cum illo peccauit. Sic Sanchez loc. cit. num. 6. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 20. & in Decalog. lib. 6. cap. 1. num. 15. Candidus disquis. 24. art. 24. dubit. 15. Filiuc. tract. 10. num. 52. Villalobos tract. 9. diff. 36. num. 16. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Tale in circumstantiam, neque ex parte sponsi, neque ex parte sponsæ, aut eorum, qui cum eis commiscentur, esse necessario in confessione apparet. Quia prædicta circumstantia sponsalium, non transfert actum ad speciem adulterij; & consequenter, non mutat speciem: ergo. Sic Couar. in 4. decret. 1. p. cap. 1. num. 11. Viualdus 1. part. tit. de sponsal. nu. 10. Megala 1. part. lib. 5. cap. 11. quæst. 5. num. 9. Basil. de Leone de matrim. lib. 11. cap. 6. num. 8. Enriquez lib. 11. de de matrim. cap. 13. num. 4. Diana 1. part. tract. 7. resol. 5. cit. Vbi, in impressione facta Matriti, citat Hurtadum pro contraria sententia, & 3. part. tract. 4. resol. 67. pro nostra. Sed ibi male, hic bene. Sic etiam Ludouicus loc. cit. art. 2. diff. 1. pag. 1064. Qui licet verbis dicat, sibi primam sententiam placere, in re tamen, nostram sequitur.

Naldus, Verb. fornicatio, num. 1. & alij.

QVÆSTIO. XIII.

An Episcopus, Generalis, aut alius Prelatus, si peccant morte, teneantur circumstantiam Prelationis faterit?

AFFIRMANT Nuñus in additio. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. dub. 3. concl. 2. & 3. Candidus disquisitio. 24. art. 24. dubit. 33. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 8. P. Ledesma cap. 19. de pœnit. dub. 1. & 2. Palatios in 4. d. 16. disp. 3. num. 3. & Ludouicus de S. Iuan. quæst. 1. de circumstant. art. 1. diff. 2. & alij.

Sed probabilius, Respondeo: Non teneri (secluso scandalô) tales circumstantiam fateri, ut in peccato mortali interno, vel occulto. Quia secluso scandalô, licet aggrauet peccatum illa circumstantia, sed non transfert illud, ad aliam speciem. Sic Sanchez lib. 7. cit. disp. 27. num. 23. Lopez 1. part. Sum. cap. 34. pag. 192. ex Soto, Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 6. Diana loc. cit. resol. 6. Egid. disp. 7. dub. 4. num. 18. Filliuc. loc. cit. cap. 7. num. 125. Villalobos tract. 9. diff. 36. num. 14. Graffius lib. 1. decif. au. cap. 20. num. 28. Salas in 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2. num. 22. Addes, idem esse dicendum de circumstantia Pontificatus Summi, (quidquid contrarium dicint, D. Bonavent. in 4. d. 21. parte 2. art. 1. quæst. 3. & Alensis 4. part. quæst. 18. mem. 4. art. 2. §. 4.) Archangel. dist. 16. pag. 167. per hæc verba. Ecclesiastica persona, cum fornicatur, tenetur dicere, se esse personam Ecclesiasticam; non vero cum furatur, vel, cum odit aliquem, &c. Sic ille. Et communis, & Hurtado disp. 9. diff. 4. *Vbi de circumstantia, quis: dicens; contrarium, non habere fundamentum.*

QVÆSTIO XIV.

An, Qui post votum solemne professionis, aut Ordinis sacri, emittit votum de non committenda molitic, aut fornicatione, teneatur explicare circumstantiam voti emisi, post professionem; aut post susceptionem Ordinis sacri?

RESPONDEO. Non teneri: sed sufficere si in confessione dicat: se Religiosum esse; aut ligatum voto castitatis. *Quia per votum solemne castitatis in pro-*

fessione, aut susceptione Ordinum emissum, ad totum id tenebatur, & multiplicatio votorum noua, nullam addit circumstantiam, nec notabiliter agrauantem. Sic Sanchez loc. cit. num. 36. Lamas par. 3. cap. 4. §. 39. Fagundez loc. cit. cap. 3. num. 11. Diana tr. 7. cit. resol. 9. Filliucius tom. 2. tract. 30. num. 26. Trullench. lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 7. num. 10. & communis.

QVÆSTIO XV.

An Prima amissio virginitatis in viris, sit necessario in confessione aperienda?

AFFIRMAT Graffius lib. 1. decif. cap. 20. num. 28. Qui pro hac parte citat Nauarrum in Manuali cap. 6. num. 5. in 4. illustratione. Sed non bene. Affirmant tandem alij, apud Nuñum in additio ad 3. part. quæst. 9. dub. 3. concl. 5. Et id assertere Sotum, affirmant Petrus de Ledesma de pœnit. cap. 19. dub. 5. post. 1. concl. & Ludouicus q. 1. de circumstan. art. 2. dub. 2. pag. 1064. Sed imuerito; nam oppositum indicat, in 4. d. 18. quæst. 2. art. 4. pag. mibi 823. per hæc verba. *At re vera, ut meam tenuem opinionem proferam, non clare video. saltem, si puella, quæ non est sub cura parentum, vel masculus etiæ virgo, sua sp̄ote vult virginitatem perdere, quod sit distincta species luxurie à simplici fornicatione: nam puella est domina sui corporis in illo usus fuit puer.* Sic Sotus. Vnde pro opposita sententia, citat illum Graffius loc. cit.

Quare, lōge probabilius, Respondeo. Non esse necessario confitendam. Quia amissio virginitatis in viro, nec est infamia, neque stuprum, sed simplex fornicatio, si amittatur cum corrupta. Sic Nuñus loc. cit. concl. 6. pag. mibi 499. (vnde, male citat illum Lugo pro opposita sententia) Suarez disp. 22. sect. 4. Hurtado disp. 9. diff. 4. Enriquez, Lamas, Azor, & Filliuc. Quos citat, & sequitur Diana tract. 7. cit. resol. 10. Ludouicus loc. cit. Lugo disp. 16. num. 216. & Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 12. Candidus loc. cit. dubit. 7. Petrus Ledesma loc. cit.

Bonacina disp. 5 quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. num. 7. & apud ipsum, Nauar. Reginaldus, Egidius, & alij.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XVI.

An Quando fœmina sponte virginitatem amittit, teneatur circumstantiam virginitatis fateri?

AFFIRMANT Bonacina de matrim. q. 4. punct. 17. num. 2. Azor 3. part. lib. 3. cap. 11. q. 4. & 5. Filliuc. tract. 30. cap. 3. num. 66. & 72. Villalobos tract. 9. diff. 26. num. 15. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 13. & 16. Archang. diff. 16. pag. 167. Turreblanca lib. 14. cap. 5. fine, & cap. 6. num. 37. Nuñus loc. cit. Sylvius, Angel. Tabiena, & alij, apud Dianam 1. part. tract. 7. resol. 11. & 3. par. tract. 4. resol. 67. Lopez cap. 29. cit. pag. 165. P. Ledesma de pœnit. cap. 19. dub. 5. post 1. conclusionem. Granados controu. 7. de pœnit. tract. 9. disp. 8. num. 5. Binsfeldius 1. part. En. b. irid. cap. 10. §. 11. pag. 87. & Thomas à Iesu cap. 3. pag. 104. Candidus disquisitio. 24. art. 23. dubit. 7. dicens: contrarium, esse omnino falsum, & improbabile. Ortiz in Summa cap. 23. §. 27. Vbi sic ait: La donzella que deseô ser corrompida, ha de confessar esta circunstancia, y yendo en habito de donzella, y siendo auida por tal, basta dezir, que deseô fornicar. Sic ille ibi, & alibi.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia amissio virginitatis in fœmina, ipsa sponte consentiente, non addit speciem malitiæ diuersam, contra virtutem temperantia, aut contra iustitiam, vt late, & docebat probat Lugo disp. 16. à num. 220. pag. 344. ergo non est circumstantia necessario confitenda. Sufficiet ergo virgini, si dicat: toties fornicata sum. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 14. num. 5. Vazquez opusc. de restitutio. cap. 3. §. 1. dub. 1. num. 6. & 1. 2. disp. 112. cap. 1. num. 1. (qui pro hac sententia merito citat Sotum) Nauarra de restitutio. lib. 2. p. 4. cap. 3. Lessius, Aegidius, Megala, Suarez, Tannerus, Molfesius, & alij, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. (Sed ex ijs Doctoribus quos afferit Diana, oppositum, hanc obscure docet Molfes. loco ab ipso met Diana citato, videlicet, 1. part. Summa tract. 7. cap. 12. num. 72. pag. mibi 425.) Fagundez (iam sibi contrarius) in Decalog. lib. 6. cap. 4. num. 7. 13. & 15. Trullench. lib. 6. in Decalog. cap. 5. dub. 3. num. 2. & alij. Hurtado disp. 9. diff. 4. & Lugoloc. cit. Ochagau tract. 2. q. 14. n. 18. Ludouicus q. 1. de circunst. art. 2. dub. 2. pag. 1064. & alij.

QVÆSTIO XVII.

An Saltem, si fœmina, cum primo fornicatur, est sub cura parentum, vel tutorum, teneatur circumstantiam virginitatis fateri?

AFFIRMANT, à fortiori, Doctores super pro prima sententia adducti; præsertim Angel. Siluest. Tabiena, Armiilla, Graffius, & Pedroſa, apud Dianam loc. cit. Affirmare et iam videntur, Salas 2. tom. in 1. 2. tract. 13. disp. 6. num. 59. & Lessius lib. 2. de Iustitia cap. 10. dub. 1. num. 5. Turreblanca, Sot. & Ludouicus loc. cit. & Hanc sententiam, esse communem affirmat Trullench. statim citandus, licet contrariam vocet æque probabilem, & magis consulere infimitati, & pudori fœmineo, & à scrupulis liberare.

Sed adhuc, probabilius Respondeo: Non teneri. Quia, etiam dato, quod illud virginis peccatum continet aliquam, contra parentes, iniuriam; hoc tamen per accidens se habet ad circumstantiam virginitatis: non ergo erit necessario confitenda. Sic Doctores pro nostra sententia, quest. præcedenti, relati, præsertim Lugo loc. cit. à num. 220. Diana, Ochagauia loc. cit. Fagundez lib. 6. in Decalog. loc. cit. Trullench. loc. cit. Vbi sic ait: Imo, quamvis parentes, vel curator dissentiant, si ipsa consentit, non est formaliter in primum, quamvis re vera, virgo sit, & claustrum virginale rumpatur Ratio est. Quia ratio formalis stupri est violatio claustrum virginalis cum iniuria: hic autem nulla fit iniuria: consentienti enim, non fit iniuria, quia est domina sui corporis, ac pro inde illo abutendo, nemini facit iniuriam. Sic ille num. 2. & num. 8.

QVÆSTIO XVIII.

An Si fœmina virgo, voluntarie se polluat, aut tactus impudicos habeat, teneatur explicare circumstantiam virginitatis?

AFFIRMANT Doctores, fere omnes, pro contraria sententia quest. 16. cit. Sed probabilius Respondeo: Nullo modo teneri; neque confessarium, de illa virginitatis circumstantia, interrogare; imo nec ipsam, si forte interrogetur, respondere (quid quid sentiat Regius var. Resol. casu 18.) Sic Sanchez loc. cit. num. 5. Vazquez 1. 2 loc. cit. & quest.

& quæst. 74. art. 8. Læsius loc. cit. dub. 1. num. 5. Diana, Lugo, & alij DD. supra pro nobis citati. Sentiant id etiam Candidus loc. cit. dubit. 8. & apud ipsum, Caiet. Bonacina, & Azor.

ne, cum volenti, & consentienti nulla sit iniuria. Sic DD. citati supra præcipue Diana resol. 11. citata, & ante ipsū, Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 14. num. 6. & Læsius, lib. 2. cap. 10. dub. 1.

QUÆSTIO XIX.

An Qui virginem violenter violauit, teneat fateri se, & cum virgine copulam habuisse, & per violen- tiam?

AFIRMAT Ioan. Sanctius in seculis suis disp. 29. num. 9. quem refert Diana tract. 7. cit. resol. 11. & nescio an illum sequatur (ô bone Deus. y de- bant tamen tenere DD. quæst. 16. pro prima sententia adducti).

Sed probabilius Respondeo: Sufficere stupranti fœminam per vim, fateri, se com- mississe simplicem fornicationem per violentiam. Quia (ut supr. quæst. 23. habitum est) in terueniente consensu fœminæ, sufficienter manifestat quis stuprum dicendo: se carna- liter cognouisse solutam, quia stuprum, & raptus, puella consentiente, non differt à sim- pli fornicatione: ergo quando accedit op- pressio, vel vis, sufficienter manifestabit quis totam malitiam specificam peccati, fa- tendo simplicem fornicationem cum violen- tia, patet: quia oppressio solum addit simili fornicationi speciem iniustitiae, qua violentia nominatur. Sic aliqui Recentiores apud Sanctum, & ut probabile defendit ipse num. 8. & debent etiam defendere omnes DD. quæst. 15. pro nobis citati.

QUÆSTIO XX.

An Iuneni, qui morose delectatur de virgine, sine voluntate tamen inferendi ei violentiam, sufficiat in confessione dicere: se dele- cationem habuisse circa solutam?

NECANT DD. supra citati præcipue Candidus, dicens: esse verissimam, & omnino tenendam sententiam; te- neri, scilicet, fateri delectationem morosam habuisse cum virgine.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere, vt constat ex dictis. Sicut constat, idem esse di- cendum; si cum effetu copulam cum virgine habuerit, ipsa consentiente. Quia stuprum in hoc casu, non differt à simplici fornicatio-

QUÆSTIO XXI.

An In delectatione morosa faterida sit neces- sario circumstantia obiecti: v.g. simulier, de- qua sumpta est delectatio, sit soluta, coniugata, Monia- lis, &c.

NEGANT absolute Vazquez in. 1. 2. disp. 111. & 112. Reginaldus lib. 12. c. 2. nu. 13. Sayrus in clavis Regia lib. 9. cap. 7. num. 10. Hurtado de peccatis disp. 4. diff. 10. Quos omnes citat, & sequitur, iterum, atque iterum, Diana 1. par. tract. 7. resol. 48. & 2. part. tract. 17. & 3. Miscel. resol. 34. & 3. part. tract. 4. resol. 67. Quia existimat, omnes delectationes mo- rosas, esse eiusdem speciei; & ita docet, dele- cationem morosam de copula cum Moniali, cum nupta, aut soluta, nō variari specie, prop- ter illas diuersæ personæ circumstantias; ni- si circa illam circumstantiam formaliter de- lectatio versaretur. v.g. circa coniugatam, quia coniugata est. Ita etiam docet Palae tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. & penes ip- sum, Azor lib. 4. cap. 6. quæst. 3.

Affirmant vero, è contra Caiet 2. 2. quæst. 154. art. 4. Nauar. cap. 16. nu. 9. Sotus dist. 18. quæst. 2. art. 4. post. 7. conclusionem, & apud Dianam, loc. cit. Lorca 1. 2. disp. 28. de pec- catis, mem. 3. Martinez, 1. 2. quæst. 15. art. 4. dub. 1. Sanchez tom. 1. Sum. lib. 1. cap. 2. nu. 11. Azorius tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæst. 3. Vi- llalobos tom. 1. tract. 2. diff. 3. num. 4. Bona- cina de matrim. quæst. 8. punct. 4. num. 18. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. Candidus loc. cit. dub. 16. Fagundez lib. 9. in Decalog. cap. 4. num. 25. & alij quia existimant delectatio- nes præfatas, distingui specie.

Sed ego probabilius, sub distinctione, Respondeo. Fatendam esse circumstantiam obiec- ti, quoties delectatio morosa fertur in to- tam malitiam obiecti, etiam specificie; quia sic, vere participat ab illo malitia specie diuersam, cum omnis actus ex obiecto spe- ciem sumat; vt docet D. Thom. 1. 2. quæst. 18. art. 2. & quæst. 19. art. 1. Secus vero, si delectatio non feratur in obiectum, secundum totam suam malitiam; sed secundum par- tem, excludendo mente, aliam; quia tunc de- lectatio,

Ie^{statio}, non habet malitiam integrum obiectum, sed apprehensam tuncum, hoc est, illam somam malitiam, que desumti potest à malitia, que non prescinditur.

Sint huins Responsionis exempla. Si quis delectetur de copula cum nupta, non referendo i Nam ad tempus, quæ non esset nupta, habet malitiam specie diuersam, propter obiectum circstantiam adulterij; si vero delectetur de nupta, sub conditione, seu casu, quo esset uxor eius, prescindendo ab obiecto aliam malitiam: tunc delectatio, non habebit malitiam distinctam in specie. Rursus, si delectetur de copula cum moniali, non excludendo circstantiam status Religiosi, habebit malitiam specie diuersam, nempe sacrilegij; si vero delectetur, sub conditione, seu casu, quo non esset Monialis, tunc delectatio non habebit malitiam ex sacrilegio, sed esset sicut delectatio de copula cum soluta, quia illam somam malitiam relinquit ex parte obiecti. Sic expresse Lugo disp. 16. sect. 6. §. 4. per totum. Et meo videri, hoc ipsum docent Sanchez & Azor loc. cit. & non aliud.

QVÆSTIO XXII.

An Religiosus peccet contra votum castitatis, per dilectionem morosam de copula cum aliquo?

NEGLAT Pater Eusebius de Herrera in suis decisionibus moralibus decis. 16. §. 9 fol. 105. Vbi inquirit sic. *Si el pecado de la delección morosa, milita contra el voto de la castidad? Et Respondet per hæc verba. Respondo que no milita directamente contra el voto, si bien se considera, porque no ay voluntad de quebrantarle, y donde falta la voluntad, no llega la culpa. v.g. si un Religioso se estuviere deleitando en si, en pensar en cosas veneras, pero no tiene voluntad, ni consiente en ellas, sino solo se recrea con imaginarlas, o pensarlas, peca mortalmente con pecado que se llama delección morosa, pero yo no diré que este es sacrilegio contra el voto de la castidad, pues tiene intento de guardarla, no consistiendo en acto que le prejudique, y contradiga. Sic ille.*

Sed certissime Respondeo: Peccare contra votum castitatis, & talem dilectionem habere specialem malitiam sacrilegij, ut potest, contra Religionem. Quia Religiosus per votum castitatis, peculiariter interdixit sibi

omnem delectationem veneream. Sic Vazquez, Bonac, Reginald. & Egid. quos affert, & sequitur Diana 2. p tract. 17. resol. 34. Lugo disp. 16 num. 286. pag. 372. Luyfius Turrian. in selec. part. 2. disp. 16. dub. 1. dicens: & merito, contrariam sententiam esse improbabilem. Candidus disquis. 24. ar. 24. dubit. 13. Sayrus lib. 8. clavis Regiae, cap. 7. num. 20. Trullench. lib. 6. in Decalog cap. 1. dub. 7. num. 2. Palao tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. infine.

QVÆSTIO XXIII.

An Saltem, Religiosus peccet contra votum castitatis, per delectationem morosam, casu, quo per mentem separat circstantiam suistatus, & apprehendat se in status aculari, & sine votos?

NEGABIT à fortiori, prædictus Author. Sed adhuc certissime Respondeo: Peccare contra votum castitatis. Quia, licet eam circstantiam mente prescindat, adhuc peccat contra votum, quo se obligauit ad non habendas huiusmodi delectationes veneras. Quid optime probant Luyfius, & Lugo loc. cit.

QVÆSTIO XXIV.

An Coniugatus, saltem, sumente præscindat circstantiam coniugij, quatenus se tenet ex parte sui, contrabat etiam specialem malitiam adulterij, si delectetur de copula cum aliqua soluta?

AFFIRMATIVAM partem esse probabilem videtur indicare Vazq. 1. 2. dicta disp. 112 nu. 10. & Caius Palao 1. tom. tract. 2. disp. 2. pun. 10. §. 4. num. 4. cum eam probent, licet absolute non audeant docere. Docet tamen, Pater Hurtado; de subiecto peccator disp. 4. diff. 10. Cui fanet Diana 5. par. tract. 13. resol. 99. Et tenent Quidam Neotherici apud Sanchez lib. 9. de matrimonio disp. 46. num. 18. Quatenus docent, nullum actum luxuriosum coniugis, in quo, non sit seminis effusio, pertinere ad speciem adulterij, nec habere circstantiam matrimonij, nec exprimendam in confessione.

Sed certissime fere Respondeo: Contrahe

re speciale malitiam adulterij necessario in confessione explicandam. Primô: Quia ita tenet praxis fidelium. Secundô: Quia (quidquid dicant Vazq. & Castro) per matrimonium, mutuo se obligant coniuges ad carentum simili bus delectationibus cum alijs. Tertiô: Coniux, re vera peccat contra fidem matrimonij, polluendo se; quia interdixit sibi usum corporis sui, nisi ad finem matrimonij; ergo etiam, contra eamdem fidem peccabit coniux, si habeat talē delectationem, quæ semper afferit secum turpem corporis commotionem &c. Sic expresse Lugo disp. 16. nū. 187. pag. 372. & etiam Bonac. q. 8. de matrim. pun. 8. n. 19. licet, non ita clare. Candidus loc. cit. pag. 55. post Sanchez loc. cit. & Salas in 1. 2. tract. 13. disp. 6. seccio, 22. n. 150. & communem, penes ipsos.

QVÆSTIO XXV.

An Quando conditio, seu status pœnitentis est notus Confessario, sit necessarium, quod se accuset de illa circumstantia, dicendo, se esse Sacerdotem, coniugatum, &c.

RESPONDEO: Non esse necessarium; ut praxis docet. Nec obstat, quod etiam peccata manifesta confessori fateri debeat peccator; quia id necessarium est, ut ipsa, ad pœnitentiale deferantur iudicium; qui vero confiteatur, iam eidē indicio subditur. Sic Archang. dist. 16. pag. 166. col. 2. Sotus in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. pag. mibi 868. Nuñus q. 9. ar. 2. dub. 3. pag. 497. & communis.

§. III. De Circumstantia, Quid.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotatur per secundam circumstantiam, Quid?

RESPONDEO: Denotari, quantitatem, & qualitatem peccati, nec non, omnia alia, quæ se tenent ex parte rei volitæ, aut personæ, ad quam peccatum terminatur. Sic communiter Doctores.

QVÆSTIO II.

An Quantitas furti, sit necessario explicanda in confessione?

AFFIRMANT Enriquez lib. 5. cap. 7. n. 4. Suarez disp. 22. secc. 3. n. 17. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 4. n. 2. & lib. 6. in Decalog. cap. 7. num. 13. Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 11. n. 24. Aegid, disp. 7. dub. 3. n. 13. Tolet. lib. 3. cap. 7. n. 4. Sot. dist. 17. q. 1. art. 4. Nuñus in additio. q. 9. art. 2. dub. 2. pag. 496. & dub. 3. Sayrns, Petrus Fay. Bonac. Quos omnes refert Diaza tr. 7. cit. resol. 14. Valentia q. 11. pun. 1. Qui ait: vix posse contrarium probabiliter defendi. Ludouicus q. 1. ar. 4. dub. 1. pag. 1066. Gratius

lib. 1. cap. 20. nū. 9. Petrus de Ledesma cap. 19. de Pœnit. Vbi de circumstantia, Quid, concl. 1. pag. mibi 263.

Sed probabilius Respondeo. Non esse necessario explicandam. Unde, qui furatus est mille aureos, sufficiet ei, si in confessione dicat; Commisi furtum in re graui; aut graue peccatum furti commisi. Et Ratio est; quia maior, vel minor quantitas in furto, non variat speciem; sed ubi non datur diuersitas specifica circumstantiarum, non adest obligatio illas confitendi: ergo. Addunt tamen aliqui; teneri pœnitentem, aliquando per accidens, explicare quantitatem furti, quando scilicet, peccatum est reservatum in tanta quantitate. Sed ego dico, quod adhuc in hoc casu, satisfaciet pœnitens dicendo, se furatum fuisse, tantam quantitatem, ut excommunicatio nem incurrit. Sic. Nauarr. de pœnit. cap. consideret. dist. 5. num. 12. & in Man. cap. 6. num. 9. Vazquez tom. 4. in 3. part. quæst. 91. art. 1. dub. 3. Hurtado disp. 9. de penit. dist. 4. Megala, Zanardus, Gyptius, & Zerola apud Dianam loc. cit. Qui dicens, utramque opinionem esse probabilem, nihil resolutum. Sic etiam Granados tract. 9. disp. 9. num. 12. & 13. Lugo disp. 16. secc. 3. & Luysius, de pœnit. quæst. 9. art. 2. disp. 29. dub. 2. ad 4. & dub. 3. Vbi ait: absque ullo fundamento probabilitatis dici; hanc sententian esse improbabilem. Ochagavia tract. 2. quæst. 14. nū. 6. Thomas à Iesu cap. 3. pag. 105. Archan-

changel, diff. 16. pag. 166. col. 1. & 2. Vbi
sic ait: Si quis furatus est mille aureos, &
dixerit in Confessione, se fecisse furtum mor-
tale (quod quam primum restituere inten-
dit) & nil aliud; non propterea tenebitur
iterum repetere confessionem. Sic ille.

QVÆSTIO III.

An Circumstantia paruifurti debeat
aliquando Confiteri?

RESPONDEO. Debere: nempe, quando
aliquis furatur aliquid paruæ quan-
titatis, eo modo, ut eius Domi-
num blasphemare faciat; vel, quando quis fu-
ratur acutum, v.g. à paupere Sartore, si ei mul-
tum nocet &c. Quia, per huius modi circum-
stantias, in his casibus, sit mortale, quod alias
per se, veniale erat. Sic Nauar. in manuali
cap. 6. num. 3. Tolet. lib. 3. cap. 7. num. 3. &
4. Enriquez lib. 2. de penit. cap. 6. num. 3.
Fagundez, de 2. pœc. Ecl. lib. 4. cap. 4. n. 3.
Bonac. loc. cit. diff. 3. num. 27. Reginald. &
Sanchez apud ipsum, & est communis.

QVÆSTIO III.

An, furari coram Iudice, vel cum ma-
nifesto periculo vitae, sit cir-
cumstantia necessario
fatenda?

AFFIRMAT Vazquez, 1. 2. quæst. 73.
art. 9. dub. 3. Quia existimat; ibi
esse duo peccata; furti videlicet, &
emeritatis.

Sed probabilius Respondeo: Non esse:
Quia tantum reperitur unicum peccatum fur-
ti; nam pœna vita, quam peccans præuidet;
non addit nouam malitiam, nisi alias direc-
te a peccante sit intenta. Sufficiet ergo pœni-
enti, in eo casu, acusare, se commisso pecca-
tu[m] furti. Sic Tannerus, quem citat, & sequi-
tur Diana tract. 7. cit. resol. 61.

QVÆSTIO V.

An, In peccatis Carnis, debeat necessario ex-
pli cari circumstantia copula consummatæ an-
vero sufficiat illi, qui fornicationem pa-
travit, dicere; commissi peccatum
graue contra Castitatem
cum soluta?

AFFIRMANT HOC VLTIMUM, aliqui Recé-
tiores, ut testatur Luyfius Turrian.
de penit. quæst. 9. art. 2. disp. 29.

dub. 2. ad 5. Qui & probabile id putat, vocas
probabilius oppositum. Ratio eorum esse po-
test, quia inter tactus impudicos, & copulæ,
nulla apparet differentia specifica.

Sed certissime Respondeo: Necessa-
riodebere copulam explicari. Quia for-
nicatio, addit malitiam specificam, supra ma-
litiam simplicis tactus libidinosi, puri, si fist-
tat in mero tactu, absque copula: ergo hæc
necessario explicari debet. Sic Lugo, dis.
16. num. 238. pag. 247. Qui docte id probat
& dicit oppositam sententiam opponi com-
muni D[omi]norum sensu. Vnde immerito Dia-
na 3. part. tract. 4. resol. 88. non audet illâ
improbare: sed more suo, alijs, ut Indicium
de hoc ferant, relinquit.

QVÆSTIO VI.

An, In peccato Sodomitæ teneatur pœni-
tens explicare, fuerit ne agens,
vel patiens?

NEGANT Alfonsus de Leon, tract. de
off. & potest Confessarij part. 1. re-
col. 9. n. 216. & 218. & Diana, 3. par-
tract. 4. resol. 159. & 5. part. tract. 14. re-
sol. 56. & apud ipsum, Carolus de Baucio;
Fornarius, & Alexander Rusus. Quia existi-
mant, peccatum utriusque, pertinere ad eam
dem speciem.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia
ex parte agentis interuenit pollutio pro-
pria, quæ non interuenit ex parte patientis;
sed sic est, quod diuersum peccatum est volun-
tarie pollei, vel solum cooperari pollutioni
alterius, ut docet, & probat Lugo, loc. cit.
num. 243. pag. 348. Ergo in dicto peccato;
agens debet explicare circumstantiam illam,
propter diuersam malitiam, quam assert. Sic
Lugo loc. citato.

QVÆSTIO VII.

An, Copula fidelis cum in se leli, hoc est, bap-
tizati, cum non baptizata, sit cir-
cumstantia necessario explicanda?

NEGANT Azor, par. 3. lib. 3. cap. 29.
quæst. 3. Filliuc. tract. 10. part. 2.
num. 23. & tract. 30. cap. 2. num.
52. Bonac. quæst. 4. dematrim. pun. 15. num.
7. Alcozer in Sum. cap. 20. fol. michi 74. Syl-
lius 2. 2. quæst. 154. art. 2. quæst. 2. Fagun-
dez, in. 6. pœc. Decalag. lib. 6. cap. 1. n.
14. & alij Quia estimant, tales copulam, non
differre specie à simplici fornicatione.

Z 2 Sed

Sed Probabilius Respondeo: Esse necessario confitendum. Quia probabilius est, esse circumstantiam mutantem speciem, & trans-ferentem illud peccatum in aliam sacrilegij speciem, quatenus per illam sit directe contra reverentiam Christianæ Religionis, in cuius honorem prohibita est illa coniunctio cum infideli ab Ecclesia. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 5. num. 6. &c. 12. & apud illam, Nauar. cap. 6. num. 3. Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 3. Lopez 1. par. cap. 25. pag. mibi 199. Vega 1. tom. Sum. cap. 55. casu 26. P. de Ledesma de matrim. quæst 55. art. 4. dub. 1. Sic etiam, Homobonus, Conradus, Floronius, Bellochius, & Lef-sius, quos citat, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 1. 38. Lublinus ver. confessio. num. 4. Lugo disp. 16. num. 336. pag. 363. Candidus disquis. 24. art. 24. dubit. 35. Naldus, verb. fornicatio. num. 2. Qui addit, idem dicendum de copula habita cum hæretica.

QVÆSTIO VIII.

An Quando quis fatetur, se odisse proximum, teneatur explicare malum desideratum, nomine; an fuerit mors, infamia, vel paupertas proximi?

AFFIRMANT Suarez disp. 6. de caritate se f. 2. & Sylvius 2. 2. quæst. 34. q. 2. quos citat Diana tract. 7. cit. resol. 30. & idem 2. 2. quæst. 34. disp. 29. dub. 3. num. 61. Sanctius in selectis disp. 5. num. 1. Sed probabilius Respondeo: Non teneri, Sed satis esse ei, si dicatur se toties odisse proximum, non declarando malum ex odio desideratum. Nam licet, illa mala volita, sint diuersa in specie, & sufficienter ex se, ad diuer-sificanda diuersa vitia, si desiderarentur, ut talia sunt; quia tamen, non desiderantur, quatenus talia sunt, sed sub una, & eadem ratione formalis, quatenus est malum proximi, ideo omnia huius generis peccata sunt eiusdem speciei.

Sed aduertendum, hanc doctrinam, non esse intelligendam de desiderio inferendi proximo ita illud malum, quod desideratur: quia tunc certum est apud omnes, voluntatem auferendi famam, differre specie à voluntate occidendi, &c. Sed solum modo, de odio si sit in merito desiderio, quo vellem illi ea mala alii unde evenerit; quia mala eius sunt. Sic notat, & docet Lugo disp. 16. n. 260. & ante illum, P. de Ledesma in Sum. tom. 2. tract. 3. cap. 6. Bonac. de legib. disp. 3. q. 4. pun. vlt. §. 1. nu-

10 Hurtado de caritate disp. 8. diff. 4. Homo bonas, in exam. Eccles. p. 1. tract. 6. cap. 25. q. 112. Quos refert, & sequitur Diana loc. cit. & 3. p. tr. 4. resol. 67. Valentia tom. 3. disp. 3. q. 11. pun. 2. tr. 3. cap. 6. concl. 8. Luyfus 2. 2. disp. 91. de carit. dub. i. Lorca ibi q. 34. art. 3.

QVÆSTIO IX.

An Qui uno iracundia impetu, absque morali interruptione temporis, profert in alium, multa verba continentia unam specie iniuriam, ut si decies appellat ebrium, vel furem, &c. Vnum tantum peccatum committat?

NEGLIGAT Bonac. disp. 5. de Sacram. q. 5. sect. 2. pun. 2. §. 3. diff. 3. n. 17. ver su, Verum quod nos, pag. mibi 205.

Sed longe probabilius Respondeo: Vnum tantum peccatum committere. Sicut vnum tantum committit, qui uno impetu, multa conuicia in Deum profert, aut qui vno impetu, ter percudit alium, aut tria vulnera mortalia in eadem rixa. Quia totum hoc, vno fit actu morali. Sic Nauar. cap. 6. n. 18. Fagundez præc. Eccles. 2 lib. 3. cap. 5. n. 5. & lib. 2. in Decalog. cap. 3. n. 24. Sanctius disp. 6. n. 2. Diana 1. p. tr. 7. resol. 51. Hurtado disp. 9. diff. 6. & Castro Palao tom. 1. tr. 2. disp. 3. punct. 3. num. 5. & alij, apud ipsum.

QVÆSTIO X.

An Saltem, si aliquis proferat in alium multa verba iniuriosa, significantia diuersas in specie iniurias, ut puta, quod sit fur, falsarius, sodomita, hæreticus, &c. Plura peccata committat, & debeat illa in confessione explicare.

AFFIRMANT Nauar. c. 6. n. 18. Enriq. lib. 5. c. 8. n. 3. Sotus de iustitia lib. 5. q. 9. ar. 1. Molfes. tom. 1. tr. 11. c. 22. Yribane in 4. diff. 17. disp. 15. sect. 8. Megala 1. p. lib. 5. cap. 12. n. 2. Quos omnes assert Diana tr. 7. resol. 28. in qua etiam citat pro hac parte Thomam Sanchez lib. 1. Sum. c. 3. n. 39. Sed male, quia (vt bene vidit Lugo) ne que in illo capite est numerus 29. nec aliquid dicit ad hoc propositum. Citat etiam Ioannem Sanctum in selectis disp. 6. n. 1. & 2. & bene, quidquid de hoc valde dubitet Lugo, licet cum fundamento; cum pro opposita sententia, citet eum idem Diana 3. p. tr. 4. res. 67. Vbi etiam pro ista sententia, refert Laymanum, Lauorium, Graffiu, Naldiu, & Salas. Tenant etiam Ludouic. q. 1. ar. 4. dub. 1. pag. 1066. & Bonac. loc. cit. per hæc verba: Verum quod

quod nos afferimus de quantitate furti, idem etiam probabilius afferendum puto in quantitate iniuriæ alteri illatæ, eodem tempore, vel successive per iniuriæ eiusdem, vel diuersæ rationis. Idem tenet Enriquez lib. 5. cap. 8. num. 3. Zerola de pœnit. cap. 12. quæst. 48. de iniurijs diuersis, ut si quis eundem hominem appellavit furem, adulterum, sacrilegum, &c. Quamquam opposita sententia, non caret probabilitate, & in praxi tutò sustineri posse videtur. Hucusque Bonacina.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri explicare numerum, aut diuersitatem contumeliarum, quantumvis grauium, modo non detur moralis interruptio inter verba, & verba. Quia omnes contumelie sunt eiusdem speciei; cum omnes ab una ratione specifica formalí, accipiant suam malitiæ. Quod constat: Nam omnes contumelie accipiunt malitiæ, ex eo, quod lèdent honorem: Sicut furta, ex eo, quod lèdent fortunas: ergo, sicut furta sunt eiusdem speciei, in ratione furti, siue hoc modo, siue illo, sicut & erunt iniuriæ, in ratione iniuriarum. Sic Diana 1. part. tract. 7. resol. 28. citata. Vbi pro hac parte, citat Zerolam in praxi pœnit. cap. 12. quæst. 48. Caietanum 2. 2. quæst. 72. art. 1. Sotum de iust. lib. 5. q. 9. art. 1. S. v. concumelia. num. 1. Molinam tom. 5. tract. 4. disp. 19. Azorium part. 3. lib. 13. cap. 5. dub. 1. Reginaldū lib. 24. cap. 5. num. 102. Rursus 3 par. tract. 4. resol. 67. affert pro nostra sententia, Stephanum Fagundez præc. 2. lib. 3. capite 5. nu. 3. (& lib. 2. in Decalog. loc. cit.) Filiiucium tract. 21. cap. 9. num. 22. & Rebellen part. 1. lib. 2. quæst. 17. se et. 2. num. 3. & Sanctium in selectis disp. 5. num. 10. & in impressione Mitrensi, Hurtadum de restituitione disp. 13. diff. 3. Ex his tamen authoribus, quos Diana citat; Filiiucius, aperte docet opositum. Imo, & Ioannes Sanctius disp. 6. num. 2. contrarium expresse, per hæc verba: At diuersa (peccata scilicet) erunt si in eodem spatio temporis aliquem quis nomina uerit Hæbreum, & furem. Unde cum diuersæ iniuriæ in specie sint, diuersum omnino damnum inferentes, erunt diuersa peccata. Quod etiam docet Nauar. subri, & Vazquez tom. de pœnit. q. 91. ar. 1. dub. 5. n. 31. Sic ille. Nec leuiter indicat nostram sententiam, disp. 5. n. 10. Vbi pro illacitatur à Diana, vt ex verbis eiusdem, que affert Diana, statim videbimus. Sic etiam Lugo disp. 16. n. 265. Itvt probabilem defendit hanc sententiam Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. pun. 3.

n. 6. qui & citat pro illa Bonacinam disp. 2. de peccatis q. 4. pun. 2. n. 12. & bene. Sed non ita Bonacina, cum opositum, loco supra à nobis citato, vt probabilius defencat: hic, contrarium. Quod tamen, non notat Castro.

QVÆSTIO XI.

An Sit necessarium in confessione explicare materiam, aut personam de qua quis temere iudicauit?

FIRMARE debent DD. nuper, pro prima sententia, citati.

Sed probabilius Respondeo: Non esse necessarium, sed sufficere, si dicat. Toties in materia gravi temere iudicauit de aliquibus. Ratio est: Quia omnia iudicia temeraria, eiusdem sunt speciei ingenere moris; cum bona existentia, quæ per iudicium temerarium auferitur, semper sit eiusdem speciei in esse moris. Sic Sanctius disp. 5. num. 10. Vbi sic ait: Nec opus est pœnitentibus quale iudicium fuerit, contra quam personam, fuerit ne Ecclesiastica, vel sacerdotalis, seu circa quam rem explicare, dicendo scilicet, iudicavi Ioannem esse furem, vel fornicarium, aut hereticum, &c. In esse solum phisico iudicia hæc, diuersitatem habent, vt pote, circa diuersa crimina; non vero in morali; cum contra iustitiam commutativam sint, prohibentem sub una specifica ratione, & atoma, famam alienam non laedi, tam interne, per iudicium, quam externe, per detractionem, aut contumeliam. Sic ille. Et Lugo disp. 16. n. 265 pag. 352. & Diana loc. cit.; Qui optime addunt; idem dicendum esse, de detractionibus, quod scilicet, non varientur specie pro diuersitate materia in qua auferitur fama; quia fama semper est eiusdem speciei in genere moris. Quæ doctrina maxime debet practicari à confessoribus, vt sic à multis scrupulis, & interrogationibus, liberentur.

QVÆSTIO XII.

An In mero peccato iactantia, debeat alius explicare species peccati de quo se iactauit, & audauit?

FIRMAT Sanchez in Sum. lib. 1. cap. 3. num. 13. & apud illum, Alcocer cap. 20 fol 74. pag. 1. Lopez 1. par. instruct. cap. 5. col. 6. & Manuel 1. tom. Summa, in editione 2. c. 53. col. 13. n. 13. Et quāuis dicat Diana 3. par. tr. 4. resol. 161. male citari à Sanchez, Lopez, & Rodriguez: quia isti Doctores (inquit) loquuntur, quādo iactas compla-

complacet de illo peccato, quo casu non est dubium esse satendam speciem peccati; sed immerito. Quia, ut probat idem Sanchez, re vera loquuntur de mero iactantiae peccato.

Sed, quidquid sit de hoc, probabilius Respondeo. Non teneri ad explicandam speciem peccati, de quo se iactauit, laudauit ve, (nisi alias simul cum iactantia interueniat complacentia, aut gaudium de illo.) Sed sufficere dicere; laudauime, aut gloriatus sum de peccato mortali. Et Ratio est; Quia tota malitia in peccato iactantiae consistit in quadam irreuerentia, qua irrogatur Deo, dum aliquis peccatum accipiat, ut medium, ad captandum ex ipso gloriam, & laudem apud homines: sed ad hoc per accidens se habet, quod sit hoc, vel illud peccatum, de quo gloriam peccator captat: ergo gloriatio de offensa Dei, semper erit eiusdem speciei. Sic Nauar. in Man. prelud. 9. num. 4. in 1. editio ne. Palao. tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 11. num. 5. Diana 3. part. tract. 4. resol. 16 1. & Lugo disp. 16. num. 269. pag. 352.

QVÆSTIO XIII.

An. Qui dedit consilium de opere illicito, teneatur explicare species peccati, quod consuluit?

NEGLANT aliqui, apud Medinam in 1. 2. quest. 14. art. 6. sententes, idem de consilio, ac de iactantia, & ideo dicunt, non teneri explicare materiam consilij prouii, sed sufficere, si dicat; consilium dedi de peccato mortali faciendo,

Sed certissime Respondeo: Teneri. Quia consilium, vere specificatur à peccato, quod consulitur; ideo duplum habet malitiam; alteram, contra virtutem specialem, cui adversatur peccatum, quod consulitur; & alteram, contra caritatem proximi, quem consilens, suo consilio, inducit ad peccatum. Sic Med. loc. cit. Salas. in 1. 2. tract. 13. disp. 5. sect. 15. num. 158. Lugo disp. 16. num. 275. pag. 353. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An. Pœnitentia teneatur in confessione explicare modum, diuerositatem, aut qualitatem blasphemiarum in Deum v.g. an fuerit; pœnitentia Deum; vel, per Dei vitam, &c?

AFFIRMANT, apud Dianam 1. par. tr. 7. resol. 50. Fillius, tom. 2. tract. 25. cap. 1. num. 26. Turrian. 2. 2. disp. 58.

dub. 3. Reginald. lib. 18. cap. 14. n. 201. Sanctarel. tr. de barefi. c. 4. dub. 1. n. 4. Sanctius disp. 6. q. 6. P. Ledesma tom. 2. tr. 1. c. 9. concl. 5. Layman lib. 4. tr. 10. c. 6. n. 11. Lopez 1. p. instructio. cap. 222. Bannes in 2. 2. q. 13. ar. 10. & Aragonius ibidem. Affirmat etiam Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 3. num. 30.

Sed ex his authoribus, quos Diana citat, oppositum docet Sanctius; loco, ab eodem Diana, cit. Vbi sic ait. Solent item pœnitentes cum iuramenta falsa confitentur, aut verasne necessitate illa narrare individualiter dicendo; iuravi per Deum, per vitam meam, sic me Deus adiuvet, &c. Quod minime necessarii est sed sat est dicere; decies falso iuravi, aut septies, ut Coriolanus de cassib. reser. p. 1. se. Et. 3. n. 2. fol. 287. Omnia namque iuramenta falsa eiusdem speciei sunt, sicut, & omnes blasphemie contra Deum, ut pote contra virtutem Religionis. Quæ vero contra sanctos iactantia, obseruantia & opponuntur, & ideo in confessione explicandum quædo contra Deum, quædo contra Sancos fuerint enuntiationes. Sic Sancti. Vbi clare docet omnes modos blasphemie in Deum, esse eiusdem speciei, nec necessario debere explicari qualitatē earū.

Tenet tamen expresse hanc sententiam Sanchez lib. 2. Sum. cap. 32. num. 39. Vbi sic ait: quinto dico, non satis esse blasphemias in genere explicare, etiam explicando, an sint contra Deum, vel B. Virginem, aut reliquos Santos, sed opportet modum blasphemie explicare, ut si fuit per vitam Dei, vel pœnitentia Deum, vel per membra pudenda, &c. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri explicare specialiter qualitatem, aut modum blasphemie, Quando (administrus) omnes sunt contra Deum, aut omnes, contra Santos. Quia omnes sunt eiusdem speciei, ut contrarietiam fatentur, nisi alias dictæ blasphemie essent hereticæ, aut ex odio Dei procederent. Sic Ioan. Sanctius loc. cit. Caiet. in Sum. V. blasphemia. Valéti atom. 3. disp. 13. pun. 1. §. Quocunque igitur. Azor, Lazarus, Gyptius, Homobonus, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. & 5. p. tr. 13. resol. 21. & indicat satis Lugo disp. 16. nu. 277. & 280.. pag. 354.

QVÆSTIO XV.

An. Saltē, teneatur pœnitens explicare contra quem fuerit blasphemia; an contra Deum; an contra Santos?

NEGLANT Caiet. Lazarus, Azor, Homo bonus, & Diana loc. cit. pro qua sententia citat Petr. Hurtad. to. 2. de fide disp. 91.

disp. 91. sect. 11. Suarium (sed male, vt statim.) Quia existimant blasphemias in Deum, & Santos, non differre specie.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia probabilius est, blasphemias quæ proferuntur in Santos, differre specie ab illis, quæ proferuntur contra solum Deum, vt late probat Lugo *disp. 16. num. 279.* Sic ipse, Sanchez, & Sancius, Pet. Hurtado, Aragon, & alij quæst. 14. pro prima sententia, citati. Suarez. *tom. 1. de Religione tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 18. & 19. & lib. 2. cap. 5. num. 4.* quem refert, & sequitur Fagundez. *lib. 2. in Decalag. cap. 3. num. 28.* Vbi ait, esse sententiam Diui Thomæ, & cōmunem Theologorum.

QVÆSTIO XVI.

An, Pœnitens, etiam explicare teneatur; an blasphemia fuerit contram Beatā Virginem, an contra alios Santos?

NEGLANT, & a fortiori DD. pro prima sententia nuper adducti, & præcipue Diana, *loc. citato.*
Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia probabilius est, blasphemiam in Beatā Virgine in differre specie ab alijs, quæ proferuntur in alios Santos. Sic Sanchez *loc. cit. num. 39.* Aragon, *2. 12. quæst. 13. art. 1.* Lugo, *disp. 16. num. 280. pag. 354.* Fagundez, *loc. citato, num. 30.*

QVÆSTIO XVII.

An, Qui in peccatum hæresis incidit, teneatur explicare eius qualitatem, an scilicet fuerit Ariana, vel Calusiana, vel Luterana?

NEGLANT Diana, *tract. 7. citat resol. 46.* Reginald. *lib. 6. cap. 4. num. 114.* Petrus de Soto, *de Confessio lect. 9.* Domin. Sotus, *dift. 18. quæst. 2. art. 4.* & Gaspar Hurtado, *def. e disp. 10. diff. 4.* Quia existimant, omnes hæreses, esse eiusdem speciei in genere moris.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia probabilius est, omnes sectas inter se specie differre; non quatenus opponuntur præcise contra fidem, & negant diuinam autoritatem, & Dei testimonium; sed quatenus opponuntur Religioni, cum singulæ sectæ incluant, aliquos ritus continententes malitiam

specie diuersam, vt Iudaismus continet circumscriptionem, quæ habet malitiæ superstitionis: Paganismus Idolatriæ: Calvinismus usum Sacramenti inualidi in Euccharistia &c. Igitur cum ille, qui amplectitur aliquam sectam, amplectatur eius ritus, & mores, eo ipso habet voluntatem patrandi illa peccata specie diuersa, quæ in exercitio illius sectæ includuntur. Sic Castro Palao, *tom. 1. tract. 4. disp. 2. punct. 1. num. 6.* Lugo, *disp. 16. num. 291.* Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 7. num. 17.* & apud ipsum Valentia, *2. 2. disp. 1. quæst. 10. punct. 3.* & alij, Fagundez, *loc. citato.*

QVÆSTIO XVIII.

An, Pœnitenti Apostata, sat fit explicare, se in hæresim incidisse; an vero teneatur dicere; reliqui fidem catholicam, quam profitebar, & transi ad Iudaismum Paganismum, aut Calvinismum, &c.

AFFIRMANT teneri hoc ultimum explicare, vel quia est circumstantia notabiliter aggrauans, vt dicunt aliqui aut, vt alij volunt, mutans speciem. Sanchez, *dicto cap. 7. num. 17.* Valentia, *2. 2. disp. 1. quæst. 10. punct. 3.* P. Ledesma. Banez, Aragon, & alij apud ipsum, & Suarez, *defide disp. 16. sect. 5.*

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, sed sufficeret eidicere amplexus sum sectam Calvinii, Lutheri, aut Iudaismum. Quia probabilius est circumstantiam Apostasim, non esse mutantem speciem, sed solum notabilem aggrauantem, vt fatetur Sanchez *loc. cit.* cum alijs; at hæc, in nostra sententia, non est necessario declaranda: ergo. Sic Diana *tract. 7. resol. 54.* & apud ipsum, Gaspar Hurtado *disp. 10. defide diff. 4.* Lugo *disp. 16. num. 296 pag. 357.* & alij.

QVÆSTIO XIX.

An, Qui unico actu voluntatis vult plures (e.g. decem) homines occidere; aut ad decem mulieres eiusdem conditionis accedere; aut ad eandem mulierem devies; debeat explicare illam circumstantiam obiectorum?

AFFIRMANT esse explicandam, dicendo volui occidere decem homines, ad decem mulieres accedere &c. Co-

munister Doctores; præcipue illi, qui docent, in eodem actu esse posse multiplicem malitiam numero distinctam. Ita Vazq. q. 91. ar. 1. dub. 4. num. 4. Hurtado disp. 9. diff. 6. Na- uar. & Adrianus, quos citat, & sequitur Gra- nados tract. 9. de Pœnitentia. disp. 9. num. 21. & alij, quos citat, & sequitur Diana, 1. part. tract. 7. resol. 17. & 3. part. tract. 4. re- sol. 164. Tenent etiam Ochagavia, tract. 2. quæst. 14. numer. 8. Castro Palao, tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 3. num. 15. Trullench. lib. 5. in decalogum cap. 5. dub. 4. num. 7. pag. 61. Felix, in sua Tentativa Complut. tract. 3. cap. 7. diff. 4. num. 7. & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Non debere necessario illam circumstantiam fa- teri, explicando, videlicet, numerum perso- natum, quas voluit occidere; aut mulierum, ad quas accedere desiderauit, sed sat esse pœ- nitenti, si dicat; se voluisse aliquos homi- nes occidere; ad mulieres accedere &c. Ra- tio est: cum, quia probabilissimum est in v- nico actu, non posse esse duplēcē malitiam numero distinctam; vt docent Filliuc. Lay- mam, Durand. Megala, & Suarez, apud Dia- nam, 3. part. tract. 4. resol. 164. Ergo in propositis casibus, vnicum tantum erit nu- mero peccata, licet grauius, propter diuer- sa numero obiecta. Tumetiam; quia etiam dato, quod in vnicō actu, aut peccato, posset dari multiplex malitia numero distincta, ni- hil inter est ad propositum nostræ quæstio- nis, que non inquirit, an in illo actu sint plu- res malitiae, vel una; sed an id debeat ne- cessario in Confessione explicari. Quia licet verum sit, quod in peccato habēte plures ma- litias specie diuersas, debeant omnes explicari, non tamen sequitur, idem esse dicendū necessario, in peccato habente plures nu- mero distinctas. Ratio differentiae est, quod in primo casu, non explicaretur distincte tota species illius peccati (cum debeat) si aliqua malitia specifica illius taceretur. In secun- do vero casu, etiam nonexplicata distincte tota malitia individuali illius peccati, ex- plicareter illud numero peccatum, quoad suam speciem distincte; & confusse, quoad differentiam numericam; quod sufficit ad satisfaciendum præcepto Confessionis; cum nullum peccatum maneat non explicatum, quoad suam speciem; & aliunde, dicatur to- tus numerus peccatorum, licet non totus numerus malitiarum, de quo explicando, nō inuenimus aliquid præceptum. Sic Megala, 1. part. lib. 5. cap. 12. num. 4. & nouissime Lugo (cuius est tota doctrina nuper tradita)

disp. 16 à nu. 134. pag. 329. Pro qua assert Suarium disp. 22 sect. 5. à num. 33. & alios, Sed certe, licet id deberent, iuxta suam doc- trinam, non docent; vt melius aduertit Diana, tract. 7. resol. 29. Dicit etiam, esse nostram sententiam probabilem, Trullench. loc. cit.

QVÆSTIO XX.

An, Si quis defacto, vno iactu, & impetu, decem occidat homines, decem peccata, in Confessione necessario faten- da, committat.

AFFIRMANT communiter DD. præci- pie Nauarr. cap. 6. num. 18. Fagudez pra. 2. lib. 3. cap. 5. num. 9. fol. 363. Azor, Yribarne, Filliuc. Vazquez, Suarez, & alij, quos citat, & sequitur Diana, 1. part. tract. 7. resol. 29. & 3. part. tract. 4. resol. 164. & Ochagavia, loc. cit. Bonacina, lo. cit. num. 16. Reginald. lib. 6. num. 129. Cal- tro Palao, tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 3. num. 8. Salas, in 1. 2. tract. 13. disp. 5. sect. 6. num. 65. Trullench. lib. 5. in decalog. cap. 5 dub. 4. & alij.

Sed æque probabiliter Respondeo: Ne- gative. Tum: quia, vt probabilissime est ha- bitum, in illo actu, nequit dari multiplex, sed vnicā numero, malitia; præcipue quando pluralitas obiectorum se habet per modum vnius, vt impressum, vt bene probat Suar. loc. cit. Tumetiam; quia, & si ex multiplici- tate Iuris læsi, nempe hominum occisorum, ad vitam, multiplicarentur numero malitiae in illo actu; non ideo multiplicarentur pec- cata: ergo cum alias, vt supra est habitum, nō sit necesse explicare distincte totam malitiā individualē peccati, sufficeret confiteri illud, explicando solum, malitiā specificā. Sic Lugo. loc. cit. disp. 16. sect. 3. præcipue num. 139. pag. 330. & num. 557. pag. 403. & esse id probabile, innuunt Vazquez, & Bo- nacina.

QVÆSTIO XXI.

An, Qui vnicō verbo, laedit famam, & ba- no rem trium v.g. hominum; tria nu- me- ro peccata committat in Con- fessione, fatendas?

AFFIRMANT Diana, 1. part. tract. 7. resol. 29. & 3. part. tract. 4. resol. 164. & apud ipsum, Yribarne, Vaz- quez,

quez, Fillinc, Azorius, & alij. Quibus addo Bonac in pñm loco citato, & communem.

Sed æque probabilititer Respondeo: Non committere; nisi vnicum peccatum, in confessione necessario fatendū; adhuc dato, quod ex multiplicitate Iuris læsi, multiplicarētur malitia numero. Sic Lugo loc. cit. num. 135. pag. 329. Per hæc Verba. Et ni fallor, in peccato detractionis, ita sāpe fit ut non explicet pœnitēs personas, quas vñica de tratione læsit, vt si detrahit familiæ, vel domini, non explicat quot sunt in illa familia, vel domo; sed ad summum dicit: se detraxiisse grauiter alicui Ordini, Religioso; nec solliciti sumus de interrogando ordine in particulari, quod tunc deberet fieri ad cognoscendū melius numerum personarum læsarum. Sic ille.

QVÆSTIO XXII:

An, Si quis uno iectu, tres occidat Clericos; in tres excommunicationes,
& tres irregularitates incurrat?

AFFIRMANT Nauar. cap. 6. num. 18. Vgolinus de cens. tab. 1. cap. 16. §. 3. num. 8. Sayrus, lib. 1. cap. 10. num. 9. Alterius, lib. 3. disp. 10. cap. 8. quos citat, & sequitur Diana, 3. part. tract. 4. resol. 164. Zerola de pœnit. cap. 12. quæst. 48. Fagundez, præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 5. & alij.

Sed æque probabilititer Respondeo: Nō incurere, nisi vnicam tantum. Quia in eo casu, vnicum tantum cōmittit peccatum: ergo vnicam censuram tantum modo incurret. Sic Suarez, de cens. disp. 5. sect. 3. Bonac. de cens. disp. 1. quæst. 1. punct. 5. num. 7. & alij.

QVÆSTIO XXIII:

An, Qui vult occidere Petrum, cum tota sua familia, vnicum tantum, committat homicidium?

NEGANT Azor, 1. part. lib. 4. cap. 4. quæst. 3. col. 311. Salas, 1. 2. tract. 13. disp. 5. sect. 6. n. 65. Trullench lib. 5. in Decalogum cap. 4. num. 8 Castro Palao, tom. 1. tract. 2. disp. 3. pun. 3. num. 15. & alij, existimantes: tot numero distincta committere homicidia, quot personæ fuerint in familia. Negant etiam Nauar. cap. 6. num. 13. Vgolinus, Megala,

quos citat, & sequitur Diana, tract. 4. cit. resol. 164. docentes: euo peccata committere; Quia in iure, (inquit) tota familia, propria persona reputatur.

Sed magis consequenter Respondeo: Vnicum tantum committere homicidium, necessario consistendum. Tum: Quia in illo actu, nequit inueniri multiplex malitia, numero distincta. Tum etiam; quia Petrus, & tota sua familia, est vnicum obiectum talis actus: ergo solum erit vnum numero homicidium: sat ergo erit pœnitenti dicere: se habuisse voluntatem patrandi homicidium, & occidendi aliquos homines, non declarando numerum occidendorum. Sic Enriquez, in simili casu, loco statim citando, & id probabile esse, ait Trullench loc. cit.

QVÆSTIO XXIV:

An, Qui maledicit Deo, & duodecim Apostolis, (aut imprecatur malum Paulo, & toti eius familie) Vnicum etiam peccatum committat?

NEGANT Vazq. de pœnit. quæst. 91. art. 1. dub. 4. Bonac. de Sacram. disp. 4. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. num. 16. Azor, loc. cit. quæst. 5. Molfell. tract. 8. cap. 7. num. 19. & Trullench, loc. cit. Castro Palao, loco citato. & alij; docentes: in tali casu, esse tredecim peccata numero distincta, in Confessione necessario explicanda. Negant etiam Fagundez, præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 11. Nauar. cap. 6. num. 18. Vgolinus, Durand. Megala, & alij, apud Dianam. loc. cit. quatenus docent, esse duo peccata.

Sed probabilius, & consequenter, Respondeo: Vnicum tantum peccatum committere. Ideoque in hoc casu, non esse necessarium numerum personarum in confessione narrare. Sic Enriquez, lib. 5. cap. 8. num. 4. Vbi sic ait: Qui maledicit B. Petro, & duodecim Apostolis; aut mortem imprecatur Titio, & toti familia illius, videtur duplex peccatum materialiter: sed reuera est unum, circa vnu totale obiectum: vt qui furatur arcam valorum argenti, vel expilat totum horreum tritici, est vnum numero furti. Sic Enriquez, & id probabile satis, reputant Bonac. loc. cit. & disp. 1. de censur. loco etiam citato. & Trullench loco citato.

QVÆS.

QUÆSTIO XXV.

An. Si quis uno tempore, & actu, pluribus iniuriam inficit, tot peccata fata, committit, quot sunt personæ, & omnes si quæ tali iniuria afficiuntur?

AFFIRMANT communiter Doctores supra citati, præcipue Vazquez loc. cit. Sed probabilius Respondeo: Non committere, nisi unicum peccatum necessario in Confessione explicandum, ob rationem sapientiam datam. Sic Bonac. de cens. loc. cit. & apud ipsum, Nauar. Lugo etiam disp. 16. num. 135 Per hæc verba: Et si fallor, in peccato detractionis, ita sæpe sit, ut non explicet pœnitens personas, quas unica de tratione læsit. vt si detrahit familiæ, vel domini, non explicat, quot sint in illa familia, vel domo, aut religione, se ad summum dicit se detraxisse grauiter alicui Ordini Religioso, nec solliciti sumus de interrogando ordine in particulari, quod tunc deberet fieri ad cognoscendum melius numerum personarum lætarum. Item, quando aliqui suo peccato scandalum præbet adstantibus, non credo solere interrogari communiter de numero determinato adstantium, quod potuerunt scandalizari, quod tamē fieri deberet, si hæc doctrina non esset probabilis. Sic Lugo, cuius verba iterum repeto, propter singularia eius addita verba.

QUÆSTIO XXVI.

An. Si quis, unico actu, surripiat a pluribus quantitatam notabilem, plura patret peccata, & teneatur numerum personarum exprimeret.

AFFIRMANT Molinat. 4. disp. 41. num. 4. Bonac. disp. 5. de Sacram. quæst. 5. se & 2. punct. 2. diff. 3. num. 15. alias, 16. & ex parte, Enriquez, lib. 5. cap. 5. num. 4. Diana, 3. part. tract. 4. resol. 164. Fagundez, lib. 2. in decalog. cap. 3. num. 24. Vbi sic ait, Qui vno impetu, & tempore plura furtæ committit in plures homines, tot peccata furtæ numero distincta committit, quot sunt homines, erga quos, plura furtæ exercet. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Non committere, nisi unicum peccatum, nec teneri in

Confessione ex primæ numerum personarum. Ratio est. Quia ibi unica tantum est actio: ergo unicum tantum peccatum. Addo, quod etiam, si ex multiplicitate iuris læsi, multiplicaretur in illo peccato furtæ, malitia numero; non vero peccata, ut supra est habatum; & ideo non erit necesse explicare totâ malitia iam individuali illius peccati, sed solum specificam. Sic Vazq. quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 5. 8. & 10. Et bene. Sed parum consequenter; deberet namque, idem dicere de illo, qui unico actu, vel sermone, vni familie, aut pluribus, maledicit; aut plures occidit; quia inter hæc, nullum reperitur delictum, nam si in his casibus reperitur (ve ipse ait) pluralitas iuris læsi; aut iniuriarum; etiam, & in nostro (quem ipse concedit) reperiri fateri debet; & in si in hoc reperiri neget, neget & in alijs; vel in utroque casu cedat, non debere pœnitentem exprimere numerum personarum. Sic etiam Lugo disp. 16. à nu. 136. & in casu, quo res ablata esset plurimum dominorum pro individuali, idem sentit Diana. loc. cit.

QUÆSTIO XXVII.

An. Qui unico actu voluntatis, statuit omittere officium diuinum per integrum mensum. aut ieunium per totam quadragesimam; aut per totam illam carnibus vesci; unicum tantum peccatum Committat?

NEGLIGANT Doctores, sæpe sepius citati, quos sequitur Diana. 3 part. lo. cit. & Mollesius tract. 8. cap. 7. num. 19. pag. mibi, 549. existimantes, tot peccata committere, quot dies habet mensis, aut quadragesima.

Sed æque probabiliter Respondet eo: Non committere nisi unicum peccatum: & sic, sat erit ei dicere in Confessione: Habui voluntatem, plures omissendi officium, frangendi ieunium, & vescendi carnibus tempore prohibito. Sic Doctores citati (& etiam ex parte, Filliuc. tract. 27. num. 87) Qui tamen bene notant, quod casu, quo, quis prædictum actum voluntatis executioni mandaret, non recitando, aut non ieunando singulis diebus quadragesimæ &c. tunc, quolibet die, unum peccatum patraret, ratione omissionis officij, aut externi ieunij, cum in singulis diebus posset recitare, & ieunare &c. Sic Filiiuc. loc. cit. Fagundez, præc. 4. lib. 1. cap. 4. num. 8. & alij communiter,

QUÆS.

QVÆSTIO. XXVIII.

An, Qui, unico actu molleiti, recognitat plures coniugatas; aut plures moniales; plura peccata committat?

AFFIRMANT Azor 1. par. lib. 4. cap. 4. quæst. 6. Reginald. lib. 22. cap. 8. scđt. 9. Tolet. lib. 3. cap. 7. Diana locit. & apud ipsum, Molfelsius, Salas, & Pefantius, Trullench etiam lib. 5. in Decalog. cap. 5. dub. 4. num. 7. Docentes; tot committere peccata, quot sunt persona, quas cogitat.

Sed probabilius Respondeo: Non committere plura, sed unicum peccatum; & sic sufficiet ei dicere; Habui mollietatem cum cogitatione in coniugatas, seu Moniales. Secus esset dicendum, si in tali actu delectaretur quis de Nupta, Cognata, & Moniali; quia in isto casu, tria committeret peccata specie diuersa; & ideo necessario confitenda. Sic aliqui Recentiores, & probabile reputat Trullench. loc. cit.

QVÆSTIO XXIX.

An, Qui tria adulteria, vel tres simplices fornicationes, cum tribus coniugatis, vel solutis, commisit; teneatur explicare in Confessione, se cum tribus fœminis nuptis, vel solutis, rembabuisse?

AFFIRMANT Aliqui, apud Sancium, in Selectis disp. 1. num. 24. pag. 9. & vt ipse ait, probabiliter.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Sed sat esse ei dicere; se tria adulteria, vel tres simplices fornicationes admisisse; Quia tantum peccat ille, qui inuitat decies eamdem fœminam ad peccandum; quam ille, qui decem fœminas eiusdem conditionis, & status inuitat. Sic Nauar. cap. 16. num. 5. Enriquez, lib. 5. cap. 3. num. 5. & cap. 5. num. 8. Azor, tom. 1. lib. 4. cap. 4. quæst. 6. Maior, diff. 17. quæst. 4. Quos omnes citat, & sequitur Sancius. Sic etiam Lopez, cap. 13. pag. mibi. 173. Bonac. disp. 5. quæst. 5. pun. 2. §. 3. num. 14. Diana, 1. part. tract. 7. resol. 13. & Homo bonus apud ipsum, & Lugo disput. 16. numer. 558; pagina. 403.

QVÆSTIO XXX.

An, Qui peccatum bestialitatis commisit, tenetur explicare species animalium cum quibus tam nefarium scelus commisit?

RESPONDEO Negative. Quia diuersitas specifica animalium, non diversificat speciem moralē. Nisi casu, que bestia fuerit, infernalis, seu Daemon in cubus; aut succubus; Quia tunc (quid quid dicat Trullench, statim citandus.) Ultrabestialitatis malitiam, est alia species distincta necessario confitenda, nempe, malitia irreligio ositatis, & superstitionis, ob societatem cum Dæmonie in illo actu venereo, præcipue quando is habetur pro Dæmonie, cū quo, quis peccat. Sic Caiet. in 2. 2. quæst. 154 art. 11. Bonac. de Pœnit. disp. 5. quæst. 4. scđt. 2. pun. 2. §. 3. num. 4. & de Matrim. quæst. 4. punt. 12. num. 4. Trullench. lib. 6. in Decalogū cap. 1. dub. 8. §. 3, Fillinc. trall. 30. num. 162. Molfes. in Sum. tract. 8. cap. 7. nu. 16. & omnes communiter.

QVÆSTIO XXXI.

An, In peccato Sodomiae, explicanda sit persona, cum qua perpetrata fuisset: an vide licet, fuerit à masculo cum masculo habita, vel à masculo cum fœmina?

AFFIRMAT Diana, 1. par. tract. 7. resol. 2. & apud ipsum, Tannerus, & Zanardus, Bonacina etiam de matrim. quæst. 11. punct. 11. num. 7. pag. mibi 462. Lublinus, ver. Sodomia. nu. 6. & alij: Quia existimant esse diuerſa speciei. Sic etiam Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 16. nu. 6. in Glos. lit. A. & B. & apud ipsum Caiet. Siluest. & Armilla. Trullench, loco cit. §. 2. num. 3. & dub. 8. num. 8. pag. 79. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non esse necessario explicandam personam maris, vel fœminæ. Quia hæc, in genere moris, vnius sunt speciei. Sic Coelestinus in Compendi Theolog. Moral. tract. 1. cap. 9. num. 5. diff. 4. Qui bene id limitat, in casu, quo mulier esset coniugata, aut voto castitatis astricta, vel cōsanguinea, vel affinis; quia tunc (quid quid male adhuc neget Lamas 3. part cap. 8. §. 16. cuius dictum, iam nouissime per Tribunal. S. Inquisitionis, è suo libro, est

est rāsum) necessario debet explicari persona circumstantiam. Cuius sententiam, sic explicatam, videtur sequi Diana, iam sibi contrarius, 3. part. tract. 14. resol. 56.

QUÆSTIO XXXII.

*An Si Aliquis coiens cum homine, & super cubans super eum, sicuti super mulierem, polluatur, teneatur istam aperire circumstan-
tiam?*

AFFIRMANT Hieron. Llamas in sum. part. 3. cap. 8. §. 24. (per errorem Tipographi. 21.) pag. mibi, 637. Licet probabile existimet oppositum.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia predicta circumstantia, non mutat (vt ipse Llamas fatetur) specie: Sufficit ergo dicere; Tamen alterius mollitiæ cōmisi; vel dormies cum alio polluti sumus ambo, tangendo impudice. Sic Diana tract. 7. cit. resol. 52. & eidem Trullench, lib. 6. in Decalogum cap. 1. dub. 8. §. 2. num. 1. & alij.

QUÆSTIO XXXIII.

*An Quando Aliquis, tangendo aliquem voto castitatis astrictum, se solus polluit,
teneatur aperire voti cir-
cumstantiam?*

NEAT Llamas loco cit. §. 16. apud Dianam, 1. part. tract. 7. resol. 53 per hæc verba: Quando sole mollieties committitur tactibus professi, vel in sacris constituti; si patiens est secularis, non tenetur amplius dicere, nisi, Passus sum voluntarie pollui tactibus alienis. Neque in sacris constitutus, vel professus, tenetur amplius dicere: nisi, Causa tamen impudice alium pollui. Et si non sit cognitus, non tenetur explicare; Et sum in sacris, vel professis, aut professa, religione; nisi illi etiā, accidat voluntaria pollutione, vt de se liquet; quia sacra persona, non est in talia suviolata. Sic Llamas. Quid idē repetit eo dē capit. 8. §. 22. pag. mibi, 635. Quā sententiam, non andet improbare Diana, iudicio viorum Doctorum id relinques.

Sed ego certissime Respondeo: Teneri circumstantiam voti in confessione aperire, fortiori ratione, qua quis tenetur explicare obiectū in actu mollicitate (vt supra quæst. 28. est habitū) quod de se liquet, & euident-

ter patet ex dictis, §. 2. q. 22. Vbi similem opinionem, improbabilem etiam omnino iudicavi. Sic Diana, lo. cit. Candidus, disquisitio, 24. art. 24. dubit. 17. & apud ipsum Cajet. 2. 2. quæst. 154. art. 4. Sanchez, lib. 9. de matrim. disp. 46. num. 18. Trullench, lo. cit. §. 1. num. 2. Vnde nouissime opinionem Hieronimi de Lamas, Censores fidei, ex libro ipsius delere iussérunt, anno 1640.

QUÆSTIO XXXIV.

*An Circumstantia consanguinitatis, & af-
finitatis in gradibus, qui impedimen-
tum afferunt Matrimonij; sit
necessario explicanda?*

RESPONDEO. Affirmative. Quia Affinitas, & consanguinitas in dictis gradibus, addunt fornicationi, qua opponitur castitati, nouam speciem incestus, qua opponitur pietati. Sic omnes DD. apud Hurtadum, disp. 9. diff. 4. Vbi sic ait: Conueniunt Doctores, circumstantiam tam consanguinitatis, quam affinitatis, esse necessario cōfitendam, saltem sub nomine cognitionis carnalis, confitendo incestum, quia tam consanguinitas, quam affinitas addit fornicationi, oppositæ castitati, nouam speciem incestus, oppositi pietati. Sic ille. Legantur Cajet. 2. 2. q. 154. art. 2. & alij infra citādi.

QUÆSTIO XXXV.

*An Affinitas, & Consanguinitas sint cir-
cumstantiae specie diuersæ?*

AFFIRMANT Granados, tract. 9. de Pœnite. disp. 9. num. 19. pag. 1263. Quia modus (inquit) coniunctionis est diuersus. Nam consanguinei ab eadem stipite descendunt; affines vero, non ita, & ideo ea circumstantia declaranda est in confessione. Affirmant etiam Trullench, lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 6. num. 5. Ochagavia, tract. 2. quæst. 14. num. 10. & 11. & Hurtado, lo. cit. Fagundez, lib. 6. in Decalog. cap. 6. num. 23. 26. & 27. Qui pro hac parte refert D. Thomam (male tamen) 2. 2. quæst. 154. art. 3. Nauarrum, cap. 16. num. 7. Lessium, Filliuc. Valentiam, & Azorium.

Sed probabilius Respondeo: Prædictas circumstantias, non esse specie diuersas in incestu; ideoque, saltem ex hoc capite, non esse necessario explicare in confessione, an incestus fuerit inter consanguineos; an inter affines

affines. Ratio est; Quia causa prohibitionis eadem est in utraque, & materialiter se habet, quod coniunctio oriatur ex sanguine, vel ex matrimonio. Unde consanguinitas sub impedimento affinitatis locatur in illo versus, Si sis affinis &c. Quare consequenter dicendum est, nec differre specie affinitatem ottam ex matrimonio, aut ex copula illicita, ut infra. Sic D. Thom 2. 2. quæst. 154. art. 9. ad 2. & ibi Cajetanus, Bonicinus, quæst. 4. de Matrim. pun. 16. num. 5. Lugo, disp. 16. num. 313. pag. 360. Diana, statim citandus, & P. Ledesma cap. 19. de Pœnit. Antonius Naldus web. fornicatio. num. 3. & verb. Affinitas num. 4. Sic dicens: affinitas, & consanguinitas circumstantia, non differunt specie inter se, & sic non esset necessario explicanda species parentela personæ complicitis; putat, quod sit affinis, vel consanguineus; sed tantum gradus attinentia, secundus nempe, tertius, vel alius. Sic ille, & ante illum, Archang. distinct. 16. pagina 167. col. 1. & alij.

QVÆSTIO XXXVI:

An Sit necessario explicare in Confessione gradus consanguinitatis, vel affinitatis personæ, ad quæ nquis luxuriose accessit?

NEGLANT Diana, 1. par. tract. 7. resol. 31. & 5. par. tract. 14. resol. 56. & apud ipsum D. Thom 2. 2. q. 154. art. 9. Cajet. ibidem, Gyprius tract. de cas. referuat. cap. 8. num. 5. Megala in 1. par. lib. 5. cap. 12. num. 9. Negant etiam Ioan. de Cruce 1. par. sum. præc. 6. ar. 4. dub. 6. concl. 2. & alij. Qui existimant: omnes gradus consanguinitatis, & Affinitatis esse eiusdem speciei; & ideo non esse necessario in confessione gradum consanguinitatis explicare, sed solam malitiam incestus, etiam si sit cum matre, filia, vel sorore. Ita etiam Cœlestinus, & Barrholomeus à Sancto Fausto, quos aferat Diana, 5. par. lo. cit. & Hartido, disp. 9. diff. 4. Vbi de Circumstantia, Quid. Quorum sententiam esse probabilem, & in praxi, posse sequi, docet Trullenc, lo. cit.

Alij vero, è diametro, affirmant, teneri, videlicet, omnes gradus consanguinitatis, aut affinitatis, qui impedimentum matrimonij afferunt, in confessione explanare; quia omnes, & singuli, vel faciunt diuersitatem specificam in incestu, vel saltem, notabiliter illum aggravant. Sic Nauarrus, cap.

7. numer. 4. & cap. 16. num. 3. Egidius, disp. 7. dub. 3. num. 21. Valentia, tom. 3. disp. 9. quæst. 3. punct. 3. Numinus, in additio. ad 3. par. quæst. 9. art. 2. dub. 3. Granad. tri. 9. disp. 9. n. 19. Ludouicus, quæst. 1. de Cir- cunst. art. 2. dub. 1. pag. 1063. Luyfius, de Pœnit. q. 9. art. 2. dub. 3. Naldus, lib. cc. Graffius, lib. 1. decis. cap. 20. nu. 6. ex Soto, dist. 18. q. 2. art. 4. vers. Colligamus ergo. Fagundez, lib. 6. in Decalog. cap. 6. à num. 25. & alij.

Sed ego, æque probabiliiter, media via Respondeo: Quod; Nec omnes gradus pœnitentis teneatur explicare, neque ei esse sat, explicare nullum proorsus. Tenebitur ergo, loquendo de gradibus consanguinitatis, explicare primum gradum, scilicet, inter patrem, & filiam; & inter fratrem, & Sororem; Quia, æque probabile est, coitum cum parentibus, & coitum cum fratre, aut Sorore, differre specie ab alijs omnibus, vel propter specialem deformitatem, quæ oritur ex speciali reuerentia parentibus debita, quæ non debetur alijs consanguineis; vel, quia iure naturæ est interdictus. Rursus loquendo de gradibus Affinitatis, idem dicendum est, teneri, videlicet, explicare primum gradum, & non infra. Quia hic gradus differt specie ab alijs; eo quod habeat specialem deformitatem, propter reuerentiam, quasi paternam, debitam vxori Patris, vel marito matris. In reliquis vero gradibus prohibitis transuersalibus consanguinitatis, vel affinitatis, verius videtur, non esse explicandos in particulari; quia verius videtur, non addere diuersitatem specificam; vt multi, adhuc ex authoribus secundæ sententia, concedunt. Sic P. Vazquez quæst. 91. art. 1. dub. 4. à numer. 11. & præcipue 16. Thomas Sanchez, apud Granadū, loco citato. (quidicit; esse probabile.) Lugo, disp. 16. num. 143. pag. 330. Enriquez, lib. 5. cap. 8. num. 1. Ortiz, in Sum. de 6. præc. §. 28 fol. mibi 134. Trullench, loc. cit. dub. 6. num. 5. & alij.

QVÆSTIO XXXVII.
An Sit declarandum, copulam fuisse cum matre, vel cum filia; an vero sufficiat di cere; fuisse cum consanguinea in primo gradu?

NEGLANT Esse declarandum Doctores Primæ sententiæ quæst. præcedentis & Pharonius, apud Dianam, 3. par. tract. 4. resol. 67. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Esse declarandum. Quia diuersa malitia est in filio, quatenus peccat contra reuerentiam matri debitam, que non est in patre, quando peccat cum filia. Sic Lugo lo. cit. num. 314. & Authores secundæ sententia.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Etiam, sit declarandum copulam suisse cum Patre, aut cum Auo?

AFFIRMANT Doctores secundæ sententia *quæst. 36.*
Sed probabilius Respondeo: Negative: Quia non differt specie, peccare cum Patre, vel cum Auo, & minus, peccare cum Auo, & cum Proauo. Sic Doctores Primæ sententia, & Lugo, lo. cit. n. 315.

QVÆSTIO XXXIX.

An Sit differentia specifica inter copulam Cum Matre, aut cum Nouera: & cum Filia, aut cum Filiastra?

AFFIRMANT Doctores secundæ sententia, præcipue Sot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. Cordoua, casu. 2. & alij.
Sed probabilius Respondeo: Non esse inter Copulam cum prædictis personis differentiam specificam. Sed in eadem specie peccati incestus collocandum esse peccatum cum matre, & cum nouera; & cum filia aut filialtra. Sic Lugo, lo. cit. à num. 316.

QVÆSTIO XL.

An in peccato cum cum Sorore, debeat explicari, esse Sororem ex utroque Parente?

AFFIRMANT Aliqui, quos suppresso nomine, refer Lugo lo. cit. num. 325.
Sed probabilius Respondeo: Negative: Quia omnia illa impedimenta sunt eiusdem Ordinis, & speciei; & ideo licet eorum multiplicatio augeat malitiam, non tamen transfert peccatum ad aliam speciem. Sic Lugo, lo. cit.

QVÆSTIO XLI.

An Sit declarandum, copulam suisse cum Matre, aut cum Sorore?

NEGANT Doctores Primæ sententia *quæst. 36.* præcipue Pharaō, & Diana, lib. cc. docentes: sufficeré in hoc casu dicere; habui copulam carnalem cum consanguinea in primo gradu. Et in hanc tandem sententiam videtur inclinare Enriquez, lib. 5. cap. 8. num. 1. Licet in marg. lit. F. probabilius dicat contrarium.

Sed probabilius absolute Respondeo: Declarandum esse. Quia probabilius est, inter dictas copulas differentiam specificam esse, vt constat ex dictis *quæst. 37.* Et probat Enriquez loc. cit. lit. F. & tenet. Sic etiam Lugo. lo. cit. num. 318. pag. 360. & dicit probabile Diana resol. 67. citata.

QVÆSTIO XLII.

An Qui peccauit cum propria filia, & postea cum nepte sua, filia eiusdem filiae, debeat id explicare?

AFFIRMANT Aliqui apud Ioannem de Lugo n. 326. & satis probabiliiter. Sed probabilius Respondeo. Non teneri; sed sat ei erit si dicat; Peccauit bis cum descendantibus linea recta. Sic Lugo, & alij.

QVÆSTIO XLIII.

An Affinitas ex Matrimonio, & affinitas ex copula illicita orta, in æquali gradu, differant species?

AFFIRMANT Aliqui, & consequenter dicunt; explicandam esse talē circumstantiam.

Sed probabilius Respondeo: Non differre specie, regulariter saltē loquendo. Ideoque eum, qui peccauit cum Sorore sua uxoris; & illum, qui peccauit cum Sorore illius, quam, extra matrimonium cognoverat, satisfacere dicendo; Peccauit cum affine in primo gradu linea obliqua. Sic Lugo lo. cit. n. 324.

QVÆSTIO XLIV.

An Cognatio legalis, qua oritur ex adoptione alicuius in filium, debeat explicari in copula illicita.

RESPONDEO Affirmative. Quia affect secum circumstantiam incestus. Sic omnes Doctores, notantes hanc cognationem.

cognitionē triplicem esse. Primam inter adoptantem, & adoptatum, & eius descendentes II. Transuersalem, inter adoptatum, & filios naturales legitimos adoptantis, qui sunt in eis potestate. Et Tertiā legalem, inter uxorem adoptati, & ipsum adoptantem, & inter uxorem adoptantis, & adoptatum. Legatur Trullench, lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 6.

QUÆSTIO XXXV.

An Incestus inter Cognatos legales, differat specie ab incestu habito inter consanguineos, & Affines naturales?

AFFIRMANT Paludan in 4. diff. 42. quæst. 1. art. 3. concl. 7. Azor, tom. 3. lib. 3. cap. 9. quæst. 1. Filliuc. tract. 30. cap. 5. num. 97. & 100. & Lefsius, quos citat, & sequitur Trullench, lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 6. num. 5. & alij, & consequenter dicunt, id esse in Confessione declarandum.

Sed probabilius Respondeo: Non differre specie ab incestu inter consanguineos, & affines naturales; qua propter licet in his peccatis oporteat explicare peccatum incestus, non tamen erit necesse explicare differentiam cognitionis legalis, à naturali. Sic Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 5. num. 10. Lugo, disp. 16. num. 328. & alij.

QUÆSTIO XLVI.

An Sit necessarium explicare gradus consanguinitatis, & Affinitatis legalis personæ, ad quam quis accedit?

NEGBUNT, & consequenter, omnes DD. Primi sententiæ quæst. 36. & è contra, etiam consequenter, affirmabunt DD. secundæ, ibidem adducti.

Sed ego probabilius, & consequenter ad nuper dicta, Respódeo: Non semper sed aliquando, teneri ad illos declarandos. Quia cù hæc cognitione legalis, sit consanguinitas, & affinitas legalis, & similitudinaria, debet subire easdem conditiones, & diversitates. Vnde sicut in vera consanguinitate naturali diximus differre specie peccatum Patris cù filia, à peccato eiusdem filiæ cum patre, & vtrumque a peccato fratris cum Sorore (& habetur quæst. 37. & 41.) Sic dicendum est; differre specie peccatum adoptantis, cum adoptata, à peccato eiusdem adoptatæ, cù adoptante, & vtrumque, à peccato filij naturalis

legitimi, cum Sorore adoptata à suo patre. Rursus quæst. 39. Diximus, non differre specie peccatum filij, cum matre, à peccato filij, cum nouerca: sic ergo dicendum est, non differre specie peccatum filij adoptati, cù uxore adoptatis à peccato filiæ adoptatæ, cù patre adoptante. Sic Lugo, disp. 16. numer. 329. Qui bene num. 330, aduertit, idem quod dictum est, de circunstantia cognitionis legalis, dicendum esse, de circunstantia orta ex impedimento publicæ honestatis. Legatur.

QUÆSTIO XLVII.

An Incestus inter cognatos spirituales habitus, sit diuersus in specie, ab incestu, supra explicatio, in cognitione carnali, & legali?

RESPONDEO: Affirmative. Quia licet copula habita, inter personas adeo coniunctas, cuis coniunctionis intuitu prohibuit Ecclesia matrimonium inter illas, habeat aliquam malitiam incestus, adit ultra hoc, malitiam sacrilegij, eo quod prohibitio ista præcipue oriatur ex reverentia debita Sacramento Baptismi, vel confirmationis (per quæ sacramenta solum inducit spiritualis cognatio) quæ reverentia violatur in huius modi copula; & ita, vt constet confessori de utraque malitia, debet cognitione spiritualis explicari in specie. Sic Sanchez disp. 5 cit. num. 9 Lugo loco citato. num. 1. & omnes. Trullench, loco citato. num. 1. & omnes.

QUÆSTIO XLVIII.

An Pœnitentia in Confessione explicare radicem cognitionis spiritualis, a se licet, orta fuerit ex Baptismo, an ex Confirmatione?

RESPONDEO: Negatiue. Quia neque in ratione incestus, neque in ratione sacrilegij, specie distinguuntur: ergo non tenetur explicare ex quo Sacramento orta fuerit spiritualis Cognatio. Sic Lugo n. 335

QUÆSTIO XLIX.

An Etiam, si necessario explicare in confessione gradus Cognitionis spiritualis personæ, cum qua habita est copula?

NEGBUNT DD. Primi sent. q. 36. & Affirmabunt, secundæ; omnes Consequenter.

Sed non minus consequenter, nec minus proba.

probabiliter Respondeo: Teneri explicare aliquos gradus, non omnes. Nam peccatum baptizantis, seu patrini, cum puella baptizata, se habet sicut peccatum patris, cù filia; & è contra, peccatum baptizata cù baptizante, vel cum patrino, habet le, sicut peccatum filiae, cum Patre, quæ ex dictis sup. q. 37. & 41. constat distingui in specie: Sic Lugo loc. cit. num. 334 pag. 361. Qui bene explicat hos, & nō nullos alios gradus, quos pœnitens explicare tenetur. Lege illum.

QVÆSTIO L.

An Coitus Sodomiticus inter cognatos, & Affines, habeat rationem incestus, in Confessione aperiendus?

AFIRMANT: habere illam, quando est coitus cum Consanguinea, vel affine in primo, vel secundo gradu; non in viterioribus, qui non sunt in linea recta, sicut, nec inter cognatos cognatione legali, vel spirituali, Azorius, 3. tom. lib. 3. cap. 18. & 22. Bonac. de matrim' quest. 4. pun. 11. num. 7. Alphonsus de Leone, & alij, quos affert Diana, 3. par. tract. 4. resol. 101. & 159. Lublinus, V Sodomia. num. 5. & Candidus, disquis. 24. art. 23. dub. 23.

Sed longe probabilius Respondeo: Habere malitiam incestus in confessione explicandam, non solum, quando est coitus cù consanguineo, & affine in primo, & secundo gradu, sed etiam in tertio, & quarto. Ratio est manifesta. Quia, si aliquis turpiter tangat consanguineam, etiam in tertio, & quarto gradu, debet explicare circumstantiam personæ, propter malitiam specialem in cestus; ut, cùcō nuni, docet Sanchez, lib. 9. disp. 46. num. 18 Ergo à fortiori, si vir cum consanguinea in tertio, vel quarto gradu, concubitu sodomiticum habeat, debet explicare hanc circumstantiam. Idem que omnino dicendum, etiam si coitus sit inter duos masculos consanguineos, vel affines, aut cognatos spirituales, vel legales. Sic Graff. & Sylvius, quos citat, & sequitur Lugo, loco. cit. num. 350. pag. 366. Sic etiam Trullench. lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 8. §. 2. num. 3. per hæc verba. Dñnde abutens consanguinei, licet enim faciat contra naturalem pietatem, non tamen incurit affinitatem, ex talii incestu, ideoque pœna adulterorum incestuosorum non incuruntur per hæc peccata contra naturam habita cum conjugatis, & consanguineis,

vt docent Cajetanus, 2. 2. quest. 154. art. 12. ad 1. cubium & Filliucius, sup. num. 164. At quando committitur cum cognatis hoc crimen, est in confessione explicandum; quia quamvis non sit vere incestus, est tamen incestuosum, cum sit abusus luxuriosus, inter cognatos iure naturali prohibitus, propter reverentiam debitam, & pietatem cognatis. Ita Azor, sup. cap. 18. quest. 3. & Bonac. videndus sup. à numer. 8. Hinc sit, explicandam esse personam in Confessione, cum qua perpetratur Sodomia, videlicet, vtrum habita sit à masculo cum masculo, vel cum femina, vel cum habente votum castitatis, vel contra voluntatem alterius, vel cum coningata, aut cum consanguinea, vel affine &c. Sic ille. Legantur quæ diximus sup. quest. 30.

QVÆSTIO LI.

An Confessarius, qui, omnino extra Confessionem, carnaliter peccauit cum pœnitente, teneatur declarare hanc circumstantiam?

AFFIRMANT Sot. Palud. Viguerius Turrecrem. Navar. Gallego, Taberna, Armilla, Vinaldo, Lopez, & alij quos citat, & sequitur Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 55. Nufius, in additio. quest. 9. art. 2. dub. 3. Egidius, disp. 32. dub. 2. num. 23. Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 33. Homo bonus, Ragucius, Acuña, Megalla, & Zanardo, quos affert Diana, 1. par. tract. 7. resol. 12. Candidus loc. cit. dub. 28. Archangelus dist. 16. pag. 167. & 168.

Sed probabilius Respondeo: Non teneari. Quia talis circumstantia, solum est aggravans, non mutans speciem. Sic Vazquez, quest. 91. art. 1. dub. 2. num. 20. Basilius Pontius, tract. de impedimento matrim' causa 30. cap. 24. §. 2. Sancius in Selectis late, & docte, disp. 11. n. 3. Sa, correctus V. confessio nu. 26. Hurt. disp. 18. de matrim' diff. 1. Bonac. quest. 4. de matrim. punct. 16. & Diana loc. cit. & 2. part. tract. 17. & 3. Miscel. & 5. par. tract. 14. resol. 110. Qui pro hac parte citat Petrum de Ledesma, de matrim. quest. 56. art. 2 dub. ultim. & Azorium 1. part. lib. 3. cap. 9. quest. 5. Sed ex his autoribus; hic, oppositum docet; ille, solum dicit, vtramque opinionem esse probabilem.

QVÆS.

QUÆSTIO LIII.

An, Stando in opinione contraria, nuper relata, teneatur Confessarius fateri circumstantiam Confessoris, in peccato carnali cum pœnitente masculo?

AFFIRMAT Sancius, in *Selectis disp. II. num. 12.*
Sed probabilius Respondeo. Non teneri. Quia lex Ecclesiastica prohibens, solum loquitur de pœnitente fœmina. Sic Basilius, tract. de impedim. Matrim. causa. 30. Acuña, & Peirinus, quos citat, & sequitur Diana, i. par tract. 7. resol. 56. & alij.

QUÆSTIO LIII.

An Etiam, stando in dicta opinione, quod Confessarius teneatur confiteri circumstantiam copulae habita cum fœmina pœnitente, teneatur confiteri illam, in tactibus impudicis cum eadem habitata?

NEGANT Sancius loc. cit. num. 11. per hæc verba. Si quis confessarius substanteret opinionem, quod copula, cum filia, sit necessarij confitenda, non tenetur adhuc in illa opinione fateri se habuisse tactus impudicos cū filia confessionis, si intendebat sistere in tactibus animo firmo nō pro grediendi ad fornicationem. Imo num. 13. addit, quod adhuc nō tencretur confiteri dictam circumstantiam, quādo data opera effunderet semen inter fœmina fœminæ, & non in vase; quia ibi nō est copula, de qua iura loquuntur. Sic Sancius, quem, non citato, sequitur Diana, citata resolutione.

Sed longe probabilius Respondeo. Teneri confiteri in eo casu dictam circumstantiam. Quia etiā copula inter cognatos, cognatione spirituali orta ex baptismo, est solū prohibita ab Ecclesia, & tamē tactus, & aliatur pia peccata, inter illos habita, contrahit speciale vinculum ab eadem Ecclesia inter illos constitutum, tactus, & reliqua turpia contrahent speciale malitiam declarandam. Sic Lugo, disp. 16. num. 361. pag. 366.

QUÆSTIO LIV.

An Duplicatio circumstantiae Adulterij ex parte vtriusque coniugis; vel sacrilegij, ex parte vtriusque personæ religiosæ, sit necissario fatendar?

NEGANT Aliqui Doctores, asserentes, in propositis casibus, sufficere explicare speciem adulterij, vel copulæ sacrilegæ, absque eo quod explicetur id provenire ex parte vtriusque. Sic Sa, in Prima editione. V. Confessio num. 30. per hæc verba: Quidam putant, cum vterque peccans est conjugatus id exprimendum: itemque, si omnis missa Missa, cū duplex esset festum, aut viatum ieunium, cum duplex vigilia. Ego cum alijs sentio, sufficere, illic dicere, fuisse adulterium; hic vero omnissam Missam, vel ieunium violatum. Sic Sa. (Qui idem profecto diceret de adulterio, vtrita dicā, spirituali,) & sic debent docere qui affirmant (seconde nostram sententiam, de circumstantijs aggrauantibus) circumstantiam duplicati adulterij, aut sacrilegij, esse tantum aggrauantem.

Sed ego (adhuc sistendo in dicta sententia,) probabilius longe Respondeo: Esse necessario utrasque circumstantias fateri, ut plene, explicetur status vtriusque peccatis; Quia longe probabilius ex iustimo, illas duas malitias, non differre solum numero, sed specie. Nam diversa in specie obligatio est, qua adulteri tenerur ad non violandum suum matrimonium; & qua tenetur, ad non procurandum, quod adultera violet matrimonium suū: at hæc duplex malitia, nequit explicari a pœnitente, nisi explicetur statum suum, & statum fœminæ cum qua peccavit: ergo.

Similiter ergo, debet Religiosus explicare votū suū, & votū Cöplicis, ut explicetur se violasse votum suū, & falsa causam, quod alter violaret suum votum; Quia diversa obligatio in specie est, qua ego, debeo obseruare votum meum, ab ea, quædebeo non procurare, quod alter violaret votum suum, ut habitum est, sup. §. 2. quæst. 9. Sic docent communiter DD. (iicct, non omnes, eodem fundamento.) Archang, aift. 16. pag. 187. tol. 1. Vbi sic ait: Aliqui dicunt, si vxoratus accedit ad vxoratam, non ei sufficere, ut dicat, se habuisse rem cum vxorata; sed etiam confiteri, se vxoratum esse; nam runc dupliciter, aggrauatus reperitur: rumpit enim fidem propriæ vxori, & facit iniuriam

viam proximo. Quod existimo verum. Nam quamvis ibi sit tantum modo, unum adulterij peccatum, tamen habet duas deformitates mortales, & sufficientes per se ipsas speciem variare. Sic ille Vazquez, quæst. 91. art. 1. dubio 4. num. 4. Salas, 1. 2. tract. 13. disp. 13. sect. 2. num. 19. & 20. Sanchez, lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 6. &c apud illum, P. de Ledesma, Lopez, Rodriguez, Nauar. & alij Suarez, disp. 22. sect. 5. num. 3. Diana 3. par. tract. 4. resol. 164. Lugo, disp. 16. num. 140. & num. 258. Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 2. & 18. & pud illum, Egidius, & Letisius. Candidus, disquis. 24. art. 23. dub. 25. & 30. Bonacina loc. cit. num. 11. & 12. Hieronimus Llamas 3. par. Methodi cap. 8. §. 14 pag. mibi, 609. Naldus. verb. Adulterium, num. 25. pagin. mibi, 26. Castro Palao, tom. 1. tract. 2. disp. 3. pun. 3. num. 9. dicens id esse certissimum, Trullench, lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 5. num. 4. pag. 71. & communis.

QVÆSTIO LV.

An Circumstantia raptus sit necessario explicanda, si fœmina in copulam consentiat?

AFFIRMANT Caiet. 2. 2. quæst. 154. art. 6. ad 1. dubium Cordoua, lib. 1. quæst. 13. Vega, tom. 1. cap. 55. casu 25. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non esse; nisi casu, quo fœmina violenter rapiatur; & vi, copula extorquatur. Sic Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 17. Diana 1. par. tra. 7. resol. 37. & apud ipsum, Suarez, Nauarro, Setis & Graffis, Lugo disp. 16. num. 337. pag. 364. Sanchez, lib. 7. de matrim. disp. 5. num. 17. & 18.

QVÆSTIO LVI.

An Prælatus, vel Pater, omittens correctionem subditi, vel filij, satisfaciat, si in Confessione dicat: Omnis Correctionem proximi?

AFFIRMAT Diana. loc. cit. resol. 57. Quod probabile esse, innuit Sancius disp. 6. num. 9.

Sed probabilius Respondeo: Non satisfacere. Quia probabilius est, non solum ex misericordia sed ex iustitia teneri ad corrigerendum subditum, vel filium: tenetur ergo expli-

care, se esse Prælatum, vel Patrem illius, quæ emisit corrigere. Sic Bannez, 2. 2. quæst. 33. ver. 3. dub. 1. Suarez, Egid. & Torres, quos citat, & sequitur Sancius loc. cit. Villalobos, tom. 2. tract. 4. diff. 6. num. 4. Gaspar Hurtado, dif. 6. de carit. dif. 9.

QVÆSTIO LVII.

An Si Gubernator, aut alia persona, publicum magistratum gerens, furetur aliquid; debeat circumstantiam sui officij explicare, ratione cuius debeat furtum in ciuitate impedire?

AFFIRMANT Medina Complutens. C. de Confessione, fol. mibi 53. col. 3. Medina Salmanticens. lib. 1. cap. 9. §. 2. Ludouicus, quæst. 1. de circumst. art. 1. dub. 1. concl. 2. pag. 1061. Nuñus, quæst. 9. art. 2. dub. 3. pag. 498. Petrus de Ledesma, de Pœnit. cap. 19. concl. 1. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri: Quia etiam, si Gubernator teneretur ex iustitia ad impediendum furtum suum (quod negandum est, cum solum constituantur ad impedienda furtum aliorum, non sua) tamen illa circumstantia, non adderet nouam speciem, cum iam ipsum peccatum constitutum sit in specie furti. Sic Enriquez, lib. 2. cap. 6. num. 3. in Glossalit. O Diana, loc. cit. resol. 36. Lugo, disp. 16. num. 180. Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 2. & Palatios, in 4. dif. 16. quæst. 3. & alij.

QVÆSTIO LVIII.

An Si aliquis Sacerdos percutiat aliquem notabiliter, vel occidat, tenetur explicare circumstantiam. Inquit: Sacerdotij?

AFFIRMAT Nuñus, in additio. ad 3. par. quæst. 9. art. 2. dub. 3. concl. 5. Negat vero absolute Diana, 1. par. tra. 7. resol. 8. Sed absolute, & sine distinctione loquendo, omnino male.

Probabilius ergo Respondeo: Non teneri explicare talē circumstantiam in casu positio: nisi alias, occidat, aut mutilet membris alterius. Quia a percussione, citra occisionem, aut mutilationem, licet magis indecens sit Sacerdoti, non continet tamē speciem malitiae diuersam in Confessione explicandā. Sic Lugo disp. 16. num. 181. pag. 337. Archangel. 16. pag. 167. & alij.

§. IV. De Circumstantia, Vbi.

QVÆSTIO PRIMA.

*Quid Denotat Circumstantia,
Vbi?*

RESPONDEO. Quod locum sacrum; ut omnes DD. explicant. Licet non nulli addant, denotare etiam locum publicum; cum interdum mutet, ob hanc causam, speciem peccati, ut si quis peccaret in loco publico, cum intentione scandali. De quo tamen, nos, §. sequenti agemus. Legantur Montesin. tom. I. in. 1. 2. disp. 11. quæst. I. Enriquez lib. 5. cap. 6. num. 5. & alij statim citandi.

QVÆSTIO II.

*An Omnia mortalia commissa in loco sacro,
babeant specialem malitiam, necessario
confitendam?*

AFFIRMAT Ioann. Medina Cod. de pœnit. tract. 2. quæst. 9. de circumstantijs confitendis. Sed longe probabilius Respondeo: Negatiue. Quia non omnia peccata sunt contra Sanctitatem, & reuerentiam loco sacro debitam. Sic Caiet. tom. I. opusc. tract. vlt. respons. 12. dub. 2. Suarez disp. 22. sect. 4. num. 20. Vazquez, Egid. Lesus, & Reginald, quos affert, & sequitur Hurtado disp. 9. diff. 4. Enriquez lib. 5. cap. 6. num. 5. Luogo disp. 16. num. 465. Azor tom. 3 lib. 3. cap. 27. quæst. 15. Nauar. in cap. consideret. de pœnit. diff. 5. n. 20 & A' changel. diff. 16. pag. 168. Sic dicens: Blasphemare in Ecclesia, perjurare, & reliqua peccata, committere, quæ non sunt prohibita ratione loci, non est hæc circumstantia confitenda. Sic ille, & omnes.

(?)

QVÆSTIO III.

An Saltem, peccata, quæ non habent cum loco sacro peculiarem repugnantiam (ut sunt blasphemia, inuidia, &c.) Licet non babeant malitiam grauem necffatio confitendum, babeant tamen malitiam venialiter aggravantem?

RESPONDEO; Affirmative. Et pertinet ad speciem sacrilegij. Sic Luogo loc. cit. num. 466. & Reginald. & ante illos, Nauar. ex Caiet. lo. cit. & Enriquez lib. 5. cap. 6. num. 5. in textu, & in Glos. lit. I. Et constat. Quia indecens est profecto, ut locus orationi, & cultui Divino dicatus, convertatur in locum peccandi, & offendendi eundem Denm.

QVÆSTIO IV.

*Quæ, & Quot sunt peccata prohibita
intuitu loci scri, huma-
no iure?*

RESPONDEO. Quod hæc quatuor. Peccatum homicidij, aut grauis effusionis sanguinis: effusio voluntaria seminis: furtum; & violatio immunitatis Ecclesiæ. Sic omnes DD.

QVÆSTIO V.

An Quocumque homicidium in Ecclesiæ patratus sit sacrilegium?

RESPONDEO Negatiue. Quia vt sacrilegium sit, debet esse iniustum, voluntarium, & culpabile. Unde, si quis defendendo se, aliquā occideret, non ideo violaretur Ecclesia, aut esset sacrilegus homicida. Quod idem omnino est dicendum, de effusione sanguinis. Sic Victoria num. 99. Layman tract. 10. cap. 7. num. 8. & 9. Sa, V. Ecclesia. num. 19. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 4. n. 14. Graffius lib. 2. decis. cap. 47. num. 20. & communis.

QVÆSTIO. VI.

An percussio grauis in Ecclesia si fiat sine occidente, aut effusione sanguinis. Sit sacrilegium?

AFFIRMAT Fagundez loc. cit. qui, & pro hac parte citat Nauarum cap. 27. num. 256. & 259. Siluestrum V. consecratio 2. nu. 5. Enricum lib. 2. de pœnit. cap. 6. num. 5. & alios, qui hoc minime dicunt, cum expresse loquantur de occidente, aut vulnero cum sanguinis effusione. Affirmat tamen Graffius lib. 2. decis. cap. 47. num. 19. & 20. pag. mibi 216.

Sed probabilius Respondeo: Percussione, quantumvis grauem, si fiat absque effusione sanguinis; nullo modo afferre malitiam grauem sacrilegij explicandam. Quia iura, solum loquuntur de occidente, aut de vulnero cum sanguinis effusione: ergo absque fundamento, extēditur ad hunc tertium casum de percussione, absque effusione sanguinis. Sic Lugo disp. 16. num. 468. pag. 3°6. Philibert. tract. 3. de sacrif. Missæ. 3. cap. 10. num. 7. & 8. Quibene citat Nauarum pro hac parte.

QVÆSTIO. VII.

An Quæcumque effusio iuriuosa, & peccaminosa sanguinis, facta in Ecclesia, afferat malitiam sacrilegij, necessario confitendum?

RESONDEO: Negative: Debet namque effusio esse magna; Itmo nec sufficit quod sit magna, si alias iocose, aut casu, contingat, aut peccaminose, si de nullo effundatur, quia per huiusmodi effusio nem sanguinis, non violatur Ecclesia. Sic Graffius lib. 2. decis. cap. 47. num. 9. Philibert. loc. cit. num 8. Fagundez loc. cit. num. 18. & apud illum, Nauar. Siluest. Tolet. & communis.

QVÆSTIO. VIII.

An Committat sacrilegium, qui existens in Ecclesia, alium foris existentem, telo, aut scopo occidit?

RESONDEO: Negative. Quia non consumatur peccatum, nec actio occisionis in Ecclesia, sed extra illam. Secus au-

tem dicendum; si quis existens extra Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scilicet. Quæ doctrina applicanda est ad casum effusionis sanguinis, intra, vel extra Ecclesiam, factæ. Sic Fagundez, & Philibert. loc. cit. & communis.

QVÆSTIO. IX.

An Homicidium, effusio sanguinis, vel seminis, & aliae actiones, quibus Ecclesia polluitur, si occulteiant in Ecclesia, continent malitiam sacrilegij in confessione explicandam?

NEGANT Vazquez in 1. 2. quæst. 72. art. 7. disp. 98. cap. 3. num. 6. Sot. diff. 32. quæst. unica art. 3. post. 3. etenac. Rodriguez tom. 1. cap. 243. num. 19. Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 10. num. 15. Hurtado de matrim. disp. 10. diff. 4. Quia existimant, dictas actiones in tantum esse sacrilegia, in quaestu, ijs Ecclesia polluitur: Sed non polluitur Ecclesia, nisi publicæ sint: vt nos infra dicemus: ergo. Sic ipsi, & id esse probabile, merito affirmant Diana 1. p. tr. 7. resol. 26. & Nald. V. sacrileg. 12. per hæc verba: Sacrilegium per effusionem seminis, vel sanguinis in loco sacro non esse, si hæc occulta sint, censem valde probabiliter plerique, eo, quia per notoriam effusionem tantum locus Sacer violatur. Sic Vazquez 1. 2. disp. 98. num. 6. Sanchez tom. 3. num. 10. Hucusque Naldus.

Sed probabilius Respondeo: Continere malitiam sacrilegij, in confessione explicandam. Quia re vera quæcumque voluntaria seminis, vel sanguinis effusio, in Ecclesia facta, est prohibita ab Ecclesia: ergo sacrilega. Unde ad fundamentum contrariorum dicendū, dictas actiones, nō ideo esse sacrilegia; quia per ipsas Ecclesia polluitur, sed quia in honorem loci sacri prohibita sunt. Sic Suarez tom. 1. de Religione lib. 3. cap. 7. nu. 4. Raphael de la Torre in 2. 2. quæst. 99. art. 2. disp. 7. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 11. Bonacina. de matrim. quæst. 4. punit. num. 7. Diana loc. cit. & 3. par. tratt. 4. resol. 67. Lugo disp. 16. nu. 462. Candidus disquis. 24. art. 23. dub. 38. dicens (quamvis rigide) improbabiliſimam esse contrariam sententiam. Trullench, lib. 6. cit. cap. 7. nu. 11. Palao tom. 2. tract. 11. disp. unica pun. 1. num. 4. Salas in 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2. nu. 15. Fagundez præc. 2. lib. 4. c. 4. num.

nun. 24. Qui bene advertit: quod licet quæcumque effusio seminis voluntaria facta in loco sacro sit sacrilega; non tamen Ecclesia egebit reconciliatione, donec delatum fiat publicum. Quod etiam aduertunt Lugo, & Philibertus loc. cit. & Petrus de Ledesma in Sum. cap. 20. de Euchar. & penes ipsum, Sot. & Palatios.

QUÆSTIO X:

An. Quæcumque effusio voluntaria seminis in Ecclesia sit sacrilega?

RESPONDEO. Negative. Nam debet esse in quantitate aliqua. Vnde pollutione voluntaria unius, vel alterius guttae seminalis, non continebit malitiam sacrilegij necessario fatendam. Sic Petrus de Ledesma loc. cit. Graffius loc. cit. num. 24. Philibert. loc. cit. num. 9. & colligitur ex dictis supr. quæst. 6.

QUÆSTIO XI:

An Aspectus, nutus, & confabulationes in honestæ, in Ecclesia habiti, habeant specialem malitiam sacrilegij explicandam in Confessione?

AFFIRMAT Siluest. verb. Confessio §. 1. In quam sententiam aliqualiter inclinat Suarez, statim citandus. Sed longe multo probabilius Respondeo. Negative. Quia huiusmodi res, nec aduersantur directe sanctitati loci scri, nec per illas Ecclesia polluitur. Sic Doctores nuper citati, præcipue Sanchez loc. cit. num. 20. & 21. cum alijs Suarez, licet timide, tom. 1. de Religio. lib. 3. cap. 7. num. 11. Egidius disp. 7. de Pœnit. dub. 4. num. 22. Navar. in cap. consideret. num. 20. Candidus loc. cit. dub. 41. Trullench. lib. 6. in Decalog. cap. 7. num. 11. Bonacina quæst. 4 de m. trim. pun. ultimo, num. 8. Alcozer in Summa cap. 20. fol. 74. Lopez 1. part. cap. 33. quæst. 5 pag. 189. Ex Cano, ad Iens: contrarium esse dicendum de illo, qui in Matritinis Natinitatis Domini immisceret, loco benedictionis, dictoria in honeste. Hispane, Pullas.

QUÆSTIO XII.

An Saltem, tactus leues impudici, voluntati per manus, pectora, &c. in Ecclesia habiti, habeant sacrilegij malitiam?

AFFIRMANT Armilla, ver. Chorea. num 2. Lopez loc. cit. quæst. 7. pag. 189. & a fortiori, Siluest. loc. cit.

Sed non e probabilius Respondeo: Negative, ob rationem nuper dictam, & ob statim dicendam. Sic DD. iam, iam citandi, præcipue Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 4. nu. 29. & lib. 6. in Decalog. cap. 3. num. 13. Trullench. & Bonacina locis citatis.

QUÆSTIO XIII.

An Tandem, tactus impudici, in partibus in honestis, & pudendis, facti in Ecclesia, habeant specialem malitiam mortalem sacrilegij?

AFFIRMANT Ortiz in Sum. notab. 5. in fine, circa 6. præcep. Azorius tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæst. 10. Lopez loc. cit. quæst. 6. Suarez loc. cit. & apud ipsum, Corduba, Siluest. Rodriguez, & Ledesma: Raphael de la Torre in 2. 2. quæst. 99. art. 3. disp. 7. etiam, & Pitiglianus, quos omnes congerit Diana 1. par. tract. 7. resol. 25. Sic etiam, apud Fagundez loc. cit. num. 30. Medina Comput. & Caiet. quos ipse, num. 29 in fine sequividetur. Trullench. loc. cit. Naidus verb. sacrilegium, num. 5 pag. mibi 531. Salas in 1. 2. tract. 13. disp. 6. set. 22. in fine.

Sed adhuc probabilius Respondeo: Etiam predictos tactus habitos in Ecclesia, modo non ad sit periculum pollutionis, (imo, iuxta sententiam Vazquez, & aliorum (quæst. 9. cit.) satis probabilem, modo non sequatur pollutione notoriay non habere specialem malitiam sacrilegij in confessione necessario explicandam. Quia haec, non accipiunt specialem malitiam grauem sacrilegij ex iure naturæ, sed ex sola prohibitione Ecclesie, quæ cum non sit de tactibus, sed de copula, aut pollutione, per quas Ecclesia violatur, non est vnde habeant illam speciem sacrilegij gravis. Sic Sanchez lib. 9. disp. 15. num. 21. Caiet. Navar. & Alcozer, quos citat, & tam citò inconstans, sequitur Fagundez loc. cit.

cit. num. 31. infine, & lib. 6. in Decalog. loc. cit. & id. disp. 7. de Sacram. num. 22. Hurtado, disp. 9. de Pœnit. diff. 4. Diana loc. cit. Lugo disp. 16. num. 464. pag. 386. Bonacina loco citato.

QVÆSTIO XIII.

An Copula inter coniugatos habita in ecclesia, habeat specialem malitiam sacrilegij?

NEGLANT habere illam, etiam si coniuges non sint in Ecclesia conclusi, modo copula coniugalis occulte fiat, Vazquez, Basilius, & Hurt. loc. supr. quest. 9. cit. Lopez 1. par. instrutor. cap. 82. Sa, Verbo Ecclesia n. m. 14. & alij. Affirmant vero econtra, Palud. in 4. dift. 18. art. 4. & dift. 31. q. 3. art. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 3. Caiet. Armilla, Toletus, Graffius, & Valentia apud Castrum Palao, vbi infra, existimantes, talem copulam, ratio ne loci sacri, esse sacrilegium.

Sed probabiliter Respondeo: Habere malitiam sacrilegij, etiam si occulte fiat, nisi causa, quo coniuges in Ecclesia, aliqua de causa per longum tempus, hoc est, per quatuor dies ad minus, detentis sint. Sic Sanchez, Lessius, Fagundez, Suarez, P. de Ledesma, Megala, & Tannerus, quos affert, & sequitur Diana tract. 7. cit. resol. 19. Lugo loc. cit. nn. 463. Candidus loc. cit. dub. 38. & Trullench. lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 7. num. 5. & Bonacina quest. 4. de matrim. punct. ultimo num. 6. & penes ipsum, Nauar. cap. 16. num. 32. & Enriquez lib. 11. cap. 16. n. 4. Palao tom. 2. tr. 11. difp. 1. punct. 1. num. 1. & alij.

QVÆSTIO XV.

An Qui fornicatur gestando aliquas reliquias, vel Agnum benedictum, committat sacrilegium, necessario in confessione explicandum?

AFFIRMARE videtur Philiarcus tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. infine. Cuius sententiam esse probabilem, innuit Fagundez, vbi infra, vocans contrariam, veriorem.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Negatiue (nisi alias haberet intentio nem agendi contra res illas sacras, vel illas pollueret per aliquem actuum luxuriosum.)

Quia cōmitanter tantum se habent ad aqum venereum, sicut ad quodvis aliud peccatum. Sic Sanchez in Sum. lib. 2. cap. 40. num. 28. Fagundez de præc. 1. Ecclesiæ lib. 1. cap. 4. num. 13. & lib. 1. in Decalog. cap. 37. num. 14. & lib. 6. cap. 7. num. 15. Filliuc. tom. 2. tract. 30. num. 229. & alij, quos citat, & sequitur Diana 1. par. tract. 7. resol. 18. & 3. par. tract. 4. resol. 67. Lugo etiam disp. 16. num. 513. pagr 395. Candidus loc. cit. dub. 37. Trullench. num. 6. Bonacina quest. 4. de matrim. pun. ultimo num. 5.

QVÆSTIO XVI.

An Saltum sacrilegium graue committeret, qui dictas res sacras daret Amastæ, tanquam pretium actus venerei?

RESPONDEO. Committere sacrilegium, In ô, & simoniam simul: sicut si quis conferret alicui beneficium, tanquam pretium actus venerei haberi cum uxore sua. Secus ramen dicendum, si dictas res sacras donaret illi ex benevolentia, aut gratitudine; quia in hoc casu, nō grauem, sed leuem irreuerentia, committeret. Sic Diana loc. cit. ex Filliucio cit. loc. Candidus, Trullench. Bonacina, & Fagundez locis citatis, & communis.

QVÆSTIO XVII.

An Si quis furetur res profanas in loco sacro (v.g. crumenam alicuius, in Ecclesia existentis) committat speciale peccatum sacrilegij, nec essario constitendum?

AFFIRMANT Suarez tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 5. num. 7. Valentia tom. 3. disp. 6. quest. 15. pun. 1. Vazquez, Nauar. Nuñus, quos refert, & sequitur Bonacina in primo præc. Decal. disp. 3. quest. 6. pun. unico nu. 17. Layman, Rebell. Raphael de la Torre. Reginal. P. de Ledesma, quos affert. Diana tract. 7. cit. resol. 27. & Ludouicus quest. 1. art. 5. dub. 1. pag. 1070. Graffius lib. 2. decis. cap. 47. num. 4. & alij.

Sed probabilius Respondeo. Non committere peccatum sacrilegij; sed tantum furtum simplex, mortale, vel veniale ratione quantitatis magnæ, vel parvæ. Quia huiusmodi res profanae, non sunt de Ecclesia, sed sunt in Ecclesia

clesiaper accidēs; ergo per ablationē earū, nō irrogatur specialis iniuria Ecclesie; & cōsequēter tale furtū, non habebit malitiā mortale sacrilegij, necessario in Cōfessione aperiendam. Sic Sotus, Enriquez, Cruz, Lef-sius, & Zerola, quos refert, & sequitur Diana loc. cit. Regidius disp. 2. dub. 4. num. 22. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 4. num. 9. & 12. & lib. 7. in Decalog. cap. 2. num. 10. Lugo disp. 16. num. 470. Lopez 1. par. cap. 33. pag. 185. Granad. tract. 9. disp. 8. num. 6. Ochagavia, tract. 2. quest. 14. num. 4. Naldus Verb. sacrilegium num. 7. & 12. Vbi sic ait; Sacrilegium neque cōmittitur, si non sacrum auferetur de sacro; esse magis veriorem, & communem, in iudicando, & consulendo, dixit Zxual. q. 363. speculi communium, &c. Sic ille.

QVÆSTIO XVIII.

An Furari res profanas de Ecclesia, hoc est, traditas ipsi Ecclesiae in depositum, in pignus, vel in custodiam, habeat malitiam mortalem sacrilegij?

RESPONDEO: Affirmative. Quia in hoc casu, aliquo modo, pertinet ad Ecclesiam, cū ipsa ad restitutionē earum teneatur. Sic Fagundez, Diana, Zerola, & Lugo loc. cit. Enriquez lib. 5. cap. 7. & Lopez ex Cano loc. cit.

QVÆSTIO XIX.

An Furari modicum pœcunia à confessario in ipsa confessione, sit sacrilegium. & circumstantia necessario confitenda?

AFFIRMAT absolute Corduba in Sum. quest. 13. & ita rigorose, vt dicat esse sacrilegium mortale, etiam si solum furaretur octauam partem vnius Iulij. Hispane, vn quarto. Quod idē docet, si illam quantitatē furaretur à celebrante Missam, vel administrante Eucharistiam, vel à custodia, vbi ipsa seruatur. Fauet Cordubæ, Fagudex de prec. 2. Ecclesiæ lib. 4. cap. 4. num. 11. quatenus docet, in eo casu, dari circumstan-tiam aggranantem necessario confitendam, eo quod arguat in pœnitente infirmum propositum contritionis, & reincidentiam infu-rando.

Sed probabilius Respondeo: Non esse sa-

crilegium tale furtum, nec habere specialem malitiam necessario confitendam, nisi alias assumetur confessio, aut communio, &c. vt medium ad tale furtum; quia in hoc tan-tum casu, maximam, & specialem injuriā fa-ceret prædo Sacramento. Secus vero, si non assumatur, vt medium; sed ex occasione data huiusmodi crumenæ furtum fiat. Sic Rebello. 1. par. lib. 3. cap. 1. num. 11. Sa. ver. sacrile-gium num. 11. Lugo disp. 16. num. 472 Qui bene impugnat ea, que Fagundez dicit loco cit. Immq; hic author (iam sibi contrarius) no-stram sequitur absolute sententiam, lib. 7. in Decalog. cap. 2. num. 9. Pro qua etiam affert Emanuel Rodriguez 1. p. Sum. cap. 143. num. 3.

QVÆSTIO XX.

An Furari à Clerico aliquid, iure Ecclesiastico possessum, contineat malitiam sacrilegam, necessario con-fitendam?

AFFIRMAT Ioann. de la Peña, apud Dianam loc. cit. Cui, ego addo Lupe-zium 1. part. cap. 33. pag. mibi 185. Ochagavia tract. 2. quest. 14. num. 4. & Panormitanum, in cap. cate-rum, de iudicijs.

Sed probabilius Respondeo: Negative. Sic Pitigianus, quem citat, & sequitur Diana loc. cit. tract. 7. resol. 27. Quod reputat probabile Lopez. Et tenent Ludouicus q. 1 art. 4. diff. 1. pag. 1067. & P. de Ledesma cap. 19. cit. Vbi sic ait: De lo que podia auer-dificultad es de los bienes recibidos del be-neficio, que parece, que son bienes sagrados, y adquiridos por titulo Ecclesiastico. Pero tambien me parece, que se puede decir, que hurtar los tales bienes, no es sacrilegio, si-no hurtó: porque por el mismo caso, que se aplican a los ministros, parece quedan de-ser communes, y Ecclesiasticos, y sacros: por-que ya son de esta persona en particular. Pe-ro otra cosa es hablando de los bienes, inmo-biles de los beneficios, y de las decimas, y de otros bienes semejantes. Porque estos tales son bienes sagrados, y hur-tarlos, es sacrilegio.

Sicille, & be-ne.

QVÆS.

QVÆSTIO. XXI.

An furari res sacras, de loco non sacro, v. g. Calicem consecratum, extra Ecclesiam, sit sacrilegium necessario confitendum?

NEANT Lopez 1. par. cap. 33. & Lublinus vir. sacrilegium num. 11. casu, quo res sacra, v. g. Calix, non sit Ecclesia, licet consecratus sit: secus, inquiunt, si Calix sit Ecclesia. Sed absolute probabilius Respondeo. Esse mortale sacrilegium, etiam si res sacra furata, non sit Ecclesia. Quia, etiam in hoc casu, vere violatur res sacra. Sic Nauar. cap. 6. num. 4. Enriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 6. num. 5. ad marg. lit. N. Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 4. Gratius lib. 2. decif. cap. 47. num. 4. pag. mibi 214. & communiter DD. cum D. Thoma 2. 2. q. 99. art. 3.

QVÆSTIO. XXII.

An Qui furatur rem sacram, de loco sacro, teneatur banc duplē circūstantiam rei, & loci fateri?

NEGANT Fagundez lib. 4. cit cap. 5. num. 21. in fine & Diana 1. par tr. 7. resol. 22. in fine. Dicentes: sufficiere fateri furum sacrilegum.

Sed probabilius Respondeo: Teneri utramque malitiā explicare. Quia peccatum sacrilegij circa locum sacrum differt specie, administrus à sacrilegio circāres sacras, vt teneat communis Theologorum doctrina cum Sancto Thoma 2. 2. q. 99. art. 3. ergo qui furatur rem sacram in loco sacro, utramque malitiā contrahit confitendam. Sic Alcozer in Sum. cap. 21. Lugo disp. 16. n. 471. Suarez lib. 3. de sacril. c. 5. Lessius, & Fillius, quos citat, & sequitur Trullench. lib. 1. in Decal. c. 10. dub. 15.

QVÆSTIO. XXIII.

An Si quis, existens in Ecclesia, aut extra illam: desideret habere pollutionem in Ecclesia, inibi furari, vel aliquem occidere; teneatur circūstantiam loci explicare?

NEGAT Valentia disp. 7. q. 11. pub. 1. col. mibi 1648. §. Circūstantia autem. Qui, & citat pro se Naparrum cap. 6. num. 10. Sed male,

Vnde, longe multo probabilius, Respondeo: Teneri. Quia actus internus, & externus, eiusdem sunt speciei ergo si tenetur quis fateri circūstantiam loci sacri in actibus externis dictorum peccatorum (vt omnes sententur) etiam tenebitur illam fateri in internis. Sic Doctores statim citandi præcipue Thomas à Iesu cap. 3. pag. 108. & tenuerunt expresse Nauar. loc. cit. num. 12. Archang. dist. 16. & communis.

QVÆSTIO. XXIV.

An Etiam, si quis existens in Ecclesia, habeat volitionem patrandi prefata peccata, extra Ecclesiam, committeret mortale sacrilegium?

AFFIRMAT Dominicus Baltasanas in sua Margarita Confessorum, ubi de circūstantijs peccatorum fol. mibi 50. Vbi sic ait: Quantum ad locum, dico: quod necessario est confitenda; quantum ad sacrilegium rerum, locorum, & personarum: non solum si perueniant ad aetum; sed etiam quoad ipsas oculorum fixiones, & cogitationes de luxuria, furto, & homicidio, quia eadem gravitatē per se habent cogitationes, & operationes, & ad eamde[m] pertinēt specie, vt patet 1. 2. q. 72. Maxime si tales cogitationes non solum sunt in Ecclesia, sed etiam sint de scelere perpetrato, vel perpetrando in Ecclesia. Sic ille. Et Siluest. 1. §. 10. cum alijs.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Non committere; ne eteneri in eo casu, circūstantiam loci sacri confiteri. Sic Nauar. cap. 6. num. 12. Cano, Vinald. P. de Ledesma, Lopez, Rodriguez, Alcozer, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 18. Granado tract. 9. disp. 8. num. 7. Lublinus loc. cit. num. 14. Thomas à Iesu cap. 3. pag. 107. & 108. Enriquez lib. 5. cap. 6. num. 5. Fagundez in Decalog. lib. 6. cap. 3. num. 14. & communis.

QVÆSTIO. XXV.

An Pollutio habita in Oratorio alicuius dominus, in quo, de licentia Episcopi. Missa celebratur, contrabat malitiā sacrilegij necessario confitendum?

AFFIRMATIVAM sententiam esse probabilem, & valde, innuit Trullench; ubi infra.

Sed

Sed probabilius Respondeo. Negative.
Quia huiusmodi Oratoriū, ad nutum fundato
ris potest ad profanos vñs redire, vnde non
gaudet Ecclesie immunitate. Sic Sanchez
loc. cit. num. 39. & alij apud ipsum. Fagundez
loc. cit. cap. 4. num. 36. & Diana tract. 7. cit.
resol. 20. Trullench. lib. 6. in Decalog. cap.
1. dub. 7. num. 5 & communis.

QUÆSTIO XXVI.

*An Pollutio habita in cællis Religiosorum,
quas superior Conuentus, singulis noctibus,
benedicit, & aqua lustrali aspergit,
contineat specialem malitiam
sacrilegij?*

AFFIRMATIVAM partem esse satis pro
babilem innuit Trullench num. 5.
citat.

Sed longe probabilius Respondeo: Non
continere. Et iam si inhibit altare ad cele-
brandum. Quia non sunt loca sacra, quæ san-
guinis, aut seminis effusione violentur, aut
reconciliatione indigeant. Sic Sanchez loc.
cit. num. 42. Nauar. Enriquez, Rodriguez, &
Corduba apud ipsum. Fagundez loc. cit. num.
39. Diana 1. par. tract. 3. resol. 20. & 3. p.
tract. 4. resol. 166. Azor, & Hurtado apud
ipsum. Lugo disp. 16. num. 474. Trullench.
loc. cit. Qui tamen bene addunt: Secus esse di-
cendum, de copula habita in oratorio, Episco-
pi auctoritate constructo, aut in claustris Re-
ligiosorum, si benedicta sint, & Religiosis se-
peliendis, destinata: nam hæc, vere compre-
henduntur, nomine, loci sacri.

QUÆSTIO XXVII.

*An Omnis extractio rei ab Ecclesia, sit
sacrilegium.*

RESENDEO: Negative. Sed solum
quando reus extrahitur in casibus,
quibus gaudet immunitate illius.

§. V. De Circumstantia, Quibus auxilijs.

QUÆSTIO PRIMA.
*Quid Denotatur per Circumstantiam,
Quibus auxilijs?*

RESENDEO: Quid instrumen-
ta, quibus peccatum factum est, vt
gladius, scopulus, &c. Et etiam con-

Sic Nauar. cap. 28. num. 259. Sanchez loc.
cit. num. 23. & Grafsius lib. 2. decif. cap. 47.
num. 5. per haec verba: Tertia species sacri-
legij est illa, quæ fit iniuria loco sacro. Ut
si de loco sacro saluatus extrahatur; sive pro
causa ciuili, sive pro criminali, cum hoc ca-
su gaudeat immunitate, &c. Sed an intelliga-
tur violari Ecclesiæ immunitas, si aliquis à
satellite capiatur extra cemeterium, vel Ec-
clesiam, & dederetur per Ecclesiam, & inde
violenter extrahatur. Dic, quod non. Ita Ar-
chidiac. in cap. sicut 17 quæst. 4. quod est no-
tandum, quia quotidianum. Sic ille.

QUÆSTIO XXVIII.

*An Iudex possit, absque sacrilegio, à fruen-
tibus immunitate Ecclesiæ, auferre
arma, intra illam.*

NEGAT Farinac, & Peregrin, quos citat, & sequitur Diana 1. par. tract.
de immunit. Ecclesiæ resol. 8.

Sed probabilius Respondeo: Posse licite,
vt ab eis tollatur occasio liberius patrandi
sceleris. Sic Gamba Curta. Couarr. Villadie-
go, Cruz, apud Dianam loc. cit. Fagund. prac.
2. lib. 4. cap. 4. num. 55. & alij

QUÆSTIO XXIX.

*An Sacrilegium committat Iudex, qui sub
doloſis verbis reum, ad egrediendum
ab Ecclesia, decepit?*

AFFIRMANT Bobadilla, Villadiego, &
alij, quos citat, & sequitur Diana
loc. cit. resol. 26.

Sed probabilius Respondeo: Negative.
Quia non extrahitur violenter. Sic Na-
var. cap. 24. num. 21. Suarez, Fil-
lincius, & Fagundez loc.
cit. num. 46.
(2.)

causa à quibus ad peccandum iuuatur. Sic
Fagundez prac. 2. lib. 4. cap. 5. Suarez disp.
22. sect. 4. Hurtado disp. 9. diff. 4 Mou-
re cap. 6. de confessio. §. 6. num. 6.

Lugo disp. 16. sect. 11.

num. 475. &
alij.

B b

QVÆS.

QUÆSTIO II.

*An Sit necessarium explicare instru-
menta, quibus scelus patra-
tum est?*

RESPONDEO: Quod non; nisi in casu, quo usus illorum sit prohibitus legi obligante sub mortali; aut nisi alias, media illa contineant aliud de speciale malitia contra aliam virtutem; ut si medijs Sacramentis, aut rebus sacris, occidisti, aut aliud peccatum fecisti; quia illa esset specialis malitia contra Religionem. Sic omnes DD.

QUÆSTIO. III.

*An Pœnitens teneatur explicare circun-
stantiam inductionis ad peccatum;
quando persona, quas induxit,
erant paratae ad
illud?*

AFFIRMANT Sanchez lib. 1. Summa cap. 6. num. 14. Bonacina de Sacrament. disp. 5. punc. 2. §. 3. diff. 3. num. 19. Trullench. lib. 1. in Decalogum cap. 6. dub. 5. num. 15. & inuit Hurtado de charitate disp. 10. diff. 4. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non tene-
ri. Quia in tali casu, revera, non datur scan-
dalum, nec propria, aut moralis induc[t]io ad
peccatum; cum iam persona, ex se, & sua spô-
te, paratae essent, ad id peccatum patran-
dum. Qui ergo vtitur meretrice exposita ad
peccandum, vel locio parato ad furtum.
quamvis illos, ad hunc singularem actum fur-
ti, & fornicationis, inducat, non tenetur am-
plius fateri, quam peccatum fornicationis,
aut furti. Sic Nauarr. cap. 16. num. 13. A-
zor 1. part. lib. 12. cap. 16. quæst. 5. Suatez
disp. 22. sect. 4. num. 18. Enriquez lib. 5.
cap. 6. num. 7. Salon 2. 2. quæst. 6. 2. art. 2.
Medina, Lopez, Rodriguez, Alcozer, & Va-
lentia apud Sanchez loc. cit. num. 13. Fa-
gundez præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 1. 2. & 3.
Diana 1. part. tract. 7. resol. 34. Vazquez,
& Lugo, infra citandi. Egidius de Sa-
crament. disp. 7. dub. 4. num. 13.

Petrus Ledesma in Summa
cap. 19. de Pœnit.
dub. 7. &
alij.

QUÆSTIO IV.

*An Qui vtitur aliqua persona parata, ut
suo maleficio aliud, cum pacto Dæmonis,
soluat, teneatur banc Circumstan-
tiam inductionis
fateri?*

AFFIRMANT Sanchez loc. cit.
& alij Doctores, necnon Enriquez
lib. 5. cap. 7. num. 7.
Sed probabilius, & consequen[t]er Respondeo: Non teneri, ob rationem dictam: solum ergo tenebitur confiteri pec-
catum adiunctionis sagæ, vel sagi; & peccatum maleficij; quia est contra virtutem Religio-
nis, & contra primum præceptum decalogi.
Sic optime Fagundez loc. cit. num. 3. & Dia-
na loc. cit.

QUÆSTIO V.

*An Saltem, teneatur pœnitens, explicare
circumstantiam inductionis; si verbis
expressis, alterum non para-
tum, ad peccandum, in-
duxit secum?*

AFFIRMANT Medina, Lopez, Alcozer,
Rodriguez, & Valentia, quos affert,
& à fortiori, secuitur Sanchez loc.
cit. Lorca Villalobos, Becerus, Egidius, Fi-
linec. Fagundez, Ledesma, & Hurt. eos citat,
& sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 114.
Ochaganus tract. 2. quæst. 14. nu. 7. & apud
illum, Nanarrus cap. 8. num. 19. Iudeuicus
quæst. 1. art. 3. dub. 2. pag. 1066 Trullench.
loc. cit. num. 1. 3. & Palao. tom. 1. tract. 6.
disp. 6. punc. 4. num. 4. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non tene-
ri, casu, quo induc[t]io ordinata fuerit ad
idemmet peccatum, quod, ab ipso pœnitente,
explicatur in confessiore, & est comuni-
ne duorum. Veluti, si pœnitens induxit mu-
lierem, non paratam, ad fornicandum, nente-
nebitur circumstantiam inductionis explicite
confiteri, sed sat erit, si fateatur supli-
cem fornicationem à se commissam. Quia;
moraliter loquendo, induc[t]io ad peccatum,
& peccati commissio, pro vna transgressio-
ne reputatur. Et merito, cum induc[t]io, in
hoc casu, solum aggrauet peccatum intra
eamdem speciem, vn docent Fagundez lib.
cit. c. 4. n. 4. & 5. & apud ipsum, D. Thomas,
Caicer.

Cajet, Enriquez, Corduba, & P. Soto, & confat; cum eadem malitia in specie (licet non ita grauis) habeatur, quando aliquis non solicitat; si quidem, adhuc participat cum illa in suo peccato, & est causa cooperans ad eius ruinam: ergo in hoc casu, non debet pœnitens circumstantias inductionis explicare. Sic Vazquez quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 7. & dub. 5. n. 34 & Lugo disp. 16. num. 142. Qui bene aduertit; idem dicendum esse, de illis, qui in Misericordia in festis, voluntarie distractahuntur, colloquijs; nec enim videntur interrogandi in confessione: an ipse prouocauerint socios ad colloquendum, vel non, cum utrouis modo, cooperati sint ad peccatum aliorum. Sic sentit etiam Fagundez præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 2. & probabile reputat Palao loc. cit.

QVÆSTIO VI.

An In Confessione, fatenda sit semper circumstantia scandali?

RESPONDEO: Affirmative. Sic omnes DD. Præcipue Lugo disp. 16. num. 157. pag. 333. Vbi hæc habet. Ego, ut meam sententiam in hoc punto aperiam, distinguendum puto, inter eum, qui directe intendit peccatum proximi; & eum, qui solum indirecte illud vult. Suppono enim tripliciter posse me alterum ad peccatum inducere. Primo directe, & formaliter, intendendo rui nam spiritualem proximi, hoc est, ex desiderio, ut proximus patiatur damnum illud spirituale. Secundo, directe, sed non formaliter; quando scilicet, volo, quod ipse violet castitatem; non quia malum eius est; sed, quia in delictum aliquod spero. Tertio, indirecte, quando v. g. præudio, quod ex mea actione proximus facile occasionem accipiet peccandi: ego tamen id non intendo; sed quia possem, & deberem scandalum illud impedire, peccato peccato scandali, siue speciali, siue generali, in quo potest esse qualitas de nomine. Aliqui enim, cum quibus sentit Sanchez, dicto lib. 1. Decalog cap. 6. num. 3. dicunt, speciale peccatum scandali reperi ri solum, in primo modo inductionis; non in alijs: fatentur tamen, semper in confessione explicandam illam circumstantiam scandali; quod ego etiam verum existimo; quia semper assert nouam speciem peccati; nam diversa specie malitia est, ut dixi, inducere alium ad non ieiunandum, ab ea, quam continebat ip-

se, qui violat ieiunium. Difficultas est, non an debeat in confessione explicari circumstantia scandali; sed an debeat semper in confessione explicari species peccati, ad quod proximus scandalizatus, inducitur. Sic ille, & bene. Legantur Nauarr. cap. 6. num. 19. Vazquez 1. 2. disp. 102. num. 7. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 6. num. 3. Trullench. loc. cit. & num. 4. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO VII.

An Semper debeat in confessione explicari species peccati, ad quod proximus directe, vel indirecte inducitur?

AFFIRMANT Vazquez 1. 2. quæst. 73. disp. 102. cap. 3. num. 5. & cap. 7. num. 23. Aegidius disp. 32. de charit. dub. 5. num. 35. Qui, & citat pro hac parte (sed non bene) Lorcam, & Bannez, Montissinos 1. 2. q. 73. art. 8. q. 5. nu. 149. Luyius de Pœnit. quæst. 9. art. 2. dub. 3. Sanchez lib. 1. Decal. cap. 6. num. 8. Trullench. loc. cit. num. 6. & 13. pag. 208. & alij, docentes; non sat esse pœnitenti fateri, se dicto, vel facto, alterum ad peccatum incitasse, sed specie peccati, ad quam incitauit, teneri fateri.

Sed æque probabiliiter Respondeo: Debet quidem explicari specie peccati, ad quod proximus inducitur, quoties scandalum fit, primo, vel secundo modo, quæst. præcedenti, habito; itaut, directe formaliter; vel saltē, directe, intendatur peccatum proximi; non vero, quando inducitur proximus, tertio modo; hoc est, præviso, sed non volito directe, eius ruina, seu periculum: nam in hoc casu, satisfaciet pœnitens, explicando malitiæ scandali, licet non explicit species peccati, ad quod proximus induci poterat. Sufficiet ergo illi, si dicat; Meo exēplo, vel opere, dedi occasionem peccandi proximo, cum deberem id præcauere. Ratio est: Quia peccatum scandali, quando indirecte solum volumus periculum proximi, non aduersatur alteri virtuti, nisi soli charitati, qua tenemur proximi mala impedire; ergo non videtur esse obligacionem, explicandi speciem peccati, ad quam scandalizatus inducitur; nam hæc, materialiter se habet, ad malitiæ scandali, quod est solum cōtra charitatē. Sic Nauar. in Man. c. 26. n. 19. quem sequitur, & citat Lugo disp. 16. à num. 152. pag. 332. Vbi late, & doce totam hanc doctrinam illustrat exemplis; & rationibus probat. Legatur.

QVÆSTIO VIII.

An Explicandus sit numerus personarum, quibus unica vice : as vnicopeccato scandalum datum est, vt quando aliquis, eorum multis, peccavit, & turpia v.g. loquutus est?

AFFIRMANT Sanchez cap. 6. cit. num 8. Sylnius, Layman, Bonacina, & alij, quos assert, & sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 114. per hæc verba concludens : Vnde patet ignorantia multorum confessariorum, qui, cum pœnitentes, se toties accusant dedisse scandalum, non faciunt illos accusare, neque de specie peccati, neque de numero personarum, cæci quidem sunt, & duces exorum. Sic Diana. Et post illum, Trullench lib. 1. in Decalog. cap. 6. dub. 5. n. 6. Sic dicens: Ex quo fit, te peccante publice, teneri fateri in confessione, publice peccasse; quia cum non sciatur, quot personæ mouendi sint, tuo malo exemplo, debes periculum explicare: si enim scires, quot personæ mouerentur, & ad quæ peccata; & numerum personarum, & speciem peccatorum tenebaris explicare, alias non satisfacis, si quidem non declaras speciem peccati, neque numerum peccatorum. Bonacina supr. num. 42. & 44. Ioannes Sanchez in select. disp. 46. n. 11. Castro Palao de charit. tract. 6. disp. 6. part. 4. num. 3. Sic Trullench.

Sed probabilius (iuxta nostrâ doctrinâ superius traditâ) Respondeo: Nullo modo teneri pœnitentem explicare numerum personarum, quæ, suo peccato, scandalizari potuerunt. Quia sicut non tenetur explicare numerum personarum, quas eadem iniuria læsifit, aut quas vñica voluntate voluit occidere (vt supra, §. 3. quæst. 19. & sequent. est habitum, & ipsemet Diana 1. part. tract. 7. resol. 29. & 17. vt probabile admittit) ita etiam in præsenti, non tenebitur explanare numerum, quando, vñico actu malo, scandalum præbuit pluribus; quia eadem est omnino ratio. Sic Lugo disp. 16. num. 135. & 164. & sequentibus.

QVÆSTIO IX.

An Saltem, explicandus sit status personarum, coram quibus, aliquis peccauit, & indirecte eas ad peccatum induxit (turpiter, v.g. loquendo) an sint coniugati, Sacerdotes, Religiosi, &c.

AFFIRMANT Bonac. de Saeram. disp. 5. quæst. 5. sect. 2. §. 3. diff. 3. na. 21. Diana 3. part. tract. 4. resol. 114. Pro qua sententia citat Lugo, Thomam Sanchez, Filliucium, & Laymanum; dicitque, bene citari pro eadem à Diana. Sed certe, pro præsentî difficultate, non citat Diana, nisi vnum solum Bonacinam, loco à nobis citato & bene; nam alij, hoc expresse, nullo modo docent.

Sed, æque probabiliter Respondeo: Non esse necessario explicandum. Quia quando indirecte, aut prater intentionem, præbetur alijs scandalum, solum contrahitur malitia specifica contra caritatem; non vero contra illam specialem virtutem, cui aduersatur peccatum, ad quod scandalizatus inducitur, vt docent Nauar. Suarez, Agidius, & Salas, apud Lugū: ergo non erit necessum explicare speciem peccati, ad quod scandalizatus indirecte inducitur; & cōsequenter, nec statum, aut qualitatem adstantium, qui moueri poterant ad effectus, contra castitatem, ex illa impudica narratione. Sic Lugo disp. 16. à num. 165. & certe satis probabiliter.

QVÆSTIO X.

An Qui dire etc., & perse, ad peccandum venialiter alterum induxit, peccet mortaliter, & teneatur circunstantiam inductionis confiteri?

AFFIRMANT Vazquez 1. 2. quæst. 73. art. 8. disp. 102. cap. 7. num. 23. & 24. Agidius 2. 2. disp. 22. dub. 5. na. 51. pag. mibi 593. & esse satis probabile ait Castro Palao tom. 1. disp. 6. pun. 2. na. 3. & 4. pag. 660.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter, sed venialiter tantum; & ideo, non teneri necessario, circumstantiam inductionis explanare. Ratio est. Quia damnum ad quod induxit, in ratione damni spirituallis,

lis, est leue. Sic Azor 1. part. lib. 4. cap. 20. quæst. 3. Bonac. disp. 2. de distinctione specifica peccator quæst. 4. punct. 2. §. unico propositio. 1. num. 11. & Molfesius in Sum. 1. parte tract. 8. cap. 10. num. 42. Sanchez lib.

1. Sum. cap. 6. num. 10. Reginaldus lib. 14. num. 27. Trullench. loc. cit. num. 10. & penes ipsum, S. Thomas, Nauar. Suarez, Palao, Filz live, & alij.

§. VI. De Circumstantia, Cur.

QVÆSTIO PRIMA.

*Quid Denotatur per Circumstantiam,
Cur?*

RESPONDEO : Quod finis extrinsecus, propter quem, medium aliquod eligitur. Seu motuum, quo responderemus interroganti, cur hoc fecerimus? Sic communiter omnes.

QVÆSTIO II.

An Quando medium malum eligitur, propter finem malum, sit necessario utrumque simul in Confessione explicare?

RESPONDEO : Esse necessarium, si medium diuersam in specie habeat malitiam à malitia finis, vt si quis furetur, propter machiam. Secus esset dicendum, quando media solum habent malitiam veniale, vt mendacia, aut verba otiosa; aut nullam, quia ex se sunt in differentia, vt ire ad agrum; quia tunc, non erit necessarium illa in confessione explicare. Et ita, si quis mendacium officiosum ex fine fornicandi dicere, sufficiet ei, si in confessione explicet suum desiderium fornicandi. Quia malitia mortalis, quæ est in tali desiderio, ipsam in mendacium officiosum deriuatur. Sic Sanchez lib. 1. Sum. cap. 5. Suarez tom. 4. disp. 22. sect. 4. in Circumstantia Cur. Egidius disp. 7. dub. 4. num. 24. Nauar. cap. 6. num. 3. Tolet. lib. 3. cap. 7. num. 3. & 4. & omnes.

(2)

QVÆSTIO III.

An Quando finis non est de se malus, medium autem est malum, debet explicari ipse finis; vt si quis omittat Missum propter studium, debet explicare finem, nempe studium, an solam omissionem Missæ?

AFIRMANT Caiet. in 1. 2. quæst. 88. art. 5. Zumel q. 71. art. 5. disp. 4 & ex parte, Sanchez lib. 1. Sum. cap. 5. Vbi ex Nauarro, decet: hoc esse necessarium, quando ex inordinato affectu ad studium, transgreditur præceptum. Quod, & docet F. gunderz de præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 10. Sed probabilius Respondeo: Non teneri, sed sufficere, si dicat omissionem voluntariam Missæ. Quia hoc peccatum, tantum habet malitiam ex medio: ergo explicata eius mali, explicatur tota malitia peccati. Sic Suarez disp. 22. sect. 4. num. 11. Vazquez in 1. 2. disp. 93. cap. 3. Enriquez lib. 2. cap. 5. num. 7. Bannes, Valentia, Azor, Hurtado, Medina, Tanner, & alij, quos citat, & sequitur Diana tom. 1. tract. 7. resol. 23. & 62. Lugo disp. 16. num. 479. & Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. pun. 3. num. 14. Bonacina disp. 2. de peccatis quæst. 4. pun. 4. n. 27 & alij communiter:

QVÆSTIO IV.

An Quando finis, solum continet malitiam veniale, sit necessarium banc circumstantiam facteri?

AFIRMAT Siluest. V. Confessio. §. 7. Sed probabilius Negatiue Respondeo. Quia talis confessio valida, & frumentosa est. Sic Diana 1. part. tract. 7. resol. 23. Sotus, quem citat, & sequitur Lopez 1. par. cap. 34. pag. 192. Egidius disp. 7. dub. 4. num. 24. & communis.

B b 3

QVÆS.

QUÆSTIO V.

An Quis furatur propter fornicationem sufficiat sicut Confessione dicat; Furatus sum, & postea per alium aetum; Habui intentionem fornicandi?

NEGLANT Silvest. ver. Confessio. 1. q. 10. Cruz in Sum. de Pœnit. q. 3. dub. 6. concl. 1. Megala, & Nuñus quæst. 9. art. 2. dub. 2. pag. 496. & dub. 3. pag. 505. quos affert Diana tract. 7. cit. resol. 23. Ludouicus quæst. 1. de circumstant. art. 6. diff. 1. pag. 1072. & Ledesma cap. 19. pag. mibi, 266. afferentes: debere pœnitentem explicare simul, medium, & finem, dicendo; furatus sum, propter fornicationem.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere Pœnitenti, si dicat; furatus sum; & postea subiungat; habui intentionem fornicandi; vel, fornicatus sum; Quia, qui confitetur furtum, & fornicationem, etiam si non explicet, se vnum ordinasse ad aliud; sufficienter explicat malitiā peccati, & statū suū ergo ad nil aliud tenetur. Sic Angel. ver. interrogatio. §. 6. Nuñar. cap. 6. num. 2. Petrus Fay in additio quæst. 9. art. 2. disp. 11. Diana loc. cit. & Ochagavia tract. 2. q. 14. num. 4.

QUÆSTIO VI.

An Tactus, oscula, & amplexus, praecedentes fornicationem, sint peccata numero distincta, ab ipsa; & necessario confitenda simul cum fornicatione?

AFFIRMAT Marsilius quæst. 12. fol. 572. Et si sunt tactus exorbitantes ad maiorem voluntatem inuenti, idem docent Cano, & Medina, apud Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 5. lit. V.

Sed probabilius Respondeo. Non esse; sed vnum cum ipsa, facere peccatum; ideoque, non teneri pœnitentem illa explicare; sed fornicationem tantum. Nam hac, in confessione, explicata, consentur explicata, & alia. Secus vero est dicendum: si prædictos tactus impudicos, non sicut secta fornicatio; quia tunc explicandi sunt necessario in confessione. Sic Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 75. cap. 2. & de pœnit. quæst. 91. art. 1. dub. 5. num. 33. Azor 1. part. lib. 4. cap. 4. quæst. 6. Aegid. disp. 7. dub. 7. num. 56. Lopez 1. part. cap.

31. pag. mibi 179. Nuñar. cap. 6. num. 17. Enriquez loc. cit. Graffius lib. 1. decis. cap. 20. num. 13. & seqq. Suarez tom. 4. in. 3. par. disp. 22. scđt. 5. num. 26. Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. pun. 1. num. 5. dicens, esse fere omnium sententiam. Felix in Tentativa Complut. tract. 3. cap. 7. diff. 3. num. 4. & alij.

QUÆSTIO VII.

An In casu, quo explicandi sunt tactus, oscula, &c. Explicari debet numerus eorum; an vero sufficiat explicare tempus, aut numerum occasionum?

REONDEO: Sufficere, quod explicetur numerus occasionum, tacito numero tactuum turpium. Quia omnes tactus, in tali casu, adunantur inter se, & fiunt vnum peccatum moraliter, propter eumdem finem, ad quem (licet non secundum ordinantur. Unde, si quis, per duas horas continuas, in huiusmodi rebus immoratus, est sat erit ei, si fateatur, se invia occasione habuisse tactus impudicos. Nec oportet explicare partes, in quibus dicti tactus sunt habiti; cum omnes redant ad fornicationem, solumque differant penes magis, & minus. Excipiuntur tamen, ab hac regula, sodomitici tactus; nam isti, cum pertineant ad distinctam speciem, explicandi sunt in confessione. Sic Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 17. Sanctius disp. 6. num. 6. Hurtado disp. 9. diff. 6. infine Trullench lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 12. num. 3. Castro Palao, tract. 2. de peccatis. disp. 3. pun. 3. num. 4. & 5.

QUÆSTIO VIII.

An Saltem tactus, & oscula, que ipsam copulam consequantur, debent explicari, tanquam distincta peccata à copula praedentibus?

AFFIRMANT Suarez disp. 22. scđt. 5. num. 26. (non 2. num. 8. & 9. vt citat Diana) Vazquez quæst. 91. art. 1. dub. 5. nu. 35. Aegid. disp. 7. dub. 7. num. 59. Hurtado disp. 9. de Pœnit. diff. 6. Thomas à Iesu, in suo tribunali cap. 3. pag. 100.

Sed probabilius Respondeo: Non debere necessario explicari; Sed sat esse, si explicetur

tur actus fornicationis. Quia cum eo consti-
tuunt dicti tactus, vnum numero peccatum.
Nam, cum sint, circa ipsum actum fornicatio-
nis, vere ordinantur ad ipsum, tanquam ad
eius complementum; dummodo ex intentio-
ne peccant is, denuo non ordinantur ad no-
uam copulam: ergo, explicato fornicationis
actu principali, censentur præfati tactus ex-
pliati. Sic Nauar. in cap. consideret. depœ-
nitent. diff. 5. num. 46. & in Manuali
cap. 6. num. 17. & Azor 1. part. lib. 4.
cap. 4. Zerola in præzide pœnit. cap. 12. q.
47. Archangelus diff. 16. Salas in 1. 2. tom.
2. tract. 13. disp. 5. sect. 8. num. 91. Diana
1. par. tract. 7. resol. 42. Granados in 1. 2.
controu. 6. tract. 2. disp. 5. num. 11. Fagun-
dez træc. 2 lib. 3. cap. 4. num. 14. Enriquez
lib. 5. cap. 5. num. 5. & in Glos. lit. V. Lugo
disp. 16. num. 554. pag. 402. & Lorca, apud
Hurtadu, Trullench. loc. cit. n. 25. Castro Pa-
lao loc. cit. pun. 1. n. 5. Sæcti in selectis disp.
6. n. 3. addes, id esse verū, etiam si magna in-
tercesserit interruptio tēporis inter copulā
& consequentia ad illam; dum modo ad alia
negotia, qui commisit fornicationem, non
se diuertat, sed in eodem statu, & situ perma-
neat, detinens fœminam, ad deosculandum
1. i. am. & colloquendum; vel si forte fœmina
discessit, ex utriusque conuentione, expectet
reditum ad iterum deosculandum illam. Sic
ille. Cuius additum, non apparet Palao loc.
cit. Tenet etiam nostram sententiam Felix
loc. nuper quest. 6. cit. & alij.

QVÆSTIO IX.

An Delectatio saltem, aut gaudium, de for-
nicatione habita, quæ statim post copu-
lam habetur, sit necessario
in confessione ex-
plicanda?

AFFIRMAT Suarez dicta sect. 5. num.
27 Quia existimat esse distinctum
peccatum à copula.
Sed probabilius Respondeo; Nō
esse necessario explicandam. Quia, re vera,
vnum facit peccatum moraliter cum copula
præcedenti; nec affert malitiam diuersam in
specie; cu in ipso etiam actu copula fuerit
delectatio de illa præsenti, quæ nullo modo
differt in specie à delectatione, quæ se-
quunt statim, post copulam, de illa præterita.
Sic Lugo loc. cit. n. 555. dicens. de hoc nullū
confessarium interrogare. Sanctius, loc. cit.
quem sequi videtur Diana loc. cit. & ante

illos, Nauar. loc. cit. & post illos, Castro Pa-
lao tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 3. num. 3.
ad. 3.

QVÆSTIO X.

An Saltem, si quis habuit tactus, & oscula-
tum aliqua muliere, sine intentione acceden-
di ad illam; si postea, mutata animo, in eadem
occasione accedit; teneatur non fo-
lum copulam confiteri; ve-
rum etiam tactus, &
oscula?

AFFIRMAT Archarg. col. 2. per hæc verba: Si oscula, & ta-
ctus, non ad coitum, sed tantummo-
do, vt homo delectaretur in eis ordinaren-
tur; profecto si huiusmodi persona mutata vo-
luntate, coire intendat, aut re ipsa, coeat:
etiam illa confitenda erunt; quia tunc plura
peccata illic adsunt, ex quo ad eundem si-
nem, scilicet, coitus confirmationem, mini-
me ordinata fuerunt. Affirmat etiam Hurtta
do disp. 9. de pœnit. diff. 6. Diana 4. par. tr.
4. Mischel. resol. 205. Lugo disp. 16. nu. 556:
& ante illos, Vazquez quæst. 91. dub. 5. num.
27. afferentes: teneri utrumque fateri.

Sed, & que probabilitè, Respondeo. Non
teneri; sed sat esse copulam confiteri. Quia,
licet in dicto casu, deficiat finis operantis,
propter cuius defectum, non possunt tactus
coniungi cum fornicatione, & efficere, ex
hac parte, vnum peccatum cum illa; tamen
non deficit finis ipsius operis, tactus videlicet,
seu medij, ratione cuius coniunctionis,
hæc omnia media inter se, & cum opere prin-
cipali, quod postea sequitur, vnum consti-
tut peccatum in genere moris; & ideo non
oportet in confessione explicari, quia expli-
cata fornicatione, etiam ipsa explicata ma-
nēt. Sic aliqui docti moderni, quos consului.

QVÆSTIO XI.

An Mulier, quæ oppressa metu vel fame gra-
ui, consensit peccato carnali, teneatur
banc fateri circuns-
tantiam?

AFFIRMANT Sotus, & Bonau. quos refert
Lopez 1. par. cap. 29. pag. 159. & ex
parte, sequitur, dicens: teneri confite-
ri in casu tantum, quo de ea confessarius ro-
get. Affirmat etiam Nuñus quæst. 9. art. 2.
aub. 2. pag. 497. Philippus Fauer in 4. diff.
Bb 4 17. disp.

17. disp. 24. cap. 1. num. 23. Victoria, num.
175 & Reginaldus lib. 6. num. 130.

Sed, iabsolute, probabilius Respondeo,
Non teneri. (Licet licite possit illam conser-
teri) etiam si à confessario de illa circūstan-
tia requisita fuerit. Quia hæc circumstantia,
solum minuit peccatum, intra eamdem spe-
ciam. Ergo. Sic Palud & Medina, apud Lo-
peziūmlo. cit. Nauar, & alij, quos citat, & se-
quitur Thomas à Iesu cap. 3. pag. 104. Su-
arez, tom. 4. in 3. partem disputatione 22.
se ct. 3. num. 16. & alij penes ipsum. Dia-
na, 5. par. tract. 14. resol. 35. Graffius, lib. 1
decis. cap. 20. num. 3. Archang. diff. 16.
pag. 166. col. 1. & alij, de quo
etiam egimus, supra §. 1.
qnaſt. 5. & 6.
(§)

QVÆSTIO XII.

An Quando quis peccat, alias non peccatu-
rus, ex confidentia obtinendijukiles, ex
misericordiæ & Dei. quæcum habet de remissione
obtinenda, debeat hanc circumstan-
tiam Confidentiæ, in confessio-
ne explicare?

AFIRMANT Abbas in cap. transmissa.
de eo qui cognitio confitetur. ex corris sue
D. Bonau, apud Nauar. cap. 6. num. 3.
Corduba, in summa qnaſt. 22. & alij.
Sed probabilius longe, Respondeo: Non
debere necessario. Quia talis circumstantia nō
mutat (licet aggrauet) speciem. Sic D. Tho.
2.2. qnaſt. 21. art. 2. ad 3. Caiet ibidem Na-
uar. lo. cit. Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 5. n. 3
8. & 9. Diana, trect. 7. cit. resol. 23. Co-
riolan. 1. par. se ct. 3. ar. 7. pag. 360. Lopez,
cap. 34. pag. 194. Lugo, disp. 16. n. 496. pag.
391. Thomas à Iesu, lo. cit. pag. 108. Regi-
naldus, lib. 6. num. 130. & alij.

VII. De Circumstantia, Quomodo.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Denotatur, per Circumstantiam,
Quomodo?

RESPONDEO Quod malitia intensio-
nis, seu durationis temporis: contem-
ptus, & consuetudinis peccati, &c.
Sic communiter Doctores, apud Fagundez,
de præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 11.

QVÆSTIO II.

An Circumstantia, seu modus intensionis, quo
quis peccat, debeat necessario expli-
cari in Confessione?

AFFIRMARE deberent, omnes Doctores
obligantes ad circumstantias, notabi-
liter intra eamdem speciem aggrauan-
tes, explicandas. Sed non faciunt Petrus So-
tus dum taxat, Suarez, & non nulli alij, hoc
concedunt in casu, quo ad sint effectus, & sig-
na externa, magnæ intensionis affectus in-
terni.

Sed ego absolute Respondeo: Non debere

necessario. Quia certum est, hanc circumstan-
tiam non variare speciem. Sufficiet ergo pœ-
nitenti, ipsum peccatum, cùd mente, & cor-
de, patravit, confiteri inse. Sic etiam, habet
vitus fidelium, etiam, sapientium, & timora-
tæ conscientiarum, vt bene Hurtado, disp. 9.
diff. 4. Sic ipse, Enriquez, & id. Fagundez,
Lugo, & omnes communiter. Legatur Vazq.
qnaſt. 91. art. 1. dub. 2. num. 32.

QVÆSTIO III.

An Si quis hominem occidat, disperpendo
postea cadaveris membra, extrahendo iecurum
& similia; teneatur, non solum homicidi-
um, sed etiam hanc circum-
stantiam explicare?

NEGAT Bonac. disp. 5. qnaſt. 5. sect. 2
2. §. 3. diff. 3. num. 18. si talia com-
mituntur ex odio, aut ex vindicta,
non ex feritate.

Sed longe probabilius Respondeo: Tene-
ri illam circumstantiam fateri, si non lucri
gratia, sed ex odio, vindicta, aut feritate, sic
hominem occidat. Quia huiusmodi circum-
stantia, non est tantum aggrauans (vt vult
Bonac.) sed mutans speciem; cù supra peccatum
in

Injustitiae, quod committitur in occidente, addatur circumstantia odij, si illum occidat, ut inimicum, aut iniuriantem; aut circumstantia scelitiae, aut feritatis, si delectetur homo in vulneribus illatis, &c. Quæ circumstantiae addunt specialem malitiam supra homicidium, ut docet D. Thom. 2. 2. quæst. 159-
art. 2. & sic nostram responsionem docent ipse S. Anctus, Vazq. lo. cit. Suarez, tom. 4. disp. 22. se ct. 4. num. 12. Egidius, disp. 7. dub. 3. num. 4. Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 12. Filiuc. tract. 7. num. 90. & communis.

QVÆSTIO III.

*An Circumstantia durationis temporis
in peccato, sit necessario
confitenda?*

AFFIRMANT Sot. & Canus, quos afferunt Hurtado, & Diana. Quibus addi possunt, Enriquez, lib. 5. cap. 7. num. 5. Suarez, disp. 22. se ct. 4. num. 20. & Egidius, tom. 2. disp. 7. dub. 3. num. 5. quos refert, & sequitur Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 11. Nuñus etiam, quæst. 9. art. 2. dub. 2. in fine. Graffius, lib. 1. decis. cap. 20. num. 11. & nouissime Felix, in Tentativa Complut. tract. 3. cap. 7. diff. 4. num. 6.

Sed probabilius Respondeo: Non esse (saltem perse) necessario explicandam. Quia tantum est circumstantia aggrauans intra eamdem speciem. Vnde si quis semel consensit in homicidium (v.g.) etiam si huc cōfensem, per vnu integrūdiem continuauerit, sat erit ei in confessione dicere; Consensi semel in homicidium. Et si quis rem cum concubina per totam noctē, habuit, sufficiet, ei confiteri numerum fornicationum: neque tenebitur confiteri temporis durationem. Dixi saltem perse, quia per accidens, forsitan oportebit explicare durationem temporis, ut sic pœnitens, eo modo, quo possit, manifestet numerum peccatorum. Sic Nauarrus, cap. 6. num. 12. Vazquez, quæst. 91. art. 1. dub. 3. num. 36. Hurtado, disp. 9. diff. 4. Zerola, in praxi pœnit. cap. 12. quæst. 15. Luyfius, quæst. 9. de pœnit. art. 2. dub. 2. in fine & dub. 3. in principio Diana, I par. tract. 7. resol. 9. &c. 5. part. tract. 14. resol. 10. Sanctius, in selectis disp. 21. num. 13.

Castro Palao, tom. 1. tract. 2.

disp. 3. punct. 3. n. 3.
& alij.

QVÆSTIO V.

*An Diurnitas voluntarie retentionis
rei alienæ, sit circumstantia in
Confessione aparienda?*

AFFIRMANT Tannerus 2.2. disp. 4. quæst. 6. dub. 14. num. 427. & alij apud Dianam, tract. 7. cit. resol. 58. Quibus fauet Nauar. in man. cap. 17. n. 55. docens, esse circumstantiam necessario confitendam, eo quod, quoties vtitur quis re aliena, vel renouat voluntatem non restituendi, vel aduertit alienum possidere, tot distincta peccata committat.

Sed, iuxta nuper dicta, probabilius Respondeo: Non esse, saltem perse, necessario confitendam. Quia, ut sic, tantum est circumstantia aggrauans. Sic Hurtado, disp. 9. diff. 4. quæst. 8. & sequitur Diana, lo. cit. Qui bene monet Confessarios, ut hanc doctrinam notent, ut amittis liberentur scrupulis. Nam pœnitens (inquit,) in Confessione satisfacit, tantum se accusando, non restituisse rem alienam; Neque interrogandus est de tempore, & diurnitate retentionis; vel de numero peccatorum, quæ aliqui, in tali diurnitate, committi putat; dum modo, ut diximus, rem proposuerit restituere; at postea, mutato animo, determinauerit amplius restitutionem non facere. Sic ille. Legantur etiam Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 5. Aragon, 2.2. quæst. 62. art. 5. dub. circa 2. argum. dicto 2. & Onandus, in 4. diff. 16. propositio 23. Sed pro maiori horum explicatione, sit adhuc.

QVÆSTIO VI.

*An Circumstantia interruptionis actus
interni, sit toties, quoties, in Con-
fessione explicanda?*

RESONDEO: Affirmative. Quia interrupcio moralis, multiplicat peccata in actibus internis, sicut in externis; sed necessarium est fateri omnia peccata, non solum secundum speciem, verum etiam secundum numerum, diuersa, ut supra disp. 5. quæst. 5. est habitum: ergo necessarium erit circumstantiam interruptionis interni actus in confessione fateri. Sic cōmuni sententia; & est certissima, & verissima. Intelligit tamen debet iuxta doctrinam sane traditam, præcipue disp. 5. citata q. 11. 12. & 13. Sed

Sed, ut præcedens quæstio vnde quaque resoluta maneat, opere pretium duxi hic querere: Quâdo, aut qua ratione, actus inter nus voluntatis interrumptur? In qua difficultate varij sunt modi dicendi.

In primis, Cano in *Relectio. de pœnit. part. 5. §. Et per hoc. existimat, actum expreßum voluntatis, solum interrupti per actum contrarium. Ita que secundum hanc sententiam, tahtum, & toties fit diuersum numero peccatum in eadem specie, quoties interrum pitur voluntas illius per contrarium actum, & post hunc, ad priorem redditur. Canum sequitur Ioan. de *Cruce in sum. par. 2. de pœnit. quæst. 2. dub. 6.* Vbi sic ait: si intra aliquod tempus renouasti plures cogitationes intercissas, per cessationem, somnum, aut aliam occupationem, non teneris explicare singulas renouationes; cù omnes illæ, censeantur vnum peccatum in genere moris, & si materialiter multiplicentur, sat est enim explicare tunc, tempus illarum cogitationum: secus si illæ cogitationes interrumpantur per actum contrarium. Sic ille. Petrus Fay, in add. ad 3. par. quæst. 9. art. 2. disp. 5. ad 4. Pitigian. in 4. diff. 17. art. 5. Homobonus, de exam. Eccl. p. 1. tr. 5. c. 13. q. 83. Felix, in *Tentativa Complut. tract. 3. cap. 7. diff. 4. n. 4.* Quorū sententiam probabile iudicat Diana. 3. par. tract. 4. ref. 95.*

Secundus modus dicendi, est Vincentij Filiucij, tract. 21. cap. 8. num. 315. Vbi docet, actum internum Voluntatis, non solum per contrarium actum; verum etiam, per voluntariam cessationem ab illo actu interuo, interrupti. Vnde, iuxta hunc modum dicendi, si quis voluntarie nolit amplius cogitare de prava aliqua cogitatione, & applicet se libere ad alia; & postea ad idem obiectum volitum cogitatione reddeat, vere multiplicabit actum internum, & consequenter peccatum. Ita Filliuc. Inquo sensu explicat Canum.

Tertius modus dicendi est aliorum asserantium: actum internum voluntatis, non solum per contrarium actum, & cessationem liberam, & voluntariam ab illo, interrupti; sed etiam per quacumque cessationem in voluntariam, siue hæc cessatio, iam accidat per naturalem in aduententiam, obliuionem, aut distractionem, ad alia; siue personam, aut aliud negotium. Vnde, iuxta hunc modum dicendi. Qui pergit, vt occidat inimicū, si ad hanc distrahatur, vel dormiat, vel obliuiscatur inimici, & postea repeatat voluntatem, nouum peccatum committet.

Sic Vazquez 1. 2. disp. 75. cap. 2. §. 3. & 3. par. quæst. 91. art. 1. dub. 5. num. 10. Nau nus, in add. quæst. 9. art. 2. dub. 1. Diana, loc. cit. & alij.

Quartus denique modus dicendi est aliorum docentium, quod licet aetius internus voluntatis, quolibet ex dictis modis, sufficiet interrumptur; nempe, vel per contraria voluntatem; vel per cessationem, siue voluntariam, siue involuntariam; tamen ultra hoc, requiritur, quod cessatio ab illo actu sit, non quacumque, sed magna, vnius videlicet, diei, ut ait Ochagavia. Vel saltem dimidiæ horæ, ut ait Fagundez. Itaque, secundum hunc modum dicendi, si quis intradiem integrum, aut saltem, dimidiæ horam, repeatat millies propositum forniciandi, vel non restituendi, non censembitur de novo peccare; nisi alias retrahet illud propositum per pœnitentiam, aut aetum contrarium, & iterum renouet redeundo ad idem propositum forniciandi, aut non restituendi. Sic Ochag. tract. 2. de Confess. quæst. 15. Fagundez, lib. 3. cap. 5. num. 14. & 15. Nauar. cap. 6. num. 18. §. Infertur oīlano Rebellus, 1. par. lib. 2. quæst. 17. sect. 2. num. 9. & alij penes ipsum.

Quid ego, in tanta sententiarum diversitate, sentiam, iam dicam. Dico ergo; omnes predictos modos, esse probabiles; sed michi probabilior Cani, modo explicato, per Filliucium.

QVÆSTIÓ VII.

An Qui, decem (v.g.) Vicibus, surripuit quantitatem mille aureorū, teneatur explicare in Confessione numerum aetiorum, quibus tantam quantitatem furatus est?

NEGLIGANT aliqui Moderni, quos, superpresso nomine, refert Petrus de Ledesma, cap. 16. de pœnit. dub. 1. post. 3. concl. existimantes, in tali casu, sufficere explicare quantitatem sublatam, dicendo. Surripui quantitatem mille aureorum,

Sed certissime Respondeo: Teneri explicare, & quantitatem præstatam, & numerum aetiorum, quibus illam furatus est. Sic tenet, & probat, Petrus de Ledesma, per hæc verba: Aesta duda se responde, que sin duda ninguna este tal ha de declarar en la confesion las veces que hurtó, y el numero de los peccados mortales que hizo. Y de otra manera no se confiesa bien. Esta es comun sentencia

tencia de los Doctores en el lugar citado. La razon es clara: porque diversa malicia es, multiplicar los hurtos acerca de aquella notable materia de mil ducados, que cometer un hurto, que sea equivalente a todos aquellos; luego se a de declarar en la confession. Que se distinta malicia, se ve claramente, porque un hurto acerca de la misma cantidad, nūca tiene tāta malicia, ni intensia, ni extensiua, como muchos hurtos multiplicados acerca de la misma quātidad, y assi es necesario decirlo al confessor, para que juzgue bien. Sicille. Legantur dicta à nobis quest. 11. 12. & 13. disp. 5. Vbirahes, in aliquo casu, posse sustineri primam sententiam.

QVÆSTIO VIII.

An Qui per non item cum eadem, bis, ter, aut amplius, copulam habuit; teneatur necessario explicare numerum fornicationum?

NEGRAT Zanardus, in director. Confessior. par. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 18. dicens. sufficere ei, si dicat; Fui cum meretrice tota nocte, & feci quod potui, dum modo non habuerit interruptio nem mentis, vel operis. Negat & Archangelus Rubeus, diff. 16. pag. mibi 169. col. 2. per hæc verba: Agnoscens mulierem tribus, aut quatuor vicibus in una nocte: non tenebitur confiteri numerum illorum actuum, sed sufficiet ei, vt dicat, se una nocte habuisse rem cum muliere. Ratio est; iuxta superiora, quoniam actus illi, quamvis, si absolute consideretur, unus nō sit via ad alterum; tamē omnes simul accepti, advnū fine ordinatur, qui est, tota nocte, ea potiri muliere, ac per consequens in genere moralium (cū unum quodque à suo fine denominari iustum sit) tantummodo unū peccatum, & non plura, aderit. At si quis intenderet solum una vice potiri muliere, proculdubio, si post primum actum, de novo deliberaret, ibi plura peccata ad essent; & consequenter ea distincte explicare teneretur. Sic ille. Cuius sententia, sic explicata, an probabilis sit, iudicarunt aliqui, quo's consului.

Ego tamen certissime Respondeo: Teneri. Quia omnes, & singulæ copulæ sunt distincta peccata numero; cum singulæ sint actiones compleæ, & totales, nec una ordinetur ad aliam, vt simul faciat unum cum illa. Sic Diana, 3. par. tract. 4. resol. 67. Lugo,

disp. 16. num. 557. pag. 403. & Castro Parao, tom. 1. tract. 2. disp. 3. punet 1. infine. Vbi sic ait: Vnum tamen est omnino in dubitatum apud omnes, coitum vnum, non esse viam ad alium, ac proinde, etiam si mox post alium sequatur, necessario est peccatum distinctum in confessione manifestandum. Sic Castro.

QVÆSTIO IX.

An Circumstancia Contemptus sit necessario explicanda in Confessione?

AFFIRMANT absolute Suarez, de legi bus lib. 3. cap. 28. num. 24. & de pœnit disp. 22. sect. 4. in Circumstantial Quando. Nauar. cap. 9. num. 9. Fagundez, pœ. 2. lib. 4. cap. 5. num. 13. & P. Ledesma, insim. cap. 19. de pœnit. post 6. concl. & alij.

Sed clarus, sub distinctione Re pondeo: Este quidem necessario explicandam, quando contemptus est de re graui; non vero quando est de re leui. Quia in hoc casu, solum adest peccatum veniale: Nam qui contemnit legislatorem, eiusque præcepta, non absolute, sed quatenus sunt de re leui, veluti in silentio seruando, non grauiter, sed leuiter peccat. Sic Cafetanus V. contemptus. Sanchez, lib. 1. Summae. cap. 5. num. 11. & 13. Lessius, lib. 2. cap. 46. dub. 6. nu. 45. & 46. & alij apud ipsos. Medina, Valentia, & Armilla, quos citat, & sequitur Diana, 3. par. tract. 6. Miscel. resol. 72.

QVÆSTIO X.

An Si quis ex Indignatione nolit obedire Prelato, debeat circumstantiam indignationis fateri?

RESPONDEO: Debere, si indignatio est mortalis, idest, si in re graui, & ex graui indignatione nolit obedire; Nam tunc, præter transgressionem præcepti, vere incurrit circumstantiam nouam mortalis indignationis. Secus vero est dicendum: si indignatio est leuis, eo quod in re leui, & leui indignatione, non vult obediare superiori, ne ipsum in talis resolatio affectat, quia tunc tantum erit peccatum veniale. Sic Sanchez, Lessius, & Diana, II. cc.

(§)

QVÆSTIO XI.

An Religiosus, qui violat præceptum formale Prælati, contrabat duplē malitiam specificam in confessione explicandam: alteram, contra votum obedientiæ; & alteram, contra præceptum, & obedientiam debitam Prælati?

AFFIRMANT Vazquez in 1. 2. disp. 98. cap. 3. num. 7. Salas tom. 2. in 1. 2. tract. 13. disp. 3. seqt. 2. num. 16. Villalobos tract. 9. diff. 36. num. 14. Layman lib. 4. tract. 5. cap. 9. num. 6. Tannerus in 1. 2. disp. 4. quest. 2. Zumel quest. 72. art. 6. dub. 2. Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 3. num. 12. Lugo disp. 16. num. 171. pag. 336. & alij, & est probabilis sententia.

Sed, non minus probabiliter, Respondeo: Non contrahere, nisi vnicam malitiam contra Religionem, aut votum. Secus esset dicendum, si alias vellet Prælatus utraque potestate vti, & utroque modo obligare subditum (quod de facto communiter non vult, nisi solum obligare ex voto:) tunc enim subditus absque dubio, contraheret utramque malitiam, & utramque teneretur in confessione explicare. Sic Thomas Sanchez lib. 4. in *De eccl. cap. 11. num. 25.* Sotus lib. 7. de *injustitia quest. 2. art. 3. ad. 1.* P. de Ledesma in *Sum. de pœnit. cap. 19. post. 6. concl. pag. mibi 632.* & apud ipsum, Caiet. in 2. 2. quest. 88. art. 5. ad 3. Diana 1. part. tract. 7. resol. 26. & 3. par. tract. 4. resol. 67. & Anton. Perez, apud ipsum. Citat etiam Lugo pro nostra sententia, *Suarium tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 6.* (Sed hic, pro contraria refertur à Diana, loc. cit.) Tenet etiam Ludouicus quest. 1. art. 4. diff. 7. pag. 1070.

QVÆSTIO XII.

An Si duo superiores eamdem rem subdito sub præcepto prohibeant, bis peccet, non obediendo?

AFFIRMAT Aegid. *disp. 7. de Sacram. dub. 6. num. 46.* eo quod tunc subditus faciat contra duo præcepta distincta. Affirmat etiam Fagundez *præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. ultimo.* Casu, quo obedientia

transgressio sit nocua duobus: vt si unus superior prohibeat mihi aliquam actionem, quia est nocua, aut scandalosa Paulo; & postea alius superior eamdemmet actionem mihi prohibeat sub alio præcepto, quia videt esse nociam, & scandalosam Petro. Stephanum Fagundez sequitur Hurtado *disp. 9. diff. 4.*

Sed probabilius Respondeo: Non peccare bis, sed semel tantum. Quia licet subditus faciat tunc contra duo præcepta formalia; sunt tamen circa eamdem rem, & sub eodem motivo. Quod autem sit nocua multis actio prohibita, nihil refert ad hoc, quod dicamus committere duo numero peccata: sicut non comitit, qui duos, vnico istu, percutit, vt supra est habitum. Sic Vazquez 1. 2. disp. 98. quem citat, & sequitur Lugo *disp. 16. num. 139.* Ludouicus loc. cit & Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 1. num. 2. & penes ipsum, Azor tom. 1. lib. 4. cap. 1. quest. 5. Salas 1. 2. tract. 13. disp. 3. seqt. 9. num. 9. Bonacina *disp. 2. de peccatis quest. 5. punct. 3. num. 5. 10.* & seqq. & communis.

QVÆSTIO XIII.

An Circumstantia iniuriæ, vel damni commissi in Dominum, Patrem, vel Benefactorem, sit in confessione explicanda?

AFFIRMANT Lopez 1. part. cap. 29. pag. 165. & Corduba in *Sum. quest. 14.* in casu, quo dicta criminis, in damnum notabile, iniuriam insignem, & in irreuerentiam magnam illorum, machinaretur.

Sed probabilius Respondeo: Id esse verum, loquendo solum de iniuria facta Parentibus; quia, cum hoc peccatum sit contra pietatem, & reuerentiam paternam, non solum aggrauat notabiliter, verum mutat speciem. Sic Enriquez lib. 5. cap. 6. num. 3. Nauarr, cap. 14. num. 11. Azor, Toletus Silvest. & Tabiena, quos citat, & sequitur Fagundez *præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 24.* Petrus de Ledesma de *pœnit. cap. 19. pag. mibi, 264.* (2)

QVÆS.

QVÆSTIO XIII.

An Sit necessario explicandum in Confessione; an peccatum scienter; an potius ex ignorantia culpabili, ad missum sit?

AFFIRMANT: *Esse necessarium explicare peccatum fuisse scienter admisum*. Adrianus, quæst. 4. de Confessione. 2. par. illiu. vers. Si forte obijicias. Medina, C. de confessio quæst. de Circumstantijs mutant speciem. Angelus, cap. 7. moral. institutione. Nuñus, q. 9. ar. 2. dub. 2. pag. 497.
Sed probabilius Respondeo: Non esse necessarium. Quia peccata commissa ex scientia, vel ex ignorantia, eiusdem speciei, & rationis sunt. Sine enim Missam omittas scienter, siue ex ignorantia præcepti, cum tamen aduerteres debitum inquirendi; peccatum habet malitiam eiusdem speciei. Verum est, quod in ordine ad censuras Ecclesiasticas, id aliquando necessarium est explicare, quippe ab illis sepe ignorantia excusat. Sicut etiam est explicanda, quando ignorantia, ita minuit peccatum, ut ex mortali, efficiatur veniam. Sic Nuñus. cap. consideret. in principio n. 64. & sequent. Suarez, tom. 4. disp. 22. secl. 4. n. 14. Vazq. in 1. 2. disp. 11. Salas, 2. to. in 1. 2. tract. 13. disp. 8. secl. 8. Sanchez lib. 1. sum. cap. 17. num. 15. 22. & 23. Valentina, tom. 2. disp. 6. q. 6. pun. 3. G. Hurtado, disp. 5. de peccatis diff. 4. Diana, 3. p. tract. 4. resol. 140. Lugo, disp. 16. n. 182. & alij.

QVÆSTIO XV.

An Fata sit circumstantia peccati ex ignorantia affectata commissio

AFFIRMANT Sanchez, loc. cit. etiam casu, quo talis ignorantia affectata sit ad finem solum liberius peccandi, & Nuñus, loc. cit.

Sed clarius Respondeo: Non esse fatidam necessario modo dicta ignorantia solum fuerit affectata ad finem liberius peccandi, ne videlicet, notitia certa præcepti remoueat à peccato; quia nec mutat speciem; nec adhuc notabiliter agravanat, peius enim est violare præceptum notum, quam nolle illud cognoscere, ut sine remorsu violetur, quia plus reverentia ac timoris ostenditur in secundo casu, quam in primo. Secus tamen dicendum est, si ob ignorantiam pœnitens

exponetur pericolo peccandi in alias pecchie, vt si vellet cum femina congressum habere, & effectaret ignorare (id est, nescire) quænam illa esset; quia tunc exponetur pericolo incestus, adulterij, vel sacrilegij, &c. Et ideo, illam circumstantiam ignorantie neretur fateri. Sic Lugo disp. 16. num. 183. Citant etiam pro hac sententia Sanchez, & Diana, II co. Martinum Nuñarrum, in Man. cap. 6. num. 12. Sed certe non bene. Quia ibi; nec ullum verbum de hac re habet. Imo, nec alibi; hoc expresse docet. Nam in cap. 23. n. 45. Solus dicit: hanc circumstantiam angere peccatum, ob circumstantiam mali desiderij; quia scilicet, vult peccator ignorare, quod scire tenetur, ut liberius peccet. Et idem docet in cap. consideret cit. diff. 5. num. 87.

QVÆSTIO XVI.

An Qui falso putauit, alicui peccato esse annexam excommunicationem, teneatur fateri Circumstantiam excommunicationis existimatæ?

AFFIRMANT communiter Doctores, non quia incurrit pœnitens, eam; sed quia conscientia erroris reducitur ad peccatum, & materiam ipsius præcepti. Sic Enriquez, Sanchez, Azor, Nuñarrus, Salas, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez, præc. 2 lib. 4. cap. 1. num. 10.

Sed probabilius Respondeo: Non teneris; sed sufficere, confiteri peccatum, cui annexam esse excommunicationem putauit, ut constabit ex dicendis infra §. 8. quæst. 22. & 23.

QVÆSTIO XVII.

An Qui violauit ieunium putans sed fulso, esse vigiliam, debet explicare se vio- lasse ieunium cum conscientia erroris?

AFFIRMANT Nuñar. cap. 6. num. 14. & Adrian. in 4. quæst. 4. de Confessione. Citat etiam Diana, pro hac parte, Valentiam, tom. 4. disp. 7. quæst. 11. pun. 1. & bene; quia illa docet, columnam ibi 1643. vers. Quia quoniam Ioan. Medina. Citant etiam illum, pro opposita, Sanchez lib. 1. sum. cap. 11. num. 5. & ex illo, Lugo disp. 16. n. 498. & bene etiam; quia re vera, id prius docuerat, 1. 2. disp. 2. quæst. 14. punct. 4. ante quæsum 3.

Cc

Sed

Sed probabilius Respondeo: Non deberre necessario; sed sufficere, si dicat; Violauie ieiunium. Quia idem in specie peccatum commisit, ac si vera esset obligatio ieiunandi. Unde puer, qui falso putat, se teneri ad ieiunium, & non ieiunat, committit peccatum eiusdem speciei cum eo, quod committit adolescens obligatus ad ieiunandum. Sic Sanchez, & Lugo, locis citatis, & apud ipsos Sayrus, in Clavi regia lib. I. cap. 4. num. 22. & Salas, in 1.2. tract. 8. disp. unica sect. 3. num. 28. & 35. Diana, tract. 4.3. parte. resol. 162. Suarez, disp. 22. sect. 4. Legatur Lugo, lo. cit. Qui de hac difficultate, sicut de alijs, optime differit.

QVÆSTIO XVIII.

An Qui commisit aliquod peccatum, cuius periculo, prius se exposuit; teneatur utrumque explicare, dicendo; Exposui me periculo, & in ipso superatus sum?

AFFIRMARE tenentur, si consenserint loqui velint, Fabrus in 4. disp. 14. quæst. 2. disp. 18. cap. 3. num. 68. & Sancius, disp. 21. num. 20. (vt ex dicendis quæst. sequenti notescet.)

Sed longe probabilius Respondeo: Non teneri utrumque explicare; sed sat erit explicare peccatum principale commissum, cuius periculo, se exposuit, dummodo inter periculum, & peccatum subsequens, non intercedat talis, & tanta mora, quæ sufficiat ad distinguendum unum peccatum ab alio. Ratio est. Quia exponere se periculo; & peccatum, cuius periculo exponitur, non differunt specie: ergo, si aliunde moraliter coniunguntur ad faciendum unum, & idem peccatum moraliter, non est unde debeat pœnitentia explicare in particulari periculum, cui se exposuit; cum nihil aliud fuerit, quam quædam voluntas in directa peccati sequentis, quæ facit unum cum ipso peccato secuto. Sic Lugo in proprijs terminis disp. 16. num. 511. pag. 394. Bonacina, disp. 15. quæst. 5. sect. 2. pun. 2. §. 3. diff. 1. num. 7. Diana 1. par. tract. 7. resol. 4. Qui pro hac parte citat Thomam Sanchez lib. I. Decalog. cap. 8. num. 4. & Suarium ex illo, qui tamen in terminis, id nullo modo dicunt, licet alias, ex eorum doctrina, haud obscure colligatur.

QVÆSTIO XIX.

An Qui tempore gravis tentationis, omittit orare, & temptationi succumbit, committat duplex peccatum necessario confitendum, alterum, contra religionem, alterum, contra castitatem?

AFFIRMANT Fabrus, & Sancius II. cc. Sed probabilius Respondeo: Non committere, nisi unicum peccatum, contra Castitatem. Quia vt constat ex numero dictis, obligatio orandi; tunc non est alia distincta ab illa, qua homo tenetur vitare peccatum carnis; cum obligatio orandi, tunc non obliget perse, sed per accidens, vt ipsum Sancius fatetur: ergo omissione orandi, non est peccatum distinctum à peccato illo, quod per orationem vitari debebat. Sic Lugo, Diana, locis citatis. & Villalobos, tom. I. tract. 24. diff. 4. num. 3.

QVÆSTIO XX.

An Consuetudo peccandi, sit circunstanția necessaria in Confessione aperienda?

AFFIRMAT Enriquez, lib. 5. cap. 8. num. 1. Qui pro hac sententia citat D. Anton. Tabienam, Rosellam, Siluestrum, Sotum; Fagundez, p. c. 2. lib. 4. cap. 4. num. 7. qui citat Suarium pro se in tom. 4. dif. 22. sect. 4. num. 15. Sed male, cum oppositum doceat. Citat etiam pro hac parte Sancius, Patrem Gabrielem Vazq. de pœnit. quæst. 91. ar. 1. dub. 3. Sed immerito etiam, cū oppositum sustineat. Vincencius, Candidus, tom. 2. disquisitio 24. ar. 23. dubitatio 48. Qui etiam citat Suarium pro se.

Probabilius ergo Respondeo: Non esse necessario confitendum. Quia peccata præterita, non addunt peccato hodierno, nouam aliquam circumstantiam, specie diuersam: ergo. Sic Bonac. de Sacram. disp. 5. quæst. 5. sect. 2. pun. 2. §. 3. diff. 3. num. 22. Qui citat pronostra sententia, Suarium, Reginaldum, & Zerolam, & bene, Diana, I. par. tract. 7. resol. 15. & Lugo, disp. 16. num. 201. Qui (& merito) citant Vazquium loc. cit. pronostra parte. Sa, verb. Confessio. num. 23.

Sancius, disp. 9. à num. 6. & alij plures.

QVÆS.

QVÆSTIO XXI.

An Saltem, teneatur pœnitens confiteri consuetudinem peccandi, si à Confessario de illa interrogetur?

AFFIRMANT Diana loc. cit. resol. 15. & clarius, resol. 55. Vazquez, Enriquez, Reginaldus, & alij apud ipsum; Candidus lo. cit. & Silvester apud ipsum.
Sed probabiliter Respondeo: adhuc in hoc casu, non teneri, si alias pœnitens, vere sit dispositus. Quia pœnitens non tenetur, (vt vidimus) ratem consuetudinem confiteri: Ergo, nec Confessarius habet ius, ad hoc interrogandum: Sic Sancius disp. 6. cit. à nu. 6. De quo, adhuc infra, quæst. ultima huius disputationis.

§. VIII. De Circumstantia, Quando.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotatur per Circumstantiam Quando?

RESPONDENT: Quod, dies; vel tempus, in quo sit peccatum: & multorum præceptorum, eiusdem, aut diuersæ rationis, & speciei occursus. Sic explicat Fagundez, præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 19. & communis.

QVÆSTIO III.

An circumstantia diei festi, in quo sit aliquod peccatum, ut iuramentum, fornicatio, furtum &c. Sit necessarium in confessione explicanda?

AFFIRMANT Alex. Lyra, Anton. Angel, Adrian. & alij, usque 16. Doctores, quos referunt Fagundez, præc. 1. lib. 1. cap. 9. num. 1. & præc. 2. lib. 4. cap. 5. num. 20. & Lugo. disp. 16. num. 515. pag. 395.

Sed probabilius Respondeo: Non esse. Quia non mutat graniter speciem peccati. Præceptum namque, de die festo seruando, non obligat specialiter ad non peccandum in illo, sed solum ad non excoenda opera

QVÆSTIO XXII.

An Qui transgreditur aliquod præceptum, resistendo simul vehementissimæ inspirationi diuinæ, teneatur eam circumstantiam explicare?

AFFIRMARE possent, qui obligant ad confitendas circumstantias aggrauantes. Sed certissime, iuxta nostram doctrinam, Respondeo: Non teneri, quia illa circumstantia, non mutat speciem. Sic Sancius, disp. 7. n. 11. & Lugo, disp. 16. num. 514. pag.:

395.

seruilia, & ad non omittendum sacrum. Licet enim peccatum, sit opus levile spirituale, non tamen corporale, vt intelligit præceptum. Sic Vazquez, quæst. 91. art. 1. dub. 4. Suarez, tom. I. de Religio. lib. 2. ca. 18. num. 3. Viuald. Aegid. Enrriquez Nduar. Sotus, & Victoria, quos citat, & sequitur Fagundez, lo. cit. P. Ledesma, Nufius, Bonac. & alij, quos refert, & sequitur Diana, 1. par. trist. 7. resol. 32. Cajet. Cano, & Medina, & alij, quos affert, & sequitur Lugo lo. cit. Archang. dift. 16. pag. 109. Luyfius, q. 9. de pœnit. ar. 2. dub. 3. Binsfeldius, 2. par. Enchirid. cap. 3. §. 9. pag. 183. & Thomas à Iesu, cap. 3. pag. 107. Candidus, disquisitio 24. art. 23. dubit. 42. Trullench, lib. 6. in Decalog cap. 1. dub. 7. nu. 11. Hurtado, disp. 9. diff. 4. & alij quam plures, penes ipsos, Graffius, lib. 1. decis. cap. 20. num. 5. & communis.

QVÆSTIO III.

An Si quis in die fouis, aut Veneris sanctis aliquod peccatum, præcipue carnale, committat, tencatur hanc circumstantiam confiteri?

AFFIRMANT Medina insim. lib. 1. cap. 9. §. 1. & in 1. 2. quæst. 7. art. 3. Pitiglian. in 3. disp. 17. q. unica. Cc 2 art.

art. 5. Rodriguez in Sum. cap. 53. num. 12.
Llamas, 3. p. cap. 8. §. 14. Quos omnes assert
Diana lo. cit. Lopez, 1. par. c. 34 pag. 195.
Binsfeldius, lo. cit. & Gregor. Martinez, in
1. 2 q. 7. ar. 3. pag mibi, 531. Addens; idē
esse dicendum, secundum graues Doctores, si
huiusmodi peccata fiant in die Nativitatis,
& Resurrectionis Domini.

Sed probabiliter Respondeo: Non teneri;
(nisi alias peccatum fiat in contemptum diei
sacri, aut ex industria, aut profanetur dies
sacra.) Quia, licet peccata facta in die festo,
aliqualiter opponantur reverentia debite
tali diei; sed non grauiter. Sic Enriquez, lib.
5. cap. 6. nu. 6. Suarez, lo. cit. cap. 18. nu. 16.
Fagundez, præc. 2. lib. 4. c. 5. nu. 20. Filiuc.
tr. 21. c. 9. n. 347. Diana tr. 7. cit. resol. 32.
Lugo disp. 16. num. 520. & 523. pag. 396.
Trullench, lo. cit. per hæc verba: Hoc autem
pro certo habe, delictum carnale patrare in
die festo, etiā in die Iouis Sancti, vel eodie,
quo quis ad confessionem, vel communionē
accessit, non esse circumstantiam mutantem
speciem; immo nec ita aggravatam, ut sit ne
cessatio in confessione manifestanda.

QVÆSTIO III.

An Sa' tem. si aliquis, aliquod peccatum com
misit in die, qua Eucaristiam sacram
sumpsit, teneatur hanc temporis
circumstantiam fateri?

AFFIRMANT Martinez, Binsfeldius
& Medina II. cc. & non nulli alij, a
pud Dianam, loc. cit.

Sed probabiliter Respondeo: Non teneri,
regulariter saltem loquendo; Quia alias,
Sacerdos, qui quotidie celebrat, deberet in
singulis peccatis explicare illam circumstan
tiā Missæ celebrat, illodie; quod nemo
facit. Sic Homobonus, quem citat, & sequi
tur Diana, 1. par. tract. 7. resol. 32. Tru
llench, lo. cit. & Lugo, lo. cit. num. 523. Qui
tamen addit: posse aliquod peccatum contra
here malitiam graue explicandam necessa
rio, ut si quis in die veneris sancti: ludos pro
hibitos, aut comedias vellet exhibere; aut
si quis, ab ipso Altari, in quo celebrauit, iret
immediate ad peccandum cum concubina,
nam in his casibus, vere committeret graui
ssimam irreuerentiam contra Sacratissimum
diem veneris sancti; & diuinum

Eucharistie Sacra
mentum.

(§).

QVÆSTIO V.

An Qui omittit Missam (aut, operatur) in
die Dominica, qua occurrit festum alicuius
sancti; aut violat ieunium in Quadragesi
ma, qua occurrit vigilia alicuius Sancti,
dupliciter peccet, & teneatur banc
circumstantiam explicare?

AFFIRMANT Navar. in man. cap. 11.
num. 4. Reginald. lib. 6. nu. 129. Eg
idius, disp. 7. dub. 6. num. 47. Tanne
rus, Homobonus, Lopez, Fabrus, & Rodri
guez, quos assert Diana. 1. par. tract. 7. re
sol. 22. Quia existimant; quamcumque distin
ctionem præceptorum, sufficere ad distinctio
nem specificam, vel numericam peccati

Sed probabiliter Respondeo: Nec dupli
citer peccare; nec teneri in confessione expli
care illam circumstantiam duplicitis tituli ad
ieiunandum, &c. Sed sat erit dicere; Violau
ieiunium præceptum: Non audivi sacrum in
die festo &c. Quia utrumque præceptum ten
dit ad eamdem honestatem formalem, nempe
ad honestatem religionis in die festo; & ad
honestatē tēperantia in iejunio: Ergo utrū
que præceptum relinquit peccatum, intra
eamdem speciem: Ergo &c. Sic Vazquez, q.
91. ar. 1. dub. 4. n. 9. & 1. 2. q. 72. ar. 6. disp.
98. ar. 8. Suarez, disp. 22. sect. 4. Sanchez, lib.
9. de matrim. disp. 15. num. 6. Sancius, disp.
11. num. 7. Montesinos in 1. 2. tom. 2. disp. 4
q. 4. n. 6. 9. & disp. 5. q. 4. nu. 47. Diana, &
Luisius, II. cc. Hurtado, disp. 9. diff. 4. Lu
go, disp. 16. num. 257. pag. 350. Fagundez;
præc. 2. lib. 4. c. 5. num. 21. & P. Cornejo, in
1. 2. tract. 7. disp. 5. dub. 8. pag. 846. Ocha
gau. q. 14. cit. n. 19. Ludouicus, q. 1. artic.
4. dub. 6. pag. 106. 9. Bonac. disp. 5. q. 5. sect.
5. pun. 2. §. 3. diff. 3. num. 24. Molfes. tr. 8.
cap. 7. n. u. 22. pag. mibi. 549. post Enri
quez, lib. 5. cap. 5. Castro Palao, tom. 1. tr. 2.
disp. 3. punto. 1. numer. 2. & 3. pag. mi
bi. 102. Salas, 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2.
num. 17. & 18. & penes ipsum, Herrera, A
zor, Zumel, & Saytus, & communis.

QVÆSTIO VI.

An Siquis violet votum (aut iuramentum)
quod pluries emisit, & renouauit; te
neatur circumstantiam repetiti
onis voti, in Confessio
ne explicare?

RESPONDEO: non teneri. Quia unū
solum committit peccatum. Ratio
est, Quia Primum votum, aut primū
iura-

iuramentum est, quod obligationem inducit: ceteræ repetitiones, aut renouationes, nullo modo; cum tantum primum renouent, & confirmant. Idemque omnino dicendum est, de teste, qui simul rogatus de pluribus articulis sub iuramento, in omnibus mentitur, videlicet, quod unum tantum per iurium committat. Vnde sat erit dicere: violavi quoddam votum, aut iuramentum, aut per iurium commisi. Sic Enriquez, lib. 5. cap. 5. num. 6. Fagundez, loc. cit. num. 21. Sanchez, lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 25. & lib. 1. Decal. cap. 14. num. 10. Diana, loc. cit. resol. 40. Lugo, disp. 16. num. 244. Suarez, quem cum alijs citat, & sequitur Luysius, q. 9. cit. art. 2. dub. 3. Cornejo loc. cit. Castro, Palao, tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 3. n. 5.

QVÆSTIO VII.

An Saltem, repetitio eiusdem voti, vel iuramenti efficiat, ut eius transgressio sit duplex culpa, si repetens votum, aut iuramentum, nouam sibi obligationem imponere intentat?

AFFIRMANT aliqui, quos, suppresso nomine, refert Sanchez lib. 1. Sum. cap. 14. num. 10.

Sed probabilius Respondeo: Nec, in hoc casu, multiplicari culpam; ac proinde nec teneri pœnitentem, talis multiplicatio- nis circumstantiam confiteri. Quia, vt bene Sanchez, si posset repetendo, talem sibi obli gationem imponere, etiam posset, vnicavice volendo, mille sibi obligationes impone re: at nequit vnicavice, eo quod voluntas ipsius vountis, nō satis est ad sumendas pro libito obligationes, quando materia, circa quam versatur, est vnicavice, & sub vnicavice ratione, & ex vnicavice virtute: Ergo. Sic Sanchez, loc. cit. Bonac. quæst. ultima de matrim. pun. vi timo, n. 28. Salas, sect. 2. citata n. 9. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An Obligatus ad ieunium ex præcepto Ecclesiæ, & voto; aut ex iuramento, & voto simul, teneatur, si illud frangat, utramque obligati nem explicare?

RESPONDEO: Affirmative. Quia præceptū Ecclesiæ, & votū; aut votū, & iuramentū, trahunt peccatum illud ad diuersas species; contratemperantiam, videlicet, & religionem; vel contra religio-

nē, & fidelitatē. Et idem omnino dicendum est de illo, qui rē promissam alteri sub voto, & iuramento, nō adimpler. Sic Nauar. c. 11. n. 4. Sanchez, de matrim. lib. 7. disp. 27. n. 26. & lib. 9. disp. 15. n. 6. Fagundez, præc. 1. lib. 2. c. 4. n. 2. & ultimo & præc. 2. lib. 3. c. 5. n. 10. & Lugo, disp. 16. num. 255. pag. 350. Qui, & bene, in ordine ad confessionē notat, differentiā inter violationē præcepti, & voti, quod in violationē præcepti, debet explicari necessario, materia præcepti, an v. g. esset ieunium, auditio Missæ &c. Non vero in violationē voti, sed sufficit dicere: violavi votū in re graui. Lege illū. Bonac. etiam, de Sacram. disp. 5. q. 5. se ct. 2. pun. 2. §. 3. diff. 3 n. 24. Candid. disquisit. 24. or. 23. cubit 42. Sic etiā, Molfes. loc. cit. n. 25. Vbi sic ait: Pro cedit et iā, si materia sit vnicavice, & vnicavice virtus, sed motiuū sit diuersū; tunc tot sunt peccata, quot rationes respicit motiuū, vt habens obligationem audiēdi sacrū ex præcepto Ecclesiæ, ex voto, & iuramento, sūt tria peccata distincta, omittens sacrū: Nā licet sit eadem virtus Religionis in obseruantia festi, voti, & iuramenti, tria tamen sunt motiuū distincta. Præceptū, continet Religionem; Votum obligat ad seruandā fidē Deo; & Iuramentū, ad obseruandā fidelitatem, & veritatem Dei, qui adductus est testis in iuramento, & sic tria peccata diuersa, quāuis vnicavice faciat omnibus. Sic ille, & apud ipsum, Vazquez, Sayrus, Zumel, Azor, & alij. Sic etiam Salas statim citandus.

QVÆSTIO IX.

An Religiosus, qui violat ieunium, quod ex præcepto Ecclesiæ, & ex præcepto regulæ obseruare tenetur, duplicitate peccat, debeatque illos duos titulos explicare?

AFFIRMANT Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 5. n. 6. Vazq. in 1. 2. disp. 98. c. 2. n. 8. & 9. alias c. 3. n. 7. & 9. Merolla tom. 1. disp. 2. c. 7. n. 126. Quos citat Diana 4. par. tr. 4. resol. 83. Nauar. in Sum. c. 11. n. 4. Montesinos, in 1. 2. tom. 2. disp. 4. q. 4. n. 69. & Fagundez statim citandus. Castro Palao to. 1. tr. 2. disp. 3. pun. 3. n. 12. Azor, tom. 1. lib. 4. cap. 2. q. 6. Quia frāgit (inquiet) duo præcepta diuarum virtutū, inter se specie diuersū: alterū, spectans ad virtutem tēperantiae, quale est ieunium Ecclesiæ; alterū, spectans ad virtutem obedientiae regulæ, ad quam voto se adstrinxit.

Sed æque probabilius Respondeo: Nec

dupliciter peccare; nec consequenter, teneat i
llos duos titulos, aut obligationes, in con-
fessione explicare. Sed sufficere, si dicat;
violani ieuniū præceptū. Quia illa duo præ-
cepta, quæ violat, non ad duas virtutes, sed
ad unicā temperantia speclat; eo quod præci-
piant eundem actum temperantiae, sub eadem
ratione formalis obedientia; Ecclesia, scili-
cer, & regulæ. Quod autem religiosus ad obe-
dientiam regulæ per votū obligetur, id per ac-
cidēs est, vt constat. Secus autem dicendum
est, si Prelatus, aut regula, nō ob rationem
temperantiae, sed solum sub ratione speciali
obedientiae, præciperet Religioso ieunium
in Quadragesima; quia tunc transgressio
illius esset duplex peccatum specie distinctū,
contra temperantia, videlicet, & obedientia,
quæ in speciali exiguntur. Sic Cornejo, in. 1.
2. tr. 7. q. 71. disp. 5. dub. 8. pag. 846. & ante
illum expresse Caiet. in 1. 2. q. 186. ar. 4. §.
cicitur ad hoc. & in hanc sententiam aliquā
litter inclinā Fagund. præc. 2. lib. 4. c. 5. nu-
m. 2. Salas, tr. 13. disp. 3. sect. 2. num. 17. pag.
mibi 382. & penes ipsum, alij.

QVÆSTIO X.

*An Qui tenet ieunare, aut audire Mis-
sam, e. dem die, ex præcepto Ecclesiae & ex
præcepto Confessoris, duo peccata com-
mittit, non ieunando, vel omi-
tendo Sacrum?*

NEGANT Montesinos in 1. 2. tom. 2.
disp. 4. q. 4. n. 7. & Egid. disp. 10. n.
68. Quia utrumque præceptum (in-
veniunt,) est circa eamdem virtutem forma-
lem nempe, abstinentiam.

Sed probabilius Respondeo: Affirmative
(uxta nuperdicta.) Quia in hoc casu, Confe-
ssarius sub speciali præcepto satisfactionis
præcipit pœnitenti ieunium, aut auditionē
Missæ, duo ergo peccata committit non ieun-
ando, aut omitendo sacrum; alterū, contra
virtutem temperantiae, & alterum, contra vir-
tutem satisfactionis. Sic Sanchez, in sum. lib.
1. c. 14. n. 9. & Lugo, disp. 25. n. 67. pag. 585
Mollesius, tra. 8. cap. 7. num. 24.

QVÆSTIO XI.

*An Qui frangit ieunium comedendo Car-
nes, duo committat peccata in Con-
fessione explicanda?*

AFFIRMANT Sanctius disp. 51. n. 16.
Sanchez lib. 4. sum. cap. 11. n. 42. &
53. Ludecicus, 1. par. sum. tr. de ie-

junio. ar. 7. dub. 2. pag. 674. Granados, tr.
disp. 9. n. 22. pag. 1262. Ochaganua, tr. 2. q.
14. n. 9. Texeda, Contro. Theol. moral. lib. 2.
trat. 3. Contro. 10. n. 35. Bonac. disp. 5. q. 5.
sect. 2. pun. 2. §. 3. diff. 3. num. 5 insine. Quia
existimat in eo casu, duplex violari in specie
præceptum. Affirmant etiam, Montesinos, in
1. 2. q. 73. ar. 2. disp. 5. q. 4. & Fillius, tr. 7.
num. 90. Licet existimat, non esse duplex
peccatum, sed unū grauius. Et licet hæc sen-
tentia, vt explicatur à primis authoribus sit
probabilior, & tenenda.

Tamen probabiliter Responderi potest:
Non committere, nisi unicum peccatum, cō-
tra virtutem temperantiae, (vt satis probabi-
liter probat Doct. Montesinos:) Ergo perse-
quendo, non erit necessaria explicare cir-
constantiam modi, quo ieunium violatum est;
cū sit tantum aggravans. Huic opinioni, in-
enit Diana, 1. par. tr. 7. resol. 60. fuit Gas.
Hurtado disp. 9. diff. 4. Sed ego, in quo fa-
ueat, nō video: deberet tamē ipse Diana, iux-
ta suam doctrinam; sed non audet, ibi, neq; 5.
par. tr. 14. resol. 56. Vbi hanc questione ite-
rum tractat.

QVÆSTIO XII.

*An Qui in die ieunij comedit Carnes, &
lacticinia, vel sua similes, distincta
peccata committat?*

AFFIRMANT Egid. disp. 7. de Sacram.
dub. 5. n. 42. Diana, 3. par. tr. 4. resol.
157. & 4. par. trat. 4. resol. 241. ex
Mercero, q. 14. dub. 4. & Sancius, disp. 51. n. 27.
Sed ego aequa probabiliter Respōdeo: vni-
cum tantum patrare peccatum. Quia, vel unicum
solum præceptum violat; aut si duo, (vt con-
trarij volunt,) sub una, & eadem ratione
formali abstinentiae. Ergo Adde, quod (vt ipsa
semet Sancius n. 28. ex Thom. Sanchez cō-
cedit) non inter dicuntur oua, aut lacticinia
ob ieunium, sed ob abstinentiam à carnibus:
ergo ad summū, unū præceptum erit propter
aliquid: ergo unicum peccatum committit, qui illa
duo præcepta frangit: Quia ubi est unū prop-
ter aliud, unicum censetur moraliter; vt bene
Fagundez præc. 4. lib. 1. cap. 2. num. 10. &
sequent. Ergo.

QVÆSTIO XIII.

*An Qui venit aliquo die ieunare, toties pec-
cat, quoties in illo die carnes comedit?*

AFFIRMANT Suarez. tom. 2. de Religiō
lib. 4. cap. 7. num. 12. Azor, 1. par.
lib. 11. cap. 20. & alij.

Sed

Sed probabilius Respondeo: Non peccare toties, quoties; sed semel in prima carnioco mensione Sic Sanchez lib. 4. Sum. cap. 11. num. 42. Diana 1. part. tract. 9. resol. 45. & 3. part. tract. 4. resol. 157. & apud ipsum, Layman.

QVÆSTIO XIV.

An Sacerdos, qui sciens, se teneri vincule peccati mort. & excommunicationis, celebrat; committat duo peccata in confessione explicandas

AFFIRMANT Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 66. sect. 1. Bonacina de Sacram. disp. 4. q. 6. punct. 1. num. 34 & apud ipsum, Nuñus q. 80. art. 4. diff. 3. Enriquez lib. 5. cap. 7. num. 2. & apud illum, Nauar. cap. 6. num. 8. Palacios, Conuar. Perez, & alij. Molfesius etiam, & Homobonus, quos affert Diana 2. par. tr. 14. resol. 22. Reginald. lib. 29. sub. nu. 99. & alij. Sed, aque probabiliter, Respondeo. Non committere duplex peccatum, & ideo non teneri, nisi de unico peccato confiteri. Ratio est. Quis in eo casu, non facit Sacerdos contra duas obligationes specie distinctas; cum lex humana, sub eadem ratione formaliter Religionis, prohibeat idem, quod lege diuina prohibitum erat. Sic Vazquez tom. 3. disp. 206. cap. 1. num. 6. quem sequitur Diana loc. cit. Fagundez præc. 1. lib. 2. cap. 5. num. 25. pag. 100. Alterius de cens. lib. 1. disp. 6. cap. 3. vers. Quares. Corduba casu 11. & alij.

QVÆSTIO XV.

An Sacerdos celebrans in mortali, peccet tripliciter; videlicet, quia indigne consecrat, indigne offert, & indigne sumit corpus Christi

AFFIRMANT Canus de Pœnit. part. 4. & Chamerota de Euchar. cap. 9. dub. 12. Quibus ex parte faret Nuñus q. 82. art. 5. Lugo disp. 8 de Sacram. in gene- resect. 9. num. 161. pag. 152. quatenus docent, dupliciter saltem peccare, nempe, in consecratione, & sumptione Sacramenti.

Sed probabilius Respondeo: Non patrare nisi unicum peccatum. Quia, ut docet D. Thom. 1. 2. q. 72. art. 6. quando diuersi actus, alijs alij sub ordinantur, non efficiunt diuersa peccata; sed sic est, quod consecrare,

offerre, & sumere Sacramentum, sunt & & subordinati ad rectam sumptionem: ergo. Sic Azor 1. p. lib. 4. cap. 2. q. 6. & lib. 10. cap. 31. q. 10. & 11. Rodriguez cap. 249. de Mis sa, Fagundez præc. 1. lib. 3. cap. 5. n. 25. & præc. 2. lib. 3. c. 5. n. 8. Diana 2. p. tr. 14. resol. 24. Enriquez lib. 5. c. 5. n. 6. & lib. 8. c. 45. n. 2. Homobonus de exam. Eccl. p. 1. tr. 4. c. 16. q. 147. Bonac. de Sacram. Euchar. disp. 4. q. 5. n. 4. Salas tom. 2. in 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2. num. 18. & alij.

QVÆSTIO XVI.

An Sacerdos celebrans in mortali, non præmissa Confessione, committat duo, admittens, peccata; vnum, quia committit confessionem; alterum, quia celebrat in peccator?

AFFIRMANT Molfesius tom. 1. tr. 3. c. 8. n. 90. vt refert Diana 2. p. tr. 14. resol. 24. Sed certe Molfesius, si attente legatur, vt ego legi id non dicit expresse, solum dicit, prædictum Sacerdotem sic celebrantem, duplex transgredi præceptum, vnum affirmatum Ecclesiasticum, omittendo confessionem; & alterum diuinum negatum, de non sumendo Eucharistiam indigne. Quod verum est; vt nos statim. Affirmant tamen expresse, Camerota de Eucar. cap. 10. dub. 12. & Soto in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4. cõcl. 6.

Sed probabilius Respondeo tantum committere vnum peccatum. Quia licet verum sit, quod duo simul præcepta violent, vnum datum de premitenda confessione, ante receptionem Eucharistie; & alterum, de non accedendo indigne ad illam; quia tam in præceptum confessionis ordinatur ad dignam susceptionem Sacramenti, vnius mortaliter tam erit præcepti violatio, & ita reus vnius solum mortalitatis. Qui avbi vnum est propter aliud, vnum mortale est. Sic Fagundez, & Diana loc. cit. Bonacina de Euchar. disp. 4. q. 4. pun. 1. n. 33. Azor 1. p. lib. 10. c. 30. q. 10. Nuñus q. 80. ar. 4. diff. 3. & alij. Qui idem dicendum, notant, de illo, qui tempore quadragesimæ fecit confessionem invalidam, eo quod, licet peccauerit contra præceptum dividuum de integritate confessionis, & contra Ecclesiasticum de annuali confessione, præceptum Ecclesiæ, subordinatur diuino. Ita expresse ipsi, & Enriquez lib. 5. c. 5. n. 6. & penes ipsum, Soto in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4. Mediæ 1. 2. q. 10. 9. art. 4. Durand. d. 28. q. 3. & 4. Vega de iustific. q. 13. concl. 4. Archang. d.

17 pag. 190. cōtra Canum relect. de pœnit.
Par. 4. & Petrum de Soto lect. 22. putantes,
esse duo peccata.

QVÆSTIO XVII.

An. Qui in statu mortali, & non ieiunus cele-
brat, aut communicat, duplice peccet
peccato in confessione
explicando?

AFFIRMAT Thomas de Aflieto cum
alijs apud Dianam 4. part. tract. 4. re-
sol. 195.

Sed probabilius Respondeo. Non peccare
nisi vnicum mortali. Quia licet in dicta com-
munione reperiatur transgressio duplicitis
præcepti, positiui videlicet, & diuini natura-
lis; quia tamen, utrumque præceptum est cir-
ca eamdem virtutem Religionis, & reu-
rentiam tanto Sacramento debitam; ideo
eius violatio, idem erit in specie peccatum.
Sic Hurtado de Sacram. disp. 9. diff. 1. quem
affert, & sequitur Diana loc. cit.

QVÆSTIO XVIII.

An Sacerdos, qui in Missa, vel extra illam,
plures successiue communicat, tot pec-
cata confitenda committat, quoti-
sunt personæ quas
communicat.

AFFIRMANT Philibertus de Missa sa-
cristi. io tract. 2. part. 3. cap. 8. num.
9. pag. 277. Bonacina disp. 4. de Eu-
charistia q. 5. pun. 2. num. 5. & de pœnitentia
disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 2. qui
pro hac parte citant Siluestrum, ver. clericus
2. num. 2. ad finem. Azorium 1. part. lib.
4. cap. q. 6. Suarium tom. 4. disp. 22. sect. 5.
num. 35. & Homobonum tract. 8. cap. 4. q.
12. Verū ex his authoribus, Suarez, & Azo-
rius, hanc partem non amplectuntur, locis ei-
tatis; potius oppositam insinuant, quānius
neutram in terminis tractent.

Sed probabilius Respondeo. Non commit-
tere nisi vnicum peccatum. (Dato pro nunc,
non concessio; talem Sacerdotem, lethaliter
delinquere, de quo, tract. de Eucharistia) Ra-
tio est. Quia ingener moris, vñica est illa
actio; ergo per illam, vnicum peccatum com-
mitit; non aliter, quam si quis in peccato
mortali, vna aspersione, aut absolutione, mul-
tos baptizaret, aut absolveret. Sat ergo erit
si in confessione dicat; se administrasse Eu-
charistiam in peccato mortali, sine exprimendo.

sione numeri personarum, quas communica-
uit. Sic Enriquez lib. 5. & 2. de pœnit. cap.
5. num. 6. Medina in 1. 2. quæst. 109. art. 4.
Caet. quæst. 72. art. 6. Sotus dist. 18. q. 1.
art. 4. Diana 1. part. tract. 7. resol. 41. Posse-
uinus cap. 5. num. 43. Rodriguez 1. part.
cap. 249. Fagundez præc. 2. lib. 3. cap. 5.
num. 9. & alij.

QVÆSTIO XIX.

An Similiter, Sacerdos, qui in peccato mor-
tali plurium confessiones exceptit, suces-
tive; multipliciter peccet, & tenea-
tur numerum confessionum
explicare?

AFFIRMANT Philibertus, & Bonacina
loc. cit. & alij, apud ipsos. Candidus
tom. 2. disquisitio. 24. art. 22. dub.
7. Silvester, & Azor apud ipsum. Molfes. 1.
part. Sum tract. 7. cap. 24. num. 16. & pe-
nes ipsum, Megala part. 1. lib. 1. cap. 4. nu-
4. Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. pun.
3. num. 8. & apud ipsum, Vazquez 1. 2. disp.
98. cap. 3.

Sed probabilius Respondeo; Non multi-
plex, sed vnicum peccatum commitere; dum
modo, semel successiue, vel parua mora in-
terposita, vnam, post aliam, confessionem au-
diat. Quia ingener moris, hæc, prouincia, re-
putatur actio. Sic Rodriguez tom. 2. cap.
44. num. 23. Fagundez loc. cit. Diana 1. par.
loc. cit. resol. 43. & 3. par. tract. 4. resol. 67
& 4. part. tract. 4. resol. 45. Et hanc partem
supponit Lugo disp. 16. num. 135. pag. 329.
& docet num. 558. pag. 303.

QVÆSTIO XX.

An Beneficiatus, & in sacris constitutus;
duplex peccatum committat,
siboras Canonicas
omittat?

AFFIRMANT Sanchez lib. 9. de ma-
trim. disp. 15. num. 5. & 6. Suarez
tom. 2. de Religione lib. 4. cap. 13.
Bonartius de Horis canon. lib. 2.
cap. 21. num. 1. Fagundez loc. cit. num. 10.
pag. 363. & lib. 4. cap. 5. num. 23. pag. 409.
Bonacina de Horis canon. disp. 1. quæst 5.
punct. 1. num. 4. Carolus Maginus, & Paulus
Squillantes, quos citat, & sequitur Phili-
bertus. tract. 2. de Ordine part. 6. diff. 8.
pag. 245. Candidus disquis. 24. art. 23. du-
bit. 42. & alij.

Sed

Sed Probabilis Respondeo: Vnum tantum peccatum committere. Quia solum, vni cæm virtutem violat, nempe, Orationis, aut Religionis; & sic sufficiet, si dicat in confessione: Omisi semel officium diuinum. Sic Enriquez lib. 5. cap. 5. num. 6. & lib. 12. cap. 12. num. 3. in *Glosa lit. O. Azor* 1. p. lib. 4. cap. 2. num. 6. *Garcias de benef. tom. 1. p. 3. cap. 1. num. 125.* & alij, quos citat, & sequitur Diana tract. 12. de Horis Can. resol. 22. & 4. part. tract. 4. resol. 219. Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 3. punct. 1. nu. 2. Salas 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 2. num. 18. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Qui per totam noctem ludit cum pluribus, contra legem id prohibentem, tot peccata committat, in confessione explicanda, quo sunt personæ, cum quibus ludit?

AFFIRMANT Castro Palao tom. 1. tr. 2. disp. 3. punct. 3. num. 8 pag. mibi. 106. Qui pro se citat P. Gabrielem Vazquez 1. 2. disp. 98. cap. 3. num. 9. Sed probabilis Respondeo: Non committere, nisi vnum mortale; si continuare, sic ludat. Quia ita ludens, semel tantum lusisse videtur. Vnde pœnitens in hoc casu, satisfaciens si in confessione dicat: Semel lusi, contra legem id prohibentem. Sic Azor loc. cit. cap. 4. in fine Sancius disp. 6. num. 1. & Diana 4. p. tract. 4. resol. 45. post Nauarrum in cap. consideret in principio de pœnit. dist. 5. num. 48. & Bart. in l. inficiando, ff. defuratis.

QVÆSTIO XXII.

An Qui committit aliquod peccatum annum habens excommunicationem, duplex patret peccatum?

AFFIRMAT Enriquez lib. 5. cap. 7. num. 2. per hæc verba: Si peccatum habet excommunicationem annexam, est contra specialem virtutem obedientiæ. Sic ille, qui & citat pro hac parte (lit. K) Nauarrum cap. 6. num. 8. Palac. Rub. Couarr. & Perez.

Sed probabilis Respondeo: Per se non patrare, nisi vnum peccatum. Quia nullum est speciale præceptum prohibet, quod nullus incurrit excommunicationem; sed tantum

prohibens peccatum, ob quod excommunicatio imponitur. Dixi autem, *per se*; quia, per accidens, fieri potest, quod aliquis teneatur sub speciali peccato, non incurrire excommunicationem, aut exire ab illa, ratione aliqui officij, ad quod tenetur, & cum excommunicatione exercere non potest. Sic Auila de cens. 2. part. cap. 5. disp. 1. dub. 11. concl. 1. & 2. Corduba in Sum. q. 11. Lugo disp. 16. num. 256. & Candidus disquis. 24. art. 23. dubit. 43. Qui tamen, male citat pro hac parte, Enricum Enriquez, cum oppositum clare doceat.

QVÆSTIO XXIII.

An Saltem, in eo casu, teneatur pœnitens explicare circumstantiam excommunicationis impositæ?

NEAT simpliciter, esse necessarium, explicare dictam excommunicationem, sed sufficere explicare peccatum, propter quod fuit imposta, Corduba loc. cit. Affirmat vero econtra, P. de Ledesma loc. cit. pag. mibi, 265.

Sed clarius Respondeo: Non esse necessarium, casu, quo aliquis, extra Sacramentum, absolutus iam fuisset ab excommunicatione, lata v. g. ob furtum. Nam hoc dato, postea quando confitetur, non oportebit explicare excommunicationem contractam, aqua iam est legitime absolutus; sed sufficiet confiteri furtum, & dilationem culpabilem restitutio[n]is: secus autem est dicendum, si extra Sacramentum, non esset ab excommunicatione absolutus; quia tunc, tenetur illam explicare, ut absoluatur ab ea; rursus debet procurare absolutionem ab excommunicatione, ante quam absoluatur à peccatis: ergo. Sic Auila, & Lugo loc. cit.

QVÆSTIO XXIV.

An Ingratitudo peccantis, post remissionem peccatorum, sit speciale peccatum in Confessione explicandum?

AFFIRMANT Medina, C. de pœnit. q. 9. & Abuléf. q. 141. in cap. 18. Matt. Silvester etiam, & Sotus apud Lupetium, licet cum quibusdam limitationibus. Sic etiam, Ludouicus quæst. 1. art. 2. dub. 2. pag. 1064.

Sed longe multo probabilius Respondeo:

deo: Negative: Nisi in casu, quo expresse contemneret peccator beneficium remissio nis à Deo acceptum. Quia alias, tantum est quardam generalis conditio, reperta in omni bus peccatis. Sic D. Thom. 2.2. quest. 107. art. 1. & 3. part. quest. 88. art. 4. Lopez 1. 1. part. cap. 34. pag. 192. Ortiz in Sum. cap. 23. §. 24 fol. mibi 209. & communis.

QUÆSTIO XXV.

An Debeat explicari esse eius subsequatus;
an vero sufficiat confiteri causam: v.g. An
satis sit in confessione dicere, te lethale
venenum dedisse alicui, ut more-
retur, an vero necesse sit ad-
dere, quod interfe-
cisti eum ut-
nemo?

AFFIRMANT esse explicandum ef-
 fectum externum subsequentum, so-
 to in 4. diff. 12. quest. 1. art. 7. Lo-
 pez 1. part. cap. 31. & 2 part. cap.
 76. de Eucharistia Sanchez lib. 9. de ma-
 trim. disp. 45. num. 30. Castro Palao tom.
 1. tract. 2. disp. 1. punct. 3. num. 7. Tanne-
 rius in 1. 2. disp. 4. dub. 3. n. 35. Et pro hac
 parte citat Lugo, Ioannem Martinez de Ri-
 paldia tom. 1. de ente supernaturali disp.
 68. sect. 5.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere confiteri actionem, non internam voluntatis, sed externam, qua venenum præparasti, & dedisti, quamvis non confitearis effectum, seu mortem ex illo sequuntam. Quia in confessione, solum debent necessario explicari peccata: sed ille effectus, quando consequitur, non est actu peccatum, sed effectus pecca-
 ti: ergo Sic Vazquez in 1. 2. tom 1. disp. 94.
 cap 3. Granados 1. 2. controu. 6. tract. 4.
 disp. 3. nu. 12. Azor & alij, quos refert, & se-
 quitur Bonacina de legib. disp. 2. quest. 4.
 punct. 4 num. 8. Diana 1. part. tract. 7. re-
 sol. 6. 4. & 3. part. tract. 4. resol. 6. 7. Suarez
 tom. 2. de Religio. lib. 3. cap. 8. nu. 5. Curiel
 in 1. 2. quest. 71. ar. 5. dub. 3. §. 3. Quos om-
 nes refert, & sequitur Lugo disp. 16. à nu.
 440. Vbi doctissime de hoc punto agit. Te-
 nent etiam, ex parte, Sotus, & Lopez, ut constat ex verbis huius Lopezij loc. cit. 1. part.
 cap. 31. quæ sic se habent: Secus est, inquit,
 Sotus, de euentu secuto ex adulterio, scilicet, quod ex eo genitus sit filius adulterini.
 quia in isto casu, nisi forte causa postulari
 consilium ad adhibendum remedium, non te-

netur certe si sum euentum prolis adulte-
 rinæ inde genita: sed satis, adulteria comis-
 sa suis ante confessi: quia secundum Sotum,
 iste euentus, post præ applicatam causam,
 non est iam in potestate adulteri, quod se-
 quatur, vel non sequatur. Sic Sotus. Sed ve-
 rior solutio; quod, licet causa gigrædi adul-
 terium, tamen ipsa proles sic genita, non est
 peccatum. Sic Lopez. Et sic Sotus. Vtique
 bene. Sed vtique non consequenter.

QUÆSTIO XXVI.

An Concesso, quod pœnitens non teheretur
circumstantias aggrauantes confiteri,
possit licite eas negare Confes-
sori interroganti
de illis?

NEGLIGANT absolute Sot. in 4. d. 18. q. 2.
 ar. 4. Lugo disp. 16. num. 123. pag.
 327. Valentia disp. 7. quest. 11. pun.
 1. col. 1651. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse, nisi for-
 te specialis adsit necessitas declarandi illas. Ratio est. Quia confessarius, non potest pœnitentem obligare ad id, quod non est ne-
 cessarium ad confessionem. Vnde optime po-
 terit ille respondere confessori; se iam de-
 clarasse, quod sufficit, nec op̄ est, quid am-
 plius interrogari; quia ex doctoribus, & ra-
 tione nouit, se ad nihil amplius teneri: &
 tunc confessarius, ei se debet accommodari. Sic ex Enriquez, Granados tr. 9. de Pœnit.
 disp. 9. n. 16. pag. 1262. Nanar in Man. c.
 6. n. 9. ex Silbeltro ver. Confessio. 1. q. 9.
 Hurtado disp. 9. diff. 4. Vbi de circumstantia,
 Quid. Per hæc verba: Pœnitens confessario
 interroganti de quantitate determinata fur-
 ti, respondere tenetur, nisi pœnitenti alias
 constet; nec ratione restitutionis, nec ratio-
 ne cautionis in futurum, se indigere direc-
 tione, & consilio confessarij; quia tunc, non
 tenetur respondere, nec confessarius pote-
 rit illi, quia non respondet, absolutionem
 negare, si verbis pœnitentis, aut aliter, red-
 datur moraliter securus de prædictis: Sicut
 nec pœnitens tenetur respondere de consue-
 tudine peccandi, si ipsi constet, non indigere
 directione confessarij ad cautionem in fu-
 turum, nec confessarius poterit illi absolu-
 tionem negare, quia non respondet, si
 alias reddatur de eo moraliter
 securus. Sic Hur-
 tado.

DISPVTATIO NONA.

De Pœnitentia, seu Satisfactione Sacramentali.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid est satisfactio, seu Pœnitentia Sacramentalis?

ESPONDEO : Quod est voluntaria compensatio pœnae temporalis debitæ, ob iniuriam Deo illatam, consistens in operibus pœnalibus à confessario taxatis. Sic Nauar. in cap. *satisfactio. de pœnit. diff. 3. & in Man. cap. 3. num. 3. Suarez tom. 4. disp. 33. Filliuc. tr. 8. cap. 1. num. 1. Valentia disp. 7. quæst. 14. pun. 1. Reginaldus lib. 7. cap. 1. nu. 1. Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 18. num. 5. Bona cina disp. 5. quæst. 5. sect. 3. pun. 1. num. 1. Moure 3. part. Sum. cap. 6. §. 7. num. 1. Layman tom. 2. tract. 6. cap. 15. num. 6. Vincen- tius Candidus tom. 2. disquis. moral disquis. 24. art. 3. dubit. 1. Andreas Molfesius 1. part. Summa tract. 7. cap. 25. à num. 22. & omnes.*

QVÆSTIO II.

An, Satisfactio Sacramentalis sit pars essentialis Confessio- nis?

AFFIRMAVIT Paludanus in 4. diff. 16. quæst. 1. Sed certissime Respondeo. Non esse partem essentialem, sed integralem tantum. Ratio est: Quia hoc Sacramentum, vere perficitur, & confert gratiam, ante expletam satisfactionem. Imo multoties potest perfici, nulla imposita pœnitentia, vt si pœnitens ad illam acceptandam sit impotens: ergo satisfactio, non est de essentialia huius Sacramenti. Sic D. Thom. 3. part. quæst. 90. ar. 2. & 3. Suarez disp. 38. sect. 1. Filliuc. loc. cit. cap. 2. num. 38. Sotus in 4. diff. 17. quæst. 1. art. 3. Ioannes de Cruce parte 2. de pœnit. quæst. 1. dub. 4. concil. 2. Bona-

cina loc. cit. num. 3. Fagundez præcepto 2. lib. 9. cap. 3. num. 1. Ochagavia tract. de sa- tisfact. Sacram. quæst. 7. num. 3. Moure 3. part. Sum. cap. 6. §. 7. num. 18. Granados tom. 5. de pœnit. tract. 1. disp. 5. num. 6. & ante ipsos, Petrus Soto, de satisfact. lect. 2. Lugo de pœnit. disp. 12. nu. 40. & disp. 25. num. 1. Candidus loc. cit. art. 2. dubit. 3. & art. 30. dub. 3. Molfes. loc. cit. num. 55. Egidius disp. 10. num. 87. & seqq. Megala lib. 6. cap. 3. Reginaldus lib. 7. num. 10. & iam omnes.

QVÆSTIO. III.

An Satisfactio Sacramentalis causet, ex opere operato, distinctos gradus remis- sionis pœnæ, ab illis, qui cor- respondent operi ope- rantis?

NECANT Mart. de Ledesma 2. part. 4. quæst. 13. art. 3. dub. 4. Adrian. quæst. 2. de satisfact. Sotus diff. 19. quæst. 1. art. 1. & vt probabile, defendit, Sancius in select. disp. 16. num. 4. & sequent. licet contrarium, probabilius existimet.

Sed probabilius Respondeo; Causare: Quia omnia Sacra menta remittunt pœnam ex opere operato: ergo, & præcipue hoc Sacramentum pœnitentia, ratione huius par- tis satisfactoria. Sic Suarez Vazquez, Ocha gau. Tolet. & alij, quos citat, & sequitur San cius loc. cit. num. 9. & 10. Granados tract. 12. de pœnit. disp. 3. num. 2. Moure loc. cit. Layman loc. cit. num. 14. & Rodriguez 2. part. Sum. cap. 126. num. 9. ex S. Thom. Ca- iet. & Soto, Villalobos de satisfact. tract. 9. diff. 76. num. 8. Lugo disp. 25. num. 16. pag. 576. Candidus disquis. 24 art. 30. du- bit. 3. Reginaldus lib. 7. num. 8. & seqq. Tor reblanca lib. 14. practicarum cap. 8. num. 17. & penes ipsum, D. Thom. Quoalib.

3. art. 28. Cano, & communis

Theologo-

rum.

QVÆS.

QVÆSTIO IV.

An Prædictus effectus conferatur sicutim, ac ipsa pœnitentia imponitur à confessario, antequam pœnitens illum expleat?

AFFIRMAT Aienf. 4. part. quæst. 8. mem. 2. art. 3. & probabile reputat Fagundez loc. cit. num. 5.

Sed probabilius Respondeo: Non conferri, nisi post impletam, & perfectam totam pœnitentiam impositam à confessario. Quia Sacramentum nō habet suum effectum: donec totum perficiatur, & absoluatur: ergo nec satisfactio, que est eius integralis pars. Sic Fagundez loc. cit. Suarez disp. 38. sect. 2. num. 4. Granados loc. cit. num. 3. & communis.

QVÆSTIO V.

An Pœnitentia impleta, ante absolutionem, statim habeat suum effectum remissionis pœnae temporalis, ex opere operato?

RESENDEO: Negatiue, Quia remissio culpa, qui est effectus principalis, nō obtinetur ante absolutionem: ergo nec remissio pœnae temporalis, que est effectus minus principalis. Sic Suarez disp. 38. sect. 2. num. 5. Bonacina loc. cit. pun. 2. n. 21. Fagundez loc. cit. cap. 3. num. 6. Granados loc. cit. num. 4. pag. 1320. Lugo disp. 25. num. 28. Candidus disquis. 24. art. 31. dubit. 21. & alij.

QVÆSTIO VI.

An Pœnitentia Sacramentalis, non solum causet, ex opere operato, remissio nem pœnae temporalis: verum etiam, augmentum gratia sanctissimantis?

NEGANT Vazq. q. 94. ar. 2. dub. 5. n. 9. Bgid. disp. 10. dub. 10. n. 90. Ochagau. tract. de satisfactio. q. 7. nu. 6. & 8. Sanctius in select. disp. 33. num. 21. Palatius disp. 14. disp. 1. & disp. 16. quæst. 1. art. 1. Prepositus quæst. 12. dub. 6. & Lugo disp. 25. num. 2. Hurtado disp. 14. diff. 13. & apud ipsum, Adamus quæst. 8. num. 22.

Sed probabilius Respondeo: Etiam causa re ex opere operato augm. érum gratia. Quia pœnitentia Sacramentalis, est pars integralis Sacramenti pœnitentia: at totum Sacramentum, causat ex opere operato gratiam: Ergo, & eius pars integralis. Sic D. Thom. 3. part. quæst. 90. art. 2. ad 2. Caiet. ibidem. Sotus diff. 17. quæst. 1. art. 2. Suarez disp. 38. sect. 2. Iohannes de Cruce loc. cit. Fagundez loc. cit. cap. 3. num. 3. Diana 3. part. tract. 4. resol. 70. Moute loc. cit. Granados loc. cit. disp. 3. num. 2. Rodriguez 2 part. cap. 126. de satisfact. nu. 9. Et Luysius in select. sp. 2. disp. 31. dub. 22. Vbi oppositam sententiam, temerariam appellat (sed rigide) Candidus art. 30. dubit. 4. & alij.

QVÆSTIO VII.

An Pœnitentia imposta à confessario, quam arbitratus est, iustum, sufficiat ad remittendam omnem pœnam pro peccatis debitam?

AFFIRMANT Mich. de Medina, C. de pœnit. Vbi de effectu Scot. diff. 19. quæst. 1. Sotus diff. 20. quæst. 2. art. 3. Gabriel, & Maior, quos citant Vazquez q. 94. art. 2. dub. 6. num. 3. & Suarez disp. 38. sect. 5. num. 2.

Sed probabilius Respondeo: Non sufficere ad remittendam totam pœnam, si in re, pœnitentia imposta, non est proportionata peccatis confessis, quamvis alias proportionata à confessario arbitretur: Quia si confessarius, in re non imponit pœnitentiam ad equalitatem propœna peccatis debita: non affertur per ipsam, pœna debita peccatis. Sic Petrus Soto, & Vazquez loc. cit. Valentia disp. 7. quæst. 14. punct. 4. Nugnus q. 13. art. 4. diff. 2. Bonacina loc. cit. num. 2. Fagundez loc. cit. num. 7. Moute ex Suatio loc. cit. Lublinus in Sum. ver. pœnitentian. 21. Lugo disp. 25. n. 19. pag. 577. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An Qui pœnitentiam implet in peccato mortali, peccet mortaliter?

AFFIRMATIVAM sententiam docet Barbosa in collect. Doctorum super Concil. Trident. sess. 13. c. 8. num. 6. & apud Lugū disp. 25. n. 29. Archidiac. & Alefis,

sis, & ex parte Suarez disp. 38. se. 6. 8. num. 7. dicitque probabile Fagundez cap. 4. cit. num. 11.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare mortaliter. Quia pœnitentia implens pœnitentiam in mortali, non ponit obicē effectui essentiali Sacramenti, sed solum integratitudini eius. Sic P. Ledesma in *Sum. de pœnit.* cap. 1. dub. 2. Iohannes de Cruce parte 2. de pœnit. quæst. 1. dub. 4. concl. 2. Fagundez loc. cit. Hurtado disp. 14. diff. 14. Diana 3. part. tract. 4. resol. 70. & 4. par. resol. 241. Ochagau. quæst. 15. num. 12. Layman cap. 15. num. 15. Reginald. lib. 7. num. 10. Luys. Turr. de pœnit. disp. 36. dub. 2. Lugo loc. cit. Candidus art. 30. dubit. 14. An autem peccet venialiter, qui in mortali pœnitentiam adimolet? Probabilis iudico quod sit, contra Lugum loc. cit. num. 32.

QVÆSTIO IX.

An Implens pœnitentiam in mortali, satisfaciat obligationi imposita à Confessario?

RESPONDEO: Quod sic. Quia in præceptis humanis, solum præcipitur opus faciendum, non modus: at impositione poenitentia est humanum: Ergo. Sic Nauar. de pœnit. dist. 6. cap. 1. num. 48. & in Man. cap. 3. num. 6. Suarez disp. 38 sect. 8. Fagundez lib. 9. cap. 4. num. 2. Layman loc. cit. num. 15. Villalobos loc. cit. num. 9. Lugo ex Vazquez, disp. 25. num. 33. Candidus loc. cit. Molfes. loc. cit. num. 76. Egidius. disp. 10. num. 35. Turreblanca lib. 14. practice cap. 8. num. 24. Reginald. lib. 7. num. 84. Vazquez art. 2. dub. 2. & communis.

QVÆSTIO X.

An Pœnitentia facta in mortali, causet ex opere operato, remissionem pœnae: sicut causat quando fit in gratia?

AFFIRMAT Doctiis. Nauar. de pœnit. dist. 6. cap. 1. num. 46. Vbi, post operationem sententiam relatam, sic suam proponit: Sed quoniam hoc, nulla scriptura probari potest, efficaciter contra tenuit Scot, in eodem 4. dist. 15. quæst. 1. scilicet, existentem in peccato mortali, posse pro temporali pœna suis peccatis per contritionem deletis, debita, satisfacere. Quem secu-

ti sunt Parisienses in illa dist. 15. q. 1. multa in hoc grauia, & friuola congerentes. Eum etiam sequuti sunt Ticinenses in illa dist. 16. q. 2. dub. 2. Quibus ipse quoque adhæreo; ea potissimum ratione, quod eorum opinio misericordiam diuinam amplificat, &c. Sic Nauar. Male ergo illum citant Regin. Suarez, Fagundez, & Layman pro contraria sententia. Tenent cum Nauarro, Vazquez quæst. 94. art. 2. dub. 5. Ruyz controver. 95. Zerola. Marsilius, & alij apud Sancium, in selectis disp. 16. rum. 5.

Sed probabilius Respondeo: Non causare dictam remissionem pœnae. Quia Deus non acceptat in satisfactionem culpæ, opera inimici ipsiusmet Dei: Ergo, saltem, durante illo statu, non sortitur satisfactio effectum suum. Sic D. Thom. D. Bonav. Ricard. Duran. & Caiet. apud Nauarrum loc. cit. Victoria, Filliac. Molfes. & alij, quos citat, & sequitur Bonac. loc. cit. pun. 4. num. 16. Fagundez loc. cit. cap. 4. num. 7. Suarez tom. 4. disp. 38 sect. 8. Egidius disp. 10. dub. 11. Ochagau. quæst. 15. num. 5. & 6. Hurt. disp. 14. diff. 14. Diana 3. par. tract. 4. r. sol. 85. & 4. par. tract. 4. resol. 241. Layman loc. cit. & ante ipsos, Petrus Sotoloc. cit. fol. mibi 202. Sic etiam Villalob. loc. cit. & Lugo disp. 25. num. 40. pag. 530. Molfes. loc. cit. num. 77. pag. mibi, 501. dicens; esse communem lenitatem. Et alij cum Reginald. num. 10.

QVÆSTIO XI.

An Pœnitentia facta in peccato mortali, saltem sublato illo, causet remissionem pœnae?

NEGLANT Adrianus, & Ledesma apud Fagundez loc. cit. num. 9. Ochagau. loc. cit. num. 7. & Luysius Turrian. de pœnit. disp. 38. dub. 3. qui citat Vazquez. Sed immerito. Negant etiam Valent. tom. 4. disp. 7. quæst. 14. pun. 3. Hurt. loc. cit. & inclinat in hanc partem Villalob. loc. cit. num. 10. Quibus fauet Caiet. 1. tom. opus. tract. 6. quæst. 2. quatenus docet; non sortiri postea totum suum effectum.

Sed probabilius Respondeo: Causare, & totum effectum sortiri. Quia Sacramentum pœnitentia, vere sortitur totum suum effectum, recedente fictione, sicut alia Sacra menta: Ergo, & pœnitentia, aut satisfactio, que est eius integralis pars. Sic. Nauar. loc. statim citando Vazquez loc. cit. Suarez. disp. 28.

sect. 8. Victoria, Reginaldus, & alij, quos citant, & sequuntur, Bonacina loc. cit. num. 17 Fagundez, & Layman loc. cit. Diana 3. part. tract. 4. resol. 85. & 4 par. resol. 241. More. 5. 7. cit. num. 19. qui tamen male citat Navarrum, pro opposita sententia; nam expresse nostram, his verbis loc. cit. num. 48. docet: Sextum additamentum fuerit, etiam secundum Thomæ opinionem, pœnitentiam, ac satisfactionem Sacramentalē extra charitatem factam, validam fore, quando recuperata charitate, pœnitēs ad cor redierit. Sic ille, qui hoc optime probat. Videatur, si placet. sic etiam Caiet. & P. Soto, quos citat, & sequitur Binsfeld. part. 1. de Sacram. pœnitentia cap. 13. §. 1. Lugo disp. 25. num. 40. & 41. & Candid. art. 30. cit. dubit. 17. Turreblanca loc. cit. num. 25. Moltes. loc. cit. & apud ipsum Egidius disp. 10. nu. 95. Mala, Reginald. & communis.

QVÆSTIO XII.

An Etiam, in casu, quo pœnitentia Sacramentalis impleatur per opus peccaminosum, hoc opus habeat suum effectum, recedente fictione?

AFFIRMATIVAM partem esse probabilem defendant Suarez 'disput. 38. sect. 8. num. 6. & Fagundez lib. 9. cit. cap. 4. num. 10.

Sed longe probabilius Respondeo. Non habere, nec sortiri suum effectum. Quia, uno peccato, non possumus pro alio satisfacere. Sic Fagundez loc. cit. & à fortiori, Adrian. Ledesma, Sotus, Vazquez, Valentia, & alij, pro opposita sententia, quæst. præcedenti, citati.

QVÆSTIO XIII.

An Satisfactione Sacramentalis facta in statu gratiae, ob finem tamen prauum ve- nialiter, v.g. propter vanam glo- riam; causet suum effec- tum, ex opere operato?

NEGLIGAT Vazquez tom. 4. quæst. 94. ar. 2. dub. 5. num. 13. & 14. Sed probabilius Respondeo: Causare. Quia tale opus est in gratia factum, & meritorium, & satisfactorium ex opere operantis: ergo etiam erit satisfactorium ex

opere operato, si à confessario in satisfactionem fuerit impositum. Si c. Suarez, enem citat, & sequitur Ochagau, tract. de satisfactione quæst. 15. num. 10. Egidius loc. cit. dub. 10. num. 88. Layman loc. cit. num. 14. Lugo loc. cit. num. 46.

QVÆSTIO XIV.

An Confessarius teneatur iniungere semper pœnitentiam pœnitenti, sub pec- cato mortali?

RESPONDEO: Quod sic, regulariter, & per se loquendo. Quia pœnitentia est pars integralis huius Sacramenti: Ergo sub mortali tenetur confessarius imponere pœnitentiam; ut sic, integrum Sacramentum conficiat. Sic ex Trid. siff. 14. cap. 3. & 8. de Sacram. pœnitentia, Docent Enriquez lib. 2. de pœnitentia cap. 20. num. 6. cap. 21. Petrus Soto de satisfact. lect. 2. 2. Suarez disp. 38. quæst. 5. sect. 3. pun. 2. num. 1. Fagundez præc. 2. lib. 9. cap. 3. num. 8. Caiet. V. satisfactio Lublinus in Sum. V. pœnitentia num. 4. Granado tom. 5. tract. 12. disp. 4. Filliuc. tract. 8. cap. 2. quæst. 3. num. 36. Reginal. lib. 7. num. 11. Ioannes Sancius disp. 5. num. 17. Tolet. lib. 3. cap. 11. Egid. disp. 10. dub. 8. n. 62. Frias de confess. fol. mibi 33. Layman cap. 6. cit. num. 6. Candidus disquis. 24. art. 31. & alij,

QVÆSTIO XV.

An Confessarius debet imponere pœnitentiam pœnitenti existen- ti in articulo mor- tis?

AFFIRMANT absolute Granados loc. cit. disp. 4. num. 3. Viuald. de satisfact. num. 27. citans pro sua sententia Ledesmam 2. part. 4. q. 20. art. 3. & Navarrum cap. 26. num. 23. (Sed Navarrus nihil de hac re in dicto numero.) Affirmant etiam P. Soto de satisfact. lect. 2. & Nuñus in add. ad 3. part. quæst. 18. art. 3. diff. 1. Et Ioann. Enriquez in Compensacione moral. cap. 42. num. 10. Vbi sic ait: Quando se confessa yn enfermo, que se està muriendo, se le ha

ha de poner la penitencia, como si estuviessen fano, adquiriendo, que si viviere, estara obligado a cumplirla, y si muriere, no lleva destino escrupulo ninguno. Lo qual està assi determinado en el cap. *Ab infirmis. 26. quæst. 7.* Y lo resuelue Toledo lib. 3. cap. 11. num. 5. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo. Licit posse confessarii non imponere pœnitentiæ existenti in articulo mortis; licet conueniens ager, si leuem aliquam iniungat; ut breue in oratione, aut percussionem pectoris, aut invocationem nominis Iesu; vel saltem, sub conditione, si conualuerit, quod impleat hanc, vel illam pœnitentiam.

Prima pars nostræ responsionis probatur. Quia existent i morti proxime, sufficit pro pœnitentia contritio, & dolor morbi; & frustra quidem iuberetur, quod implerinera quam potest. Secunda vero pars probatur ex dictis. Quia confessarius tenetur, quantum fieri potest, efficere Sacramentum perfectum, etiam quoad omnes partes integrales. Sic Nauar. *de pœnit. dist. 7. cap. se quis autem num. 33.* & in Man. cap. 26. num. 21. Enriquez lib. 2. cit. cap. 20. nu. 6. ex Magistro, & Ricardo *dist. 20.* Bonac. *punct. 2. cit. num. 2.* Fagundez *cap. 3. cit. num. 9.* Caiet. *V. satisfactio.* Suar. *tom. 4. disp. 38. sect. 3. num. 4.* Frias pag. mibi 32. Lublinus *loc. cit.* & *V. satisfactio. num. 1.* Moure 3. p. *Summ. cap. 6. §. 7. num. 4.* Layman *loc. cit. num. 13.* Reginald. *lib. 7. num. 11.* & 12. Philippus de Cruce *loc. cit.* Lugo *disp. 25. num. 47.* Candid. *art. 31. dub. 2.*

QVÆSTIO XVI.

An Confessarius posset non imponere pœnitentiam homini scrupuloso, qui, intra eamdem horam, redit cum non uis culpis, ut absoluatur?

AFFIRMANT Enriquez, & Fagundez *loc. cit.* & Lugo *disp. 25. num. 50.* Sed probabilius Respondeo. Non posse. Quia facile potest confessarius efficer Sacramentum perfectum, vel iniungendo scrupuloso leuisimam pœnitentiam de novo; aut pœnitentiam, iam in prima confessione iniunctam. Sic Bonacina *loc. cit. num. 3.* Grauado *loc. cit.* & Candidus *disquis. 24. art. 31. dub. 3.* addens. (Sed rigorose) debe-

re semper confessarium iniungere pœnitenti, novam pœnitentiam; nec posse, opus impositum pro pœnitentia in una confessione, illud idem numero iniungere pro secunda alia confessione.

QVÆSTIO XVII.

An Confessarius posset non imponere pœnitentiam pœnitenti, quem credit, ob vehementissimum dolorem, integrare Deo satisfecisse?

AFFIRMANT Enriquez, Fagundez, Lublinus, Reginald. & Moure *loc. cit.* Suarez 4. *tom. disp. 38. sect. 3. P. Soto lect. ultima desatisfactione,* & Lugo *disp. 25. num. 48.*

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia faciliter confessarius, se exponeat periculo relinquendi Sacramentum, quoad satisfactionem, imperfectum: Posset tamen confessarius, in eo casu, illam minuere: Cum magnitudo contritionis, totam, vel quasi totam, pœnam remittat. Sic Nauar. in Man. cap. 26. num. 21. Bonacina *loc. cit. num. 4.* (Qui tamen, male citat Henriquez, & Reginaldum pro nostra sententia, quamvis hic aliqualiter inclinare ad nos *loc. cit.* in fine, videatur, ut aduertit Philippus) sic etiam Granado *loc. cit. disp. 5. num. 4.* & Caietanus *verb. satisfactio.*

QVÆSTIO XVIII.

An Saltem, si reuelatum esset Confessario, quod huicmodi pœnitens, ob talē dolorem, esset pœnitens expiatus, & absolutus ab omni culpa, & pena, posset illi pœnitentiam non iungeare?

AFFIRMABUNT; meliori iure, Doctores pro contraria sententia, nuper citati, & expresse affirmant. Nuñus *loc. cit. quæst. 18. art. 3. diff. 1.* & Candidus *loc. cit. dub. 4.*

Sed probabilius Respondeo: Adhuc non posse. Quia deberet iniungere pœnitentiam ad integrandum Sacramentum; & pro caute-

la, contra peccata futura. Sic Frias cap. 3. fol. 43. ex Ricardo de Mediavilla lib. 4. dist. 18. art. 2. quæst. 2. ad. 1. & docebunt Doctores pro nostra sententia, quæstione præcedenti, citati.

QVÆSTIO XIX.

An Confessarius possit non iniungere pœnitentiam illi, quem probabiliter credit, nullam admis- surum?

AFFIRMANT Enriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 20. num. 6. Hostiens. Nauar. Abbas, Victoria, & Ledesma, apud ipsum Enriquez. Affirmat etiam, Frias in Sum. fol. 31. Lublinus ver. satisfactio. num. 1. Moure loc. cit. & Villalobos tract. 9. diff. 78. num. 4.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia, qui nou habet voluntatem acceptandi, etiam minimam pœnitentiam, non censetur dispositus ad recipiendam absolutionem: ut infra quæst. 57. latins dicemus. Sic Fagundez loc. cit. num. 10. Bonacina loc. cit. nu. 5. Reginaldus lib. 7. cit. num. 12. Granado loc. cit. & Nungn. 3. par. quæst. 18. art. 3. Lugo loc. cit. num. 48. Candidus disquis. 24. art. 31. dub. 4.

Nec oppositum sentiunt Hostiens. Nauar. & Abbas, Quia hi Doctores, solum dicunt: posse confessarium minuere pœnitentiam imbecillibus, infirmis animo, & corpore, & illis, quos probabilitet timet, iustum, non ad impleturos: Videantur Abbas, & Hostiens. in cap. cum eo de pœnit. & remissio. Nauar. in Man. cap. 26. num. 21. & Philippus de Cruce loc. cit.

QVÆSTIO XX.

An Confessarius possit non imponere pœnitentiam illi, qui confitetur ad iubileum, vel plenariam indulgentiam, lucramdum?

AFFIRMANT Sa, ver. satisfactio. nu. 2. Samuel Lublinus, eo. verbu nu. 1. & Vivald. eod. v. nu. mibi 6. & Lugo loc. cit. pag. 582.

Sed probabilius Respondeo: Non posse omnino non imponere; sed solum posse, leuissimam iniungere pœnitentiam; & pœnitentem, iam sibi impositam non ad implere, iuxta dicenda, infra q. ultim. Sic Bossius de

iubil. se ct. 1. eccl. 20. Rodriguez in Bullam Cruciatæ §. 9. num. 91. Fillius. part. 1. tr. 8. cap. 10. num. 28. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam per modum Consilij?

AFFIRMANT absolute Enriquez lib. 2. de pœnit. cap. 21. nu. 5. Fagund. præcepto 2. lib. 9. cap. 3. num. 11. Diana 3. part. tract. 4. resol. 82. & 4. part. tract. 4. resol. 241. Bonac. disp. 5. q. 5. se ct. 3. pun. 2. num. 6. & Mollesius loc. cit. num. 62. & alij.

Negant vero Nungnus quæst. 18. art. 3. diff. 2. Egidius de pœnit. disp. 10. dub. 8. n. 64. Turrian. de pœnit. disp. 35. dub. 2. & Sanctius in select. disp. 15. nu. 16. Vazquez tom. 4. quæst. 94. art. 2. dub. 1. num. 7. Lugo disp. 25. num. 54. Candidus disquis. 24. art. 31. dubit. 1.

Sed probabilius Respondeo sic: Confessarius optime potest imponere aliquam pœnitentiam per modum Consilij; si simul imponat aliquam aliam sub præcepto; alias nullo modo. Probatur. Quia ex ea parte, qua confessarius est index, & Prælatus, potest statue re aliquid, absque præcepto ad culpam obligante. Ex ea autem, qua confessarius, teneatur sub peccato mortali, pœnitentiam iniungere, & pœnitens illam acceptare, & implere, ut dicemus infra quæstione 55., Ergo obligatur, ut aliquid pœnitentia sub præcepto imponat. Sic Victoria n. mibi 193. & 210. & alij, quos citat Enriq. loc. cit. in marg. lit. X. & Egidius loc. cit. num. 60.

QVÆSTIO XXII.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam conditionatam: v.g. si reincidentis in tale peccatum, iejunabis ser- mel, aut, recitabis Ro- farium, &c.

NEGAT Sanchez in Sum. lib. 3. cap. 5. num. 17. & Sancius disp. 13. num. 8. & disp. 33. num. 4. & alij apud ipsum.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia pœnitentia, etiam imponitur in medicinam pœnitentis: at data sub prædicta forma cōditionata, non mediocris est medicina illius: Ergo. Sic Nauar. cap. in principio de pœnit.

nit disp. 6. num. 39. Bonacina, Villalobos,
Suarez, Enriquez, & Diana loc. cit. de quo
adhuc infra quest. 30.

QUÆSTIO XXIII.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam ad arbitrium omnino pœnitentis, dicendo v.g. recita hoc, aut illud si volueris?

AFIRMANT Moure 3. part. cap. 6. §. 7. num. 9. & Diana 4. part. tract. 4. resol. 241. &c apud ipsum, Nauar. Suarez, Macerus, Tannerus, & Enriquez; quatenus docent: posse confessarium imponere pœnitentiam sub conditione hac. v.g. si hoc, vel illud feceris; vel si ieiunaueris uno die, sit in satisfactionem horum peccatorum, quæ nunc confessus es. Hoc enim certe, idem est, ac pœnitentiam, in arbitrium omnino pœnitentis, relinquare. Sic etiam Villalobos tract. 9. diff. 77. num. 2.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia alias confessor, quantum est ex parte sua, relinquit Sacramentum subiectum imperfectioni. Sic Granad. tract. 12. disp. 4. num. 4. Luysius Turrianus de pœnit. disp. 35. dub. 2. ex Vazquio.

QUÆSTIO XXIV.

An Saltem, possit imponere pœnitentiam sub disunctione; dicendo; v.g. tantam impende eleemosynam; vel si malueris, toties recitabis coronam: aut si magistribi placuerit, toties ieiunabis?

NEATIVAM partem videtur amplecti Luysius Turrian. de pœnit. disp. 35. dub. 2. cum Vazquez, & alijs; licet in fine dubij, aliquiliter in contrarium inclinet. Sed, quidquid sit de hoc.

Probabilius Respondeo: Posse. Quia pœnitentia sub disunctione imposta, vere est pœnitentia, & per eam, optime potest pœnitens Deo satisfacere: ergo. Sic D. Thom. quod lib. 3. art. 28. Polanc. in suo dire Hor. cap. 2. art. 4. Granados loc. cit. Reginald. lib. 7. num. 40. Bonacina loc. cit. num. 7. Suarez disp. 38. sect. 3. Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 13. num. 39. & Candidus art. 31. cit. dubit. 5. pag. 95.

(4)

QUÆSTIO XXVI.

An Confessarius semper debet iniungere in pœnitentiam, aliquid opus in particulari?

AFFIRMATIVAM partem, esse satis probabilem, innuit Fagundez tract. 2. lib. 9. cap. 5. num fin. Sed probabilius Respondeo: Non debere semper; sed sufficere, si in generali dicit pro pœnitentia, quidquid boni fecerit: dicendo v.g. Dotibi pro pœnitentia, quidquid hodie, vel hoc mense, vel hebdomade, boni feceris, vel mali sustinueris. Et ratio est. Quia peccatum in communi, potest esse materia hujus Sacramenti: Ergo & satisfactione in communi. Sic D. Thom. loc. cit. Nauar. cap. 1. de pœnit. diff. 6. num. 36. & 39. & in Man. cap. 26. num. 24. Suarez disp. 38. sect. 6. num. 6. Palud. & P. Soto, quos sequitur Fagundez loc. cit. Diana 3. par. tract. 4. resol. 82. Candidus art. 31. cit. dub. 14. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 2. num. 13. & late Reginaldus lib. 7. à num. 23. & est communis.

QUÆSTIO XXVI.

An Omnia opera in satisfactionem imponenda, debeant esse poenalia?

AFFIRMANT Suarez loc. cit. num. 2. Filii luc. tract. 8. cap. 1. num. 17. Bonac. quæst. 5. cit. sect. 3. punct. 2. num. 8. & apud ipsum, Pitigianus, & Pessantius, Hurtado disp. 14. diff. 6. & Candidus loc. cit. dub. 6.

Sed probabilius, sic Respondeo. Quamuis optimum consilium sit, ut opera in satisfactionem imponenda, sint poenalia: tamen id ad satisfactionem, non necessario requiritur. Prima pars, ab omnibus conceditur, & constat. Quia satisfactione, imponitur ad corrigendam culpam: at hæc, non corrigitur, nisi per poenam: Ergo, quo magis opera satisfactionia sunt poenalia, eo magis satisfacient proculpa. Secunda pars, etiam est manifesta. Quia omne opus bonum, ex gratia profectum, est satisfactorium: Ergo iniungi potest in pœnitentiam. Quis enim negavit, quod homo ditissimus, & liberalissimus possit satisfacere per eleemosynam, etiamsi ex tali actu, nullam poenam sentiat, aut tristitiam? Sic Binsfeldius part. 1. de Sacram. cap. 13.

Dd 3

de

desatisfactio. §. 3. Sa, ver. satisfactio num. 15. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 14. pun. 3. vers. Porro, Vnde male citatur à Bonacina pro contraria sententia; cum expresse hanc nostram doceat, §. ab ipso pro opposita, cit. Et esse probabilem defendit Fillius loc. cit. num. 19.

QVÆSTIO XXVII.

An Debeat necessario imponi in satisfactionem, opus exterrnum?

AFFIRMANT Alex. Alens. 4. par. quæst. 34. m. 2. art. 1. Almayn disp. 15. q. 1. Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 11. num. 36. & Sancius disp. 33. num. 1. & 24. Sed probabilis Respondeo: Non esse necessarium: Sed posse imponi opera mere interna; vt meditationem aliquam, actum contritionis internum; aut, vt corde, dicat Iesus Maria, &c. Quia hæc, vere sunt opera satisfactoria. Nec vitium est inconveniens, partem partialiem Sacramenti esse internam per se, & per accidens sensibilem (sicuti contritio.) Fit autem hoc modo sensibilis, quando exterioris ponitur à confessario, & acceptatur à pœnitente. Sic Suarez disp. 38. se Et. 6. Fillius. loc. cit. Basil. de Leon lib. 1. de matrim. cap. 7. num. 4. Reginaldus lib. 7. num. 22. Bonacina loc. cit. num. 10. Fagundez præc. 2. lib. 9. cap. 5. nu. 5. Ochagan. desatisfactio. loc. cit. num. 4. Granados tom. 5. tract. 12. disp. 5. nu. 6. Moure 3. par. cap. 6. §. 7. nu. 6. Diana 4. par. tract. 4. resol. 241. Layman tract. 6. cap. 15. nu. 9. & P. Soto apud ipsum, Luyfius de pœnit. disp. 37. dub. 1. Lugo disp. 1. se Et. 2. & disp. 25. num. 67. pag. 585. Egidius disp. 10. num. 67. Candidus art. 31. cit. dubit. 8. Molles. num. 34. pag. mibi, 495. & Hurtado disp. 14. diff. 7.

QVÆSTIO XXVIII.

An Confessarius possit iniungere sub pœnitentia, confessionem Sacramentalis; ut quis v.g. bis, aut semel, confiteatur in mense?

RESPONDEO. Posse. Quia confessio Sacramentalis, est opus bonum meritum, & satisfactorium; ergo apta materia, vt iniungi propœnitentia possit. Sic Vazquez quæst. 9. 1. art. 3. dub. 7. Sa, ver. sa-

tisfactio num. 3. Coriolan. par. 1. se Et. 3. pag. mibi 266. Fagundez lib. 9. cit. cap. 5. n. 4. Frias in Sum. fol. 32. Lublinus ver. pœnitentia num. 7. Sancius in se Et. disp. 13. nu. 2. & communis praxis Confessorum.

QVÆSTIO XXIX.

An Possit Confessarius astringere pœnitentem, ad iterum confitenda eadem criminis?

AFFIRMAT Sancius in se Et. disp. 13. num. 2. & 7. qui, pro hac sua sententia, citat Nauarum, Sa, & Coriolanus. Sed male profecto, vt statim.

Vnde probabilis Respondeo: Non Posse, absque consensu, & beneplacito ipsius met pœnitentis. Quia, vt supra disp. 3. q. 5. 1. est habitum, nullo humano iure, potest quis obligari ad reconfitenda sua peccata. Sic expresse Nauar. in Man. cap. 9. num. 1. Vbi sic ait: Imo, neque lex vlla humana sanciri potest, qua ad id faciendum obligeat, absque pœnitentis consensu. Sic etiam Palud. Gerson, Maior, Durand. & alij Doctores, quos citat ipse Nauar. & nos loc. cit. Nec Sa, aut Coriolanus, oppositum docent; cum solum afferant: posse iniungi pro pœnitentia, frequentiam confessionis, quod verum est, vt nuper diximus.

QVÆSTIO XXX.

An Confessarius possit imperare, sub vinculo pœnitentiae: Quod pœnitens statim confiteatur; (hoc est, intra unum, vel duos dies) ac lapsus fuerit in tale, vel tale peccatum?

NEGLANT Sanchez in Sum. lib. 3. cap. 5. num. 17. Sotus de iuramentorum abusu cap. 12. & Sancius loc. cit. nu. 8. citans, pro hac sententia, Vegam 2. part. Sum. cap. 64. casu 4. & Toletum lib. 3. cap. 18. num. 3. Sed, revera, hi Doctores, potius innunt oppositum; cum ibi, solum moneant confessarios, vt frequentes confessiones pœnitentibus non imponant.

Sed, quidquid sit de hoc, probabilis Respondeo: Posse. Quia confessarius potest iniungere pœnitenti pœnitentiam conditionatam; ergo, & confessiones. Addo, quod, vt, ipse Sancius concedit, disp. 33. num. 17. principalis ratio, quæ attendi debet in pœnitentia.

nitentia, est quod sit punitiva præteriorum peccatorum; at, licet hæc pœnitentia, sit conditionata, est tamen maxime puniens peccata præterita, imo, & ipsum met pœnitentem, cum iplis: ergo S. c Suarez tom. 2. de Religioni. lib. 3. cap. 3. Nauar. Bonacina, & alij citati, inter quos, expressius Frias fol. 32. per hæc verba: Et ut dicit Cancellarius Parisiens. part 1. & 2. posset confessor aliquando dare pœnitentiam de non peccando tali, vel tali criminis, per certū tēpus futurū, sub poena aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficeriter soluenda, aut sub debito redeundi ad confessionem, infra biduum, post perpe trationem delicti. Sic Frias.

QVÆSTIO XXXI.

An Confessio Sacramentalis iniuncta sub pœnitentia singulis mensibus, possit anticipari per ali quos dies?

NEGLANT aliqui, quos, suppresso nomine, refert Diana 3. part. tract. 4. re sol. 100. Sed probabilius Respondeo: Posse pœnitentem, absque ullo peccato, illam anticipare per tres, aut quatuor dies; imo per sex. aut octo, si occurrat solemnis aliqua dies, aut Iubileum. Sic Sancius in selectis disp. 1. 2. num. 9. & ex illo Diana loc. cit. & ante ipsos, Sanch. in Sum. lib. 4. cap. 14. num. 26. Qui bene hoc limitat dicens; nisi alias confessor, ob devotionem specialem alicuius diei, aut temporis, confessionem menstruam, destinasset, quia tunc, non posset anticipari.

QVÆSTIO XXXII.

An Similiter, confessio singulis mensibus iniuncta, possit licite ultra differri?

NEGLANT similiter quidam, apud Diana loc. cit. Sed probabilius Respondeo: Posse per tres, aut quatuor dies, ultra mensem, differrre; imo, & per octo, si solemnis aliquis dies, aut Iubileum, sequeretur (& idem Respondeo, si votum quis emitteret de confes sione, singulis mensibus, agenda.) Quia terminus à confessario præfixus, non mathematis ce, sed moraliter, computari debet. Sic Sancius, & Diana loc. cit. & Granados tom. 5. tract. 12. disp. 6. num. 9. Addo, & ego, Thomam à Iesu in Tribun. consenti a tract. 3.

cap. 2. dub. 9. absolute docentem: nec peccata venialiter illum, qui ex aliqua iusta causa, tempore, a confessario præfixo, non adimpler pœnitentiam.

QVÆSTIO XXXIII.

An Possit iniungi pro pœnitentia ingressus Religionis?

AFFIRMANT aliqui, quos suppresso nomine, refer Nauar. in cap. Consideret. de pœnit. dist. 5. §. ponat num. 14. Qui bus maxime faveat Cardin. affirmans (ut refert idē Nauar.) posse Sacerdotem in iunge realici poenitenti, quiddam grauius, quam sit religio; scilicet, carcerem perpetuum, quo semper, solo pane vescatur, & aquam solam potet.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Negative. Quia ingressus Religionis, voluntatis est, & præcipi non potest. Cap. integratas 32. q. 1. (De quo nos in expositione nostræ propriæ, & Apostolicæ regulæ confirmata ab Innoc. III. anno I. sui Pontific. & nostræ salutis 1198. c. 44. lit. B.) Id autē, quod dicit Card. ex se constat, non esse verum. Sic D. Thom. 2. 2. quæst. 62. ar. 2. Silvester ver. Confessio 1. num. 32. Nauar. loc. cit. Beia 2. par. casu 3. Fagundez præc. 2 lib. 9. cap. 5. num. 4. Sa, ver. satisfactio. num. 3. Layman cap. 15. num. 11. & Enriquez lib. 5. cap. 21. num. 1. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XXXIV.

An Possit Confessarius imponere pœnitenti, vt Sacramentum Ordinis suscipiat?

AFFIRMABUNT consequenter Auto res à Nauarro citati, supra. Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Quod non possit, absque consensu pœnitentis: qui a hæc pœnitentia, est onerosa nimis. Sic Fagundez loc. cit.

QVÆSTIO XXXV.

An Saltem, possit in iungere pœnitenti, vt Sacramentum matrimonij recipiat.

NEGAT Fagundez loc. cit. Propter rationem à nobis nuper assignatam. Cui adhæret Laymā tract. 6. cap. 15. Sed

Sed probabilius Respondeo: Posse, in casu, quo confessori constiterit, esse poenitenti in remedium, ut ipse non ruit in peccata carnis. Ratio est; tum, quia ex Apostolo, melius est nubere, quam eri. Tum etiam; quia suscepit huius Sacramenti, non est ita ardua, aut onerosa, quæ non possit sub poenitentia aliquando iniungi. Sic Cardin. & alij citati a Nauarro loco supra citato.

QVÆSTIO XXXVI:

An Confessarius possit imponere pœnitenti, ut Sacraenta Chrysma, & Vnctionis recipiat?

RESPONDEO: Posse. Quia suscepit horum Sacramentorum opus bonum, meritorium, & satisfactorium; & ad illa recipienda obligantur, saltem ex decencia, omnes Christiani: Ergo. Sic Fagundez loc. cit.

QVÆSTIO XXXVII:

An Confessarius possit iniungere sub pœnitenti susceptionem Eucharistie; ita ut, pœnitens acceptare illam, teneatur?

NEGAT Sancius in selectis disp. 33. Quia licet concedat num. 7. & 12. posse confessorem iniungere, sub poenitentia susceptionem Eucharistie, Negat tamen, posse cogere poenitentem ad illam acceptandam num. 8. & 12.

Sed probabilius Respondeo: Posse confessarium utrumque facere. Primo. Quia suscepit Eucharistie, estactus meritorius, & satisfactorius, ut pote Religionis actus; & alias, non est nimis laboriosus poenitenti: Ergo. Secundo. Quia confessari potest imponere poenitenti frequentia confessionis, & illi cogere ad poenitenti huiusmodi acceptandam, ut idem Sancius fatetur disp. 13. num. 2. & 11. Ergo poterit etiam, susceptionem Eucharistie: patet consequentia; quia, ut constat, par, ad minus, est utriusque ratio, & facilitas. S. c. Viuald. ver. satisfactio. num. 7. pag. mibi 131. & Fagundez loc. cit. Lugo, disp. 25. num. 66.

(c.)

QVÆSTIO XXXVIII:

An Eti am, imponi possit sub pœnitentia, quod sacra Eucharistia non recipiatur?

NEGAT fortissime, Sancius disp. 33. cit. nu. 15. & sequent. Et certe sat probabiliter; quidquid timeat concedere Diana.

Sed probabilius Respondeo. Posse etiam. Quia præceptum latum de non recipienda Eucharistia, est punitum, & pœnale, & iustum, si detur cum hac intentione, sub poenitentia: Ergo bene potest à confessario, poenitenti iniungi; & consequenter, tenetur poenitens illi parere. Hæc etiam est praxis fideliū, qui omnes unanimitate hanc, practice, sententiam sequuntur, & ingerue amplectuntur. Sic aliqui Doctores apud Sancium, quos sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 115. Et post illum, Lugo disp. 25. num. 65. pag. 585.

QVÆSTIO XXXIX:

An Possit imponi pœnitentia publica pro peccato occulto?

AFFIRMANT aliqui, apud Nauarrum; in cap. Sacerdos n. 103. & in Man. cap. 8. num. 17. & apud Fagundez præc. 2. lib. 6. cap. 5. num. 14. & lib. 9. capi. 5. num. 6. existimantes: propter grauia peccata, graues poenitentias esse iniungendas, dum modo, nulla ex eo suspicio oriatur, eas fuisse impositas, propter hoc, aut illud peccatum in particulari.

Sed omnino oppositum Respondeo: Non posse videlicet, nisi in casu, quo ipse poenitens, ob maiorem devotionem, hoc à confessario peteret. Primo. Quia sic habetur in Concil. Colonien. de Confessione per hec verba: Hodie pro crimine quantumlibet enormi occulto; nolenti, non imponitur publica poenitentia. Nam volenti, eam adhuc imponi posse, vetus Ecclesia, præsertim Romana, consuetudo testis est. Sic Concil. Secundo. Quia, nisi adfesset consensus poenitentis, talè poenitenti acceptantis, frangetur confessio sigillū, ut infra disp. 10. q. 42. Sic Nauar. & Fagund. loc. cit. Bonac. disp. 5. quæst. 5. se ct. 3. pun ct. 2. num. 14. Lublinus ver. pœnitentia num. 29. Viuald. de pœnit.

nit publica num. 4. & Villalobos, tract. 9. diff. 77. nu. 7 Candidus, disq. 24. ar. 31. dub. 17. ex D. Thoma, in 4. diff. 17. quæst. 3. a. 4. quæst. 4 ad 4. & Reginaldus. lib. 7. num. 32 & communis.

QVÆSTIO XL.

An Saltem, possit imponi pœnitentia publica pro peccato publico?

NEGLANT Navar. loc. cit. num. 10. & in cap. Sacerdos, de pœnit. diff. 6. num. 86. Sa. V. satisfactio num. 12. Reginaldus, lib. 7. num. 32. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Imo, & aliquando debere imponi, ad tollendum aliquid scandalum; etiam si, ex tali pœnitentia, colligi possit Confessarium, propter graue crimen sibi confessum, illam imposuisse. I. Quia sic habetur in Trid. seff. 24. cap. 8. de reformatione, & cap. 1. de pœnit. & remiss. Secundo. Quia, sic reddet bonū exemplum, illis, quos scandalizabit, malo. Sic S. Thom. diff. 14. quæst. 1. art. 5. quæst. 1. ad 1. & diff. 17. quæst. 3. art. 4. quæst. 4. ad. 4. Alens. Palud. Suarez, & Vazquez, Silvester, & Enriquez, quos citat, & sequitur Bonac. Vinald. Fagund. Villalobos, Candidus, ll. cc. Molief. tract. 7. cap. 25. num. 49. & apud ipsum, Palud. Durand. D. Antoninus, Medina, Sotus, & Cathecismus Romanus. Hurtado, loc. cit. diff. 9. & alij.

QVÆSTIO XLI.

An Confessarius possit præcipere sub pœnitentia, officium mortuorum, Psalmos, vel alias orationes recitandas, pro animabus Purgatorij?

NEGLANT Vega, tom. 2. cap. 64. casu 4. Pedraza, cap. 7. pag. 149. Sancius, disp. 16. Philipus de Cruce, in Thesauro Eccles. tract. 2. §. 6. num. 11 fol. mibi 251. Et uidetur negare etiam, Diana 3. par. tract. 4. resol. 54. quamvis in addit. secun. resol. 11. Solum dicat: utramque sententiam esse probabilem.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Primo. Quia nihil est, quod hoc confessario impedit. Secundo. Quia id visitatum est apud Doctissimos viros. Sic Luyfius Turrianus. de pœnit. disp. 37. dub. 4. & in selectis centur. 3. dub. 1. Vbi oppositum dicit, parum probabile, Hurtado de pœnit. disp. 14. diff.

6. in fine addens; quod quamvis confessarius, non imponat pœnitentiam aplicandam pro anima purgatorij; aut pro aliquo viuo, possit ipsem et pœnitens, illam applicare. Sic etiam Lugo, disp. 25. num. 62. & sequent. pag. 584.

QVÆSTIO XLII.

An Si pœnitentiam impositam pro animabus Purgatorij, acceptet pœnitens, teneatur illam ad implere, & applicare pro illis?

RESPONDENT Sancius disp. 16. num. 1. & Philipus, loc. cit. Teneri quidem, sub peccato, opus designatum, in pœnitentiam exequi: non tamen illud applicare pro animabus Purgatorij, sed pro suis pœnitis debitibus; Quia (inquit) in hac parte, irrationabilis fuit pœnitentia.

Sed probabilius Respondeo: Et teneri pœnitentiam adimplere; & eam pro animabus purgatorij applicare. Quia vt nuper est habitum, confessarius potest tam pœnitentiā rationabiliter imponere; Ergo tenetur pœnitens eam ad implere. Sic Doctores citati, & esse probabilem affirmat Diana, loc. cit. in add. secund.

QVÆSTIO XLIII.

An In pœnitentiam Sacramentalem imponi possint opera, alias præcepto aliquo debita: ut auditionem Missa in die Dominicæ iejunium in Quadragesima &c.

NEGLANT Palud. in 4. diff. 15. quæst. 1. art. 2. Maior, quæst. 2. dub. 1. Scutus, diff. 15. quæst. 1. Capreol. quæst. 1. art. 3. Almain. quæst. 1. Et inclinat. Siluest. V. satisfactio §. 8. Frias, in sum fol. 32.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Quia omnia opera, alias debita, sive præcepto naturali, sive humano, sunt pœnalia, & meritaria: Ergo etiam satisfactoria: Ergo recte imponi posunt in pœnitentiam. Sic Narrus cap. 26. num. 14. Sotus, diff. 19. quæst. 2. Victor. quæst. 205. Nugnus, in add. ad 3. par. quæst. 15. art. 1. diff. 2. concl. 3. (vnde male citatur à Bonacina, vbi infra, pro prima sententia.) Vazquez, quæst. 94. art. 1. dub. 6. Suarez, disp. 38. sect. 6. Sanchez, in sum. lib. 1. cap. 14. nu. 5. Egidius, dub. 8. P. Soto, lect. 2. de satisfact. fol. mibi 202. Gaf-

par Hurtado, de pœnit. disp. 14. diff. 8. Grano-
nado, tract. 12. disp. 5. num. 6. Luyf, Turria-
nus de pœn. disp. 37. dub. 2. Agundez, præc.
2. lib. 9. cap. 5. num. 8. Sa, V. satisfact. num.
11. Vinald. de satisfact. num. 4. alias 10. Ocha-
gavia, tract. de satisfact. quæst. 6. num. 4.
Moure, §. 7. cit. num. 6. ex Tolet. Layman.
loc. cit. nu. 10. Diana, 4. par. tract. 4. resol.
241. Bonac. disp. 5. quæst. 5. sect. 3. pun. 2. n.
11. Lugo, disp. 25. n. 67. Candidus, disquis.
24. ar. 31. dubit. 9. Molfes. tract. 7. cap. 23
num. 62. & 63. Reginald. lib. 7. num. 28.
peft. Enriquez, lib. 5. cap. 19. §. 5. & alios.

QUÆSTIO XLIV.

An Saltem sit conueniens aliquando imponere in pœnitentiam, huiusmodi opera, alias præcepta?

NEAT Nugnus, loc. cit. contol. 2. Quia nimis (inquit) conueniens est, quod ipsa satisfactionio, secundum se priuet aliqua de lectione, vel ut litate: Vnde sine dubio peccaret, saltem venialiter, Sacerdos, imponens talen satisfactionem, & si confessio esset de peccatis mortalibus, peccaret mortaliter. Sic ille.

Sed probabilius sic Respondeo: Licet regulariter, conuenientius sit iniungere in pœnitentiam, opera non præcepta, vt magis puniatur peccator. (Vt omnes ingenui factentur:) Interdum tamen, consultius, erit opus alioquin præceptum, ob pœnitentis fragilitatem, ipsi imperare; raro tamen, aut nunquam erit peccatum, saltè gracie, hoc iniungere. Quia cum opus præcepti, sit meritorium, & satisfactorium, rectè potest eleuari, vt sit satisfactio Sacramentalis. Sic Lvis Turrian, Layman, P. Soto, Suarez, & Vazquez, ll. cc. Tolet. lib. 3. cap. 11. num. 5. Imo & ipse Nugnus, loc. cit. contol. 3. ait, posse optime confessarium iniungere pro pœnitentia opera, alias præcepta: si simul imponatur aliquod aliud opus liberum. Sic etiam Diana, 3. par. tract. 4. resol. 84. & alij.

QUÆSTIO XLV.

An Si Confessor non explicet, se imponere pœnitentiam de opere præcepto; semper intelligatur imponere de operibus alias liberiss?

AFFIRMANT absolute, & absque vila distinctione, Luys Turrianus, & apud ipsum, Sotus, & Nuar.

Sed clarius Respondeo: Sic profecto intellegi; nisi alias ex verbis confessoris, aut ex circumstantijs rerum, contrarium colligatur. Primum, docent omnes, & constat; quia haec est communis intentio confessorum. Secundum, etiam patet. Quia si confessarius dicat poenitenti, vt diebus festis duplarem Missam; audiat certe, tā præcepto Ecclesie, quam confessoris, duas tantum Missas audiēdo, satisfaciet. Et similiter, si poenitenti dicat, vt per unum mensem, singulis diebus, Missam audiat, satisfaciet auditione unius Missæ, etiam die festo; Quia in istis, & similibus casibus, non obscure intelligitur, hanc esse mentem confessariorum. Sic communiter Doctores cit. Victor. de satisfact. 6. quæst. 205. Enriq. lib. 2. de pœnit. cap. 21. Reginald. lib. 7. num. 30. Layman, cap. 15. num. 10. & Diana, loc. cit. & tract. 6. resol. 86. Sanchez, in sum. lib. 1. cap. 14. nu. 6. & apud ipsum, Sayrus, Azor, Medina, & Scarez. Sic etiam Lugo, loc. cit. & Candidus ar. 31. dubit 12. & 11. Bonac. loc. cit. n. 12. & apud ipsum, Nauarrus, cap. 1. de pœnit. diff. 6. num. 44. & in man. cap. 3. num. 4. Azor, Molfesius, Zerola, Viualdus, & alij.

QUÆSTIO XLVI.

An Si Confessor iniungat pro pœnitentia, eleemosynam; satisfaciat pœnitens dando illam extreme indigentia?

NCANT Suar. disp. 38. sect. 6. num. 5. Turrian. disp. 37. cit. dub. 2. Gaspar Hurtado, disp. 14. de pœnit. diff. 8. & Vazquez, apud ipsum, Paludanus, in 4. diff. 15. quæst. 1. ar. 2. num. 8. Metina, C. de satisfactione. quæst. 4. Sayrus, lib. 6. capit. 3. numer. 22.

Sed probabilius Respondeo: Satisfacere; Quia cum eleemosyna, pauperis indigentia subleuari respiciat, quo maior est indigentia, potiori ratione, eleemosyna dici potest; & ideo prudenter credi potest; mentem confessarij fuisse, vt per huius modi eleemosynæ, & præcepto, & poenitentia satisfaceret. Sic optime ex alijs Sanchez, lib. 1. cap. 14. num. 6. Enriq. lib. 5. cap. 21. num. 3. in glos. lit. Q. Azor, tom. 1. lib. 11. cap. 14 quæst. 1. Sa, V. satisfactio nu. 9. Sotus, in 4. diff. 19. q. 2. art. 1. Victor. de satisfact. num. 205. Viuald. num. 5. Martin de Ledesma. 2. p. 4. quæst. 14. art. 1. dub. 7. & Bartholomæus de Ledesma, disatisfact. dub. 9. & Diana, 3. par. tract. 4. ref.

ref. 84. & tratt. 6. resol. 86. ubi citat Gaspar Hurtado, pro hac sententia, sed male. Candidus, loc. cit. dubit. 13.

QVÆSTIO XLVII.

An Etiam, satisfaciat pœnitens pœnitentia, de danda eleemosyna, dando illam Patri, fratribus, aut auis indigenibus, si teneatur illis, alias, subuenire?

NEGANT Suar. Sayrus, Sanchez, Diana, loc. citatis.
Sed probabilis Respondeo: Satisfacere. Tum, ob rationem dictam. Tum, etiam. Quia benigna interpretatione censemur confessarium tali eleemosyna, alias ex precepto, contentum esse. Quia alioquin, nimis grauaretur, pœnitens duplarem eleemosynam dando; ut dixit Diana, in response ad precedentem questionem. Sic Sotus, diff. 19. quest. 2. art. 4. Enriquez, lib. 5. cap. 21. num. 3. & in Glossa littera Q & alij.

QVÆSTIO XLVIII.

An Pœnitens, cui est iussum pro pœnitentia elargiri eleemosynam certo pauperi, satisfaciat eam offerendo pauperiori?

AFFIRMAT, licet timide, Ioann. Sancius disp. 14. n. 23. Quia id (inquit) ex voluntate praesumpta confessoris triplex pœnitentiam imponentis presumitur; alias irrationaliter pro illa parte esset in iuncta pœnitentia, si confessarius vellet pauperiori non subueneri. Sic ille.

Sic etiam ego Respondeo: ob eamdem rationem Sancij (propter quam deberet ille admittere, posse pœnitentem propria auctoritate in melius pœnitentiam mutare, quod constanter negat) dum modo non concurrat aliqua specialis circumstantia in minus pauperem confessario assignato, propter quam dicta eleemosyna sit gratiæ Deo; quia in hoc casu cessabit voluntas praesumpta. Sic Sanchez, lib.

4. sum. capit. 49.
num. 6.

(5)

QVÆSTIO XLIX.

An Eleemosynam iniunctam pro pœnitentia, possit pœnitens pauper, sibi applicare?

NEGLIGANT Sancius, loc. cit. num. 18. & Sanchez, loco citato. Quia non ex proprijs sibi elargiri eleemosynam dicitur.

Respondeo: Quod licet, ob rationem dictam, non possit sibi; possit tamen applicare Filio suo, Vxori, aut Fratri pauperi, quamvis ex tali applicatione sibi aliquid lucrum proueniat. Quia in huiusmodi largitione, vere saluat ratio eleemosynæ. Sic Enriquez, lib. 2. de pœnit. cap. 21. num. 3. & in marg. lit. Q.

QVÆSTIO L.

An Saltem, possit confessarius pœnitenti am de elargiendo eleemosynam commutare; applicando illam ipsi met pœnitenti pau perit?

NEGANT Sanch. & Sancius II. sc. Sed non improbabiliter Respondeo: Posse. Quia talis applicatio facta à confessario, vere habet rationem eleemosynæ, cum sit, quasi ad alterum, & ex alienis quasi. Sic aliqui docti de hac re consulti.

QVÆSTIO LI.

An Sit de necessitate Sacramenti, quod pœnitentia, ante absolutionem iniungatur?

AFIRMANT aliqui apud Nuñum in add. ad 3. p.. quest. 18. art. 4. diff. 2. Sed verissime Respondeo. Quod non. Quia satisfactio nec est de essentia huius Sacramenti, neque de necessitate, ut supra quest. 2. est habitum ergo erit verum Sacramentum, etiam si nunquam apponatur satisfactio. Sic omnes sere Doctores præcipue Nauar. ad principium. cap. 1. de pœnit. diff. 6. num. 35. & in man. cap. 26. nu. 10. Suarez, tom. 4. dif. 38. sect. 3. num. 6. & alij penes ipsum.

QVÆ-

QUÆSTIO LII.

*An Saltem sit de necessitate precepti,
admittit ad veniale peccatum,
obligantiss?*

AFFIRMAT Nuñus loc. cit. & facit satis Glossa, in Clemen. dadum defunct.

Sed longe probabilius Respondeo: Quod, licet melius sit ante absolutionem satisfactionem iniungere, ut probat vñus Ecclesie, & tenent omnes Doctores nullum tamē erit peccatum, si statim post absolutionem, apponatur satisfactione. Quia nullum extit de hoc preceptum, nec vñus vim illius habet. Sic Nauar. cap. 26. n. 10. Suar. Filluc. Molfes. quos citat, & sequitur Bonac. loc. cit. n. 19. Diana. 3. part. i. tract. 4. resol. 136. Reginald. lib. 7. num. 19. Granado, tract. 12. disp. 4. nu. 5. Luys. Turrian. disp. 35. dub. 3. Hurtado, disp. 14. diff. 2. insine Ludouicns, de S. Juan, quæst. 10. de pœnit. art. 3. diff. ultima Villalbos, tract. 9. diff. 77. num. 23. Candidus, disquis. 24. art. 31. dubit. 20. Bossius, de Iubil. se. Et. 1. consu. 19. nu. 32. Molfes. loc. citat. num. 58. Vbi sic ait: Hinc Doctores communiter docent, melius esse ante absolutionem iniungere satisfactionem poenitenti; quia dum semel illam acceptat, tenetur sub mortali illam adimplere: quamvis sit arbitrarium confessario, etiam post datam absolutionem, iniungere poenitentiā; ut bene cum communi probat Nauar. &c. Sic ille.

QUÆSTIO LIII.

An Confessarius possit præcipere aliquando pœnitenti, ut implete pœnitentiam, antequam illum absoluat?

NE CAT Gaspár Hurtado, disp. 14. de pœnit. diff. 14. vñs. ex eo autem. Sed probabilius Respondeo: Posse, non perse, sed per accidens; quoties confessor iudicarit pœnitentiā hoc expedire v. g. Si confessor timet pœnitentem non adimplerum pœnitentiam, nisi eam curet, ut adimpleat ante absolutionem. Aut si cognoscat s̄apientia aliarum confessionum prætermissee pœnitentias &c. In his enim casibus, licite, immo, & optime faciet, si præcipiat pœnitenti, ut adimpleat pœnitentiam, ante quam illum absoluat. Sic Suar. tom. 4.

disp. 28. se. Et. 7. n. 9. alias 7. Fagund. præc. 2. lib. 9. cap. 3. num. 19. Bonac. lo. cit. numer. 20. Filluc. tract. 8. cap. 2. n. 56. Reginald. lib. 7. num. 83. & Candidus, lo. cit. dubit. 21. pag. 99.

QUÆSTIO LIV.

An Si alicui imponatur pro pœnitentia, recitatio Psalmorum, aut vnius Rosarij &c., possit illam adimplere, quando audit Missam ex precepto?

NEGANT Maior. Gabriel. & alij, apud Viualdum, de satisfact. num. 15. & Ang. el. V. feria num. 46. (vnde male illum refert. Fagundez, statim citardus, pro opposita sententia) Negant etiam Armilla, V. festum num. 11. Siluest. V. Missa. 2 fine Rosella V. Dominica, num. 7. & taut, tatis Viuald. loc. cit.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia re vera facit opus iniunctur, & alias, non incompatibile cum auditione Missæ. Sic Nauar. cap. Quando de consecrat disp. 1. cap. 19. num. 178. & in sum. cap. 21. n. 8. Cajer. in sum. V. festorum Violatio, Mar. de Ledesma, 2 par. 4. quæst. 16. art. 6. in 1. par. dub. 5. Enriquez, lib. 9. de Missa cap. 25. num. 5. P. Soto, le. Et. 2. citata, Valentia, 2. 2. disp. 6. quæst. 2. pun. vlt Suar. 4. tom. disp. 38. se. 6. num. 5. Adrian. quæst. 1. de satisfact. Medina tract. 2. quæst. 48. Fagundez, lib. 9. cap. 5. num. 10. Sanchez, in sum. lib. 1. cap. 14. n. 11. Victor. de satisfactione num. 206. alias 204. Lublinus, V. Rosarium. num. 2. ex Caietano, Luys Turrianus, disp. 37. dub. 2. & communis.

QUÆSTIO LV.

An Etiam, qui dicit Coronam, aut Psalmos pro pœnitentia iniunctos, dum uestibus se induit, satisfaciat?

RESPONDEO: Affirmative. Primo: ob rationem nuper traditam. Secundò: quia, qui sic recitat Coronam, aut officium diuinum, ad quod ex voto, aut officij obligatione tenetur, vere ad implet, & satisfacit sūx obligatiōni, ut docent communiter DD. præcipue Viual.

lo. cit. nu. 16. B. de Medina,
lib. 1. cap. 14.

QUÆS-

QVÆSTIO LVI.

An Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam, sibi à confessario iniunctam?

NEGLANT teneri pœnitentem acceptare pœnitentiam satisfactoriam, dummodo habeat animum satisfaciendi Deo in hac vita; vel per indulgentias; vel per bona opera: aut in Purgatorio, per poenas. *Scot. disp. 17. Gabriel. disp. 16. quæst. 2. Medina cod. de Pœnit. quæst. 41. Gregor. Ruiz, Rafael de Cesare, Beia, & Yribarne, apud Diana m. 2. par. tract. 1. Miscel. resol. 52. & 3. par. tract. 4. resol. 51 Nauar. in min. cap. 26. num. 20. Samuel Lublinus, V. satisfactio num. 1. Reginald. lib. 7. à num. 314. Binsfeld. in Enchirid. par. 1. cap. 13. de satisfactio. §. 5. pag. mibi, 110. Et esse probabile, affirmant, (& bene) Sotus, in 4. disp. 20. quæst. 2. ar. 1. Zerola in praxi pœnit. cap. 25. quæst. 9. P. Ioan. de Cruce, par. 2. de pœnit. quæst. 4. dub. 3. concl. 1. Villalobos, tract. 9. diff. 28. num. 4. & alij apud Diana m. ll. cc. Quia nūis ipse, ne a suo deuiet more, nec approbet, nec reprobet.*

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Teneri acceptare, non solum pœnitentiam medicinalem, seu restitutoriam, aut quālibet aliam, ad vitanda peccata, necessariam (de qua loquendo, etiam affirmantr contrarij) verum etiam satisfactoriam, dum modo sit discreta, tolerabilis, moderata, & acommodata grauitati peccatorum, & fragilitati pœnitentis. Ritus est. Quia Absolutio Sacramentalis est actus judicialis ex Trid. cap. 14. can. 9. At iudicium, necessario habet vim coactuam, ex D. Thoma, in 4. disp. 19. quæst. 1. ar. 1. quæst. 3. Ergo Sacerdos potestatem habet cogendi pœnitentem, ad acceptandam, & implendam pœnitentiam sibi iniunctam. Sic S. Thom. 3. par. quæst. 80. art. 2. Victor. num. 209. Nuñus, tom. 2. in 3. par. quæst. 15. art. 1. & quæst. 13. art. 2. diff. 2. Ledesma, in sum. de penit. cap. 23. concl. 8. dub. 1. Coriol. par. 1. se 7. 2. fol. mibi 332. P. Soto, le 2. de satisfactio. Soto, Ioā. de Cruce, Zerola, & Villalob. ll. cc. Viuald. Tolet, Valent. Suarez, & Cano, apud Fagud. lib. 9. cap. 8. num. 12. Enriq. Bellarm. Fililiuc. Vazq. Gilpar. Hurtad. Syluius, Megala, Aegid. Bonic. & alij apud Diana m. ll. cc. Granaido, tract. 12. disp. 6. nu. 3. Layman, cap. 15. num. 6. Lugo, disp. 25. num. 6. 8. Vbi opti-

positam sententiam improbabile vocat (sed non ita bene) Candidus, ar. 30. dubit, 4. Molles. loc. cit. num. 56. docens; oppositam sententiam esse temerariam, & est communis.

QVÆSTIO LVII.

An Confessarius possit al soluere pœnitentem nolentem acceptare totam pœnitentiam, sed tantum aliquam partem?

NEGLANT adhuc, aliqui Doctores, pro nostra Responso citati. Sed æque probabiliter Respondeo. Posse: modo pœnitens habeat propositum satisfaciendi Deo in hac vita, vel in alia. Vnde pœnitens, qui vnum Paternoster, & Ave Maria in pœnitentiam acceptat, vel aliam huiusmodi; licet respuat aliam, absoluī potest. Secus dicendum si nullam pœnitentiam acceptare velit. Sic Reginaldus, Hemobon. Hostiens. & Molfesius, quos citad Diana, 2. par. tract. 15. & 1. Miscel. resol. 52. Quibus addo, præter AA. supra pro opposita sententia, citatos, Rodriguez, tom. 1. cap. 56. concl. 5. Ortiz, in sum. cap. 24. §. 14. & Lublin. loc. Jupra citato, num. 5. Vbi sic ait: Licet confessarius, non possit obligare pœnitentem ad acceptandam satisfactionem, quam illi imponit; quia potest dicere; volo eam soluere in alia vita; tamen potest eum compellere ad acceptandam, aliquam partem, quia nullus est forsitan pœnitens, qui super hoc audeat disceptare cum confessario; ad minus enim signo Crucis se signare non refutabit. Sic ille; licet oppositum dixerat, V. satisfactio. cit. num. 1.

QVÆSTIO LVIII.

An Teneatur pœnitens acceptare quamcumque pœnitentiam iniunctam, sub vinculo peccati mortalis?

NEGLANT Suar. tom. 4. disp. 38. se 7. 7. num. 5. & apud ipsam, Nauar. cap. 21. num. 43. Sotus, & Palud, quos se quitut Diana, 3. par. tract. 4. resol. 102. Quia existimant: solum teneri acceptare sub mortali, casu, quo pœnitentia, quæ iniungitur, sit grauis; sub veniali, si sit leuis. Sic etiam Lugo, disp. 25 num. 74. pag. 586. Voi ait, esse sententiam communem.

Sed æque probabiliter, & magis consequenter.

ter, Respondeo: Ad utramque pœnitentiam acceptandam teneri sub peccato mortali. Quia, regulariter loquendo, semper tenetur confessor sub peccato mortali ad imponendam pœnitentiam grauem, vel levem, ut sup. quæst. 14. est habitum: Ergo, & pœnitens ad eamdem, sive grauem, sive levem, acceptandam tenebitur, eodem vinculo. Sic Ioannes Sancius, disp. 15. num. 14. & 17. dicens: esse communem consensum Doctorum.

QVÆSTIO LIX.

An Pœnitens peccet mortaliter, non adimplens pœnitentiam grauem a se acceptatam, & intunctam sibi, pro mortalibus, alias non confessis?

NEGANT Caiet. tom. I. opuscul. tract. 6. quæst. 2. & Sa, in prima editione V. Satisfactio. num. 4.

Sed omnino Respondeo: Peccare mortaliter. Quia sententia confessarij in foro ipsius, tantam vim habet, quantâ alterius iudicis in foro exteriori: at si hæc est acceptata obligat, sub pena peccati mortalis: Ergo, & illa. Sic Nauar. de pœnit. diff. 5. cap. I. §. ponat se, num. 13. & in man. cap. 21. num. 43. S. Thom. cum Magistro, diff. 18. Sotus, Scet. Gabr. & alij, quos sequitur Viualdus, de satisfact. num. 33. Suarez, loc. cit. Vazq. quæst. 94. art. 2. dub. 1. Sa, etiam, in summa sua correcta loc. cit. Binsfeld. loc. cit. Lugo, loc. cit. Candidus, disquis. 24. ar. 30. dubit. 6. & communis.

QVÆSTIO LX.

An Eti am, peccet mortaliter, si non adimplat pœnitentiam grauem, acceptatam, impositam vero, pro peccatis venialibus, aut mortalibus iam confessis?

NEGANT Caiet. Sa. Nauar. & Suar. II. cc. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 15. n. 7. Lublinus, V. satisfact. n. 8. Granad tract. 12. disp. 6. n. 8. Viuald. de satisfact. n. 33. Angelus, Medina, & alij apud ipsum, Diana, 3. par. tract. 4. resol. 102. & 136. Qui existimant, tantum peccare venialiter.

Sed probabilis Respondeo: Peccare mortaliter, non adimplendo tam pœnitentiam, dum modo, (ut diximus) digne fuerit imposta. Quia, qui facit contra obligationem grauem, grauiter peccat. Sic Nuñus. q. 13. ar. 2. diff.

2. concl. 4. Enriq. lib. 5. cap. 26. num. 3. & 8. Fagund. præc. 2. lib. 9. cap. 3. num. 13. Hurtado. disp. 14. diff. 1. Rigid. disp. 10. dub. 9. Bonac. disp. 5. quæst. 5. scilicet 3. pun. 4. num. 4. Philippus de Cruce, in Thesaur. Ecclesiæ, tract. 1. de indulgent. §. 4. num. 3. & in suo Norte Confessorum §. 13. Zerola, in praxi cap. 21. quæst. 8. & cap. 25. q. 39. Sayro, de pœnit. cap. 26. num. 8. Valen. tom. 4. disp. 7. quæst. 14. pun. 4. Lugo, disp. 25. num. 74. pag. 586. Candid. disquis. 24. art. 30. dubit. 7. Molfes. 1. par. summa tract. 7. cap. 23. n. 68. & alij.

QVÆSTIO LXI.

An Item, peccet mortaliter, non adimplens pœnitentiam levem (v.g. recitandi decem salutationes Angelicas, & unam orationem Dominicam) sive in iunctam pro solis venialibus, vel mortalibus iam confessis, vel non?

NEGANT Nauar. Suar. Bonac. Gaspar Hurtado Fagundez, II. cc. Granad. loc. cit. nu. 7. Rigid. loc. cit. num. 80. Reginald. lib. 7. num. 77. Enriq. lib. 5. cap. 20. n. 3. in Glos. lit. I. & n. 4. & lit. M. Rodriguez. I. tom. sum. cap. 56. nu. 9. Vega, 2. par. cap. 6. 4. casu 2. Molfes. loc. cit. num. 67. Diana, 3. par. tract. 4. resol. 102. & 136. Philippus de Cruce, loc. cit. pag. mibi. 19. Candidus, loc. cit. dub. 6. & Lugo, disp. 25. nu. 50. Dicens esse sententiam omnium Doctorum.

Sed probabiliter & que. Respondeo: Peccare mortaliter. Primo. Quia, licet pœnitentia leuis, secundum se materialiter considerata, sit leuis materia; tamen, ut est pars integralis Sacramenti, necessario requisita, ut sacramentum sit integrum, & perfectum, est materia grauissima. Secundò. Quia pœnitens tenetur sub mortali ad acceptandam pœnitentiam, etiam leuem, ut sup. quæst. 56. est habitum: Ergo etiam tenebitur, sub eodem vinculo, ad illam ad implendum. Sic Nuñus, ad 3. par. quæst. 13. diff. 2. concl. 4. pag. 571. Sancius. disp. 15. num. 14. & 17.

QVÆSTIO LXII.

An Qui maiorem partem pœnitentia in iunctæ, non adimplere, peccet mortaliter?

NEGANT Caiet. & Sa, II. cc. quæst. 58. & etiam negabunt Suarez, Nauarrus, Layman, & Diana, si pœnitentia totalis

totalis impossita fuit pro peccatis venialibus, aut pro mortalibus confessis, iuxta dicta quæst. 59.

Sed probabiliter Respondeo: Peccare mortaliter. Quia frangit pœnitens præceptum in re crav. Sic Didacus Nuñus loc. cit. concl. 4. insine Sancius, loc. cit. nu. 14. & probabile reputat Diana 3. part. tract. 4. resol. 102.

QVÆSTIO LXIII

An Denique, peccet mortaliter, qui etiam minorem partem pœnitentiæ iniunctæ, non adimpleat?

AFFIRMATIVAM partem tenere Nuñum, ait, Diana, loc. cit. resol. 136. per hæc verba: Quæ omnia a fortiori procedunt, si pœnitentia imposta absolute esset leuis, vel aliqua exigua pars pœnitentiae gravis à pœnitente non impleretur; nam in his casibus, contra Nuñum, tantum venialiter peccaret pœnitens. Sic Diana, Qui, quamvis ex parte, bene; male tamen citat Nuñum, quod omni partem, ut statim videbimus.

Respondeo Ergo: tantum peccare, in prædicto casu, venialiter. Quia licet pœnitens, etiam in illo, frangat præceptum confessoris, est tamen fractio rei leuis. Sic Nuñus, loc. cit. pag. mibi. 571. per hæc verba: Vnde sequitur, quod si quis adimpleat maiorem partem pœnitentiae, omittat autem aliquam ieuen partem, solum erit veniale peccatum. Sic ille. & Ioan. Sancius disp. 15. num. 14. Diana, loc. cit. Philippus de Cruce, tract. 1. de indulg. §. 4. num. 3. fol. mibi 19. & apud ipsum, Nauarrus, Enriquez, Egidius, Villalobos, Reginaldus, Layman, Suarez, Hurtado, Candidus, & alij DD.

QVÆSTIO LXIV.

An Pœnitens impotens ad implendam totam pœnitentiam, sit adstricetus partem soluere?

RESPONDEO: Affirmative; casu quo materia pœnitentiae diuidua, & partibilis sit: Negative vero; si dividua, & impartibilis. Vnde si alicui pro pœnitentia iniungatur, ut ieunet totam Quadragesimam, & non valet ieunare, nisi aliquos dies, ad id certe tenebitur: è contraria vero, si pœnitenti iniungatur, ut audiat sacramentali-

die; qui tantum posset, usque ad confessionem interesse, non esset astricetus, usque ad illam assistere; quia hæc pœnitentia, est impartibilis, illa vero, partibilis. Sic Sanchez, lib. 1. cap. 19. num. 7. & Sancius, disp. 15. & communis.

QVÆSTIO LXV.

An Pœnitens, cui iniunctum est, pro pœnitentia, ut Matutinum absque Laudibus recitet, teneatur ad recitandos Psalmos, casu, quo non posset, simul lectiones, & Responsoria recitare?

AFFIRMANT Nauarrus, cap. Quæsto de Consecrat. dist. 1. num. 15. ab solute; & etiam Sancius, si officium esset de feria, secus alias.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Non teneri; (eriam si officium sit de feria) Quia absque lactionibus, & Responsorij, non adest officium Canonicum. Sic ex parte Ioan. Sancius disp. 15. num. 2.

QVÆSTIO LXVI.

An Pœnitens, cui imposta est pœnitentia, recitandi septem Psalmos pœnitentiales, teneatur recitare aliquos, si impotens extet ad omnes recitandos?

AFFIRMAT Iohannes Sancius, loc. citato num. 6.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Non teneri. Quia septem Psalmi pœnitentiales sunt materia individualis: sicuti est Matutinum absque laudibus: at qui est impotens ad omnes psalmos, & lectiones recitandos, non tenetur ad aliquem seorsum, ut docet ipse Sancius, ut nuper vidimus: Ergo. Sic Thom. Sanchez, in sum. lib. 1. cap. 19. numer. 4.

QVÆSTIO LXVII.

An Habens pœnitenti am recitandi septem Psalmos, sexis genibus, & taliter nec queat, teneatur alio modo recitare?

NECAT Diana, 3. part. tract. 4. resol. 55. Nullum tamen authorem, citat pro se. Posset tamen unum

pro mille Thomam, videlicet Sanchez, lib. 4 sum. cap. 14. n. 26. Vbi sic ait. Si tamen, aliquacircumstantia omittetur voto coniuncta, aut poenitentia, non satisficeret. Quia i' non fuit opus promissum, vel in poenitentiam iniunctum, & hec non est illi satis factum: vt si fuerat recitandi genibus flexis, & recitauit sedendo, vicens, vel poenitens. Sic Sanchez. Quen: etiam sequitur Lugo, disp. 25. n. 93. pag. 590.

Se probabilius Respondeo: Teneri recitare, non flexis genibus; si flexis genibus, ne queat. Quia, quod flexis genibus dicantur, est quid accidentale, & modus tantum poenitentia, quo deficiente, implenda substantia manet. Sic Vega, 2 par. cap. 64. casu. 6. & Ioan. Sancius, disp. 5. num. 4.

QVÆSTIO LXVIII.

An Pœnitens, cui iniuncta est recitatio tertiae partis circuli Virgenei (Hispane, un tercio del Rosario) & est impotens ad totam recitandam, teneatur ad partem, quam potest?

AFFIRMAT Navar. sup. quest. 64. cit. casu, quo potens sit ad maiorem partem Rosarij recitandam.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Quia tertia pars Rosarij Virginis indiuina materia computatur, deficiētibus enim aliquibus Aue, Rosarium nō dicitur. Ergo. Sic Thom. Sanch. lib. 1. sum. cap. 19. n. 4. & 5. Ioannes Sancius, disp. 15. num. 7. Sed hic, minus consequenter, si quidem, loquendo de septem Psalmorum recitatione, oppositum assertur (vt vidimus quest. 65.) cum nulla sit profecto differentia, inter Rosarium Virginis, & Psalmos poenitentiales, vt hi, diuina, illud, indiuidua, reputentur materia.

QVÆSTIO LXIX.

An Possit pœnitens recitare cum socio, Officium diuinum, psalmos, Litanas, & buius modi, in iuncta sub pœnitentia?

RESPONDEO: Quod sic, nisi aliud fuerit expresse à confessari iniunctum. Quia præceptum confessoris intelligendum est, instar præcepti Ecclesiastici de hacre. Sic Navar. de Oratione cap. 10. n. 19. Azor, lib. 10. institutio moral. cap. 7. quest.

10. Thom. Sanchez. lib. 4 sum. cap. 11. n. 375. Lessius, lib. 2. cap. 37. num. 52. Sancius, disp. 15. num. 2. & ante illos, Palud. in 4. dist. 45 quest. 2. col. 3. Sa, V. Horæ Canon. num. 11.

QVÆSTIO LXX.

An Etiam, possit recitare cum socio (dicens quilibet suam salutationem Angelicam) qui ex pœnitentia ad Rosarium, vel Coronam virginis recitandam, obligationem habet?

NEGLANT Sanch. in sum. lo. cit. ru. 38. qui pro sua sententia citat Doctissimum Nauarrum. de Oratio. cap. 10. cit. num. 22. & sequentibus, (sed in merito profecto, cum potius oppositum ibidem debeat, ut melius vidit Azor, loco statim citando.)

Probabilius ergo Respondeo: Posse. Quia interpretari possumus voluntatem confessarij, esse, vt huius modi pensum, & pœnitentia, eo more, quo Officium Diuinum persoluitur, adimpleatur. Sic Nauarus, loco citato à num 27. Vbi hanc nostram sententiam nouem argumentis confirmat, & respondet tribus contraria. Azor, lib. 10. institutio. cap. 7. quest. 10. Trullench, lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 5 num. 19. pag. 482. Qui tamen, male citat pro hac parte, Thomam Sanchez, loco citato. pro nostra, cum expresse, oppositam teneat.

QVÆSTIO LXXI.

An Pœnitens impotens ad recitandum Officium, Psalmos, aut Coronam &c. solus, teneatur hoc, cum socio recitare?

AFIRMABUNT qui existimant teneri Clericum sacris initiatum, officium diuinum cum socio, si facile inuenire possit, recitare. Ita Azor, loc. cit. cap. 13. quest. 3. & 6. Reginald. lib. 18. cap. 13. n. 283. Valentia, tom. 3. disp. 6. quest. 2. pun. 10. & Navar. de oratione. cap. 11. num. 13. & 19. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri, etiam si pœnitens socium facillime adinvenire queat. Quia probabilius est, Clericū non teneri ad recitandum officium cum socio (etiam si illi, aliquis in socium se offerat) si impotens est ad recitandum solus, vt docent Sancius, in sele Et. disp. disp. 15. num. 2. & ex illo Diana, 2. par. tract. 12. resol.

r. fol. 43. Layman, Garcia, & alij penes ipsum: Ergo neque pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam per se solum; tenebitur, ad eam exequē dam, solum quārere. Sic Sancius loc. cit.

QVÆSTIO LXXII.

An Qui ex pœnitentia obligatus est ad dicendum Rosarium, vel Coronam Virginis Matris, aliquo die, satisfaciat dicens ea ea, eodem die, horis interrupit?

NEGLANT aliqui, apud Nauarrum; de Oratio cap. 10. num. 37. & apud Sanchez, tom. 2. opus. lib. 7. cap. 2. dubi. 19.

Sed longe probabilius Respondeo: Satisfacere, dicendo, saltem vnicō contextū, sine interruptione, singulas decades eorum (hoc est vnum Paternoster, & decem Ave Maria) omittendo alias in aliud tempus. Quia singulæ decades reputantur, ut vna hora Canonica. Sic optime Nauar. loc. cit. & ex illo, Sanch. loc. cit. & in sum. lib. 4. cap. 11. n. 39. & ex illo Diana, 4 par. tract. 4 resol. 17.

QVÆSTIO LXXIII.

An Pœnitens satisfaciat, Psalmis, Coronæ, aut alijs precibus, pœnitentia iniuncta, debitiss, sola mente recitando?

NEGLANT cōmuniter DD. quos sequuntur Thom. Sanchez, lib. 4. sum. cap. 11. num. 36.

Sed probabiliter Respondeo: Posse, casu tantum, quo certo constaret, expedientius esse spirituali saluti pœnitentis, orare mente, quam voce. Quia potest pœnitens cōmutare eas preces, pœnitentia, debitas, in orationem illarum mentalem. Sic debent tenerre, qui sustinent, posse pœnitentem cōmutare pœnitentiam sibi impositā, in æquale, aut, saltem, in melius; ut notat, non obscure, Sanchez, loc. cit. de quo infra.

QVÆSTIO LXXIV.

An Ille, cui integrum Rosarium, ex tribus partibus constans, iniunctum est in pœnitentiam; sit satisfaciat recitando tribus diebus, singulis singulas partes?

RESPONDEO Quod sic. Quia hæ tres partes in communi estimatione, omnino diuidantur. Secus autem est di-

cendum, si pœnitentia iniuncta esset tertia partis constantis ex quinque decadibus; existimo enim pœnitentem, non satis factum, si diversis diebus recitet, singulis singulas, aut binas decades. Quia ea obligatio intelligitur instar præcepti Ecclesiastici de recitando officio canonico, quod, vñica die, perfolui debet. Sic Sanch. lib. 4. c. 11. n. 40.

QVÆSTIO LXXV.

An Pœnitentes impotens ad implendam pœnitentiae ieiuniū in pane, & aqua, teneatur ieiunare modo consuetudo Ecclesiæ?

RESPONDEO: Quod non. Quia ieiunium in pane, & aqua est quid indiscretum, & ut sic, præcipitur in pœnitentiam. Sic Sancius disp. 15. num. 3.

QVÆSTIO LXXVI.

An Pœnitens impleat pœnitentiam ieiuniū; si tota die ieiunans, in nocte ieiunium frangat?

AFIRMATIVAM sententiam tenere Suar. tom. 4. disp. 38. sect. 8. ait Fagundez, ubi intra; sed certe id nullo modo ait Suarez, saltem loc. cit.

Vnde oppositum omnino Respondeo: Quia per illud ieiuniū non impletetur præceptum Ecclesiasticum: Ergo neque pœnitentiae: nam hoc, instar illius, ponitur. Sic Thomas Sanchez, lib. 1. sum. cap. 19. num. 5. & Fagundez, præc. 2. lib. 9. cap. 4. num. 3.

QVÆSTIO LXXVII.

An Si in honorem determinati festi imposita sit pœnitentia: (v. g. Ieiunium in vigiliis B. Mariæ Virginis) si per imponitiam à ieiunio illius diei pœnitens excusetur, teneatur alio die ieiunare?

AFFIRMARVNT Abbas, in cap. pertuas de voto, Silvestri, V. votum. 2. q. 4. Angelus, votum 3. n. 3. Tabiena, votum 3. q. 7. & alij, qui docēt, obligatum ex voto ieiunare certa die; puta vigilia Sanctæ Catharinae, & non seruat, teneri alia die ieiunare.

Sed longe probabilius Respondeo: Non teneri. Quia, cum tale ieiunium sit impositum in honorem determinati festi, censetur onus dici, & quid adiacens illius. Sic

Nauar. cap. 12. num. 54. Enriquez lib. 2. de pœnit. cap. 22. num. 7. Fagundez præc. 2. lib. 9. cap. 4. num. 5. Diana 3. par. tract. 4. re sol. 92. Granado tract. 12. disp. 6. num 9. Sanchez, loquendo de voto, lib. 4. Sum. cap. 14. num. 25. & 32. Caiet. Armilla, Valencia, Vazquez, Azor, & alij, apud ipsum. Molfes. tract. 7. cap. 23. num. 6. 4. & penes ipsum, Suarez disp. 38. sect. 7. num. 6. Reginaldus lib. 7. num. 79. Egidius disp. 10. num. 83. & alij.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Idem dicendum sit, si pœnitentia sit iniuncta de iejunando diebus Veneris, vel Sabbati, vnius mensis, vel anni?

NEAT Fagundez loc. cit. & ex illo, Diana loc. cit. citant s pro sua sententia, Nauarrum, & Siluestrum loc. cit. Et bene, licet solus Nauarrus de hac speciali quæstione sermonem agat. Negabunt etiam Authores pro contraria sententia ueritatem, & Lugo disp. 25. num. 88. & Candidus disquis. 24. art. 30. aubit 8. Quia (inquietum) in hoc casu, non respicit confessarius principaliter diem, vel tempus, & ita, qui, a quo dierum illius temporis, non ieunat, tenetur in alio die, postea iejunare.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Nec in hoc casu, teneri pœnitentem, alio die, ieunare. Quia, ego econtra existimo; quod communiter Confessarij respiciant tempus, ac præfigant diem; & forte in memoriam Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris: Ergo, elapso illo die, non tenebitur pœnitens, cum sit onus eius, in alio, ieunare. Sic Sanchez loc. cit. num. 32. Bonacina q. 5. cit. sect. 3. punct. 4. num. 5. (qui non bene citat Nauar. quantum ad hanc partem) Egidius, disp. 10. dub. 9. num. 89.

QVÆSTIO LXXIX.

An Pœnitens, cui iniunctum est in pœnitentiâ, ut quotidie, per unum annum, mensem, vel hebdomadem, Psalmos, vel Coronam recitet; satisfaciat, si uno, duobus, aut tribus diebus, &c. bac recitet simul?

NEAT absolute Sanchez lib. 4. Sum. cap. 11. num. 40. Quia in hoc casu, (inquit) pœnitentia intelligenda

est in sicut præcepti Ecclesiastici, de quotidie recitando.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Satisfacere, si dicta, in pœnitentiam, iniurata, recitanda sint pro animabus Purgatorij, iuxta dicta quæst. 40. Quia gratius erit Deo, & expedientius animabus, quo citius, hac pœnitentia finiatur. Si vero recitanda sint pro pœnis, suis peccatis, debitibus, adhuc respondeo: posse, casu, quo finis cōfessoris iubentis recitare Psalmos, Coronam, &c. Non sit, ut pœnitens quotidie, se in aliquo bono opere exerceat; (in quo casu, est vera sententia Sancti) sed illi laborem talem iniungere, quod major causetur, ex recitatione viginti Coronarum, quam duarum, vel unius; quia æqualis, & forte maior, labor oritur pœnitenti, si hac omnia simul in uno die recitet, ac si per unum mensem, v. g. quotidie, unicam Coronam recitaret: ergo.

QVÆSTIO LXXX.

An Pœnitens teneatur implere pœnitentiâ, si sibi constet, confessionem fuisse inualidam?

AFFIRMATIVAM partem esse probabilem, innuit Fagundez, loco statim citando.

Sed probabilis, Respondeo: Non teneri. Quia alias, obligaretur ad duplē pœnitentiâ, pro eadem confessione, exhibendam; cum debeat pœnitens, talem confessionem repetere, & aliam pœnitentiâ accepere. Sic Enriquez lib. 5. cap. 22. num. 7. Fagundez lib. 9. cit. cap. 4. num. 4. Reginaldus lib. 7. num. 75. Lugo dis. 25. num. 77. & communis.

QVÆSTIO LXXXI.

An Pœnitens excusat ab impletione pœnitentiæ, si fuit improportionata peccatis, aut clare intollerabilis, & indiscreta?

RESPONDEO: Excusari. Quia prædicta pœnitentia, potest non acceptari pœnitente, ut supr. quæst. 56. est habitum: Ergo ab eius explectione excusabitur. Nam lex, ob rigorem, importabilis, nec acceptatur à republica, nec ligat. Sic Enriq. loc. cit. & Lugo num. 100. Boſsius de iubil. sect. 1. casu 19. num. 17. per hæc notanda verba;

Verba. Si poenitentia à Sacerdote, non fuerit iuste imposta, sed nimis improportionata p̄i poenitenti, & culpis: non solum alius confessarius in Sacramento poenitentia, sed etiam quilibet vir probus, & doctus à poenitente consultus, & sufficienter informatus, poterit cognoscere de errore, & eo cognito, relaxare illam poenitentiam, declarando confessarium errasse imponendo talem poenitentiam: quod idem poterit facere idem poenitens, si iudicio, & doctrina polleat: ita Sotus in 4.d. 20. quæst. 2. art. 3. infine Enriquæ cap. 22. infine Reginald. tom. 1. lib. 7. cap. 6. num. 93. Pharaon tr. 1. sect. 22. casu 18 Layman lib. 5. tract. 6. cap. 15. num. 17. asseres etiam, quā do constat clauem errasse, seu poenitentiam iniuste impositam fuisse, poenitentem ad eam non obligari, sed omnino liberum esse, ut commutatione nulla opus sit. Sic Bossius.

QVÆSTIO LXXXII.

*An Pœnitens possit, se excusare ab imple-
tione pœnitentiae iniunctæ, per suscep-
tionem indulgentiae Bullæ, aut
Iubilei?*

NEGLAT Viuald. de indulgen. num. 26. citans pro sua sententia D. Thomam Bonavent. Adrianum, Cordubam. Negat etiam Candidus disquis. 24. art. 30. dubit. 10.

Alij, probabiliter, absolute affirmant. Quia Papa, dum concedit Bullam, aut Iubileum, liberat Incrantes indulgentias, à poenitentijs iniunctis per modum absolutionis. Sic Siluest. V. indulgentia quæst. 9. Angel. eo. V. §. 10. Caiet opusc. de indulgent. cap. 7. Gabriel, Ledesma, & alijs, apud eundem Viualdum.

Sed omniū probabilius Respondeo. Quod poenitens, vere possit se excusare ab impletione poenitentia satisfactoriæ, per susceptionē indulgentiæ: nō vero ab impletione poenitentia medicinalis, & præseruatiæ iuxta, dicenda infra, disputat. de indulgent. quæst. 172. Sic Nauar. de indulgentia, notabili 31. num. 43. Reginald. lib. 7. num. 125. Tolet. Tabien na, & alijs, apud Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 4. num. 7. & num. 9. Sanchez in Sum. lib. 1. cap. 14. num. 8. Dia- na 3. par. tract. 4. resol. 106. & commu-

QVÆSTIO LXXXIII.

*An Pœnitens possit se excusare ab imple-
tione pœnitentiae iniunctæ, si faciat
alii opera satisfactoria, pœna
peccatis debitæ?*

NEGANT, & valde probabiliter, Na- uar. loc. cit. num. 20. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst 20. pun. 3. Reginald loc. cit. Palud. in 4. diff. 20. quæst. 4. art. 2. & alijs, quos sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 106. Lugo disp. 25. num. 98. pag. 591.

Sed æque probabilitate Respondeo: Posse: si pœnitentia imposta, sit tantum satisfactoria, non medicinalis, iuxta nuper dicta. Pri- mō. Quia eadem est ratio de his operibus, ac indulgentijs. Secundo. Quia, ut infra, pœni- tens potest commutare pœnitentiam sibi iniunctam inæquale, aut saltem, in melius: Ergo.

Ex quo colligitur, quod ille, qui ex devo- tione recitat singulis diebus Officium B. Virginis, & postea habuit pœnitentiam reci- tandi quotidie, tertiam eiusdem Rosarij par tem, optime potuit satisfacere dictæ poenitentia, cum recitatione supradicti Officij. Sic tenet Bonacina loc. cit. num. 8. cum alijs: cuius sententia, in facti contingentia, visa fuit probabilis Diana loc. cit. licet (non conse- quenter, ut infra) contrariam sequatur.

QVÆSTIO LXXXIV.

*An Excusetur pœnitens à præcepto im-
plendæ pœnitentiae, ob præceptum Su-
perioris vitantis opera
iniunctæ?*

AFFIRMAT absolute Sancius in se- le Et. disp. 15. num. 8. 9. & 10. Vnde(inquit) Religiosus, Vxorata, & Serius, quibus esset iniuncta poeni- tentia ieunandi, vel inuisendi aliquam Ec- clesiam, & à Prælato, Marito, vel Domino, impeditur operum executio; à labe fractio- nis poenitentia essent immunes; eo quod tunc, moraliter sint impotentes poeniten- tias adimplere; & discordias pati non te- neantur, nec commutationem petere in alia opera, Prælato, Marito, vel Domino, occul- ta, &c. Sic ille.

Sed ego clarus Respondeo: Si opera ini- juncta in poenitentiam sint publica, ut sunt Eccl. 4 ea,

ea, quæ in exemplū adducit Sancius, vere potest excusati pœnitens ab eius impletione, dum prohibitio superioris durat; at vero, si opera iniuncta sint occulta, credo quod non possit excusari, ob præceptum merum superioris; quia vix potest esse causa illud imponendi, si alias, pœnitentia iusta sit.

QVÆSTIO LXXXV.

An Pœnitens licet possit rogare confessarium, ut mitiorem pœnitentiam sibi imponat, aut impositam, mitiget?

REPONDEO. Qued sic. Quia hoc licite fit quotidie in foro externo à reo; Ergo, & in foro pœnitentia, potest licite fieri à pœnitente. Sic Nauar. cap. 26. num. 20. Henriquez lib. 5. citr. cap. 20. num. 5. Reginald. lib. 7. nu. 37. Caiet. V. satisfact. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 4. num. 2. & Villalobos tr. 9. diff. 77. num. 2. & Candidus disquis. 24. art. 30. dubit. 5.

QVÆSTIO LXXXVI.

An Pœnitens licet possit alium confessarium adire, si primus nolit mitigationem pœnitentiam imponere?

NEGANT Suarez disp. 38. sect. 7. nu. 4. Egidius disp. 10. de satisfactio. nu. 80. Bonacina loc. cit. num. 3. Fagundez præc. 2. lib. 9. cap. 3. num. 18. & Layman cap. 15. cit. num. 6. Quia existimant: esse, ad minus, peccatum veniale. Sic etiam Thomas à Iesu loc. cit. cap. 2. dub. 3. infine. & Candidus loc. cit.

Sed probabilius Respondeo: Posse, absque villa culpa. Primo. Quia pœnitens, nullo modo tenebatur ab initio, cum primo confessore confiteri. Ergo nec, post inchoatam cum ipso confessionem, ab eo absolutionem accipere. Secundo. Quia primus confessarius debet in prædicto euentu, mitigare pœnitenti impositam pœnitentiam, ut concedunt Authores supra citati: Ergo si nolit, optimè faciet illum sumisse dimittendo, & alium confessorem audendo. Sic Luys. Turrian. de pœnit. disp. 37. dub. 3. in fine. G. Hurtado disp. 14. diff. 2. fine Villalobos loc. cit. num. 2. Lugo disp. 25. num. 77. pag. 587.

QVÆSTIO LXXXVII.

An Pœnitens, qui non adimplet pœnitentiam intra tempus à confessario praestatum, sed eam valde differt, peccet mortali-
ter?

AFFIRMANT Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 3. pun. 4. num. 5. citans pro sua sententia Nauarrum cap. 12. num. 54. Sa. V. satisfactio. num. 14. Suariū disp. 38. sect. 7. Egidium disp. 10. num. 83. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 34 num. 57. Negat, & Ochagau quæst. 8. & Hurt. disp. 14. diff. 1. Lugo loc. cit. nu. 91. & Candidus disquis. 24. art. 30. dubit. 8.

Sed probabilius Respondeo: Tantum pecare venialiter, si solum ex negligentia hoc faciat. Quia poenitens dilatans poenitentiam, non agit contra substantiam præcepti. Sic Thomas à Iesu loc. cit. cap. 2. dub. 9. pag. mibi 214. quem refert, nihil resoluendo, Diana 3. par. tract. 4. resol. 92. & Rodrig. tom. 2. cap. 126. num. 12. Nec oppositum docent Suarez, Egidius, aut Sa, locis à Bonacina citatis, ut videre est apud ipsos; cum potius excusent à mortali, poenitentem, qui differt poenitentiam, nisi alias, dilatio esset nimia valde, iudicio prudentis confessoris; de quo infra.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An Pœnitens non adimplens pœnitentiam, tempore præscripto, debeat facere alio?

REPONDEO: Debere. Nisi sit iniuncta pro determinato die, iuxta dicta supra quæst. 76. & 77. Ratio est. Quia debitor, qui tenuit aliquid soluere, si non soluit die præscripto, aut præfixo, tenetur alio solvere. Sic Nauar. Sa, Bonacina & alij loc. cit. & communis.

| QVÆS

QUÆSTIO LXXXIX.

An Dum confessarius non præfixit terminum pœnitentiæ adimplendæ, possit pœnitens, absqueulla culpa, illam per annum differre?

NEANT Suarez Ægidius, Reginald. Bonacina loc. cit. & Granado disp. 6. citata num. 9. Quatenus docent; teneri pœnitentem, quam primum commode possit, pœnitentiam adimplere, sic etiam Hurtado de pœnit. disp. 14. diff. 1. & Ochagavia quæst. 8. cit. Lugo loc. cit. & Candidus disquis. 24. art. 30. dubit. 9.

Sed probabiliter Respondeo: Posse in hoc casu, licite, per annum pœnitentiam differre. *Quod ex cap. omnis de pœnit. ex illis verbis;* *Et iniuriam sibi pœnitentiam:* sic probbo. Quia nullus obligatur confessionis præcepto, statim ac peccat, sed potest differre confessionem per annum: ergo similiter poterit per annum, pœnitentiam à confessario inpositam, differre. Sic tenuerunt sapientissimi Magistri Prima iij in Salmanticensi Academia de hac re consulti, & nouissime Antonius Fernandez ex societ. Iesu, in instruccióne confessorum. 1. part. docum. 4. num. 5. & docum. 7. § 2. num. 2. & ex illo Diana 2. part. tr. 15. resol. 53. & Ioan. Enriq. in compensationes mor. cap. 42. Sic dicens: El penitente está obligado dentro de un año a cumplir la penitencia admitida en la confession, comenzandose a contar este año, desde el dia de la confession, y dentro del, se puede boluer a confessar quando quisiere, aunque no aya cumplido la penitencia, y esto es muy cierto, aunque dice Medina en su Suma lib. 2. cap. 7. que el hombre que se confiesa, no auiendo cumplido la penitencia impuesta por pecado mortal, peca mortalmente, y la razon con que prueban los Doctores que dentro de un año ay obligacion de cumplir la penitencia, es, porque por el mismo caso que la Iglesia a puesto precepto de confessar una vez en cada año, se infiere de aqui, que dando un año de plazo, y termino para confessar, se da tambien para cumplir la penitencia, que mana de la confession.

Sic ille.

(2)

QUÆSTIO LXXXX.

An Possit pœnitens iniuriam sibi pœnitentiam; per alium implere saltem ex li- centia, & voluntate Confessarij?

NEANT Ledesma 2. par. 4. quæst. 14. art. 4. Vazquez quæst. 94. ar. 2. dub. 1. Ægid. disp. 10. dub. 8. Ochagavia quæst. 10. & G. Hurtado disp. 14. diff. 5. Nuñus quæst. 14. in art. 2. Luys. Turtian. disp. 36. dub. 3. & Lugo disp. 25. n. 82. & alij. Sed probabiliter Respondeo: Posse, cum licentia confessoris. Quia bene potest profecto confessor iniungere poenitentiæ ieunium: (v. g.) faciendum per se ipsum, vel per aliū: ergo satisfaciet præcepto confessoris, si per alium ieunium præstet. Sic D. Thomas disp. 20 quæst. 1. art. 2 quæst. 3. Palud. quæst. 3. art. 1. Siluest. V. satisfactio. quæst. 3. Caiet. eo. ver. num. 2. Sot. disp. 19 quæst. 2. art. 4. Armilla V. satisfactio. nu. 6. Lublin. eo. V. num. 3. Henr. lib. 5. cap. 21. Suarez disp. 38. sect. 9. Fagundez præc. 2. lib. 9. cap. 4. num. 12. Granado tract. 12. disp. 7. num. 2. & 3. Reginald. lib. 7. cap. 7. Bonacina disp. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 4. num. 11. Moure, § 7. cit. num. 8. Philipp. de la Cruz in Thesauro Ecclesiæ tract. 1. §. 1. nu. 4. fol. 5. F. Thomas à Iesu in Tribun. Consec. dub. 6. & 7. pag. 211. Sa. V. satisfactio. nu. 11. Diana 4. par. tract. 4. resol. 241. Tanne- rius, & Mercerus apud ipsum. Candidus etiā, disquisitio. 24. art. 30. dubit. 12.

QUÆSTIO LXXXI.

An Qui pœnitentiam, per se ipsum nequit implere, possit, absque expressa licentia confessoris, alteri eam committere, & per illum sa- tisfacere?

NEANT à fortiori, DD. pro contraria sententia citati, præcipue Lugo disp. 25. num. 82. & 86. & ex nostra, Bonac. loc. cit. num. 12. & Lublinus.

Sed probabiliter Respondeo: Posse, & iliam alteri committere, & per illum satisfa- cere. Quia, licet obligatio poenitentiæ sit personalis; ex voluntate tamen confessoris, (quam implicitam, interpretationum, & virtualem in hoc casu adesse, affirmanit Armilla ex Caiet. V. satisfactio. num. 6. Fagund. loc. cit. num. 21. & Reginald. num. 81.) id fieri

fieri posse, nuper diximus. Prædicta tamen intellige, de pœnitentia satisfactoria pro peccatis præteritis; nō vero, de medicinali, p. o. peccatis vitandis, iuxta dicta, & dicenda infra disp. de indugen. Sic S. Thom. 4. contra gent. cap. 55. Armilla, Caiet. & Silvest. loc. cit. Victor. quæst. 200. Viuald. de satisfact. num. 10. Layman cap. 15. cit. num. 10. Sic etiam Palud. dist. 20. quæst. 3. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 20. §. 1. & Altifodorer. lib. 4. tr. 6. quæst. 3. quatenus docet: id fieri absolute à pœnitente, etiam propria authoritate, posse: saltem quando subest rationabilis causa, vt impotentia, vel melioris occupationis.

QVÆSTIO. LXXXII.

*An Confessorius, post datam pœnitentiam,
possit declarare suam mentem fuisse,
posse pœnitentem illam per
alium implere?*

NEAT Fagund. loc. cit. num. 13. nisi in casu, quo cōfessari us, ita à principio intellexerit, & non declarauit. Sed, probabilius, Respondeo: Posse absolute declarare, esse suam voluntatem, vt per alium satisfaciat (& hoc, extra confessionem) etiam si à principio, quando pœnitentiam imposuit, non ita intellexerit. Primò. Quia tunc pœnitēs, ianuere satisfaciet per alium cum consensu confessoris, qui talem pœnitentiam imposuit. Secundò. Quia mutatio sententia, quoad personam satisfacricem, potest fieri à euocumque iudice: ergo, meliori iure, ab eodem: Poterit ergo confessor declarare pœnitenti suam voluntatem esse, vt per alium pœnitentiam adimplere possit, etiam in casu, in quo à principio, nec ita intellexerit, aut voluerit. Sic Armilla, loc. cit. quatenus docet: posse pœnitentem per alium satisfacere, & pœnitentiam implere cum consensu confessoris, qui imposuit, vel alterius. Sic etiam Diana 4. par. tr. 4. resol. 241. & alij.

QVÆSTIO. LXXXIII.

*An Qui oblitus est pœnitentia iniunctæ,
aut illam completere contemperat, teneatur
eadem peccata, iterum confiteri, ad suscipiendam nouam pœnitentiam?*

AFIRMANT Angel. V. confessio. nn. 13. Si uest. V. confessio. 1. quæst. 3. & 25. fine Ricard. in 4. dist. 17.

art. 2. q. 8. ad 4. Palud. dist. 17. q. 5. art. 3. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 19. Fabius in suo scrutin. Sacerdot. part. 2. tr. 6. 4. fol. 66. Frias in sua Sum. fol. mibi. 7. §. Tertio loco. Bonacina disp. 5. q. 5. se. 3. pun. 3. num. 8. & 10. Qui citat pro sua sententia Suarium disp. 38. se. 10. Vazoum q. 94. art. 2. dub. 3. Egidium disp. 10. dub. 10. nu. 101. Nuñum q. 13. art. 2. dub. 3. Sed non bene; cum expreste contrarium omnino docent (locis statim citand) nam citatis à Bonacina, solum dicunt; confessionem repetendam esse, quoties pœnitentia permutanda est. De quo etiam infra. Vnde.

Probabilius longe, Respondeo: Non tenet pœnitentem omnia, aut aliqua peccata, reconfiteri, etiam si ex negligentia, oblitus fuerit pœnitentia iniunctæ; aut omisserit illam, per contemptum, etiam expressum. Sed sufficere ei, si peccatum negligentia fateatur. Quia (vt supra q. 2. est habitum) pœnitentia non est pars essentialis Sacramenti, sed integralis tantum: Ergo absque illa, Sacramentum subsistet; ad quid ergo iterandum, si fuit validum? Sic S. Thomas quodlibet. 1. art. 2. & in 4. dist. 16. q. 2. art. 3. q. 5. ad 4. Nauar. cap. 9. num. 17. Caiet. V. confess. iteratio. Petrus Soto lect. 2. de satisfactio. pag. mibi 200. Ver. Tertia propositio. Dom. Soto dist. 29. q. 2. art. 2. Victoria q. 167. alias 168. Lublinus V. pœnitentia nu. 27. Suar. tom. 4. disp. 22. se. 7. num. 5. pag. mibi 541. Vazq. q. 94. art. 2. dub. 4. pag. mibi 458. Egidius disp. 10. dub. 9. num. 86. pag. mibi 519. Viuald. de Confess. num. 17. qui tamen, male citat Armillam pro opposita sententia; docet enim nostram, V. confess. num. 10. Sancius in select. disp. 15. num. 11. Hurtado disp. 14. diff. 11. Moure, §. 7. cit. num. 14. Diana 4. par. tract. 4. resol. 241. 8c Turrianus disp. 36. dub. 4. Fillivius tr. 7. c. 4. n. 97. Layman c. 15. cit. infine, & Hugo disp. 25. num. 87. pag. 589. Candidus disquis. 24. art. 22. dubit. 4. & apud illum; Beia. Sic etiam Bossius de iubil. se. 1. casu 19. num. 25. Vbi ait, in eo casu, liberum esse pœnitentem à præcepto, & obligacione pœnitentiam implendi; sicut est liber ille, qui post eamdem pœnitentiam acceptatam, efficitur impotens ad illam implendam.

QVÆSTIO LXXXIV.

An Pœnitens oblitus pœnitentiae, teneatur de illa Confessarium interrogare?

NEGATIVAM partem videntur sequi Svar. Moure, & nonnulli alij citati, quatenus dicunt: in casu proposito, solum remanere obligationem confitendi culpam (si que fuit) obliuionis.

Sed oppositum Respondeo: Et dico, tene ri pœnitentem, si oblio forte accidisset statim post datam pœnitentiam, & crederet, sacerdotem, adhuc eius esse memorem. Nam tunc, si comodè posset, ab eo petere quid iniunxit, præsertim si pœnitentia esset gra uis, teneretur. Quia de lege lata inquirere astringimur, quando latam esse cognoscimus, ut bene Sancius loc. cit. num. 12. Ægid. disp. 10. dub. 9. num. 86. & ex illo, Diana 4. par. tract. 4. resol. 241. Lugo, & Candidus, loc. cit. Bossius loc. cit. num. 25. Sic dicens: Si pœnitens credat primum confessarium, adhuc esse memorem primæ pœnitentiae, cuius ipse est oblitus, tunc, ut satisfaceret integritati Sacramenti, & præcepto implendi iniunctam pœnitentiam, tenetur ipsum adire: quia tunc potest completere integratatem Sa cramenti, ac proinde tenetur. Sic ille.

QVÆSTIO LXXXV;

An Si, in casu proposito, Confessarius non remiscat pœnitentiae a se imposta, possit aliam ad arbitrium iniungere pœnitenti, extra Confessionem?

NEGAT Sancius in selectis disp. 15. n. 12. qui citat pro hac parte Ægi diū loc. cit. Vbi nihil de hac quest. agit. Negat tamen cum ipso, G. Hurtado disp. 14. diff. 10.

Sed probabilius Respondeo. Posse; præci pue, si intra breue tempus (veluti intra octo, aut decem dies) recurrat poenitens ad confessarium. Quia moraliter idem iudicium censetur. Sic Enriquez, Valerus, & Pharaon, quos citat, & sequitur Bossius de iubil. sect. 1. casu 19. num. 21. & 30. Sotus diff. 20. q. 2. art. 3. Ledesma Secunda 4. q. 20. art. 4. Viuald. de satisfactio. num. mibi 37. ad dens: hoc esse verum, etiam si plures dies transierint, (de quo adhuc infra,) Tenet etiā

Fagundez pre ec. 2. lib. 9. cap. 4. num. 17. Filiiue. tract. 8. num. 49. & Layman dicto cap. 15. num. 16. casu, quo intra breve tempus recursus fiat, negant vero, si aliquod intercalatum temporis intercedat. Et Diana 2. part. tract. 15. resol. 53. Valerus, Henriquez, & alij, apud ipsum. Sic etiam Joann. Enriquez in suo compend. cap. 42. num. 9. per hac verba; Si el penitente está olvidado de la penitencia, que se le dio en la confession, de suerte que ni el, ni el confessor se acuerdan de ella, no ay obligacion de recibir otra penitencia en lugar de la oltidada: pero si el olvido sucedió poco tiempo despues de la confession, quando el confessor se acuerda de la conciencia del penitente, le deue dar otra penitencia. Sic ille.

QVÆSTIO LXXXVI;

An Si pœnitens non possit recurrere ad eumdem confessarium, teneatur recurrere ad alium, ut sibi aliam pœnitentiam imponat?

NEGET SVNT Sancius loc. cit. Suar. Važquez, & alij quā plures, statim citādi, Quia existimant, nec eumdem met cōfessorem, posse, extra confessionem, aliam pœnitentiam iniungere.

Sed probabilius Respondeo. Posse; non tamen teneri. Primum probant optime Caiet. V. confessio. iteratio, & Armilla V. confessio. num. 10. & infra à nobis probabitur. Secundum, nunc sic probō; quia poenitens oblitus pœnitentiae, remanet impotens ad implendam illam: Ergo ab eius impletione omnino excusat. Sic Ægid. loc. cit. num. 86. Suar. disp. 38. sect. 10. Sotus diff. 20. ar. 3. q. 2. & idem debent docete Sancius disp. 14. num. 20. & omnes alij DD. assertentes: posse poenitentem per se ipsum pœnitentiam commutare, aut per alia opera pia satis facere, de quo supra quest. 82. & infra quest. 101. & clare tenet Binsfeld. in Enchirid. 1. part. cap. 13. §. 7. per hæc verba; Quid red medij, si pœnitens pœnitentiae obliuiscatur? Duo restant remedia. Primum, ut suo, vel confessarij iudicio tantam agat pœnitentiam, quantum probabiliiter existimat impositam fuisse pro peccatis preteritis. Secundum, ut seruet poenam in alia vita soluendam in purgatorio, vel in inferno. vel in hac vita expletat operibus satisfactorijs, & indulgentijs. Sic ille.

QVÆST.

QUÆSTIO LXXXVII.

An equalis confessarius possit commutare pœnitentiam ab alio aequali confessario iuste injuriam?

NE GANT Sotus in 4. diff. 20. quæst. 2. art. 3. Ledesma tom. 1. de pœnit. tr. de pœnit. c. 23. concl. 8. dub. 2. Nuhus tom. 2. quæst. 13. dub. 4. Vazquez quæst. 94. art. 2. dub. 3. num. 8. Victoria tract. de clauibus num. 323. alias 324. (Quamvis oppositum videatur dicere num. 211.) Sancius disp. 14. num. 19. Qui ita huic sententiae adharet, vt dicat, nec adhuc superiore (v. g. Episcopum) posse pœnitentiam à confessario inferiore impositam mutare. Negant etiam Ludouicus de S. Iuan quæst. 10. art. 2. dub. 2. fol. 540. & Vega in speculo curat. 1. tom. cap. 11. num. 412.

Sed probabilius Respondeo. Posse quemcumque confessarium, non solum aqualem, verum etiam inferiorem, mutare, vel minuere pœnitentiam à quocumque alio confessario, etiam à superiore, pro peccatis, saltem non reseruatis (de his enim infra) impositam. Ratio est. Quia secundus confessarius, etiam inferior in dignitate, aqualem habet potestatem ad soluendum, & ligandum, quam primus, etiam si sit superior in dignitate: sed primus potest mutare, & mitigare pœnitentiam a se datam, vt docent omnes Doctores apud Bossium de Jubileio se ctio. 1. casu, 19. num. 2. Ergo, & Secundus. Sic Nauar. cap. 26. num. 22. M. de Ledesma 2. par. 4. quæst. 20. art. 4. Siluest. V. confessio. 1. quæst. 27. Rosella confessio. 2. num. 11. Lubli. V. satisfactio. num. 4. Joan. de la Cruz par. 2. de pœnit. quæst. 4. dub. 4. concl. 2. fine, Diana 2. p. tract. 15. resol. 53. Hurtado disp. 14. diff. 10. Fagundez præc. 2. lib. 9. cap. 4. num. 15. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 15. num. 14. Lauarius de Jubileio part. 2. cap. 5. num. 45. Beia part. 3. casu 1. dub. 1. Valerus, verb. iurisdictio. diff. 1. nu. 5. Granados tract. 12. disp. 8. num. 3. Thomas à Iesu in Tribun. conscientia. desatisfactio. cap. 2. dub. 5. pag. 210. Suarez 38. se ct. 10. Valentia quæst. 4. punct. vlt. & ut probabilem sententiam deffendit Luysius disp. 35. dub. 5. & Sa. V. satisfactio. num. 5. Qui male citatur à Sanctio loc. cit. num. 13. pro opposita sententia. Lugo disp. 25. nu. 101. & Candidus art. 32. num. 2. pag. 99. Bonacina disp. 5. quæst. 5. se ct. 3. punct. 3. nu.

1. 2. & sequent. Bossius loc. cit. nu. 5. 6. & 7. Addens, non solum pœnitentiam secundum confessorum mutare, & mitigare pœnitentiam priorem: sed etiam interdum omnino auferre, & leuissimam, aut nullam imponere: vt si pœnitens accedit multo magis contritus, & alijs vijs v. g. lucrando indulgentiam, fatis fecisse intelligatur. Sic ipse.

QUÆSTIO LXXXVIII.

An Secundus confessor possit mutare, vel minuere, pœnitentiam iniunctam pro peccatis reseruatis; si ipse non habeat potestatem absoluendi à reseruatis?

NE GANT Suarez disp. 38 se ct. 10. n. 14. Nauar. cap. 26. num. 22. Lugo disp. 25. num. 105. G. Hurtado diff. 1. o. cit. Fagundez lib. 9. cit. cap. 4. num. 18. Molfes. Filliuc. Megala, Malderus. Lauarius, Layman, Nuñus, Beia, & alij quam plures apud ipsos, & apud Bonacinam, & Dianam & Bossium loc. cit. statim citandis.

Sed, æque probabiliter, Respondeo: Posse. Quia per absolutionem casuum reseruorum, iam peccata illa non manent reseruata: Ergo nec iam remanebit reseruata pœnitentia pro illis imposta: Ergo quicumque sit confessor, poterit illam commutare. Sic Vazquez quæst. 94. art. 2. dub. 3. num. 9. Zerola in praxi de pœnit. cap. 15. quæst. 10. §. dico 2. Siluester Confessio. 1. quæst. 27. num. 31. Enriquez lib. 5. cap. 22. num. 1. Candidus art. 32. dubit. 1. pag. 100. Diana 2. par. tr. 15. resol. 53. & apud ipsum, Meure, & Valerus. Bossius de jubil. se ct. 1. casu 19. nu. 10. pag. mibi 103. Bonac. disp. 5. q. 5. se ct. 3. p. 3. num. 6. Qui tamen male citat Emanuele Sa, pro opposita sententia: cum potius inclinet in nostram V. satisfactio. num. 5. Citat etiam Valentiam pro vtraque sententia, cum nostram tantum doceat tam. 4. disp. 7. quæst. 14. pun. 4. infine, & id esse probabile satis, sentiunt Sancius in selectis disp. 14. n. 12. & Luysius disp. 35. dub. 5. licet probabilius contrarium. Imo, & Nauar. citatur pro hac sententia à Suario loc. cit. num. 13. Sed certe, clarius docet oppositum. (i.)

QUÆSTIO LXXXIX.

An Simplex Sacerdos possit mutare pœnitentiam iniunctam pro peccatis mortaliis iam confessis Confessorib[us] benti iurisdictionem?

NEGLANT Doctores pro prima sententia quæst. præcedenti citati, præcipue Suar. & Luysius, qui dicunt nulum aut horem oppositum asserere.

Sed, æque probabilitate, Respondeo; Posse; propter similem rationem. Quia, sicut per primam absolutionem reservatorū, afferatur reseruatio, ita ut, quilibet Sacerdos possit eorum poenitentiam commutare; Sic similiter, postquam quis confessus est mortalia, iam manent materia, de qua simplex Sacerdos potest cognoscere, & mutare, vel minuerre poenitentiam. Sic Sancius disp. 14. cit. n. 13. dicens; quod id afferere debeant omnes, qui affirmant posse inferiorem mutare poenitentiam pro reseruatis iniunctam, & idem fateur Luysius loc. cit. Cum Sancio, tenet Diana 3. par. tract. 4. resol. 53.

QUÆSTIO C.

An Etiam secundus Confessarius, possit commutare pœnitentiam, non audita priori confessione eorumdem peccatorum?

NEGLANT Silvest. Confessio 1. q. 27. Rossella Confessio 2. nu. 11. Suar. disp. 38. sectio. 10. n. 4. 8. & 9. Vazq. q. 94. ar. 2. dub. 3. n. 7. Egid. disp. 10. n. 101. Fagund lib. 9. cit. c. 4. n. 15. 17. & 22. Hurt. disp. 14. diff. 10. fine, Sancius in select. disp. 14. n. 7 & alij quā plures, apud ipsum, & apud Dianam loc. cit. Lugo etiam disp. 25. n. 107. & seqq. Bonac. ex parte, de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. pun. 3. n. 9. Candid. disquis. 24. ar. 32. dubit. 3. & alij.

Sed, probabiliter, Respondeo; Posse quemcunque confessari um, non audita priori confessione eorumdem peccatorum, pœnitentias commutare, vel minuire, pro ut magis expedite iudicauerit saluti pœnitentis. Quia contrarium esset nimis graue onus, tam confessarijs, quam pœnitentibus. Adde, quod si pœnitens teneretur reconfiteri, eo esset, ut confessori constaret quantitas, & qualitas pœnitentiae permittenda; at ei haec possunt constare, absque eo quod pœnitens reconfiteatur; cum illam in memoriā habeat: ergo. Sic Narr. c. 26. n. 22. & 2. tom. confi. lib. 5. consil.

26. Valentia disp. 7. q. 14. pun. 4. Sa. V. satisfactio n. 5. Vinald. de satisf. n. mibi 37. Coriolan. 1. p. sect. 2. ar. 21. n. 2. pag. mibi 232. Villalob. tr. 9. diff. 76. nu. 5. Diana 2. p. tr. 15. resol. 53. Granado tract. 12. disp. 8. n. 5. Qui citat, pro contraria sententia, Valentiam, sed male; quia hanc nostram docet, loco citato, & Enriq. lib. 2. de pœnit. c. 22. n. 1. Valerus verb. iuris dictio, diff. 1. n. 8. Zerola Beia, Victoria, Medina, Rodriguez, & alij, quos citat, & sequitur Bossius loc. cit. n. 23. pag. mibi, 105. Vnde, immerito dixit Pater Vazquez; hanc nostram sententiam, nil habere probabilitatis.

QUÆSTIO CI.

An Saltem, dicta commutatio facienda sit in Sacramentali confessione, an vero possit fieri extra?

NEGLANT: Posse commutari pœnitentiam, extra Sacramentalē confessionem; sed debere fieri in illa, aut proxime circa illam, omnes Anthores nuper pro contraria sententia citati, & Luys. Turrian. disp. 35. dub. 5. Bossius loc. cit. nu. 31. Layman lib. 5. tr. 4. c. 15. n. 16. Valerus, & alij apud ipsos. Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 3. pun. 3. n. 7. & apud ipsum. Reginald. Beia, & Nuñus. Filliuc. & alij, & etiam Diana 2. p. tr. 15. resol. 53. & 3. p. tr. 4. resol. etiam 53. Vbi, cum alijs, limitat suam sententiam, dicens, non intelligi, oquendo de codem confessario quia hic (inquit) poterit commutare extra confessionem, si ad plurimum, intra hebdomadam pœnitens redeat. Negant etiam Granado disp. 8. cit. n. 1. & 6. & Hugo disp. 25. n. 110. dicens, contrarium omnī specie probabilitatis carere.

Sed, probabiliter æque, Respondeo. Posse cōmutari, etiam, & extra. Primō Quia prius confessor potest mutare pœnitentiam extra confessionē, ut Suarez, Lugo, Bossius, Diana, Hurtado, Egid. & alij fatentur: Ergo etiam poterit alius. Secundō. Quia pœnitēs ipse potest, auctoritate propria, commutare pœnitentia sibi iniuncta in opus æquale, aut saltē in euidēter melius, ut Diana, & Bonac. concedunt, iuxta dicta q. 83. (& absolute dicit esse satis probabile, vbi infra) ergo m. e. liori iure, poterit cōfessot. Sic expresse Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 14. pun. 4. Vitorellus in notis ad Emanuelel Sa, num. 5. Citant etiam pro hac sententia, Suarez, Bonacina, Fagund. & Sanc. Doctissimū Nauarrū in Sum. c. 26. n. 22. & lib. 5. consil. de Pœn. Ef. & re.

Go remissio consil. 26. Citant etiam Emanuelm Rodrig. in sum. 1. par. cap. 113. n. 8. & in add. ad Bullam. § 9. num. 102 pag. mibi 204. (Vt sic, vbi id docuerit Rodrig. in uenire Diana possit,) & Emanuelm Sa. V. Satisfactio num. 5. Sed ex ijs, nullus clare nostram responcionem sequitur, cum omnes tantum affirment, non esse necessariam iterationem Confessionis peccatorum, super quibus data fuit pœnitentia, cuius commutatio postulatur, vt bene notarunt Diana, & Bossius II. cc. [Tenet tamen clare, Colorianus, I. par. se et. 12. art. 21. pag. mibi 233. Vbi docet: sat esse pœnitenti propalare pœnitentiam acceptatam, nedum satisfactam, & causas, ob quas cogitur, illam non exequi, & in aliam permutari,

QVÆSTIO CII.

An Pœnitens possit propria autoritate pœnitentiam sibi iniunctam, in aequale, aut in melius commutare?

NEGLANT Enriq. lib. 5. de pœnit. cap. 20. num. 5. Sanchez, in sum. tom. I. lib. 4. cap. 11. num. 36. Reginald. lib. 7. cap. 8. nu. 35. Egidius, disp. 10. num. 103. Ochagavia, de satisfact. quest. 12. num. 2. Lugo, disp. 25. num. 95. Candid. ar. 32. cit. dubit. 5. Bonac. disp. 5. quæst. 5. se et. 3. pun. 3. num. 12. Sancius, disp. 14. num. 3. & 22. & disp. 15. num. 6. Vbi falsam appellat sententiam oppositam. Diana, 2. par. tract. 15. resol. 53. & 3. par. tract. 4. resol. 53. in fine & 5. par. tract. 14. resol. 73. Luys Turrian. in suis Selectis par. 2. disp. 31. dub. 6. 2. Vbi sententiam contraria, omnino improbabilem, contra communem sensum Doctorum, temerariam, & non tutam in praxi, appellat. Sed hic Doctor, in censurandis sententijs, maximus est, ideoque de illius censura, parum curandum.

Vnde certe, probabiliter æque, Respondeo: Posse pœnitentem, pœnitentiam sibi iniunctam commutare in aliud opus, saltem euidenter melius. Primo. Quia pœnitens, auctoritate propria, potest commutare suū votum in opus euidenter melius, vt concedunt ipsimet cōtrarij, præcipue uterque Sancius, Enriq. Bonac. & alij apud ipsos. Ergo, & pœnitentiam sibi iniunctam, saltem ex voluntate interpretativa confessoris. Secundō. Quia, vt Nuñus q. 18. art. 4. dub. ultimo. & Binsfeld. I. par. sua sum. de Pœnit. cap. 13. §. 7. concedunt, in casu, quo pœnitens obli-

uiscatur pœnitentia in iuncta, & non possit adire primum Confessarium, potest adimplere pœnitentiam, secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessa, & satisfactionem, qua comuniter solet adiungi proximilibus peccatis: Ergo potest commutare, illam. Sic Villalob. tom. I. tr. 9. diff. 79. n. 1. Portel. in additio. ad dub. regul. V. Pœnitentia Sacramentalis n. 6. Coelestinus, in Compendio Theolog. moral. tr. I. cap. 24. n. 8. Imo, & Diana, II. cc. in principio, hæc sequitur pars; licet in fine aliam, probabiliore dicat,

QVÆSTIO CIII.

An Faciat commutatione pœnitentia, possit pœnitens eligere, quam voluerit, primam, aut secundam?

NEGABUNT AA. qui negant, accèptata legitima commutatione voti in rem æqualem, aut saltem meliorem, esse licitum vounti ad priorem materiam, omissa subrogata, redire, vt refert Sanch. in sum. lib. 4. cap. 55. num. 24.

Sed longe probabilius Respondeo. Licite posse. Quia commutatio poenitentia fit in fauorem poenitentis; qui bene potest cedere iuri, & fauori suo. Sic Suar. to 4. disp. 38. se et. 10. num. 7. fine Reginald. lib. 7. nu. 89. Bonac. disp. 5. q. 5. se et. 3. pun. 3. n. 31. Sánchez. lo. cit. & Candid. lo. cit. dubit. 6. pag. 101. & communis.

QVÆSTIO CIII.

An Confessarius teneatur commutare pœnitentiam à se, vel ab alio iniunctam, si dà pœnitente supplex petatur?

NEGANT Sancius, in sele et. disp. 14. n. 17. & ex illo, Diana 3. par. tract. 4. resol. 53. Nisi in casu, quo periculum fractionis poenitentia adsit in poenitente, vel maxima afflictio, & angustia cordis.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Primò. Quia confessarius teneatur vota poenitentis commutare; si ex iusta causa, id ab ipso requisitus sit, vt docent Sanch. lib. 4 sum. cap. 54. num. 12. & apud ipsum, Aragon. Visuald. Stunica, & Sayrus. Ergo, & poenitentiam. Secundò. Quia quando, ex iusta causa, poenitens cōmutationem petit, regulariter loquendo, vel adest periculum fractionis poenitentia, vel angustia in corde poenitentis: Ergo,

QVÆS-

QUÆSTIO CV.

An Confessarius possit commutare pœnitentiam præseruatiam, ab alio Confessore iniunctam?

NEGLANT Zerola, Reginald. & Suar. apud Bonacinā disp. 5. quest. 5. sect. 3. punct. 3. num. 5. & Enriquez (apud Bossium) lib. 5. cap. 22. num. 6. & alij.

Sed probabiliter Respondeo. Posse quidem commutare illam in aliam pœnitentiam præseruatiam; secus vero in aliam. Prima pars probatur. Quia confessor potest commutare pœnitentiam non præseruatiam, in aliam non præseruatiam; ergo etiam præseruatiam, in aliam præseruatiam. Secunda etiam constat. Quia pœnitentia præseruatua imponitur pœnitenti, ut ipse retrahatur; & præsernetur a peccatis. Ergo nequit confessarius in aliam, que non sit retractua ab eisdem peccatis, commutare. Sic Bonac. loc. cit. Diana 3. par. tr. 4. resol. 137. Qui bene aduertit, Doctores citatos a Bonacina pro opposita sententia, nullo modo illam docere. Sic etiam Lugo disp. 25. infine. Bossius de iubil. sect. 1. casu 19. n. 31. Valerus ver. Index differ. 13. nu. 5. infine, & alij.

QUÆSTIO. CVI.

An Pœnitentia à Confessore iniungenda sit determinata?

AFFIRMANT Hostiens. in Sum. de pœnit. & remis. §. Quæ pœna, Palud. in 4. q. 20. D. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 10. & alij apud Nauarrum in cap. Falsas de pœnit. dist. 5. num. 2. & 14. & in Man. cap. 26. num. 17. & apud Vinaldum de satisfactione num. 24. Quia existimant: pro quolibet peccato mortali, esse imponendam pœnitentiam septem annorum, iuxta Canones pœnitentiales. Quam sententiam esse probabilem, imo, & communem, affirmant Nauar. & Vinald. loc. cit.

Sed longe verius, & probabiliter, Respondeo. Pœnitentiam à confessore iniungendam non esse determinatam; sed eius quantitatem, & qualitatem nunc, & semper relictam esse, & sive ad arbitrium prudentis Confessarii; Quod constat. Primò. Quia sic habetur expresse in cap. Mensuram, de pœnit. dist. 1. & cap. Deus, de pœnis, & remiss. & cap. omnis utriusque Iesus, & in Trident. sess.

t. 4. cap. 8. & 9. Secundò. Quia nullibi in in re determinatur, quænam pœnitentia sit à confessario imponenda; Ergo relinquitur eius arbitrio. Antecedēs probatur. Nam Canones pœnitentiales, quos contrarij pro se adducunt, tantum intelliguntur pro fato Ecclastico exteriori, non pro Sacramentali. Sic D. Thomas in add. quest. 18. art. 4. Nauar. & Vinald. loc. cit. Sot. dist. 20. quest. 2. art. 3. Fagundez lib. 9. cit. cap. 5. nu. 1. Diana 3. par. tract. 4. resol. 97. Bonac. loc. cit. num. 15. Coriolan. 1. par. sect. 2. ar. 1. pag. 130. & Filliuc. tract. 8. cap. 2. num. 40.

QUÆSTIO CVII.

An Quantitas pœnitentiae, ita sit relata in arbitrio Confessoris; ut pro magnis peccatis, leuis imam; & pro leuibus, rauissimam, iniungere pos sit pœnitentiam?

NESPONDEO: Quod nō. Quia licet relata sit in ei⁹ voluntaria potestate, hoc tamē est, cū cōsideratione grauitatis criminum, dispositionis pœnitentis, aliarumque circumstantiarum delictorum, & temporis. Vnde si grauissimam pœnitentiam iniungeret pro leuibus peccatis, iniuriam faceret pœnitenti; & si pro grauissimis, leuem, iniuriam irrogaret Sacramento. Et Ratio est. Quia confessarius est iudex: Ergo aequitatem debet obseruare in imponenda pœnitentia. Sic Authores citati, & communis Vnde licet pœnitentia arbitria sunt, & dicatur, non ideo est, quia Sacerdos possit eas secundum arbitrium, pro libito suo imponere; sed quoniam arbitrari eas debet, iuxta Dei regulas; atque habita circumstantiarum consideratione. Sic Authores citati; præcipue Archang. dist. 18. pag. 219. col. 1.

QUÆSTIO CVIII.

An Confessarius peccet moraliter, si pro magnis peccatis, parvas pœnitentias iniungat?

RESPONDEO: Affirmative, regulariter loquendo. Primò. Ob rationem dictam. Secundò. Quia id expresse habetur in Trid. sess. 14. cap. 8. Vbi sic dicitur. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggererit pro Ff 2 qual-

qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares, & conuenientes satisfacio-
nem iniungere: nisi forte peccatis combibeant,
& indulgentius cum pœnitentibus agant,
leuissima quædam opera prograuissimis de-
lietis iniungendo, alienorum peccatorum
participes efficiantur. Sic Concil. Duxi au-
tem, regulariter loquendo; quia, ut supra, se-
pedictum est, aliquando poterit confessor,
absque peccato, dare leuem pœnitentiam
pro grauibus peccatis. Semper, videlicet,
quod aliqua iusta, & rationabilis causa in-
teruenerit; putâ, debilitas, ægritudo, & sene-
citus pœnitentis; impotentia impiendi pœni-
tentiam, magnitudo contritionis, aut è con-
tra, parua deuotio pœnitentis. Deinde timor
probabilis, ne instant pœnitentia pœnitens
respuat, vel acceptatam, parum impletat. De-
nique tempus Iubilei, vel aliarum indulgen-
tiarum. Sic D. Thom. in add. q. 18. art. 4. Na-
uar. in cap. Falsas, de pœnit. dist. 5. num. 10.
& in Man. cap. 26. num. 21. Sotus dist. 20.
quest. 2. art. 3. Lublinus V. pœnitentia, nu-
m. 5. Frias in Sum. fol. mihi 32. & apud ipsum,
Palud. Suarez disp. 37. sect. 4. Filliac. tr.
8. num. 41. & alij.

QVÆSTIO CIX.

*An Etiam, possit Confessor dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis, si post eorum
absolutionem, apponat clausulam istam:*

*Quidquid boni feceris, sit tibi in
remissionem pecca-
torum?*

RESPONDEO: Posse, etiam abs-
que peccato ullo. Quia quamuis
per huiusmodi clausulam, non ali-
liget pœnitentes ad bona opera
(saltem in particulari) per agenda, efficit
tamē, ut quicunque peregerint, eis in pœni-
tentiam Sacramentalem cedant. Sic D. Tho-
mas quodlibet 3. art. 28. & ex illo P. Soto
lett. 2. de satisfactio. N. uar. loc. cit. Beia in
Respon. par. 3. casu 1. Homo bonus, & alij,
quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract.
4. reso. 97. Qui addit; in hoc casu, debere
confessarium verba huius clausulae, pœniten-
ti declarare, ut sciat leuem pœnitentiam, si-
bi ideo imponi, quia omnia bona opera to-
tius vita sunt, in satisfactionem suorum pec-
catorum iniunguntur, & acceptantur. Quod
autem notauerat Angelus V. confessio. 5. nu-
m. 1. & Confessio. 6. num. 3. dicens; alias non
valere, & consequenter, nec confessarium ex-

cusari. Sic etiam docent Bonacina disp. 5.
quest. 5. sec. 3. punct. 2. num. 13. & apud ip-
sum, Enriquez cap. 19 num. 5. Reginald. &
Suarez. Coriolanus etiam de casibus reseru-
par. 1. sect. 2. art. 21. fine.

QVÆSTIO CX.

*Quæ Prudentia requiratur in Confessore in
iniungenda pœnitentia?*

RESPONDEO: Quod multiplex. Nam
Primo, debet aduertere qualitatem
peccatorum, & secundum eorum gra-
uitatem, & conditionem, iniungere
pœnitentiam. Secundò. Debet aduertere qua-
litatem personæ pœnitentis, an videlicet;
sit robustus, vel debilis; an iuuenis, vel se-
nix; pauper, vel diues, vir, vel fœmina, &c.
Ut sic prudentes pœnitentias iniungat; non
imprudentes, aut ineptas, quales essent, si
melancholico iniungeret iejunium panis, &
aqua, aut vitationem honestarum recreatio-
num; pauperi pœnitenti, eleemosynam; ieju-
nium, perpetuo laboranti; asperitatem, deli-
cate; peregrinationem mulieribus; &c. Sic
Nauar. cap. consideret de pœnit. §. ponat se,
n. 4. & 8. & in Man. cap. 26. n. 18. Ioannes
Sancius disp. 28. num. 15. Coriolan. 1. part.
sec. 2. art. 1. à num. 2. Binsfeldius in Enchi-
rid. part. 1. cap. 13. §. 4 & alij.

QVÆSTIO CXI.

*Quæ Remedia poterit Confessarius pœniten-
ti proponere, ut occurrentia
euitet peccata?*

RESPONDEO: Quod hæc, inter alia:
Primò. Ut consideret Deum iudi-
cem, ipsum, & omnia cernentem. Se-
cundò. Ut effugiat occasiones pec-
candi, & maxime otium. Tertio. Ut custo-
diat sensus. Quartò. Ut obstat principijs,
imminentem mortem meditando, Dei iudi-
cium, Paradyssi gloriam, vel inferni pœnas.
Quintò. Ut frequenter oret. Sextò. Ut Sacra
menta pœnitentiae, & Eucharistia frequen-
tet: per hæc enim, nostra anima sanatur, illu-
minatur, & robatur, & sic tentationes Dæ-
moni facile cognoscit, resistit, & superat.
Septimò tandem, ut quotidie omnia, quæ
egerit, dixerit, & cogitanerit; examinet scri-
pte. Sic Coriolanus loc. cit. ex Nauarro præ-
lud. 7. num. 27.;

DISPUTATIO DECIMA.

De Sigillo Confessionis.

QUÆSTIO PRIMA.

*Quid Sit Sigillum Confessionis; quidque,
Sigillum naturæ?*



ESPONDEO: *Quod sigillum naturæ: Est obligatio quædam, ab ipso iure naturali, inducta, celandi, vel occultandi aliquid. Sigillum vero confessionis. Est obligatio occultandi peccata, in confessione, auita. Sic D. Tho. in 4. diff. 21. q. 3. ar. 1. q. 3. Nauar. in cap. Sacerdos. de pœn. diff. 6. n. 35. & in Man. cap. 8. num. 1. Coriolan. 1. par. sect. 3. num. 3 fol. 300. Fagundez præc. 2. lib. 6. cap. 1. num. 4. Binsfeldius in Enchirid. de sigillo confess. §. 18. pag. 91. Vincent. Candid. tom. 2. disquis. moral. 24. art. 47. dubitatione. 1. Bonacina disp. 5. quæst. 6. sect. 5. Molfelsius 1. par. Sum. tract. 7. cap. 23. nu. 13. & alij.*

QUÆSTIO. II.

*An Triplici iure, tenetur Confessarius
ad sigillum Confessionis?*

NEgavit Caiet. (apud Hieronimum Llamas) super Ioan. cap. 20. dicens: *Sigillum secreti confessionis, institutum esse Ecclesie, non Christi; iuris que Ecclesiastici, non diuini.*

Sed certissime Respondeo: *Triplici iure teneri. Naturali, videlicet, Diuino, & Ecclesiastico. Naturali; Nam vitare fraudem, & seruare fidelitatem, sunt de iure naturæ Diuino, nam quod Deus decernit, & tanto magis, quod ipse facit, est de iure, & voluntate Dei: sed Deus tegit peccatum eius, qui se intrinsecus sibi per contritionem subiicit, iuxta illud Psalm. 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: ergo, & confessarius, qui, vt Dei minister habet facere, sicut facit Deus.*

in occultatione peccatorum, tenetur de iure, & voluntate Dei ad illa celanda. Teneatur tandem Ecclesiastico iure; *Quia id precipitur in cap. omnis utriusque Jesus. Extra de pœn. & remis. §. Caneat autem. Ergo. Sic S. Thom. in add. quæst. 11. art. 1. Scot. in 4. diff. 21. quæst. 2. Sotus diff. 18. quæst. 4. Nuñus in add. ad 3. part. quæst. 11. art. 1. pag. mibi 532. ex Suarez. Petrus Soto lect. 11. de confessio. pag. 194. Nauar. Coriolan. & Fagundez loc. cit. Angles. de confess. crt. ultimo concl. 1. Petrus de Cañedo in Sum. tract. de pœnit. cap. 10. pag. mibi 237. Frias in Sum. fol. mibi 50. Llamas 2. par. Method. cap. 3. §. 2. pag. mihi 266. & cap. 4. §. 1. pag. 277. Molfes. loc. cit. num. 15. & seqq. Reginald. lib. 3. à n. 1. Archang. diff. 21. pag. 259. col. 2. Turreblanca lib. 14. practicarum cap. 12. n. 1. fol. 407. Petrus de Ledesma in Sum. de pœnit. cap. 22. concl. 1. 2. 3. & 4. Moure 3. p. Sum. c. 6. §. 9. n. 26. Ochagau. tr. 3. de confess. q. 1. Layman tr. 6. c. 14. n. 1. & 2. Hurtado disp. 12. de pœn. diff. 1. Granados tom. 5. in 3. p. tr. 11. disp. 1. Villalob. tr. 9. diff. 72. pag. mibi 236. Becanus de Sacram. 39. n. 2. Ludouicus de Sacr. q. 7. de pœn. art. 1. dub. 1. pag. 481. Lugo disp. 23. de pœn. sect. 1. Candidus loc. cit. & dubit. 8. & 10. Bonac, loc. cit. pun. 1. n. 1. 2. & 3. & communis. Neque Caietanus, quem accurate per legi, oppositum docuit, unde falso impossuit illi Llamasta, lēm sententiam.*

QUÆSTIO III.

An Sigillum confessionis sit de essentia Sacramenti pœnitentiae.

AFFIRMANT Raynerius V. confessio. c. 30. pag. mibi 444. Angelus V. confess. fol. 8. num. 1. & Aureol. in 4. diff. 21. Quibus fauere videtur D. Thom. in add. q. 11. ar. 1. in corp. hæc habens verba: *Et ideo de necessitate Sacramenti est, quod quis confessionem celet.*

Sed certissime oppositum Respondeo. *Priu. Qui potest confessio ex causa fieri coram multis, vt sup. disp. 6. q. 4. est habitum.*

Secundum. Quia posterius, nō est causa esse prioris: at sigillum confessionis præsupponit, & consequitur, ipsam confessionem: ergo. Tertio. Quia alias Sacerdos, qui reuelaret confessionem, redderet irritum Sacramentum, etiam validum, quod nullo modo est concedendum (quidquid Angelus, non renuat concedere) ut apud omnes est notum; ergo. Verū est, quod sigillum confessionis, potest dici de necessitate Sacramenti aliqualiter: nempe, ut confessio conseruetur; nam si confessarius, non haberet debitum celandi Confessionem, ipsa nequaquam conseruaretur. **Q**uis enim peccata sua confiteri vellet? & sic intelligenda sunt verba præfata D. Thomæ. Sic Archang. dist. 21. pag. 262. col. 1. Petrus Soto lect. 11. de conf. pag. mibi 193. Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 19. n. 1. & 2. Silvest. V. confessio. n. 32. Fagund. loc. cit. n. 2. Nufius in add. ad 3. p. 9. 11. ar. 1. ad. 1. argumentum. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. & ex illo, Reginald. l. b. 3. num. 4. & communis.

QUÆSTIO IV.

An Quis sigillum confessionis violat, quinque committat peccata; contra Iustitiam, videlicet, Religionem, Fidelitatem, Charitatem, & contra præceptum Ecclesie, impositum in capitulo eiusdem utriusque le-

xus?

AFFIRMANT Angel. confessio. num. 2. Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 19. n. 2. Navar. in Man. cap. 8. num. 5. & Villard. ubi de sigillo. 1. p. num. 7.

Sed probabilius Respondeo: Nō committere, nisi duo peccata: contra Iustitiam vide licet, & contra Religionem. Cōtra Iustitiā; quia iniuste, & iniuriose, priuat pœnitentem bona fama, quam possidebat; unde consequenter tenetur ad restitutionem damni, ex violatione sigilli, securi. Cōtra Religionem; quia facit contra reverentiam Sacramento debitam, reuelando eius sigillum, & reddendo ipsum Sacramentum hominibus onerosum. Nō tamen per hoc negamus quod, qui frangit sigillum, non peccet etiam cōtra fidelitatem, charitatem, & præceptum Ecclesie; sed dicens, quod non multiplicet peccata, eo quod virtus fidelitatis, & charitatis hic, non distinguunt à iustitia, & præceptum Ecclesie constituit sigillum, intra virtutem Religionis, ut bene Fagundez præc. 2. lib. 6. cap. 1. num. 2. & 3. ex Suarez 4. 10. de pœnit. disp.

33. scilicet 1. r. 2. m. 7. & 13. Sic etiam Ecclæsia ac panit. disp. 5. q. 6. scilicet 5. jun. 1. n. 4. Nufius q. ii. ar. 1. pag. mibi 534. col. 2. Ochagau. tr. 3. de confessio. q. 1. n. 4. Villalob. tr. 9. diff. 72. num. 3. Candide loc. cit. disquis. 44. art. 47. dub. 11. pag. 149. Diana 5. par. tract. 11. resol. 2. & alij.

QUÆSTIO V.

An Omnis, sigilli confessionis, violatio, sit mortale peccatum?

NEGLANT Ledesma 2. 4. quæst. 1. art. 1. & Victoria apud Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 3. Quia existimant; non esse mortale, manifestare utrum peccatum veniale in specie, in confessione auditum; dum modo audientes, non intelligent illud peccatum veniale, auditum suisse in confessione. Sic (imo, & sine distinctione) tenuit Emanuel Sa. V. confessor. r. u. 24. in prima editione ubi sic ait; Reuelare aliquid leue confessionis, modo sit peccatum, quidam putant esse mortale, quod nō ihi durum videatur. Sic ille. Hanc eisdem sententiam videatur amplecti More 3. par. Sum cap. 6. §. 9. n. 28. Vbi ad hanc interrogacionem ab ipso propositam, Quod est peccatum frangere sigillū? Sic respödet. Diciorū. Ex natura sua, sacrilegium graue. Ex natura sua, dixi; quia oportet, ut reueletur materia grauis, quale est peccatum mortale. Sic ille. Et Sotus in 4. dist. 18. q. 4. ar. 5. concl. 3 & Vega 2. tom. c. 100. casu 4. col. 888. (licet contrarium sequatur) putant hoc esse probabile.

Sed, certissime Respondeo: Omne violationē sigilli confessionis esse mortale peccatum. Unde, qui diliberate manifestat aliquod peccatum, sine mortale, sive veniale, & cōnitentis; et iam si alij non intelligent, illud ex confessione suisse notum confessori, vere mortaliter delinquit. Quia ex manifestatione cuiuslibet peccati, quantumvis leuis, gratia sequuntur incommoda. Sic Navar. de pœnit. dist. 6. c. 1. Sacerdos n. 39. Sotus, & Vega loc. cit. Nugn. 1. c. ad 8. argumentū. Quāvis hic author addat, quod si aliquod veniale manifestetur, nō clare, sed per alium insinuationē imperfectā, tantū sit peccatum veniale. Tenant etiam Suar. disp. 33. scilicet 1. Vara. q. 93. art. 4. dub. 1. n. 14. & dub. 12. Fagund. præc. 2. lib. 6. c. 4. n. 6. Gravad. loc. cit. n. 2. Laynā tr. 6. c. 14. num. 1. Cañedo loc. cit. pag. 238. Bonacina loc. cit. num. 5. Argles art. vltimo aiff. 3. conclus. 1. Qui bene addit: in hce casu, tantum posse venialiter delinqüere

con-

confessorem, qui ex in deliberatione, vel in aduentitia, confessionem reuelat. Gaspar Hurtado *disp. 12. diff. 1. fine Lugo, disp. 23. num. 50. 51. 69. & 70.* Candidus, & Diana, *ll. cc. Enquierz, lib. 6. cap. 19. Filiuc. num. 316. & 317. Molfes. tract. 7. cap. 23. num. 57. Egid. disp. 9. num. 24. & alij.*

QVÆSTIO VI.

An Violet sigillum Confessor, qui peccata mortalia pœnitentis, tantum in genere manifestat?

NEGBAT quidam, apud Adrianum, in 4^o de Confess. ubi de sigillo §. in hac questione fol. mibi 287. Existimans: non reuelare confessionem, Confessorem, qui, in generali tantum, nominaret crimen, vnde pœnitens constaret illud commississe.

Sed certissime Respondeo: Violare, non solum illum, qui in speciali, verum etiam, qui in generali manifestat aliquod mortale, vnde constet, pœnitentem illud patrasse. Vnde nequit confessor dicere, ille mihi confessus est multa peccata mortalia, aut unum. Quia confessarij, omnia haec debent cellare, sub sigilio confessionis. Sic omnes Doctores apud Alrianum loc. cit. apud Llanas, 2^o par. metho. cap. 4. §. 4. & apud omnes Recentiores. Post Sotum. in 4. dist. 18. quest. 4. art. 5 & Medinam, C. de confessione. quest. 47. in principio.

QVÆSTIO VII.

An Etiam, sit contra sigillum, reuelare ali quo d mortale in specie, non indicando certam personam?

AFFIRMANT Abbas Panorini. in cap. omnis utriusque sexus cui satis faciet Archang. dist. 21. pag. 260. Qui licet hanc partem, non sequatur, ne discedere à via cōmuni videatur; Addit tamen prædictam reuelationem esse peccatum grauiissimum. Quia per illam fit maxima iniuria Sacramento.

Sed certissime fere Respondeo: Talem reuelationem; Neque esse contra sigillum: Neque peccatum. Quia in opinione omnium Doctorum, licitum est consulere, quid agendum sit circa tale, vel tale peccatum, vt habeatur in oīp. officij de pœnit. & remissio. Sic Nauarus, Sot. Scot. Durandus, & alij,

apud Pessantum in 3. par. cū quest. 11. disp. 2. Lugo, disp. 23. num. 63. & Candidus, disquis 44. ar. 50. dubit. 1. pag. 154. Reginald lib. 3. num. 42. post Medinam, loc. cit. & omnes communiter.

QVÆSTIO VIII.

An Sigillum violat Confessarius, qui mortale sibi confitum, alias publicum, ita manifestat, ut dicat, se illud agnoscuisse in confessione?

NEGANT Michael de Med. C. de confess. quest. 47. fol. mibi 121. Per hæc verba: Licitum est Confessori, peccatum in particulari, simul, & personam confidentem, dicere: si peccatum tale, alioqui publicum est, & omnibus notum; vt si dicat de publica meritrice, quod confessus est turpitudine suam. Et de publico homicida, quod confessus est homicidium &c. Quia tale dictum confessoris, nec est infamatiuum confitentis, nec reddit confessionem odiosam. Sic ille. Qui tamen addit; quod si inde timeatur scandalum teneatur confessor silere. Sic Medina, cuius sententiam esse probabilem indicant clare Vazquez quest. 93. art. 4. dub. 6. Luysius Turrianus, de pœnitent. quest. 11. disp. 33. dub. 4. Sotus, in 4. dist. 18. quest. 4. art. 5. Reginald. lib. 3. num. 44. & Ochagavia, tract. 3. de confess. quest. 6. num. 1. dum contrarium probabiliorem, tutiore aut veriore tantum, appellant.

Sed certissime Respondeo: Violare; cum tale peccatum, vt cognitum per confessionem, reueletur. Quod autem alias sit notum, & publicum, hoc per accidens est. Sic Nauar. in cap. Sacerdos cit. num. 62. & 66. & in man. cap. 8. num. 10. Dives Thomas, in 4. dist. 21. quest. 2. art. 3. Enriq. lib. 3. cit. cap. 20. num. 4. Suan. disp. 22. sect. 3. Fagundez, loc. cit. num. 6. & 7. Layman, cap. 14. cit. num. 9. Sotus, Reginaldus, Archangelus, Luysius, & Ochagavia ll. cc. Hurtado disp. 12. diff. 7. (qui tamen, dictam reuelationem, non esse contra sigillum, stricte symptum, sed latte, affirmat,) Tenet etiam Lugo, n. 61. Molfes, tract. 7. cap. 23. num. 35. Egid. disp. 9. num. 12. & omnes communiter, vt restatur Naldus, verb. Confessarius num. 34. Per hæc verba. Confessarius nunquam potest dicere de peccatore publico, quod confessus sit tale peccatum, quantumvis publicum & manifestum. Tenet omnes, excepto quodam Theologo, alias valde suspecto. Sic ille. Legatur Diana, 5. part. tract. 11. resol. 6.

QVÆSTIO IX.

*An Si confessor interrogatus fuerit; Num meretrix publica, confessio fuerit suum publi cum peccatum; possit respondere; Confessio est omnia peccata sua; vel,
Ego absoluam eam;*

RESPONDET: Fagund. *præc. 2. lib. 6. cap. 5. num. 18. & 19.* Posse probabi liter defini, per huiusmodi respon sionem, reuelari confessionem.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse confessarium, absque sigilli fractione, prædicto modo, respondere. Quia, per illum loquendi modum, nihil reuelat. Sic Enriquez *lib. 3. cit. cap. 21. num. 2.* Vbi sic ait: *De publicæ cōcubina; licet dicere; recte cōfessio fuit, & absoluam illam ab omnī peccato.* Sic ille. Et sic, Victoria, *de confessio. nu. 187. & Granado, tract. 11. disp. 6. num. 4.* Sic dicens: *Si meretrix, vel alia persona vita perdita, quā constat haec tenus, non fuisse alteri confessam a Petrum Sacerdotem, illi que confiteatur, postea vero quispiam imprudens accedit, & interroget. Numquid mulier hæc confessio est tibi meretriciam suam vitam? Non poterit respondere Sacerdos, non fuisse confessa huius modi peccata, quia inde saltem rudes inferre possent eam male fuisse confessam, sed reprehendat interrogantem, & inducentem ad sacrilegium.* Si vero quid piā aliud dicturus sit, respondeat, ipsam aperuisse peccata sua sua, & ipsum functionem officio suo. Sic ille. Et ante ipsum, Nauarrus, penes Molfessium, *cap. 23. cit. num. 59. & communis.*

QVÆSTIO X.

An Sine violatione sigilli, possit confessor reuelare peccata venialia alicuius, in genere dum taxat?

NEGANT Binsfeld. *in Enchirid de si gillo §. 18.* Graffi, seu Capua, *lib. 1. deciss. cap. 23. nu. 1.* quem refert Fagund. *loc. cit. num. 18* & dicit, esse satis probabile.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse. Quia, qui confitetur, manifeste ostendit, se habere, saltem peccata venialia: Non ergo infringet sigillum, ille confessor, qui ita dixerit: *Petrus confessus est mihi venialia; aut, Petrus, suis venialibus, caput mibi ob-*

tundit. Sic Nauar. *in man. cap. 8. num. 12.* Enriquez, *lib. 3. de Pœnit. cap. 21. num. 2.* Vega, & Viualdus, quos citat, & sequitur Fagundez, *loc. cit. num. 17.* Llamas, *loc. cit. cap. 4. §. 4.* Molfes. *loc. cit. num. 56.* Medina, & Reginaldus, *loc. citatis.* Lugo, *disp. 23. num. 50.* & Candidus, *art. 50. cit. dub. 3. & communis.*

QVÆSTIO XI.

An Frangeret sigillum confessor, qui de suo pœnitente diceret; Ille confessus est plura venialia?

RESPONDEO: Affirmative; Quia in tali casu reuelaret confessor id, quod omnino erat occultum; pœnitentem, videlicet, plura venialia patrasse, & fassū esse. Sic Gaspar Hurtado, *disp. 12. de pœnit. diff. 4.* S. cus autem esset dicendum, si confessarius diceret de suo pœnitente; *Ille non habebet, nisi materiam venialem;* Quia per hunc modum loquendi, nec confessor reuelat aliquid veniale in specie; nec dicit pœnitentem habere multa venialia. Sic Nauarrus, *cap. Sacerdos cit. num. 68.* Suarez, *disp. 33. sect. 3.* Fagundez, & Lugo, *locis cit. & Diana, 5. parte tract. 11. resol. 49.* & alij

QVÆSTIO XII.

An Confessarius obligetur sub sigillo, ad cel landum peccatum hæresis ipsius pœnitentis?

NEGANT Albericus, & Pàlatius Rubeus, apud Torreblancam de Magia *lib. 4. cap. 7. num. 1.* & Abbas, *in cap. omnis utriusque sexus.* Sic dicens. *est hæresis crimen, quod nec confessio celat: vt refert Cañedo, de pœnitent. capit. 10. pag. mibi 238.*

Sed certissime Respondeo: Obligari, etiā in casu, quo Hæreticus non absoluatur, nec velit hæresim relinquere; nec reuelare cōplices; aut habeat animū nocēdi toti reipublicæ Christianæ. Quia sigillū confessionis, qualē vim habet in omni crimine. Verū est, quod in assignat is casib⁹, debet Cōfessarius admonere hæreticū, vt se prodat Inquisitoribus; vel vt sibi licentiam concedat ad illum prodendum. Quod si noluerit, absque absolitione dimittat, & illum Deum commendet, & obseruet sigillum. Sic Nauar. *in cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6. num. 117. & 119.*

Vbiſſicair. Ad primum ergo pro contraria parte adductorum, respondeo, negando etiam hæſim, sine iam commiſſam, ſive committēdum in cōfessione detetam, reuelari poſſe; & illū viciſculum; eſt hæreſis crimen, quod nec cōfessio celat, in argumento citatum, peſtitentē eſſe, merito dixere Parifiſenes in illa diſt. 21. quæſt 3. col. 2. Quām ſententiā probat omnes Theologi in illa diſtinctione 21. & Adrianiſ in illo diſt. 10. & Thomas à Vie quæſt. 15. in opuscl. 27. quæſt. Sic Nauar. Et ſic Graffius lib. 1. decif. cap. 23. num. 6. Torreblanca, & Cañedo loc. cc. & Fagundez, præc. 2. lib. 6. cap. 4. num. 9. qui citat Toletum, lib. 3. (per errorem, 1) cap. 16. num. 5. Qui tamen, nihil de hoc caſu traſtat.

QVÆSTIO XIII.

An Confessorius frangat ſigillum, reuelando delicta committenda à pœnitente?

NEGLANT Abbas, Hostiens. Ioan. Andreas, Petrus ab Ancharam, in cap. omnis. Alex. Alensis, 4. par. quæſt. 78. mem. 8. art. 2. Siluest. V. Confessio. 3. quæſt. 5. Decius, Angel, & Barb. apud Nauarum loc. cit. num. 120 & apud Petrum Ledesmam loc. cit. diſt. 7. poſt. 5. concl. Altisidorenſ. Hieronymus Gig. & Couar. apud Fagundez statim cirandum.

Sed, certissime Respondeo: Frangere? Quid non ſolum peccatum praefens, & praeteritum, cadunt ſub ſigillo; verum, & futurum etiam, vnde nullo modo poterit confessor reuelare crima, que pœnitens statuit in confessione perfidere, ſi vere ad conſitendum accessit, & clauibus ſubijecit, & abſolutiōnem petijt. Sic S. Thom. in 4. diſt. 18. Nauar. loc. cit. Scot & Palud. apud ipſum, Farinac. tom. 1. quæſt. 51. num. 110. Bonac. diſp. 5. quæſt. 6. ſeſt. 5. punct. 2. num. 7. & apud ipſum, Enriquez, lib. 6. cap. 21. num. 3 li.. L. Reginaldus, Vazquez, Onuphrius, & Egidius, Torreblanca loc. cit. num. 8. & 12. Fagundez, loc. cit. num. 23. Hurrado, diſp. 12. diſt. 4. Layman, cap. 14. cit. num. 5. Petrus Cañedo, loc. cit. pag. 237. Lugo, diſp. 23. num. 52. Diana, 5. par. tract. 11. refol. 25. Molfesius, tract. 7. cap. 23. num. 54. Petrus Ledesma, loc. cit. Villalob. tract. 9. diſt. 73. numer. 4. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An Saltem, non frangat, reuelando cōfessio nem pœnitentis accedentis, non animo ſe accusandi, ſed peruerendi iipſum, met cōfessorem, illum vè, trabendi ad aliquod peccatum?

RESPONDEO: Non frangere. Quia huic modi reuelatio, non eſſet cōfessionis vera: ſed ſimulatæ, & ſacrilega Dæmonis inuentionis, reuelatio. Sic omnes DD. præcipua Pellantius lo. cit. diſp. 5. Qui bene, ex Soto, contra Maiorem, addit; quod, ſi latro furetur in cōfessione crumenam Sacerdotis, & hoc factum confeatur, licitum ſit Sacerdoti, eum accusare in indicio; quia talis cōfessio, potius videtur facta illudendi gratia, aut ne Sacerdoti ſit liberum, pœnitentem accusare. Sic etiam Naranrus, Suarez, Siluest. & alij apud Fagundez, loco ſtatiſ cit. an. num. 18. Molfes. Llamas, Bonacina, Petrus Ledesma, & Lugo loci cōfessio, & communis.

QVÆSTIO XV.

An Prælatus poſſit punire Religiosum, qui non conſitendi animo, ſed iniuriandi illum ad cōfessionem accessit, & de facto id facit?

RESPONDEO: Poſſe illum punire; & abſque periculo violationis ſigilli, tale delictum propalare. Quia illud peccatum, & delictum non conſitet pœnitēs, ſed cōmittit, vidente confessorio. Vnde hæc ſigilli violation, non eſt Cōfessionis, ſed ſimulationis illius, & ſacrilega Dæmonis inuentionis. Sic Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 4. num. 122. & apud illum Capua, lib. 1. decif. Aurear. cap. 23. num. 18. (mihi 17) Lugo, diſp. 23. num. 60. pag. 58. & communis.

QVÆSTIO XVI.

An Confessor teneatur ad ſigillum Cōfessionis illius pœnitentis, quem, ob defectum aliquem, v. g. contritionis, non abſoluit?

NEGLAT Andreas Victorelli. in notis ad caput 16. lib. tertij Toleti, per hæc verba: Si quis detegat crimen ſuum, fine

sine dolore, sine spe, & animo venia, non est hæc confessio, ac proinde nullum obligat si. pillum Confessionis, P. à Soto, loc. cit. Sic Andreas, & Sic Diana 5. par. tract. 11. resol. 26. referens pro hac parte, Patrè Enriquez, lib. 6. cap. 21. num. 3. lit. N. Sotū, in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. Reginaldum, lib. 3. cap. 5 num. 66. & alios.

Sed, certissime Respondeo: Teneri. Quia hæc confessio, quemuis solum inchoata, est vera confessio, in forma sacramentali facta: Ergo vere obligatur confessor ad illius sigillum. Sie S. Thom. in 4. dist. 21 quæst. 3. art. 1. & 2. Silvester. V. confessio 3. quæst. 4. in fine Enriquez, lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 8. Suarez, disp. 33. sect. 2. num. 8. & 9. Graffius, lib. 1. decif. cap. 23. num. 3. & 8. pag. mibi 67. Lugo, disp. 23. n. 52. Archangel. dist 21 pag 260. col. 2. Egid. Filius. Valentia, & alij apud Bonac. disp. 5. quæst. 6. sect. 5. punct. 2. num. 6. & apud Fagundez, loc. cit. num. 24.

Nec Petrus Soto, oppositum sentit; nam statim se explicat, & docet cum S. Thoma, nostram sententiam. Nec Enriquez, (loco à Diana, citato,) est contra nos, vt legenti patet: Nec Reginaldus, cum potius nobiscum sit. num. 65. Nec minus Sotus, cum expresse nostram sententiam, ijs verbis doceat (loco à Diana, pro contraria citato;) Nam si quis, intentione confitendi, incipiat confiteri, licet, aliquali de causa, confessio nem non finiat; exure it obligatio sacri signilli, nam illa est pars Sacramentalis confessiois: quoniam si reliqua confitetur, illa pars cum alia sufficeret, vt subsequeretur absolutio, & eadem ratione, si defectu contradictionis, vel alia de causa absolutio suspendatur. Immo vero, licet, qui facit confessionem, non habeat firnum propositum abstinenti, sed confiteatur, secundum tenorem. Cap. Quid quidam de pœnit. & remis. eadem na citur sigilli obligatio. Hæc Sotus ibi, & idem docet, in relectio de secreto: memb. 3. quæst. 4. concl. 2.

QVÆSTIO XVII.

An Liceat Confessario revelare peccatasibi confessi, de licentia expressa pœnitentis?

NEGANT Angel. V. Confessio. S. nu. 5. Scot. dist. 21. q. 2. Durandus, q. 4. Major, quæst. 3. Gabriel, art. 3. dub. 4. Alens. 4. par. q. 19. alias. 78

memb. 2. art. 2. §. 1. Aureol. dist. 27. quæst. 41. & Almainus, quæst. 1. in fine, & alij apud Navarrum, cap. Sacerdos. nu. 154. & etiam Ludsonicus, quæst. 7. art. 2. dub. 2. concl. 1. pag. 484.

Sed, longe probabilius, Respondeo: Liceare. Quia sigillum confessionis introducum fuit immediate à Christo Domino, in favore, & gratiam pœnitentis; te illius fama periclitatur: Ergo de licentia sua, reuelari potest peccatum eius, nam vniusquisque cedere potest iuri suo. Sic S. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 2. Ricard. art. 4. quæst. 1. Palud. q. 3. num. 42. Adrian. quæst. 4. de confess. Navar. in cap. Sacerdos lo. cit. & num. 126. & in man. cap. 8. num. 2. & cap. 18. num. 12. Quos, & alios Doctores, vsque ad 18. citat & sequitur Suar. disp. 33. sect. 5. n. 6. Quibus addi possunt Vazq. quæst. 93. art. 3. dub. 5. Egid. disp. 9. nu. 22. Tanner. dist. 6. quæst. 9. num. 125. Gaspar Hurtado, disp. 12. dist. 6. Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 1. nu. 16. Layman, cap. 14. cit. num. 14. Moure, loc. cit. pag. mibi 307. Ochagavia, tract. 3. de Confess. quæst. 5. num. 3. Bonac. disp. 5. cit. quæst. 6. sect. 5. pun. 4. num. 8. Cenficio, loc. cit. Vega, tom. 2. cap. 100. casu. 1. Rodriguez tom. 1. sum. cap. 120. num. 2. Toletus. lib. 3. cap. 16. num. 5. Sa, verb. Corffor. rim. 29. Valentia, 4. par. quæst. 13. Lugo, disp. 23. à num. 131. Candid. disquis 24. art. 50 dubit. 10. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 10. Molles num. 46. & communis.

QVÆSTIO XVIII.

An Liceat etiam, reuelare de licentia tacita, seu presumpta pœnitentis?

AFFIRMAT Altisidoren. 4. par. tract. 6. cap. 2. quæst. 4. Vbi ait; Posse Confessarium reuelare Confessionem, quando hic, & nunc, in aliquo casu particulari, rationabiliter credit, aut indicat, gratam fore pœnitenti reuelationem. Ochagavia, tract. 3. de Confess. quæst. 1. n. 6. per hæc verba: Deinde dicimus, licentiam praesumptam, seu rati habitione de futuro, (quid quid dicant recentiores) sufficientem esse, vt confessarius licite reuelet Confessionem cum eo modo, nō fiat confessio orerosa. Sic ille. Tenet etiam Capua, seu Graffius, lib. 1. decif. aur. cap. 23. num. 14. (vt refert Fagundez, præc. 2. lib. 6. cap. 1. num. 13. & 15.) & ex illo Reginald. lib. 3. num. 59. Dicens: quod

quod licet, non sufficiat licentia pœnitentis præsumpta; sufficiat, si actu data sit tacere, ut si confitens confessario suo dixerit, ut suis hereditibus post mortem suam dicat, ut restituant quedam, quæ alijs debet tunc enim, id poterit Confessarius licite efficere.

Sed certissime Respondeo: Non licere. Primo. Quia, reuelatione facta, absque expressa, & formaliter licentia pœnitentis; absque dubio fieret pœnitenti confessio odiosa. Secundò. Quia certe oppositum, maxime in contemptu Sacramenti cederet; cum sepius accideret, ob rationabiliter existimatam licentiam tacitam, sigillum violari. Sic Nauar. cap. Sacerdos. II. cc. Enriq. lib. 3. pœnit. cap. 23. num. 3. Suar. disp. 33. sect. 5. num. 14. P. Soto, lect. 11. de Confess. Sot. Medina vterque, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez, præc. 2. lib. 6. cap. 1. num. 13. 14 & 15. Bonac. lo. cit. num. 10. Layman, & Hurtado, II. cc. Thomas a Iesu, in tribun. conf. cap. 13. pag. 166. Lugo, & Diana, locis cit. Molfes. tract. 7. cap. 23. num. 39. & communis. Nec Graffius, aut Reginald. oppositum docent, nam illa licentia, in casu ab illis assignato, à pœnitente actu data, sive dicatur, tacita, ut ab ipsis, seu, expressa, ut à nobis dicitur, sufficiens est ad reuelandam confessionem, ut omnes concedunt.

QVÆSTIO XIX

An Liceat reuelare, de licentia pœnitentis coacta; vel, ob metum reuerentiale, aut ob preces importunas, concessa?

RESPONDEO: Non licere. Quia talis licentia est invalida, ut pote in uno unarie prestita. Debet ergo licentia esse spontanea, non vi, aut coacte concessa à pœnitente, ut licitum sit Confessori confessionem reuelare. Sic Nauar. cap. Sacerdos num. 151. & 157. & sequent. Enriquez. lib. 3. cit. cap. 23. § 1. Suarez, disp. 33. sect. 5. num. 14. Nunus, tom. 2. quest. 11. art. 1. pag. mihi 541. Fagund. loc. cit. à n. 20. Molfes. n. 49. Lug. n. 131. Diana, loco citato. & alij.

QVÆSTIO XX.

An Liceat Confessori reuelare Confessionem, de licentia pœnitentis, concessa in suam, vel alterius perniciem; sive ad iocum, & animi solatum tantum?

NEAT Nauar. loc. cit. à num. 157. Quia existimat, quod ut Confessio de licentia pœnitentis licite reueletur, debeat ab ipso praestari ad utilitatem temporalem, vel spiritualem grauem suam, vel alterius, in quo tantum casu, licita est (inquit) Confessionis reuelatio; non in alio. Hac Nauar. & Hac ego, excepto uno, quod ait, non sufficere licentiam pœnitentis ad animi solatium praestitam, ut confessarius licite reuelare confessionem possit; sufficit sane. Tenet etiam Victoria, num. 187. Dicens: quod, licet pœnitens possit dare talem licentiam, confessor tamen non possit eam accipere, aut reuelare confessionem in detrimentum pœnitentis. Sic etiam Medina, Cod. de Confess. quest. 49. & ex illo Reginald. lib. 3. num. 58. Graffius, loc. cit. à n. 10. Archangelus. dist. 21. pag. 261. & 262. & communis.

QVÆSTIO XXI.

An Licentia pœnitentis ad reuelandam Confessionem, debeat inscriptis obtinerit?

AFIRMAT Aldrete lib. 2. de discipl. Religios. cap. 19. § 1. Vt, si forte Confessarius defraude signilli accusetur, ne discriminatur.

Sed probabilius Respondeo: Non debet (imo nec regulariter loquendo, hoc faciendum esse.) Quia hoc esset valde periculum, & onerosum pœnitentibus. In casu autem, quod Confessarius de fractione signilli accusaretur, & esset dubium, an reuelatio facta fuerit de licentia pœnitentis, credendum est testimonio Sacerdotis. Sic Enriq. lib. 3. pœnit. cap. 19. num. 10. Suarez, disp. 33. sect. 5. fine, Fagund. loc. cit. n. 23. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 41. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XXII.

An Liceat Confessario, loqui cum pœnitente, extra confessionem, de peccatis in ea auditis, quin ab illo licentiam petat; si id faciat, iusta de causa; ut intentione adiuandi ipsum pœnitentem &c.

AFFIRMAT Putaneus, (vt refert Diana) in 3. par. D.Thom. par. 2.q. vlt. dub. vlt. concl. 3. notab. 2. Cui ego addo Vazq. quest. 93. art. 4. dub. 10. nu. 8. & 9. Vbi sic ait: Tertio, & ultimo sequitur, non esse contra sigillum, loqui cum pœnitente de peccatis in confessio arditis, non petita ad huc licentia, solum in tentione inquirendi ea, quæ melius iuuare possunt ipsum. Sic Vazquez. Addo etiam Paulianum, in 4. infine diff. 21. Vbi (vt refert Victor. num. 185. alias 186.) Docet, quod non solum, quando cōmissus fuit defectus in Confessione; sed etiam ratione correctio- nis fraternali, possit confessor, secreto ad mo nere pœnitentem de peccato semel confessio sibi. Et hoc ipsum indicare. *Caput Sacerdos de officio ordin. ait Sa. V. Confessor num. 25.* per hæc verba. Oculte corripere postea pœnitentem de auditis ab eo in confessione, & si est illicitum, sed non contra sigillum confessionis: quamquam licere interdum, indi- cat cap. *Sacerdos de off. Ord. Sic Sa.*

Sed longe multo probabilius Respondeo: Nullo modo id in assignatis casibus, licere confessario. Quia nequit hoc fieri, sine ali- quo rubore, & pudore pœnitentis, & conse- quenter confessio onerosa, redderetur ni- mis. Sic Suar. disp. 33. sect. 5. num. 2. Vi- toria, & Sa. ll. cit. & ante ipsos, Nauar. in man. cap. 24. num. 13. Vbi sic ait: Confessari- ius, nullatenus, nec publice, nec secreto, debet corripere quemquam de peccatis ab eo sibi confessis, vt recte monuit Sotus, vbi sup. memb. 2. q. 1. & probatur copiose per ea, quæ dixi, in capite, *Inter verba. concl. 6.* & in cap. *Sacerdos, de pœnit. diff. 6.* nisi pœnitentis significaret, id esse sibi gratum, inducendo colloquia, vel consulendo super eis. Sic ille. Et Lugo, disp. 23. n. 130. Mofes. tract. 7. cap. 23. n. 38. quan: uisn. 49. ex parte, Vaz quio consentiat, docens; quod, licet esset contra reuerentiam debitam Sacramento, ex quo confessio redderetur onerosa nimis, no- tamen esset contra sigillum confessionis, re- prehendere pœnitentem extra confessionem,

aut illi exprobrare peccata sua; Sic ille. Sed non bene.

QVÆSTIO XXIII.

An Saltem in casu, quo Corfassarius com- misserit aliquem errorem, in absoluendo pœnitentem, possit hoc illi, extra confessio nem manifestare, si pœnitens ad hoc licentiam non præ- titerit?

NEGANT Enriquez, lib. 3. de pœnit. cap. 20. Onuphius, de sigillo Con- fess. se ct. 4. quest. 5. Bonac. disp. 5: quest. 6. se ct. 5. pun. 4. num. 8. Re- ginald. lib. 8 cap. 3. nu. 30. Tolet. Sot. Ro- driguez, Valentia, Megala, Graff. Sylvius, & alij quos citat, & sequitur Diana, 2. par. tr. 15. resol. 12. & 3. par. tra. 4. resol. 86. Qui, citat Suarium disp. 33. (per errorem Tipographi 32.) sect. 5. num. 3. Sed male (vt sta- tim) cum oppositum expresse affirmet, & ip- semet Diana, cum dolore, fatetur 5. par. 1. 11. resol. 18. Negant etiam Granados, tract. 11. disp. 5. nu. 1. Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 4. num. 32. & 3. & Lugo, disp. 23. nu. 140. Qui tamen, male citat Luysum Turrian. pro sua sententia, cum oppositam, cum Suario do- ceat, (vt infra) Candidus disquis. 24. ar. 50. dubit. 11.

Sed æque probabilius Respondeo: Posse; dum modo confessarius, primo significet pœnitenti, se velle cum illo loqui de re nece- ssaria, & pertinente ad confessionem præteritam. Sic Nuñus, tom. 2. quest. 11. art. 11 pag. 540. & art. 4. pag. 550. Filliuc. tract. 7. cap. 11. quest. 5. num. 324. Hurtad. disp. 12. diff. 11. Vbi ait: non solum posse, sed, & debere, si commode possit. Turrian. de pœnit. quest. 11. art. 1. disp. 33. dub. 6. Qui ip- se, & Fagund. citant pro hac sententia Suarium, & bene profecto, nam loco à Diana, pro contraria, citato; sic ait: Solus est casus communis, quando confessor commisit de- fectum in confessione, ex quo obligatur ad pœnitentem monendum. Respondeo, dicere illi posse, & debere, se velle cum illo loqui de re necessaria, ad confessionem pertinen- te, & quidem si ille consentiat, iam habet fa- cultatem; si vero renuat, dicat nihilominus, si commode possit: quia tunc, iam vere non loquitur extra confessionem, sed supplet, & perficit eam, quæ in cohata, & imperfecta manserat, & pœnitens tunc est irrationabi- liter inuitus. Sic Suar. vnde immitto Dia-

na, resol. 87. & 18. cit. & Fagund. dicunt: hanc sententiam esse improbabilem, cum tan-
tos patronos habeat; Quibus adde Mouré,
3. par. cap. 6. §. 9. ver. Dico decimum pag.
mibi 307. Ludouicus, quest. 7. art. 2. diff. 9.
pag. 486. Et esse probabilem (ait Candi-
dus loc. cit.) Et tenet clare Mercerus, Cœ-
lestinus, Meratius apud Dianam, & Layman;
tract. 6. cap. 14. num. 15. Nald. verb. Con-
fessarius. num. 34. ex Suario, loc. cit.

QVÆSTIO XXIV.

*An Si statim possit finitam confessionem, oceu-
rrat error emendandus, possit Confessa-
rius loqui cum ipso pœnitente, de er-
rore corrigendo, quin ab illo
licentiam petat?*

NEANT Mouré, & Diana, ll. nuper
cit. & Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 4.
num. 33. Qui pro hac sententia ci-
tat Suarium, & omnes alios Doctores, qui
docent: absoluta confessione, non licere
confessori loqui cum pœnitente de peccatis
in confessione auditis, nisi de expressa eius
licentia, de quo sup. quest. 17. & 18.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse;
Quia, quæ sunt in continent, in esse viden-
tiae: in ipsa ergo confessione loquitur, qui sta-
tim post confessionem, de illa loquitur. Sic
Enriq. lib. 3. cit. cap. 21. num. 2. fine, & col-
ligit ex Nauarro, in man. cap. 26. num. 14.
Qui clarus hoc innuit, in cap. in principio
de pœnit. diff. 6. num. 60. Sic etiam P. Gra-
nados, tract. 11. disp. 5. num. 1. Per hæc
verba: Licebit tamen confessario, peracta ab
solutione, si nondum pœnitens discessit, sed
adhuc est genibus pernolutus, dicere aliquid
ad confessionem spectans; quia, moraliter
loquendo, adhuc durat confessio. Si vero
iam recessit, & iterum ad confitendum redeat,
etiam post multum temporis, licet agere cū
illo de rebus prioris confessionis, quia iam
id pertinet ad idem omnino forum. Sic ille;
Et certe satis probabiliter. Vnde immetito
Fagund. loc. cit. & Diana, 3. par. tract. 4. ref.
87. dicunt, hanc sententiam esse improbabili-
lem. Modestius loquitus fuerat ipse Fagud.
cap. 3. antecedenti num. 7. Tenet etiam,
nostram sententiam Lugo, disp. 23. nu. 129.
Tannerus, & Præpositus, apud Dianam, 5.
par. tract. 11. refol. 19. & 20. Vbi ite-
rum, contra id, quod nos cum Gra-
nado docemus, agit.

QVÆSTIO XXV.

*An Confessarius frangat sigillum, loquendo
cum pœnitente de rebus in confessione
auditis, de quibus ipse pœnitens
incipit cum alloquit?*

RESPONDEO: Non frangere. Quia in
hoc casu, & verbis, & factis, expresse
tribuit penitens licentiam Cœlestia-
rio, vt de auditis in confessione loquatur.
Sic Nauar. in man. cap. 24. num. 13. Ut vi-
dimus, quest. 22. Enriq. lib. 3. de pœnitentia
cap. 20. num. 7. Bonac. disp. 5. quest. 6.
sect. 5. pun. 4. num. 11. Fagund. præc. 2. lib.
5. cap. 4. num. 36. & communis.

QVÆSTIO XXVI.

*An Confessarius frangat sigillum, si de licen-
tia pœnitentis complicem, vel alium pœ-
nitentem sibi ab ipso in confessione
manifestatum, corrigat?*

AFFIRMANT Vazquez, quest. 93. ar. 4.
dub. 5. num. 5. & (apud Suarez, loco
statim citan.) Bonau. Alensis, Paludi-
Sotus, & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non frange-
re; & ideo de licentia pœnitentis optime po-
terit Confessor vti scientia, quam per con-
fessionem accepit de peccato complicis in
bonum, præsertim spirituale, ipsius pœnitentis;
vt v. g. corrigere complicem; defendere
pœnitentem ab importuna insectatione
complicis ad peccandum. Quia nihil ad hoc
obstat. Sic optime Suar. disp. 34. sect. 3. nu.
7. & sect. 4. per totam; Vbi pro hac senten-
tia refert. S. Thomam, Nauar. Capreol., &
alios DD. usque ad 20. Quibus addo Hurtadum,
disp. 12. diff. 6. fine, Ochagau. tract. 3.
de confess. quest. 5. num. 4. & Lugum, disp.
23. num. 138.

QVÆSTIO XXVII.

*An Teneatur Confessor ad sigillum in casu
quo quis, tempore pestis, aut tempestatis
(v. g.) coram multis confitetur*

NEGAT Enriq lib. 3. de pœnit. cap. 21.
n. 1. per hæc verba: Quando ex causa
publice fit confessio, vt olim moserat
de quibusdam, non tenetur confessarius ad
sigillum. Sic ille. Negant etiam Vinal-
das, de sigillo numer. 38. & Medina, C. de
confess.

confes. quæst. 51. dicentes: Non teneri Confessarium ad sigillum respectu eorum, qui simul secum huiusmodi peccata audierunt; te ner i vero, quo ad alios.

Sed longe probabilius Respondeo: Teneri ad sigillum; & teneri, quo ad omnes. Quia sigillum confessionis obligat confessarium ad non locundum de re confessa, etiam cum illo, qui illam confessus est, qualis est ipse pœnitens. ergo, meliori iure, tenebitur ad sigillum respectu illorum, qui simul cum illo audierunt. Sic late Fagundez *præc. 2. lib. 6. cap. 5. num. 1.* Vbi sententiam Viualdi, omnino falsam appellat, (nescio, quare etiam nō dixerit sententiam Henrici, & Medinae, cum omnes pro illa, ipsem referat.) Sic etiam Candidus, *disquis. 24. art. 49. dub. 3. & 2 apud illum, Egidius, & Silvester. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 23. Villalobos tract. 9. diff. 72. n. 8.* Sic dicens: Lo mesmo es, quando no se confessasse a vozes devn navio, à otro, por no poder hazer menos; que los que la oyen, deuen guardar el sigillo, y aun lo estiende Suarez, al que de su voluntad, sin necessidad se confessó delante de testigos: cuya sentencia es mas probable. Sic ille, & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An Si duo Confessarij simul eiusdem pœnitentis confessionem audiant, possint postea inter se colloqui de peccatis auditis, sine pœnitentis licentia?

AFFIRMARE deberent consequenter Henriquez, Viuald. & Medina; sed non faciūt, saltē Henriquez, vt infra. Respondeo ergo. Non posse. Quia (vt nuper dicebamus) si cum ipso pœnitente, non licet Confessario colloqui de peccatis confessis, nisi de licentia ipsius expressa; quo modo licebit cum alio? Sic Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 15. num. 5. lit. F. & cap. 20. num. 1. lit. B.* Suarez *disp. 33. sect. 5. num. 3.* Bonac. *loc. cit. num. 24.* Filluc. *tract. 7. cap. 11. num. 324.* Granado *loc. cit. disp. 5. num. 2.* Fagundez *cap. 5. cit. num. 1.* Sa V. *confessor. num. 22.* Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 6.* Armilla *V. confesso. num. 14.* Lublinus *V. Confessor. num. 6.* Diana *loc. cit. & alij.*

QVÆSTIO XXIX.

An Alij non Sacerdotes, qui in tempestate (v. g.) confessionem unius audierunt, possint, absque fractione sigilli, colloqui inter se de peccatis auditis?

AFFIRMABUNT, à fortiori, Henriquez, Viuald. & Medina, cum id affirment de Confessore publice excipiente confessionem unius, vt vidimus *quæst. 27* & certe Henriquez hoc aparte docere videatur (quod non vidit Fagundez) nam *lib. 3. de pœnit. cap. 20. num. 1. in Glosa* *lit. H.* hæc dicit. In procella maris, aut tempore pestis, quando multi confitentur sacerdoti, aliquantulum distanti, & audiuntur ab alijs, tenetur hi, arcto secreto; sed non sigillo. Sic ille.

Sed, longe probabilius, Respondeo. Non posse, absque fractione sigilli colloqui de peccatis auditis. Quia (vt infra videbimus) non solum Confessarij, verum etiam, omnes alij, qui confitentis peccata, licite, vel illicite, audiunt, tenentur ad sigillum: Ergo, siicut ipso Sacerdos, non potest colloqui cum ijs, nisi de expressa licentia pœnitentis, vt habitum est *quæst. 27.* ita neque illi inter se; neque cum ipso confessario, id poterunt licite facere, nisi de eadem licentia. Sic Fagundez *loc. cit.* & credo quod omnes alij. Legatur Diana *loc. citato.*

QVÆSTIO XXX.

An Frangat sigillum confessarius, testando in aliqua ciuitate, vel oppido, ubi confessiones audit, committi peccatum Sodomiae, aut alind; vel ad esse multos improbos?

AFFIRMANT M. de Ledesma *2. 4. q. 10. art. 2.* Vazquez *quæst. 93. art. 4. dub. 3. num. 3.* Suar, *disp. 33. sect. 3. num. 8.* fine Filluc. *tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 322.* Egid. *disp. 19. num. 16.* G. Hurtado *disp. 12. diff. 4.* Layman *cap. 14. cit. num. 10.* Ochagau. *tract. 3. de confes. q. 3. n. 1.* Tenet etiam ex parte Bonac. *disp. 5. q. 6. sect. 5. pun. 4. n. 3.* Quatenus hoc affirmat, loquendo de locis non ita amplis: negat vero loquendo de amplis oppidis, aut ciuitatibus. Sic etiam Lugo *disp. 23. n. 6. 4.* & Candidus *disquis. 24. ar. 50. dubit. 8.* & Diana *tr. 11. cit. a to, resol. 35.* Molfes. *loc. cit. n. 32.* Villalob. *tr. 9. diff. 73. n. 5.* & Archag. *diff. 21. pag. 260* Sed,

Sed probabilius Respondeo: Quod, licet in huiusmodi casibus, confessarius peccet; non tamen frangat, violet ve, sigillum. Primum, postea quæst. 32. probabo; Secundum autem nunc. Quia per predictum modum loquendi, nulla sit iniuria Sacramento; cum non reueletur illorum peccatorum patrator: Ergo non erit contra sigillum. Sic Nauar. cap. Sacerdos num. 54. & in man. cap. 8. num. 16. Enriquez, lib. 3. de pœnit. cap. 21. num. 6. Vbi sic sit; Narrare peccata, etiam mortalia, audita in confessione, quando nullo modo, deueniri potest in cognitionem personæ, non est contra sigillum. Nec si dicat; Hisce, vel tali loco, vbi constat, cum audiuisse multorum confessiones, sunt granis crima vel sunt multi sodomitæ; vel si de certa religione, in genere dicat; vendi officia, vel solitum fieri aliud peccatum. Sic ille. Nuñus, in add. ad 3. par. quæst. 11. ar. 1. ad 13. argumētū pag. mibi. 538. Onuphrius, de sigillo sect. 4. quæst. 4. §. sequitur ultimo. Quos omnes Authores citat Bonac. pro sua sententia. (sed vide, quam bene.) Tenet etiā nostram. Viualdus tract. de sigillo num. 26. Sylvius, & Megala, apud Dianam, 2. par. tr. 15. resol. 15. Qui ibi utramque sententiam referens, nulli adhuc. Fagund. lib. 6. cit. cap. 4. num. 2. & cap. 5. num. 11. Vbi male citat Ledesmam pro hac sententiâ; Pesantius quæst. 11. disp. 2. Lopez, 1. par. sum. cap. 37. pag. mibi 210. Vega, 2. tom. cap. 100. casu 1. col. mibi 885. Granado, tom. 5. in 3. par. tract. 11. dis. 3. num. 1.

QUÆSTIO XXXI.

An, Frangat sigillum confessarius, dicendo;
Quidam religiosus ex tali ordine, vel
ex tali conuentu, confessus est
hoc peccatum?

AFFIRMAT Granado loco cit. per hæc verba; Infertur tertio, non esse contra sigillum declarari ciuitatem, imo nec communitatem, in qua tale peccatum in confessione auditum est, dum modo propterea veniri nequeat in notitiam personæ in particulari; nec tali communitatî inferatur propterea documentum, vel infamia alicuius momenti; nam, si inferreatur, probabilius est, esse contra sigillum, vt docent Suarez, sect. 33. numer. 8.

& alij Doctores. Sic Granados, 3. Intellicillum Diuus Antoninus, 2. par. tit. 17. cap. 19. §. 3. Bonacina, loc. cit. Villalob. 5. tratt. 9. diff. 73. numer. 5. Diana, 5. par. loc. cit. & a fortiori, Ledesma, Vazquez, Egidius, Hurtado, & alij sup. citati.

Sed probabilius Respondeo: Non frangere sigillum (licet alias peccet, vt diximus.) Quia nec reuelatur peccator, nec est periculum (vt supponimus) quod cognoscatur. Sic Nauarrus, Enriquez, Nuñus, & Fagundez, locis citatis Cancidus, art. 50. dubit. 9. infine.

QUÆSTIO XXXII.

Quot peccata committit Confessarius; cui
de aliqua Ciuitate, Oppido, Religione,
aut Communitate, predicto
modo, loquitur?

RESPONDET: Onuphrius apud Dianam 2. par. tract. 15. resol. 13 fine. Quod peccat, peccato contra preceptum de non scandalizando proximum; & peccat contra præceptum de non infamando illum.

Sed, melius Respondeo: Si infamia sit gravis, aliquando peccabit confessarius mortaliiter, peccato scandali, aliquando infamia totius communitatis, oppidi &c. Et aliquando, nullo modo peccabit. Primum pater; Quia si confessarius narret predicta, coram simplicibus, rudiibusque hominibus, generaretur apud ipsos magnū scandalum renelate confessionis: Ergo. Secundum, etiam constat; Quia confessarius predicto modo loquens, regulariter loquendo, maxime offendit Ciuitatem, Monasterium, &c. Ergo. Tertium denique, etiam liquet: Quia si peccata, quæ à confessario publicantur; alias essent publica, & vt sic, confessarius referreret, & non, vt in confessione, audita, nullo protecto modo peccaret, vt bene Vazquez aduerit loc. cit. Sic Nauar. Enriquez, & Fagundez 11. cit. & Candidus loc. cit. dubit. 10. pag. 156.

QUÆSTIO XXXIII.

An Sit contra sigillum dicere; Ille. (v. g. Petrus) confessus est mibi, sed ego eum non absoluī?

NEGANT Caiet. V. Confessor incessaria. Armilla, V. Confess. 14. Enriq. lib. 3. de pœnit. cap. 21. n. 5. citans,

pro hac sententia, Ledesmam, quæst. 10. ar. 5. dub. 1. Victor. num. 169. & alios Recent. Sed ego apud Victoriam certe hanc sententiam innenire nequui, & oppositum docet n. 186. Innuit tamen illam esse probabile Luyfius de pœnit. disp. 33. dub. 6. & expresius Candidus, disquis. 24. ar. 50. dub. 4. pag. mibi. 155.

Sed, longe probabilius Respondeo: *Esse contra sigillum.* Quia, qui prædicta verba audit, statim suspicatur, & non irrationabili-
ter, pœnitentem fuisse confessum aliquod
graue mortale; vel innodatum esse aliqua cœ-
fura Ecclesiastica, à quibus non fuit ab solu-
us.. Sic Navar. cap. Sacerdos. num. 63. &
sequen. & in man. cap. 8. num. 10. Angles,
loco statim citando. P. Soto. lect. 11. cit. pag.
mibi 194. Suarez, disp. 33. sect. 6. num. 1.
Ægidius, disp. 9. num. 14. Sot. diff. 18. ar. 5
quæst. 4. Bonac. disp. 5. quæst. 6. sect. 5 pun.
4. num. 6. Fagundez. præc. 2. lib. 6. cap. 5.
num. 9. Lopez, 1. par. cap. 37. Valentia, q.
12. pun. 3. Laynan, cap. 14. cit. num. 6. Vaz-
quez, lo. cit. dub. 10. Hurtado, disp. 12. diff.
12. Granados, loc. cit. disp. 6. num. 2. Vega,
tom. 2. cap. 100. casu. 1. Ochagavia, tract. 3.
de confess. quæst. 3. n. 2. Binsfeld. lo. cit. §. 2. 2.
pag. 92. Llamas, cap. 4. cit. §. 4. Molfes.
tract. 7. cap. 2. num. 33. Ludouicus, loco
statim citando. Lugo, disp. 23. num. 84. Can-
didus. loc. cit. & Diana, 5. par. tract. 11. resol.
42. & alij.

QVÆSTIO XXXIV:
*An Sit contra sigillum, si Confessarius interro-
gatus, an Petrum absolverit? Res-
pondeat; Non absolui, quia non fi-
niuit Confessionem?*

AFFIRMANT Fagund. & Diana loc. nu-
percit, & certe probabiliter.
Sed, probabilius Respondeo: Non
esse contra sigillum. Quia per hoc, nullū pec-
catum reuelat confessor, nec facit, vt pœnit-
tens maior peccator, quā antea cognoscere-
tur, cognoscautr. Sic præter DD. primæ sen-
tentie quæst. præcedenti citatos, tenet Suar.
Sotus, Grana d. Valent. Bonac. ll. cc. Angles
q. de confess. ar. ultimo diff. 3. concil. 3. & Gra-
ffius, lib. 1. decif. cur. cap. 23. nu. 37. Et idē
afioriori, dicendum est, si confessarius res-
pondeat; Nonabsolui Petrum, quia non de-
dit sufficientem materiam; aut, quia facit
confessionem genaralem. Sic authores ci-
tati, & Fagund. ll. cc. Cañedo cap. de sigillo
pag. 239. Ludouicus. quæst. 7. ar. 1. diff. 2.

pag. 482. & Lugo disp. 23. num. 84. Addens
fecus esse dicendum de illo, qui diceret:
Non illum absolui, quia erat capitosus, &
amicus suæ sententiz.

QVÆSTIO XXXV.
*An sit contra sigillum dicere: Ego absolui
Petrum; aut, Petrus confessus est
mibi sua peccata?*

AFFIRMATIVAM partem, vt probabile
defendit Fagund. præc. 2. lib. 6. cap.
5. num. 18. & 19.

Sed, longe multo probabilius Respondeo:
Non esse contra sigillum. Quia per hos mo-
dos loquendi, nec reuelantur peccata morta-
talia, ad huc in genere; nec venialia in spe-
cie: Ergo nec indirecte adhuc, offenditur cō-
fessionis sigillum. Sic Navar. in cap. Sacer-
dos num. 68. 69. & 72. & in man. cap. 8. n.
11. Suar. disp. 33. sect. 3. Enriq. lib. 3. cit.
cap. 21. & alij, quos citat, & sequitur tandem
Fagund. Lopez. etiam 1. par. intruct. cap.
37. Per hæc notanda verba: Non est viola-
tor sigilli, qui ait; Confessus est Petrus mihi
fua peccata; nisi magni referret, Petrum alij
confessorem, suum nescire illum, illi fuisse
confessum, vt vitet suspicionē mali. Sic Lo-
Lopez. Et ante illum, Enriquez lib. 3. de pa-
nit. cap. 21. num. 2. ita dicens: Aliquando
tamen non expedit dici; Ille mihi confessus
est; vel, illū absolui; qui si ex causa mutuus
confessarium occulit, tenetur confessarius
secreto naturali id tacere, ne ille in suspicio-
nem veniat. Sic Enriq. Et ante omnes Na-
var. in cap. Sacerdos n. 71. & in man. cap. 8
n. 11. Molfes. lo. cit. nu. 60. & penes ipsum
Megala, cap. 16. n. 16. Reginald. lib. 3. n. 53
P. Ledesm. cap. 22. cit. dub. 5. post. 5. concl. &
Lublinus V. confessor. n. 7. Candidus, ar. 50.
cit. dubit. 3. & Diana, 5. par. tract. 11. resol.
47. Bonac. lo. cit. nu. 4. Vazquez, Onuphrius,
& Ægidius apud ipsum, & communis.

QVÆSTIO XXXVI.
*An Sit contra sigillum, dicere: Petrum, v. g.
esse scrupulosum; aut nimium indeclar-
randis peccatis, quando id, non
nisi per confessionem,
cognitum est?*

AFFIRMANT Granado tract. 11. disp.
3. num. 3. G. Hurtado. disp. 12. diff.
4. Vbi sic dicit. Et etiam, vt contra
Enriquez, & contra Valentiam, supponit
Ægidius, numer. 12. est contra sigillum
rene-

reuelare defectus pœnitentis, qui ex confeſſione coniſciuntur, quamvis alias ſint indi- cium bona, & timorata conscientia; vt eſſe ſcrupulosum; quia etiam eorum reuelatione, confeſſio fit pœnitentibus odioſa, & ab ea retrahuntur. Sic Hurtado, qui (licet bene citet Aegidium pro ſe, non tamen bene in eo quod dicit, id, Aegid. ſupponere contra Enriq. & Valentiam: cum neque in num. 12. Nec alibi, contra hos authores, id ſupponat. Affirmant etiam Layman, loc. ſtatim citando.

Sed probabilius Respondeo: Non eſſe contra ſigillum. Quia eſſe ſcrupulosum, regulariter loquendo, potius eſt inditium bona, & timorata conscientia, vt ipſem Hurdo fatetur: Ergo non erit contra ſigillum id reuelare. Sic authores ſtatim citandi, & ſuppoſito antecedenti nostri argumehti, etiam conſentit Granados loco citato. Et expreſſe tenent Llamas, 2. par. metbo. cap. 4. §. 7. Vbi ſic ait: Neque reuelat confeſſionem, qui dicit; Hic mille ſcrupulos conſtituit impertinentes, & ſuis, impertinentibus minutis caput obtundit; vel, hic eſt timoratus, & ſimilia. Sic Llamas.

QVÆSTIO XXXVII:

An Sit contra ſigillum dicere; Eo ad audiendam confeſſionem Petri, qui ſuis minutissimi peccatis caput mihi obtundet; vel qui ſuis ſcrupulis, & nenius impertinentibus, me vexat, & occupat?

AFFIRMANT Gabriel. in 4. d. ft. 21. 21. queſt. vniqa notab. 2 Granad. & Hurtad. 11. cc. Aegid. disp. 9. num. 11. & Layman, tract. 6. cap. 14. num. 6. Et ut probabile deſſendit Fagund. lo. cit. n. 18. & 19.

Sed, probabilius Respondeo: Non eſſe, Quia per huiusmodi modos loquendi, nullum mortiferum in genere, nec veniale in ſpecie, reuelatur. Sic Nauar. in man. cap. 8. num. 12. Palacios, diſt. 21. queſt. 2. Enriq. cap. 21. cit. num. 2. Vega, tom. 2. cap. 100. caſu. 1. Lubinuſ, V. Confessor. n. 7. Villalob. tract. 9. diff. 7. 3. num. 6. Tenent etiam Fagund. loc. cit. n. 17. Vbi dicit: Eſſe commune. Viuald. etiam, de ſigillo num. 32. Valentia, queſt. 13. pun. 3. Ludouicus, q. 7. ar. 2. diff. 5. pag. 485. Lugo. disp. 23. n. 60 Diana, 5. p. tract. 11. cit. refol. 50. Llamas, lo. cit. Molfes. loc. cit. num. 56. pag. mibi. 482. & apud ipſum Syrus, de paenit. cap. 30. num. 5. Reginald. lib. 3. num. 53.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Frangat ſigillum, qui duorum virorum, vel feminarum, confeſſionibus auditis; de uno illorum dicit; Hic nullum mortale habet; aut illa eſt Virgo &c.

RESPONDEO: Frangere, ſaltem inde recte, ſi reſpectiue ad alium hoc di- cit; ſecus ſi absolute. Primum coſtat: Quia per huiusmodi modum loquendi, indi- recte significat confeſſor, aliam non eſſe Vir- ginem; & alium peccasse mortaliter. Secun- dum, etiam patet. Quia ſi confeſſariſs ex- cepit confeſſiones Petri, & Ioannis; aut Mariae, & Franciſcae, & poſt aliquod tem- poris ſpatium, vel ſtatim poſt confeſſionem, accedat quis ad confeſſarium, & cum illo de Petro, aut de Maria loquatur absolute, & non reſpectiue ad Ioannem, vel Franciſcam, non frangeret ſigillum, ſi de Maria diceret, haſtenus eſſe Virginem, & de Petro, nullius criminis mortalis eſſe reūm. Sic Nauar. in cap. Sacerdos nu. 56. 59. & 60. & in man. cap. 8. num. 9. Viuald. num. 21. Nauar. disp. 33. ſect. 3. num. 9. & ſect. 6. num. 1. Gra- nados, tract. 11. disp. 3. nu. 4. Reginald. num. 50. Fagund. praec. 2. lib. 6. cap. 5. nu. 5 Qui: idem omnino, affirmant, de illo, qui ex duo- bus ſocijs, quorum confeſſiones audivit, vnum laudat, & alium illaudatum dimittit. Sic etiam Enriq. lib. 3. de paenit. cap. 20. n. 4 fine, Layman, cap. 14. cit. n. 7. & alij com- muniter apud Molfes. lo. cit. n. 34 pag. mibi. 484.

QVÆSTIO XXXIX.

An Frangat ſigillum Confeſſariſs, qui dicit: Ego in confeſſione audiui hoc peccatum mor- tale, v. g. homicidium; ſi hoc dicat cum circumſtantia tali, quod nullo modo peccator cognofei poſſit?

AFFIRMAT Abbas in cap. omnis utriusque ſexuſ, apud Fagund. lo. cit. n. 12. Qui dicit; no[n] inueniſſe aliū authore, qui pro hac parte citari poſſit. Poſſet tamen inuenire alios, apud Angeluſ V. Confefſio. 8. num. ultimo, & poſſet citare Angleſ. art. 1. cit. diff. 6. Vbi ait: loc ſolum licere, abſque fractione ſigilli, ratione conſultationes, citra conſultationem vero, aut aliam iuſtam cauſam, temerari remeffe, licet per ſona pœnitentis, non reueletur. Sic Angleſ, & ex illo, ſuſ ſuſ individuus conies, Lu. ouit. de S. Iuſt.

quæst. 7. art. 2. diff. 2. in append. pag. 484.
Et hanc sententiā esse probabilem, non le-
uiter probat Fagundez. *loc. cit.*

Sed certe longe multo probabilius, Res-
pondeo: Non frangere sigillum. Primō. Quia
per hæc verba, nullatenus prodit confessor
peccatorem. Secundō. Quia Doctores, non
absque vtilitate, passim ponunt casus, quos
in confessione audierunt: Ergo. Sic Nauar.
in cap. Sacerdos nū. 75. & 79. & in man.
cap. 8. num. 12. & apud ipsum, Paludanus,
& Adrian. Sic etiam Victoria, numer. mi-
hi 190. Siluest. V. Confessio. 3. num. 2. q.
5. Suar. Fagud. Angel. & alij. *ll. cc.* Qui omnes
recte aduentunt, in hac materia, satius esse
omnino tacere, quia de se est periculosis-
ma, & s̄a pe contingit, per huiusmodi locutio-
nes, confessiones reuelari.

QVÆSTIO XL.

An Offendat sigillum Confessarius, qui, de
confessionibus à se auditis, consulit
caute viros doctos?

AFIRMABIT Abbas, & probabile de-
bet reputare Fagud, iuxta dicta, quæf-
tione præcedenti.

Sed certissime Respondeo: Non offendere, si caute consulat; vt ex dictis constat; se-
cū si in caute; vt, si ipse confessarius, confe-
ssione pœnitentis audita, statim è loco
surgat, & consulat virum doctum præsentē,
& accepto consilio, illico redeat ad absolu-
bendum pœnitentem; quia in hoc caute, certe
facto ipso, sigillū violavit. Sic Nauar *in cap.*
Sacerdos. n. 57. & 59. & man. cap. 8. n. 9.
Siluest. V. conf. f. 3. quæst. 5. Tolet. lib. 3. cap
16. num. 2. Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 5. n.
2. Lopez. 1. par. sum. cap. 37. pag. 209. & alij
communiter.

QVÆSTIO XLI.

An Offendant sigillum Confessarij, qui in
ter se, vel inter alios confabulantes, dicunt;
Hodie quidam miles, vel quædam mu-
lier, hoc, vel illud peccatum,
confessa est;

RESPONDEO: Quod sic. Quia, quamuis
per hū c modum loquendis, personæ
non nominentur, facile tamē possunt
eas, alij confessarij, per coniecturas cognos-
cere. Sic Nauar. *in cap. Sacerdos. num. 59.*
ex Holtensi. & *in man. cap. 8. num. 19.* Faz-

gund. *loc. cit. num. 13.* Lopez, *cap. 37. et seqq.*
pag. 209. Vega, *2. tom. cap. 100. easu. 1.*
& alij. Eodem que modo frangeret sigillum,
qui diceret; Hodie negavi absolutionem tri-
bus; Ut docent Nauar. *lo. cit.* & Enric. *lib. 3.*
de pœnit. cap. 21. num. 6. qui citat Victoria
num. 172. Sed male. Quia nil tale dicit.

QVÆSTIO XLII.

An Offendat sigillum, qui magnas pœ
nitentias publicas, pro occultis
peccatis iniungit?

NEGLANT aliqui apud Nauar. *in cap. 51.*
Sacerdos. n. 103. & in man. cap. 8. n.
17. existimates: Posse, propter gra-
nia peccata, graues pœnitentias imponi;
modo nulla, ex eo, oriatur suspicio, impos-
tas fuisse, propter hoc, aut illud peccatum
in particulari.

Sed certissime opositū Respondeo: Et dicta,
quod confessarius, qui absque libero consensiū
pœnitentis græves, pœnitentias publicas; vt
multa ieiunia, flagelationes &c. quæ à pœnitentia
tête, alijs nescientibus, ad impleri nequeū
statim, vel paulo post confessionē adimple-
nda iniungit, & præcipit, indirecte frangit
sigillum. Quia hæc videntes, facilime suspi-
cantur, pœnitentes huiusmodi, grauia peccata
patrasse: Ergo confessor, saltem in gre-
nere, indirecte reuelaret peccata sibi con-
fessa; quod absque fractione sigilli, ni si ad-
sit consensus pœnitentis, iusta de causa datu-
sus, fieri non potest, vt sup. q. 21. & seqq. est
habitum. Sic Nauar. *ll. cit. Suar. disp. 33. sect.*
6. Fagud. lib. 9. *cit. cap. 5 n. 14.* Llamas, 2.
par. methodi *cap. 4 §. 8.* Molfes. *tra. 7. cap.*
25. *n. 49.* & seqq. De quo egimus *disp. 9.* de
satisfact. q. 39. & 40. Vbi etiam, an faltern,
fine violatione sigilli, imponi possint pœnitentia
publica pro peccatis publicis, dixi
imus.

QVÆSTIO XLIII.

An Offendant sigillum Confessarij, cui Mo-
nachis, aut Menialibus, pœnitentias leviores
in publico adimplendas; ut in refectori-
rio, capitulo vel choro, iniun-
git, & præcipit?

AFFIRMAT Joannes Sancius *in se-*
lect. disp. 6. num. 18. & apud ipsum
Chapuiale de casib. res. ruat fol. 104.
Sed probabilius Respondeo: Non offendere,

re, etiam si, non ita leues præcipiat. Quia, qui in Monasterijs degunt tales, pœnitentias, imo, & maiores, ut ieunare, orare, vigilare, & se verberare, pro se, & pro alijs solēt facere; & Prælati pro paruis, & leuibus culpis, aut pronullis, præcipere: Ergo ex hoc, nulla suspicio oriri potest, eas fuisse impositas, saltem propter aliquid mortale. Sic op time Nauar. in cap. Sacerdos, num. 105. & sequen. Vbi confirmat hanc partem ex ijs, quæ passim confessarij faciunt. Solent enim iniungere pœnitenti, ut statim, absolutio ne percepta, Virginem Matrem salutet, aut aliquem psalmum, coram Santissimo Sacra mento, genibus flexis dicat, etiam toto populo spectante.

QVÆSTIO XLIV.

An Violet Sigillum Confessarius, qui, alta voce, pœnitentiam iniungit?

AFFIRMANT absolute Sanctius, & Chiapius. lib. 11. cc. Sed, probabilius, sub distinctione Respondeo: Violare quidem, si alta voce gra uem pœnitentiam iniungat; secus vero, si leuem. Prima pars constat. Quia ex grauitate pœnitentia, grauitatem peccati pœnitentis adacet auditor. Secunda vero, probatur. Quia non violat sigillum confessarius, qui leuem pœnitentiam à se impositam, dicit: Ergo nec, qui alta voce iniungit. Con sequentia est nota, & antecedens docet Enriq. lib. 6. cap. 21. num. 1. per hæc berba: Nec reuelat (Confessionem, scilicet) qui in gene rale dicit; ille confesus est venialia; vel, de deditalem pœnitentiam leuem. Sic ille, ex Nauar. cap. 8. n. 8. & 11. & cap. 18. n. 51. & Reginald. lib. 3. numer. 53. & alij statim citandi.

QVÆSTIO XLV.

An Violet sigillum Confessarius, qui pœnitentiam à se pœnitenti iniungit, manifestat?

AFFIRMABUNT, a fortiori, Sanctius, & Chiapius. lib. cit. Quibus addo Petrum Cañedo, trist. de Penit. cap. 10. vbi, de sigillo Confessionis. Sic dicentem: Sacerdos non potest manifestare qualem pœnitentiam imposuit tali pœnitenti. Quia tunc reuelaret Confessionem; maxime, si

pœnitentia est talis, quæ non solet imponi nisi propter peccata mortalia, aut graui sisma venialia. Sic ille, & esse probabile defen dit Fugund. præc. 2. lib. 6. cap. 5. num. 19.

Sed ex dictis probabilius Respondeo: Violare sigillum, si manifestet pœnitentiam particularem à se impositam, dum modo illa fuerit grauius, aut signum culpæ mortalis certæ, aud dubiæ; secus vero, si fuerit, ita leuis; ut ex illa colligi nequeat, nisi tantum, quod certum, & commune est; scilicet, pœnitentem confessum fuisse venialia. Sic expreſſe Gra nados. tract. 11. de pœnit. disp. 6. numer. 5. Bonac. disp. 5. quæst. 5. sect. 5. pun. 4. num. 4. Fagund. loc. cit. 11. num. 17. Enriquez, lib. 3. de pœnit. cap. 21. num. 1. & apud ipsum, Nauar. Lugo, disp. 23. num. 89. & Diana, 5. part. tract. 11. resol. 31.

QVÆSTIO XLVI.

An Inueniens peccata alterius scripta sub titulo Confessionis, teneatur sub sigillo sacramentali, illa tegere?

NEGANT Nauar. in cap. Sacerdos, na. 8. & 9. & in man. cap. 18. num. 34. Enriq. lib. 3. cit. cap. 20. num. 2. Sua rez, disp. 33. sect. 4. num. 5. Bonac. disp. 5. quæst. 6. sect. 5. pun. 3. num. 7. Layman, lib. 4. tract. 6. cap. 15. Egid. disp. 9. nu. 50. Coriol. 1. par. sect. 3. pag. 309. Granado, lo. cit. disp. 4. Pesancius, quæst. 11. disp. 3. Thomas à Iesu. in tribun. conf. cap. 13. cit. pag. mibi 107. Lugo etiam, ex parte, disp. 23. num. 47. pag. 536. Candid. disquis. 24. art. 49. dubit. 7. pag. 153. Tannerus, Sotus, Bannez, Nauarra, Ochagavia; & alij, quos refert Dia na 5. par. tract. 11. resol. 27. Existimantes solum teneri celare prædicta, sub secreto naturali.

Sed probabilius Respondeo: Teneri etiæ, sub secreto, aut sigillo Sacramentali. Quia, vel illa charta continens peccata, scripta est ad virum doctum, ad petendum consilium pro confessione; vel in subsidium memorie, ut pœnitens peccatorum suorum, facilius, cū opus fuerit, recordetur; & sic, etiam, potest dici, confessio inchoative; vel tandem, prædicta peccata scripta, iam sunt confessæ; & sic, iam sunt affecta secreto confessionis: Ergo in quocumque euentu, celari debent, etiam sub sigillo Sacramentali. Sic Viuald. de sigillo num. 21. Vbi citat D. Thomam, in 4. dist. 21. Angles. diff. 15. de Confessione

pag. mibi 251. Capua. lib. 1. de cœf. aur. cap. 23. num. 43. Fagunderz, lac. cit. nu. 6. & apud ipsum, Nauarrā lib. 2. de restitutio[n]e cap. 4. num. 461. Deltius, Vega, Nauar. Hemobonos, Zanardus, Rodriguez, Berarducius, & Milderius apud Dianam, quos, & sequitur 3. par. tract. 4. resol. 112. & 5. par. loc. citato. Vbi pro contraria sententia citat Nauarrā, de restitutio[n]e lib. 2. cap. 4. num. 450. Quibus addit Antonium Fernandez Moure, 3. par. cap. 6. §. 9. nu. 26. fol. mibi. 3. 6. Citat etiam Pessantius pro hac parte Sotum, & Nauarrū. Sed certe Nauar. oppositum indicat ll. cc.

QVÆSTIO XLVII.

An Peccaret mortaliter, contra confessio[n]is sigillum, qui postquam cognovit in prædicta charta contineri peccata, aliquid eius legeret?

NEANT DD. citati, quest. præcedēti. Quia licet existimat, huiusmodi inuentorem peccare mortaliter in eo casu, contra sigillum naturale; non tamen, contra Sacramentale.

Sed probabilius Respondeo: Contra utrumque sigillum mortaliter delinquere; vt ex dictis facile colligitur. Sic Reginald. lib. 1. cap. 3. num. 30. & alij DD. pro nostra sententia, quest. precedenti, adducti.

QVÆSTIO XLVIII.

An Etiam peccaret, saltem mortaliter, si invenientur talis schedula, certus moraliter, non nisi levia peccata in ea scripta esse, eam legeret sibi soli; aut alijs, sola curiositate ductus?

NEAT Layman, lo. cit. cap. 15. num. 19. Quia existimat in eo casu, non frangi sigillum confessionis, sed solum naturæ, cuius obligatio, ob paruitatem materia, solum erit venialis.

Sed probabilius Respondeo: Peccare mortaliter: Quia (vt habitum est) vere frangere sigillum confessionis, cuius violatio, etiā rei leuis, semper est mortale, vt sup. q. 5. est habitum. Sic Reginald, & Diana, ll. cc. imo, & quod sit mortale, affirmit Nauar in. cap. Sacerdos num. 9. Dum haec verba absolute, & sine distinctione profert. Infertur, & quarto eum in hanc legem peccare, qui legeret schedulam, alterius peccata continē-

tem, cuius initium id indicaret, quia forte sic incipiebat; Memoriale peccatorum meorum, quo illa facilius olim, cum opus fuerit, recordari: Novit enim, vel certe nosse debuit, id esse secretum, & eum, qui consecit illam, nemini palam fieri voluisse. Sic ille. Quod adhuc clarius, hoc decet. num. 8.

QVÆSTIO XLIX.

An Teneantur ad sigillum Confessionis illius quibus confessarius, vel consilij capienti gratia; vel de consensu penitentis, aliquod peccatum, simul, & auctore illius reuelauit?

NEANT Teneri celare tale peccatum sub sigillo confessionis, sed solum sub sigillo naturæ. Eniq. lib. 3. de penit. cap. 22. nu. 3. Vazquez, q. 93. art. 4. dub. 2. nu. 10. Medina, C. de confess. quest. de his, qui Confessionem celare tenentur, Nufus, in add. ad 3. par. quest. 11. art. 1. Onuphrus, Megala, quos citat, & sequitur Diana, 2. par. tract. 15. resol. 14. Egidius, disp. 9. dub. 3. Hurtad. disp. 12. diff. 3. Becanus, de Sacram. cap. 29. num. 3. Valuoa, Meratius, & alij apud Dianam, statim citandum, & alij.

Sed probabilius Respondeo: Teneri celare sub utroque sigillo, tam naturali, quam Sacramentali. Quia ad omnes, quos confessio transit, suo onere secreti onista transfit. Sic piissimus Nauar. in cap. Sacerdos num. 45. & in man. cap. 8. num. 4. & 7. Silvest. V. Confessio 3. quest. 1. Suar. disp. 33. secl. 4. Bonacina, disp. 5. quest. 6. secl. 5. pun. 3. nu. 4. Coriolanus, 1. par. secl. 3. pag. mibi. 30. 9. Fillinc. tract. 7. cap. 11. num. 52. Moute, 3. par. cap. 6. §. 9. num. 26. Set. Tolet. Vinald. & alij quos citat, & sequitur Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 5. num. 20. nec non Doc. & Granados, lob. cit. Vega, tom. 2. cap. 100. casu. 1. Ochagavia, tract. 3. de Corfiss. quest. 2. nu. 2. P. Ledesma, cap. 22. cit. post. 7. concl. Lugo, disp. 23. num. 25. Candidus, disquis. 24. or. 49. dubit. 5. Sic etiam Diana, iam sibi contrarius, & sui oblitus. 5. par. tract. 11. resol. 11. & apud ipsum, Mosco, Cœlestinus, Enriquez, Sa, & alij.

QVÆSTIO L.

An Etiam teneatur ad sigillum Confessionis, saltem directe, Superior, cui peccatum reseruatum, ob facultatem illud absoluendi obtainendam, Confessarius manifestauit?

NEANT Vazq. Hurtado, II. co. Paulud, & Medina apud Egidium, statim citandum, & alij dicentes, solum teneri ad strictissimum sigillum naturæ. Sed probabilius Respondeo: Teneri etiam ad sigillum confessionis, & sub eisdem pœnis, quibus confessarius ipse tenetur. Quia in hoc casu, Superior est aliquo modo confessor, cum sine illo, nequeat confessio fieri: si ergo, modo aliquo, in notitiam pœnitentis Superior veniat, directe ad sigillum tenebitur. Sic Nuñus quest. 11. art. 1. diff. 1. fine, Nauar. in cap. Sacerdos. num. 42. & sequen. Enriquez, lib. 3. de penit. cap. 20. num. 3. (Qui male, pro contraria parte, citatur à Bonacina & Egidio) Suarez desp. 33. sect. 4. num. 3. Victor. de Confessione num. 109. Sotus, de tegens. secre. mem. 2. quest. 4. Bonacina, punt. 3. cit. num. 3. Archangel. diff. 21. pag. 261. Addens, id esse verum, etiam in causa, quo Prelatus non det facultatem à reseruatis absoluendi. Egidius desp. 9. num. 39. & clarus, 47 fine. P. Ledesma. loc. cit. concl. 7. Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 6. num. 2. Coriol. 1. part. sect. 3. pag. 305. Granados, & Morte, II. co. Ochagau. tract. 3. de Confess. quest. 2. num. 1. Molfes. loc. cit. num. 22 Villalob. tract. 9. diff. 72. num. 7. Vega, tom. 2. cap. 100. casu. 1. Lugo. desp. 23. num. 34. Candidus, loc. cit. fine Diana, loc. cit. resol. 12. & apud ipsum, Megala, Faustus, Pitigianus, Malderus, & alij.

QVÆSTIO LI.

An Interpretes pœnitentis, ad sigillum confessionis teneantur?

NEANT Caiet. in sum. V. Confessio, conditio 11. & apud Nuñum, Fagundez, & alios, Sotus, diff. 18. quest. 2. art. 6. Beccanus. loc. cit. num. 3. & Archangel. diff. 21. pag. 261.

Sed probabilius Respondeo: Teneri. Quia interpres vere concurrunt ad efficiendam confessionem, cognoscuntque peccata pœnitentium per ipsam net confessionem; ergo te-

nentur ad eius sigillum. Sic D. Thom. in 4. diff. 21. quest. 3. ar. 1. quest. 3. Nauar. in cap. Sacerdos. num. 43. & in man. cap. 8. num. 7. Vazquez, quest. 93. art. 4. dub. 2. Suarez, desp. 33. sect. 4. Nuñus, quest. 11. artic. 1. pag. mibi 540. Enriquez. lib. 3. cit. cap. 19. num. 9. & cap. 21. num. 1. Coriolan. loc. cit. num. 21. pag. 311. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 48. & Molfes. loc. cit. num. 21. P. Ledesma, concl. 7. cit. Fagundez, lib. 6. cit. cap. 6. num. 17. Qui vterque, male citat Victoriam pro opposita sententia; melius illum ad ducit Suarez pro nostra, num. mibi 173. Egidius, loc. cit. Bonaccina, loc. cit. punct. 3. i. num. 5. Granado, tract. 11. cit. desp. 4. Layman, loc. cit. num. 16. Hurtado, desp. 12. diff. 3. Frias, de Confessione. fol. 51. Ochagauia. loc. cit. Luis Turrian. desp. 33. dub. i. ex P. Soto, lect. 11. de Confess. Imo idem sentire Sotum, sentiunt Suarez. loc. cit. & etiam Vazquez loc. cit. num. 1 fine. Ludouicus, quest. 7. ar. 1. diff. 1. pag. 482. Lugo, desp. 23. num. 21. Candidus, disquis. 24. art. 49. dubit. 1. & 3. & alij communiter.

QVÆSTIO LII.

An Qui malitia, vel casu, pœccata pœnitentis audiuimus, teneatur ad sigillum Confessionis?

NEANT Beccanus, loco citato, & Sotus, apud Vazquez, & apud Laymán, locis citatis, & Molfes. apud Bonacina, loco citato. numer. 6. Negat etiam Enriquez. lib. 3. cit. cap. 20. numer. 1 Archangel. diff. 21. pag. 260. col. 2. & 261. col. 1. Viguerius, Tabiena, & Tannerus, apud Dianam, vbi infra.

Sed probabilius longe, Respondeo: Teneri. Quia etiam iste talis, habet notitiam peccatorum, ex confessione: Ergo etiam tenebitur ad eius sigillum. Sic D. Thom. in 4. diff. 21. quest. 1. Nauar, P. Soto, Vazquez, Sotus, locis citatis. Egidius, desp. 9. num. 35. Fagundez, loc. cit. num. 25. Villalobos, Ludouicus & Ochagauia locis citatis. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 16. Lugo, desp. 23. numer. 39. pag. 534. Candidus, loc. citato. & communis.

(§)

QVÆS.

QUÆSTIO LIII.

An Teneatur ad sigillum Confessionis ille, cui Sacerdos, vel malitiose, vel in aduententer, confessionem revelauit; & omnes alij, qui ab isto, cui revelata fuit, audierunt, & alij ab aliis, infinitum;

NEGLANT Coriol. 1. par. sect. 3. num. 18. pag. 309 & 310 & Sotus apud ipsum, in 4. diff. 18. quæst. 4. art. 5. concl. 5. & Medina, C. de confess. quæst. 46: & Onuphrius apud Dianam, itatum citandum.

Sed probabiliter Respondeo: Teneri omnes. Quia onus notitia accepta, ex confessione, sive mediate, sive immediate; sive licite, sive illicite; manet sub sigillo sacramentali. Onus enim sigilli, onus est confessionis, quam inseparabiliter committatur. Sic Doctiss. Navarrus, in cap. Sacerdos, numer. 42, & 43. & in man. cap. 8. num. 4. & 7. Adrian. de sigillo. pag. mibi 287. Petrus Soto, lect. 11. de Confess. pag. 194. Suarez. disp. 33. sect. 4. num. 8. Silvestri. V Confessio 3. num. 1. Angel. V Confess. 8. num. 15. Pagund. præc. 2. lib. 6. cap. 6. num. 26. Moure, Frias, Granado, & Hurtado, II. cc. Layman, loc. cit. vers. 4. Vazquez, loc. cit. dub. 2. nu. 10. Viuald. de sigillo num. 10. Lugo, loc. cit. num. 38. Candidus, loc. cit. & dubit. 4. pag. 152. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 7. Malderus, Toletus, Turrianus, Ochagavia, & alij, apud ipsum.

QUÆSTIO. LIV.

An Sacerdos carens Iurisdictione ad audiendas confessiones, teneatur ad sigillum, si ei aliquis, bona fide, Confitetur?

NEGLANT Archangel. diff. 21. pag. 260 col. 2. per hæc verba: Sacerdos enim, qui nullam habet iurisdictionem in populum, cum audire confessiones negaret: & consequenter, si audit, ibi nullum adsit Sacramentum, & Sacramentalis confessio, non recipit, audiendo peccata sub sigillo confessionis, atque perinde, ne ea sub debito, & sigillo confessionis celare tenuerit. Ita ille.

Sed plusquam probabiliter: Respondeo: Affirmative. Quia onus sigilli est impositum

in favorem Sacramenti, & pœnitentis: Ergo extendendum est ad omnem confessionem, bona fide, factâ, sive ex parte pœnitentis; sive ex parte confessarij, in re non habentis iurisdictionem, putantis tamen, se illam habere. Sic Navar. in man. cap. 8. num. 7. Suarez, disp. 33. sect. 2. Enriquez, cap. 21. cit. num. 4. & cap. 19. num. 8. Agidius, disp. 9. num. 4. Nuñus, quæst. 11. cit. ar. 1. pag. mibi 353. Ochagavia, quæst. 2. num. 5. & Candid. diff. 24. ar. 48. dubit. 4. pag. 150.

QUÆSTIO LV.

An Confessio facta laico, qui se finxit Sacerdotem, cadat sub sigillo?

NEGLANT Onuphrius de sigillo. sect. 3. quæst. unica, dub. 4. Tolet. lib. 3. cap. 16. num. 9. Layman, cap. 14. cit. nu. 19. vers. sexto Nuñus, loc. cit. Luysius, disp. 33. dub. 1. & Archangel, loc. cit. & pag. 261. col. 1.

Sed probabiliter Respondeo: Affirmative. Quia pœnitentis manifestat illi sua peccata, animo se accusandi, & in ordine ad Sacramentalem confessionem, ergo tenetur, illam non violare. Sic Suarez. disp. 33. sect. 2. Agidius. disp. 9. num. 8. Bonac. disp. 5. quæst. 6. se et. 5. punt. 2. num. 2. Pesarcius. quæst. 11. disp. 3. Lublinus, V. Confess. n. 9. Viuald. de sigillo nu. 10. Molles. 1. part. sum. tra. et. 7. cap. 23. num. 20. Candid. loc. cit. Vazquez. quem citat, & sequitur Lugo, disp. 23. num. 40. Diana, loc. cit. resol. 15. Ochagavia, tract. 3. de sigillo Confess. quæst. 2. num. 4. & alij.

QUÆSTIO LVI.

An Confessio scienter facta laico, humilitatis causa, cadat etiam sub sigillo Confessionis?

NEGLANT Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 2. num. 7. in Glossa, littera N. & cap. 20. nu. 1. Suarez, Pesarcius, & Bonac. II. cit. Vazquez, quæst. 93. art. 4. dub. 2. num. 6. & apud ipsum. D. Thom. Silvestri. & Sotus, Luysius disp. 33. dub. 1. Hurtado, disp. 12. diff. 3. Ochagavia, tr. 3. de Confess. quæst. 2. nu. 6. & a fortiori, Onuphrius, Nuñus, Layman; & Tolet. II. cc. quæst. præcedenti. Candidus, diffus. 24. ar. 48. dubit. 1. Molles. num. 25. Reginald. num. 5. Archang. loc. cit. & certe satis probabiliter. Quia illa con-

confessio, cum scienter fiat laico, non est Sacramentalis: ergo, etiam si reueletur, nulla fiet iniuria Sacramento.

Sed nihilominus, æque probabiliter, Respondeo; Huiusmodi confessionem, etiam cedere sub sigillo. Quia, quamvis facta fuerit laico, absque ipse iurisdictionis obtainendæ, fuit tamen ad modum Sacramentalis confessionis; ergo habet annexam obligationem sigilli; cum hæc, introducta sit in honorem, & fauorem Sacramenti, & ideo amplianda ad utramque confessionem: patet consequentia. Nam (vt ipse Archang. semel, & iterum concedit) sigillum, non solum se extendit ad ea, de quibus est Sacramentalis confessio; sed etiam ad ea, de quibus est confessio figurata; hoc est, habens figuram Sacramenti, qualis est prædicta. Sic D. Thom. quem citat, & sequitur Nauar. in cap. Sacerdos n. 42. & in Man. cap. 8. num. 7. Viuald. desigillo, num. 10. Capua, aut Graffis, Paludan. & Adrian. Innocent. Butrius, & Panormitan. quos citat, & sequitur Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 6. num. 5. Frias cap. 6. de confes. fol. 51. vers. Et si quaras. Lublinus V. secretum. n. 4. ex Armilla V. secretum num. 1. Ludouicus loc. cit. art. 1. diff. 1. pag. 482. Diana loc. cit. resol. 14. & alij.

QVÆSTIO LVII

An Confessio, in qua confessarius à principio dicit; se nolle audire peccata in Confessione, cadat sub sigillo?

A FFIRMAT Lugo disp. 23. nu. 44. pag. 535. Sed probabilius Respondeo. Non cadere, quantumvis pœnitens intendat Confessarium obligare. Quia obligatio sigilli confessionis, nequit stare cum voluntate expressa, non audiendi confessionem. Dico; cum voluntate expressa; quia si confessarius, non imoneat pœnitentem de hoc, quantumvis non habeat intentionem absoluendi, aut faciendi Sacramentum, tenebitur sigillo. Sic

Suar. disp. 33. sect. 2. Enriquez lib. 3. citat cap. 21. num. 4. Fagundez loc. cit. num. 11. & communis.

QVÆSTIO LVIII.

An Teneatur ad sigillum Sacramentale ille, cui extra confessionem, aliquid manifestatum est, & commendatum sub sigillo confessionis.

A FFIRMAT Martinus de Frias in sua brevi Summa fol. mibi 51. cap. 6. vers. Et si quaratur. Pro qua etiam intentia, citat Moure 3 par. cap. 6. § 9. nu. 26. vers. Dico secundum fol. 306. Paludanū in 4. diff. 21. quæst. 3. num. 11. & Caietanum ver. confessio. Sed male profecto. Nam Caiet. loco ab ipso citato, oppositum docet, his verbis; Sed, si non in Sacramentali confessione, sed secretum committendo, dicatur aliqui: Hoc dico tibi in pœnitentia, seu sub sigillo confessionis; non propterea obligat ibi sigillum confessionis; quoniam sigillum confessionis, non potest inueniri, sine Sacramenta in confessione. Sic ibi Caiet. & etiam 2. 2. quæst. 70. ar. 1. circa solutio. ad 2. Paludanum item, oppositum, etiam afferere, his verbis, docet Nauar. in cap. Sacerdos. n. 39. Infertur (inquit) & sexto, eum, cui aliquid dicitur, cum protestatione; Hoc dico tibi in confessione; vel, quasi in confessione; non teneri confessionis sigillo, licet teneatur naturæ secreto, secundū Innocent. in cap. omnis, prope finem, quem Panormit. cum communi ibi sequitur de pœnit. Et quamvis Paludanus in illa diff. 21. quæst. 3. & Adrianus in illo dubio 10. col. 4. post quintam questionem de confessione, videantur contradicere; tamen per ea, quæ paulo post dicunt, apparet eos in hac eadem esse opinione; dum aiunt; eum, cui aliquid cum illa protestatione commisum est, teneri quidem secreti sigillo, non autem confessionis, & ideo, si superior præcipiat, ad reuelandum teneri. Sic Nauarrus. Longe ergo probabilius Respondeo; Non teneri ad sigillum confessionis, sed tantum ad sigillum naturæ; etiam si manifestans, genibus flexis, & prævio signo crucis, & confessione generali, Confiteor Deo, ei dicat; Hoc tibi dico in confessione. Quia hic, non datur confessio Sacramentalis: ergo. Sic D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad 2. Nauar. Caiet. Palud. Adrian. & Moure loc. cit. P. Soto lect. 11. cit. pag. mibi 194. Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 21. num. 3. & num. 4. in Glossa lit T. Vazquez quæst. 93. art. 4. dub. 2. nu. 13. Ochagau. tract. 3. de confes. quæst. 2. n. 3 San-

Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 13. num. 6.
Layman tract. 6. cap. 14. num. 2. Hurt. loc.
cit. Luysius dub. 1. cit. Villalob. diff. 73. nu.
2. Ludouicus, loco statim citando, & alij in
numeris, quos citat, & sequitur Fagundez lib.
6. cit. cap. 5. nu. 3. Quibus addo, Candidus
loc. cit. dubitatio. 3. Bonacina loc. cit. pun.
2. num. 2. & (apud illum) Nauarum, Egidium,
Valentiam, Reginaldum, & Fillinicum; Lla-
mas etiam 2. par. cap. 4. §. 8. & Molfesium
loc. cit. num. 29. Turrebl. loc. cit. num. 3. &
P. Ledesma loc. cit. concl. 7.

QUÆSTIO LIX.

*An Sit peccatum, traddere, vel recipere sub
sigillo confessionis, illud, quod non est
confessum, aut in confessione
non dicitur?*

AFFIRMAT Palud. in 4. dist. 21. quest.
3. vt referunt Adrian. in 4. de con-
fessio. §. Tertia pars pag. mibi 288.
& Nauar. loc. cit. num. 40. & post illum, Lla-
mas loc. cit. §. 8. vers. dicimus secundo, & ver-
colligitur in super. Et nouissime Ludonicus
de S. Iuan quest. 7. art. 2. diff. 10. pag. 486:
per hæc verba: Esto no es licito, sino gran sa-
cilegio, y cruel irreuerencia contra la con-
fession sacramental, haciendo ademanes, y
ceremonias della en negocios profanos, y
puramente humanos, y que sea sacrilegio es-
ta claro, pues la injuria se haze à cosa tan
sagrada, como el Sacramento. Sic ille; Sed ni-
mis rigorose.

Vnde probabilius Respondeo: Non esse.
Quia hoc faciens, nullam iniuriam Sacra-
mento facit, sed potius illi reverentiam ex-
hibet; cum magnificet confessionis secre-
tum Sic Nauar. & Adrian. loc. cit. Victor.
num. mibi 191. Vazquez, & Ochagavia loc.
cit. & Sotus, quem citat, & sequitur Candi-
dus art. 48. cit. dubit. 1. & communis.

QUÆSTIO LX.

*An Confessor possit peccatum in Confe-
sione auditum, reuelare; quando ipse,
suum peccatum, aliter in Confe-
sione explicare non
potest?*

AFFIRMANT Mayton. & Gabriel in
4. dist. 21. quest. 1. art. 3. & Sotus
dist. 18. quest. 4. art. 5. circa solutio-
nem quarti, & detegendo secreto mem. 3.
quest. 4. Onuphrius apud Bonacinam disp.

5. quest. 6. se ct. 5. punct. 4. num. 21. Sa V.
Confessor. apud Hurtadum. disp. 12. diff. 5.
& apud Dianam 5. par. tract. 11. resol. 9.
Sed male citatur. Sa, ab illis. Quia Sa, nihil
de hac quæstione tractat. Sed Andr. Victo-
rellus in notis, & addition. ad Emanuelem
Sa, V. Confessor. fol. mibi 142. alias 103.
Vbi sic ait: Si nequeas tuum crimen confiteri,
sine reuelatione auditum criminis in confessio-
ne, dubium est, an id explicandum; probabi-
lius quod sit. Sic ille. Et esse probabile aiunt
Lopez 1. par. Sum: cap. 37. pag. mibi 208.
& 209. & Vega 2. tom. cap. 100. casu 2. col.
mibi 887. Vbi præpositis duabus de hac re
opinionibus, sic ait: Cada vno de estos Au-
tores dizense su opinion la mas probable.
Tu sigue la que quisieres, que entrambas los
son; aunque yo sigo la segunda. Sic ille.

Sed multo longe probabilius, & mihi cer-
tò. Respondeo: Non posse. Quia longe maiori-
ris momenti est obseruatio sigilli Cofessio-
nis, quam int egritas materialis illius. Sic
Palud. Scot. Ricard. & alij, quos citat, & se-
quitor Frias cap. 6. cit. fol. 51. Vbi sic ait:
Sacerdos habens peccatum mortale de quo
non posset confiteri, nisi reuelaret confessio-
nem sibi factam; non debet tale peccatum
confiteri; sed tantum de eo conteri, cum vo-
luntate confitendi illud, quando hoc pote-
rit facere sine reuelatione illius personæ,
que sibi confessa est, & sine præiudicio ullo
sigilli confessionis: & si talis opportunitas
numquam se offerat, erit casus impossibili-
tatis ad confitendum, vt optime deducit. P.
de Palude in 4. dist. 21. quest. 3. ar. 2. concl.
2. Sic ille. Et Nauar. in Man. cap. 8. num. 6.
Nufius quest. 11. cit. ar. 1. ad 9. arg. Silvest.
V. Confessor. 3. num. 8. Vazquez quest. 93.
art. 4. dub. 4. Enriquez lib. 6. (aut 3. de pœ-
nit.) cap. 19. num. 5. & in Glossa lit. Y. &
cap. 20. nu. 5. & in Glossa lit. O. Suarez disp.
33. sect. 1. num. 18. Bonacina; Hurtado, Ve-
ga, & Lopez loc. cit. Moure, §. 9. cit. pag. mi-
bi 305. Layman cap. 14. cit. num. 13. Ocha-
gavia loc. cit. quest. 4. Cañedo cap. 13. cit.
Luysius de pœnit. disp. 33. dub. 3. Fagundez
præc. 2. lib. 6. cap. 1. num. 9. dicens; opinio-
nem contrariam, esse improbablem; sed in
hoc, non ita bene. Thomas à Jesu in Tribun-
consc. cap. 13. pag. mibi 168. Binsfeldius §.
22. cit. pag. mibi 93. Lugo disp. 23. n. 144.
pag. 554. Diana loc. cit. Malder, Præpositus,
& alij apud ipsum Molfes. tr. 7. cit. c. 23. nu.
51. Reginald. lib. 3. n. 20. P. Ledesma loc. cit
pag. mibi. 520. Lamas 2. par. metho. cap. 4.
§. 5. & communis.

QVÆS.

QVÆSTIO LXI.

An Confessarius possit peccatum pœnitentis, alias notum, vt sibi notum reuelare, non explican o. se illud in Confessione audire?

NEgat iuam sententiam tueri Altisidorens. lib. 4. tract. 6. cap. 3. quæst. 4. & Enricu quodl. 8. quæst. 18. alias 29. & 31. referunt Sotus mem. 3. de tegen. Sacr. quæst. 4. & Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 22. num. 1. in Glossalit. A. (licet Vazq. dicat, talem opinionem in eo innenire non potuisse.) Negant etiam Abbas, & Farinac. apud Torreblanca lib. 4. de magia cap. 7. nu. 22. & alij, quos, suppresso nomine, citat Nauar. in cap. Sacerdos num. 127. & esse probabile, innuit Vazquez, quæst. 93. art. 4. dub. 7. dum oppositam sententiam, veriorem tantum appellat.

Sed, longe multo probabilius, & verius, Respondeo. Posse: dum modo, de tali peccato eloquens, vel in testem vocatus, nihil certius affirmet, vel amplius, quam id, quod extra notitiam confessionis cognoscit. Ratio est. Quia confessio non priuat iure loquendi, ab iisque offensione sacramentalis sigilli, de rebus, quas ante, vel post confessionem, confessarius fecit. Sic Nauar. loc. cit. & in Sum. cap. 8. num. 15. Vazq. & Enriq. loc. cit. Suarij disp. 33. sect. 3. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 16. nu. 2. Hurtado disp. 12. diff. 8. Nauas quæst. 11. art. 1. ad 12. argum. pag. 533. Viator. num. 187. Lug. disp. 31. num. 62. Molfes. num. 36. Egidius disp. 9. sub num. 23. Torreblanca lib. 14. cit. cap. 12. nu. 36. Et omnes communiter cum Angel. Doctore in 4. diff. 21. q. 3. ar. 3. Qui optime aduertit huiusmodi confessariū, nunquā debere dicere; se tale peccatum in confessione audisse: Sed potius addere, vnde illud sciuenter, ad tollendam omnem suspicionem reuelatio- nis.

QVÆSTIO LXII.

An Liceat Confessario ut si scientia confissio- nis, ad facendum, vel omittendum ali- quid, quod non esset facturus, vel omis- surus?

NEgant Bañez 2. 2. quæst. 33. art. 8. Amilia V. confessio. num. 7. San- chez lib. 3. de matrim. disp. 16. a. num. 3. Egidius disp. 9. nu. 4. 67. Bonacina disp. 3. quæst. 6. sect. 5. pun. 4. num. 3. refe-

rens pro hac parte Cardinalem Tuscum, Vaz quiū, Reginaldum, & alios. (Sed ex his, non bene hos duos, vt infra.) Laymā lib. 4. tract. 6. cap. 15. num. 22. Granado taet. 11. disp. 7. a. num. 2. 7. que ad 6. Filiucius tract. 7. cap. 11. quæst. 7. Hurtado disp. 12. diff. 9. Fa- gund. præc. 2. lib. 6. cap. 3. num. 1. Qui pro hac sententia citat Suarij. disp. 33. sect. 7. ne. 4. (sed male, vt infra) Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 13. pun. 3. Beia part. 3. casu 10. Del- trius in disquis. sect. 2. Maledetus tract. de sigillo cap. 14. & Diana 3. par. tract. 4. re- sol. 76. dices; oppositam sententiam esse pe- riculosam, & nocivam honori, ac religioni Sacramenti. Negat etiam Luysus disp. 33. dub. 8. Lugo disp. 23. num. 93. Candid. dis- quis. 24. art. 52. dubit. 3. & iterum Diana 5. part. tract. 11. resol. 3. & apud ipsum, Sua- rez, Præpositus, & Onuphrius.

Sed æque (administrus) probabilitate Respon- deo. Posse; si id fiat absque periculo detec- tionis confessionis. Quia confessor, solum obligatur ex præcepto sigilli confessionis ad tegenda ea, quæ in confessione audiuit: Ergo, his testis, bene potest Confessor uti scientia confessionis ad bolum commune, aut proprium ipsius, aut pœnitentis. Sic Al- lens. 4. part. quæst. 78. art. 1. m. 2. ad. 8. D. Thom. in 4. diff. 21. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. ad 3. Nauar. in cap. Sacerdos. num. 146. & in Man. cap. 8. num. 12. Vazquez quæst. 93. art. 4. dub. 8. Enriq. lib. 3. cit. cap. 23. num. 6. Snarez de Eucharist. quæst. 80. ar. 6. disp. 67. sect. 3. Quem ipse met Sanchez cum alijs Doctorib. vsc; ad 36. pro nostra sententia ci- tat. Quibus adde Villalob. tract. 9. diff. 75. num. 4. Antonium Fernandez Moura 3. par. cap. 6. §. 9. num. 27. vers. Dico secundum pag. 309. Ex Suario dicente, ita docere om- nes.

Nec contra hanc sententiam est decretrum Clementis VIII. vt Authores prima existi- mat: Quia, vt statim videbimus, Clemens so- lum prohibet Superioribus, vt notitia in confessione habita, ad externam gubernatio- nem subditorum; quod, quid diuersum est.

QVÆSTIO LXIII.

An, Liceat Superiori, ob peccatum inconfes- sione cognitum, priuare subditos officijs ad natum amouilibus?

NEgant Layman, Malderus, Fa- gundez, loc. cit. Bonacina disp. 5. q. 6. sect. 5. pun. 4. nu. 14. Ioannes

de Cruce 2. par. quæst. 6. dub. 1. concl. 3. Dia na loc. cit. nu. 6. Frias loc. cit. fol. 51. & apud ipsum, Paulus Gabriel, & alij, Hurtado, Sanchez, Fillius, Bañez & Egid. Lugo loc. cit. Candid. loc. cit. dubit. 2. & alij, existimantes: contrarium esse contra decretum Clem. VIII. de anno 1594. hæc continens verba: *Tam superiores pro tempore existentes, quæ confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis, in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur. Sic Clemens.*

Sed, his non obstantibus, alij respondent, licere: dummodo, hoc faciat caute, circumspecte, & quæsito aliunde colore, & causa externa huīus priuationis. Quia ita faciens, Non contradicit decreto adducto; sed solum vtitur iure suo, sine iniuria Sacramenti. Sic Angles. loc. cit. diff. 13. pag. mibi 251. per hæc verba; Hinc Provincialis, non poterit Priorem, aut Guardianum, propter crimen illi in confessione notum, deponere; bene tamen poterit ianitorum suo officiopriuare. Quia hoc ex libera voluntate Prælatide pendet. Sic ille, & Cañedo. loc. cit. pag. 242. in marg. Vazquez loc. cit. dub. 8. num. 5. Gutierrez, de matrim. cap. 61. num. 10. Scotus, & alij supra citati. Et post decretum Clementis VIII. etiam tenent hanc sententiam Reginald. lib. 3. cap. 2. num. 16. (vnde male citatur à Bonacina pro opposita) Nuñus quæst. 11. art. 1. ad 6. Lublinus V. secretum. num. 10. Ludouicns quæst. 7. art. 3. diff. 3. concl. 2f. in append. pag. 438. Villalobos tract. 9. diff. fig. 75. num. 1. pag. mibi 240. P. Ledesma c. 22. cit. dub. 3. post. 5. concl. Molfelsius 1. part. Sum. tract. 7. cap. 23. num. 39. & 40. Vbiait, esse doctrinam Diui Thomæ, & communem. Sic etiam Vega 1. part. Sum. cap. 63. casu 24. col. mibi 638.

Ego vero Respondeo: Dicendum. Quod licet hæc sententia ante decretum Clementis VIII. fuerit probabilior; nunc vero longe probabilior sit prima; nec improbabilem existimo secundam, vt aliqui Recentiores putant.

(2)

QVÆSTIO LXIV.

An Superiori, vel cuiilibet alteri, liceat negare suffragium pœnitenti, quem solum per confessionem cognoscit, indignum esse ad officium, vel Prælatiam?

NEGANT Sanchez, Bañez, Layman, Fagundez, Granado, Hurtado, Fililius, & Diana loc. cit. & alij apud ipsos. Lugo etiam disp. 23. num. 95. Candidus loc. cit. dubit. 1. pag. 159. Bonacina loco cit. num. 16. & alij.

Sed alij consequenter ad dicta Respondent; Licere, si ita, caute suffragium denegatur, vt nec ipsem pœnitens, quid de hoc suspicari possit. Quia per hoc nullo modo reuelatur confessio, aut redditur odiosa. Sic Nanar, Vazquez, Enriquez, Gutierrez, Reginald. & alij, supr. citati Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 75. num. 4. ex parte Hurtado diff. 9. cit. prope finem, & Sanchez disp. 33. sect. 7. num. 4. Nuñus quæst. 11. art. 1. ad 7. pag. mibi 537 Frias pag. 51. Portel etiam V. ele. 2. no. 9. Pessantius, & Graffius apud Bonacinam, Ludonicus quæst. 7. art. 3. diff. 3. pag. 488. Scot. Sotus, Ochagania, Mercerius, & alij apud Dianam. Vega etiam, & Petrus Ledesma loc. cit.

Ego vero, etiam iuxta dicta, Respondeo: Dicendum. Quod, licet hæc sententia, propter authoritatem Doctorum, qui adhuc, post decretum Clementis VIII. eam sequuntur, adhuc sit probabilis; probabilior tamen, & in praxi sequenda, sit prima. Quia conformior decreto dicto.

QVÆSTIO LXV.

An Etiam, liceat remouere pœnitentem ab officio, aut negare ei suffragium, quando ipse solus coniurare potest id fieri ob peccatum confessum?

AFFIRMANT adhuc, Scot. quæst. 2. art. 2. Vazquez quæst. 93. art. 4. dub. 8. num. 6. Silvest. V. confessio 3. q. 14. & alij apud Suarium loc. cit.

Sed certissime Respondeo: Non licere, in eo casu. Quia te vera, licet non verbis, tamen ipsomet facto, frangeret sigillum (saltum late sumptum): cum remouere pœnitentem

tum ab officio; aut illi suffragium denegare quando ipse coniicit. aut coniicere potest, id fieri, ob peccatum confessum; nihil aliud sit, quam peccatum confessum ipsi obijcere, & ex probrare; quod esse contra illum, satiis notum est, & constat ex dictis quest. 22. contra Vazq. & alios. Sic Sanchez lib. 3. de matrim disp. 16. Baiez, Armilla, Egidius, & Fillius, quos citat, & sequitur Hurtado disp. 9. cit. Suarez disp. 33. sect. 7. num. 4. Ochagavia tract. 3. de confes. quest. 7. nu. 1. Villalobos tract. 9. diff. 75. num. 1. Diana loco supracitato. Lugo disp. 23. num. 95. & 96. & alij communiter.

QVÆSTIO LXVI.

An Liceat confessario, ex notitia per confessionem habita, dicere Prætoribus orbis, aut Inquisitoribus, aut Prælatis Monasterijs, ut si, aliqua peccata impediunt?

NEGLANT Fagundez præc. 2. lib. 6. cap. 3. num. 8. & 9. Diana 3. par. tract. 4. resol. 76 & alij.
Sed probabilius Respondeo: Licere; dummodo hoc faciat absq; periculo reuelationis pœnitentis; vnde caueat Sacerdos ne dicat, talia peccata committi; aut pericula magna imminere, in confessione se scire. Quia, hac cautela, nec directe, nec indirecte, reuelantur peccata in confessione audita. Sic D. Thom. quolib. 5. quest. 13. Nauar. cap. Sacerdos. num. 124. & ex illo Reginaldus num. 14. Enriq. lib. 3. de pœnit. cap. 22. nu. 2. & 3. & apud ipsum, Armilla, Palacios, Soto, Medina, Hostiens. & alij. Sic etiā, Adriā. in 4. de confes. §. ad argumenta pag. 295. Graffius lib. 1. decis. cap. 23. nu. 7. Ricard. dist. 21. quest. 4. art. 2. Astiens. lib. 5. tit. 20. Corduba casu 17. Torreblanca de Magia lib. 4. cap. 7. num. 10. & lib. 14. præct. cap. 12. num. 14. Egidius disp. 9. num. 68. & 69. Ludouicus de S. Iuan quest. 7. de pœnitentia art. 1. dub. 2. pag. 482. Candid. disquis. 24. art. 50. dubit. 13. Et id etiam, videtur mihi, sentire Bonacinam loc. cit. num. 22. & tenet expresse Llamas 2. par. Methodi cap. 4. §. 8. dicens, esse doctrinam omnium fere Gra- uium.

QVÆSTIO LXVII.

An Liceat Superiori, ob notitiam Confessio- nis, negare subitis licentiam excunat foras; altoquendi externos; clau- acrefenesfras, & alij ab iis modifacere?

NEGLANT Diana, Bonac. & alij, si consequenter loqui velint. Sed probabilius Respondeo: Licere, si ita caute hoc faciat, vt nul modo intelligatur, id ex notitia confessionis oriri. Quia certe, valde durum est, negare, superiori em hæc posse facere; cum ex una parte nullum pœnitenti gravamen accidat, ob quod confessio reddi possit odiosa; & ex alia, id non inueniatur prohibitum, per decretum Clementis; cum in illo, solum caueatur, ne superiores ad actus externos, nempe remouendi ab officijs indignos, vel dignos officijs cohonestandi, notitia, in confessione habita, vtantur. Sic optime Egidius disp. 9. dub. 4. num. 68. Vbi ait, nullum posse hanc partem negare. Enriquez lib. 3. cit. cap. 23. num. 7. Nuñus loc. cit. ad 10. argumen. Vega 1. part. Sum. cap. 63. casu 24. col. mibi 638. & Reginaldus lib. 3. num. 19. & alij.

QVÆSTIO LXVIII.

An Confessarius, qui ex confessione nouit, sibi ab aliquo in sedias parari, pos- sit eas fugere, quæ sit aliunde colo- res?

NEGLANT Nauarr. in cap. Sacerdos. n. 135. Suar. disp. 33. si. 6. 7. n. 7. Soto, apud ipsum, alij. 18. quest. 4. art. 5. Hurtado disp. 12. diff. 10. Ricardus art. 4. quest. 2. & Vazquez quest. 93. art. 4. dub. 10. num. 4. Lugo disp. 23. nu. 105. & 110. Beja 3. par. casu 11. Sed probabilius Respondeo: Posse. Ideoque, optime poterit Confessarius denegare pœnitenti, petenti gladium suum, depositum apud ipsum, si ex confessione sciatur, ipsam petere ad illum occidendum. Deinde, licite poterit Missam non dicere; omittere; aut vinum mutare; si per confessionem sciatur, illud esse veneno infectum. Præterea, licite poterit,

percussionem, aut periculum mortis deuitare, domi se continendo, aut non ingrediendo syluam, &c. Tandem licet poterit ei, qui ex confessione cognovit, non esse Sacerdotem, aut carere iurisdictione, amplius non confiteri. Quia per huiusmodi actiones, nullo modo reuelat confessarius peccata in confessione auditam; nec reddit illam odiosam. Quod si pœnitentes ab illa, per hoc retraherentur, irrationabiliter certe, & iniuste hoc facerent. Sic Doctores sup. q. 6. 2. pro nostra sententia adducti; & ex contrarijs, Sanchez disp. 16. cit. n. 4. Fagund. cap. 3. cit. n. 1. Granad. loc. cit. n. 6. Bonac. loc. cit. n. 27. 28. & seqq. contra Suarium, & alios (licet non ita consequenter,) Sic etiam Lublinus. V. confess. n. 15. ex Tabiena tit. confes. celat. num. 12. Egid. disp. 9. dub. 4. & n. 5. 3. Cädid. disquis. 24. art. 51. ex Siluestro, Armilla, & Nugno, Molfes. tr. 7. c. 23. n. 55. Reginald. lib. 3. n. 19. ex Enriq. lib. 6. cap. 24.

QUÆSTIO LXIX.

An Confessarius possit, in praefatis casibus; Missam omittere; syluam non intrare, &c. Si præuideat fore, ut pœnitens, qui illiboe scelus manifestatus, occidatur ab alijs socijs, ob manifestationem delicti?

NEGLANT Bonacina disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. num. 29. & alij. Sed probabilius Respondeo, Posse. (licet laudabile esset, pro tuenda vita pœnitentis, mortem subire.) Quia, in dictis casibus, confessarius vtitur iure suo. Nec propter hoc, aliquis posset à confessione rationabiliter retrahi. Sic aliqui DD. apud Bonac. & Molfes. loc. cit. n. 42. addens; posse etiam Sacerdotem, ad euitandam mortem, si quareetur ab eo; an talis persona peccata sua, illi confessio fuerit, affirmare; quamuis persona illa occideretur: Quamuis melius esset, mortem sustinere. Sic ille.

QUÆSTIO LXX.

An Confessarius, qui per confessionem noscit suum famulum effusuracem, possit illum dimittere; vel, a pecunijs, illi in posterum committendis, abstinere?

NEGLANT Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 3. n. 1. & apud Bonacinam, Reginald. & alij. Negat etiā, ex parte, Candid.

disquis. 24. art. 51. dub. 9. dicitur. Nō posse Sacerdotem, in eo casu, suum famulum furrem dimittere; bene tamē, à pecunijs in posterum illi committendis, abstinere. Sic etiam Diana 5. par. tract. 11. resol. 37.

Sed probabilius Respondeo; Posse. Quia ex hoc, nec redditur confessio odiosa, nec se quitur pudor, aut damnum pœnitenti. Sic Bonac. disp. 5. q. 6. sect. 5. pun. 4. nu. 30. Regional. lib. 3. n. 17. (vnde male citatur à Bonacina pro opposita sententia) Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 23. n. 6. addens: Non solum posse, in dicto casu, suum famulum dimittere; aut ab officio remouere; verum etiam, tem ab isto, sibi furatam, clam recuperare; quod additū, valde displicet Stephano Fagud. lib. 6. cit. cap. 2. n. 9. Sic etiam Sotus de tegen. secr. mem. 3. quest. 4. dub. 1. post. 5. concil. Onuphrius de sigillo sect. 2. quest. 2. & alij.

QUÆSTIO LXXI.

An Curatus, (vel quilibet alius Sacerdos) possit occulto peccatori, negare Eucharistiam (aut alia Sacraenta) ob peccatum in confessione notum; licet in occulto petat?

NEGLANT Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 16. num. 14. Sanctius in selectis disp. 8. num. 10. Bonacina disp. 5 de Sacram. disp. 5. quest. 6. sect. 5. punct. 4. num. 17. allegans Lazarium, Onuphrium, Reginaldum, & Enriquez lib. 6. cap. 19. nu. 5. lit. V. Egidius disp. 9. num. 67. Fagundez præc. 2. lib. 6. cap. 3. num. 5. Baies, Armilla, Silvester, Nauar. & alij quam plures, apud ipsos. Lugo etiam disp. 23. num. 126.

Sed, & que probabilius, Respondeo: Non posse quidem denegare, si publice petat: Posse vero, (licet non teneatur) si petat occulte: Ratio est. Quia, si ob peccatum in confessione tantum notum, licite posset Eucharistia (aut alia Sacraenta) publice petenti denegari, de se redderetur confessio valde odiosa, & homines retraherentur ab illa. Quæ ratio, non habet locum, si in occulto petenti denegetur, nihil obijciens ei de crimen confessio, vt constat. Nec existimes hanc responsionem esse minus consequentem ad ea, quæ supra quest. 65. a nobis resoluta sunt. Est enim latum, inter ea, discrimin, vt videre potes.

tes, apud Suarium 4. tom. disp. 33. sect. 6. num. 4. Sic (vt notat Sanch. n. 13.) debent tenere omnes assertentes, posse confessarium ut scietia confessionis ad aetas externos de quo sup. q. 6. 2. Et sic, huc parte defendit D. Thom. in 4. dist. 9. q. unica art. 5. q. 1. Enriq. lib. 3. de pœnit. cap. 23. n. 3. & in Glossa lit. T. Nec bene citat illum Bonacina pro contraria sententia, loco a se citato, nam ibi soluuntur; non licere confessario detegere impedimentum matrimonij, quod ex sola confessione hominis, etiam defuncti, nouit, quod est planum, sed non ad rem. Suar. de Eucharistia q. 80. art. 6. disp. 67. sect. 3. & tom. 4. disp. 33. sect. 6. n. 4. Vbi huc ait. Si Sacerdos potest, alio titulo, se excusare, nedet Sacramentum; vel, quia non tenetur ex officio; vel, quia est occupatus; poterit se excusare, si velit, quamvis non teneatur; quia in utroque se gerit, ac si nihil sciret: at vero, illo titulo, negare non potest. Sic ille. Sic etiam Victoria n. 80. & alij, apud Fagund. lib. 6. cit. cap. 2. n. 11. Voi citat etiam Nauarrum in cap. Sacerdos, sed non numerum, & beneficium, quia nullus est, ubi hoc doceat; sed oppositum, ibi, nu. 84. & 85. & in Man. cap. 21. n. 55.

QVÆSTIO LXXII.

An Confessarius teneatur vitare, saltem in occulto, excommunicatum vitandum, solum ex confessione notum?

NEGLIGANT teneri eum vitare; Imo nec posse, etiam in secreto, quando nullus aliis adest, sed ipse solus, Fagund. præc. 2. lib. 6. c. 3. n. 10. Sa. V. confessor. n. 26 Medina, C. de confes. q. 51. Martinus de Ledesma q. 10. ar. 5. dub. 6. Nuñus q. 11. ar. 1. ad 14. argum. pag. mibi. 5. 2. 9. Frias de confess. fol. 51. Et apud ipsum, Scot. in 4. dist. 2. 1. Suar. Enriq. Couar. & alij, quos refert, & sequitur Lugo disp. cit. num. 119.

Alij vero econtra, affirmant in eo casu, & posse confessariū; & teneri, excommunicatum vitare in secreto. Sic (aiunt Suar. disp. 33. sect. 6. n. 4. & Fagund. & Lugo l. c.) tenet Nauar. inc. Sacerdos. n. 145. Secutus Adrianus, & alios. Sed certe nisi D. D. falluntur. Nam Doctor. Nauarrus, solum dicit, posse confessariū, in secreto excommunicatum vitare, non tamen, dicit, quod ad id teneatur, sed potius innuit contrarium; vt videre est; Nec citat, præter Adriaum, alium.

Probabilius ergo Respondeo: Quod licet in publico, nec teneatur confessarius, nec

possit, vitare excommunicatum prædicum; in secreto tamen, possit; licet non teneatur; ob rationem nuper assignatam. Sic Nauarrus loc. cit.

QVÆSTIO LXXIII.

An Confessarius possit mutare voluntatem, & non instituere heredem; aut resignare beneficium in eum, quem ex confessione cognovit indig. num?

NEGARE videtur Fagund. præc. 2. lib. 6. cap. 2. num. 9. fine, & Lugo, eadem disp. 23. num. 92. & 93.

Sed probabilius Respondeo. Posse; secundum odio, & suspicionis periculo. Quia tunc, nihil facit Sacerdos, quamvis libertate sua. Sic Enriq. lib. 3. de pœnit. cap. 23. num. 5. & apud ipsum, Sotus dist. 18.

QVÆSTIO LXXIV.

An Episcopi, Prælati Religionum, & cuiusmodi, possint condere leges, & reseruare causas, si ex confessione scient, aliqua personata frequentari, in Religioni, & Reipublica?

RESPONDEO: Quod Sic. Dum modo id faciant in communi. Idemque dicendum est, de Præparatoribus, poterunt namque in generali carpere grauiā peccata, & obiurgare vitia in communi, etiam si eorum notitiam ex sola confessione habuerint. Quia per hoc, non frangitur sigillum; & prouidetur malis Rei publicæ. Sic D. Thos. quod lib. 5. art. 3. Sotus dist. 18. q. 4. art. 5. Siluest. confessio. 3. n. 9. Ledesma q. 10. art. 5. dub. 4. Enriquez loc. cit. num. 3. Fagund. lib. 6. cit. cap. 3. num. 1. & Nuñus quest. 11. art. 1. ad 10. argumentum.

QVÆSTIO LXXV.

An Sigillum Confessionis duret, etiam post mortem pœnitentis?

NEGARVNT aliqui Canonistar. vt Albericus, & Palacios Rubeus, apud Torreblanca lib. 4. de Magia cap. 7. & lib. 14. practicar. cap. 12. num. 4. Et apud Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 4.

Sed, plus quam certum, Respondeo: Durare: Quia obligatio sigilli, natūratur ex præcepto negatiuo; cuius vis, quoad semper, & pro

semper obligat. Et certe pœnitens moriendo, non amittit ius ad suam famam feruandam. Sic D.Thom. 2.2. quæst. 31. art. 2. Nauar. cap. 8. num. 7. Suar. disp. 33. se ct. 1. nu. 17. dicens; esse errore am sententiam Canonicistarum. Enriquez lib. 3. cit. cap. 19. num. 4. Couar. & Torreblanca l. cc. Molfes. tract. 7. cap. 23. num. 45. Egidius disp. 9. num. 20. & omnes communiter.

QVÆSTIO LXXVI.

An Confessarius possit violare sigillum, ad saluandum fœtum à morte matris?

AFIRMABVNT consequenter. Autores nuper citati.
Sed certissime Respondeo: Non posse. Imo, nec pro salute totius mundi. Sic omnes DD. communiter præcipue Possevinius cap. 6. d. Baptismo nu. 8. pag. mibi 151. per hæc verba: Nobilis bona fama, laborans in extremis, confitetur ex fornicatione, se grauidam, moritur, & omnes, excepto confessario, grauidam esse ignorant. Quæritur, nam Curatus, seu Confessarius, teneatur rem detegere, ut saluetur fœtus per sectionem matris; vel, si faceat, an irregularitatem contra habet, ob non prætitam defensionem, fœtui? Respondet Nauar. cap. 24. num. 22. nullam irregularitatem incurrere, quia de iustitia non tenetur ad defensionem; quod vero nullo modo rem detegere debeat, est omnium sententia, præpter indispensabile secretum sigilli. Sic Possevinius. Et idem docet, in simili casu, Graffius lib. 1. decis. cap. 23. nu. 5. Sic dicens: Hinc sit, quod si confessarius certissimus esset, liberare hominem nobilis à morte, detegendo, quod in confessione audierit à vero male factore, nempe illum nobilis, ut pote in fontem, falso esse inquisitum, & iniuste affligi, non debet, etiam si is, qui rapitur esset ipsemet Sacerdos, seu Cōfessor, qui illa se posset via protegere. Sic ille, & bene.

QVÆSTIO LXXVII.

An Possit violari sigillum, ad probandum matrimonium fuisse valide contractum; aut, ad impediendum, ne valide contrabatur?

AFIRMANT Ludouicus Roman, in l. si non speciali. C. de testam. col. penul. lasson in l. 1. §. huius studij ff. de iust.

& iure. col. 2. & Cassan. in Consil. 1. versu ad 2. num. 17. Quos citat Fagundez lib. 6. cit. cap. 1. num. 8. Quibus Beccanus, de pœnit. cap. 39. num. 5. adiungit Altisiodorensem lib. 4. Sum. tract. 6. cap. 3. quæst. 4. Et in nūt esse probabile.

Sed certissime Respondeo. Nullo modo posse. Quia, ut habet perpetua traditio Ecclesie, ob nullum vitæ casum; nec protuenda fide totius Orbis; aut pro eius conservazione, licitum est frangere sigillum. Vnde falsissime, imo & erroneè, dixit Gabriel in 4. diff. 21. quæst. 1. art. 3. casu 4. posse Sacerdotem pro euitando graui damno in vita, fama, vel bonis, reuelare audita in confessione. Sic Nauar. cap. Sacerdos. num. 116. & in Man. cap. 8. num. 6. & cap. 18. num. 54. fine, Suar. disp. 33. se ct. 1. Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 5. & cap. 20. num. etiam 5. Sotus, Siluest. Armilla, Tolet. & alij, quos citant, & sequuntur Fagundez, Suar. Enriq. & alij citati, Couar. 2. par. Epito. cap. 8. num. 9. & 10. Vazquez quæst. 93. art. 4. dub. 10. num. 6. Lugo disp. 23. num. 109. & Molfes. tract. 7. cap. 23. num. 42. & omnes communiter.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Posit Confessarius reuelare confessionem, ad liberandum pœnitentem à morte, in casu, quo Iudex petat ab illo, ut sibi veritatem aperiatur?

AFIRMANT Altiadorens. loc. cit. Et apud Fagundez loc. cit. num. 13. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. nu. 14. & innuit esse probabile Beccanus loc. cit. num. 5. fine.

Sed certissime Respondeo: Non posse; absque expressa licentia ipsius pœnitentis. Quia, licet sigillum confessionis introductum sit in fauorem pœnitentis, & hac ratione, videatur, pœnitens in suum bonum, tacite licentiam concedere; tamen ex primaria Christi institutione, institutum est inveneratione ipsius Sacramenti; & ideo, pri marie attendenda est eius veneratio; & quod nulla ei fiat iniuria. Sic Nauar. cap. 8. num. 2. & alibi. Suar. disp. 33. se ct. 1. Enriq. lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 6. lit. B Bonacina disp. 5. se ct. 5. quæst. 6. pun. 4. num. 18. Fagundez lib. 6. cap. 1. num. 13. Moure 3. par. cap. 6. §. 9. cit. num. 26. Et communiter omnes. Nec Capua (seu Graffius) oppositum sentit; sed omnino nobis consentit loc.

loc. cit. numer. 13. Vbi ait; confessionis secretum, ex confessu expresso pœnitentis reuelandum esse, quando reuelatio vergat ad ipsius pœnitentis salutare consilium, & maximam vtilitatem. Secus si in eius damnū reuelatio fieret v.g. Si Tyranus iudex cogat reum, vt licentia concedat Sacerdoti dicendi peccatum: tunc quantumcumque illi concedat, nefas est Sacerdoti sigillum aperire, quia vergeret in caput pœnitentis. Sic Graius.

QUÆSTIO LXXIX.

An Pontifex dispensare possit, ut confessio reueletur, casu, quo imminet periculum alicui Provinciae, Regno, aut omnibus catholicis?

AFFIRMABIT, a fortiori, Altisiodor. loc. cit. cum ipse afferat, licitu esse in eo casu, absque dispensatione aliqua, confessionem reuelare. Sic refert Beccanus *loco citato*. qui, & innuit esse probabile.

Sed certissime Respondeo: Non posse etiam in eo casu. Quia sigillum Confessionis est de iure naturali, & diuino, super quo, Papa dispensare non potest. Sic D. Thom. in 4. dist. 21. & cumeo omnes Shcolastici. Nauar. in cap. *Sacerdos*. num. 130. & in man. cap. 8. num. 2. Siluest. *Confess.* 3. nu. 2. Enriq. loc. cit. cap. 19. num. 2. & 6. Viuald. de *sigillo Confess.* num. 11. Torreblanca, loc. cit. num. 15. Molfes. *tratt.* 7. cit. cap. 23. n. 18. Reginald. num. 10. Graffius, lib. 1. decisi. aure. cap. 23. num. 2. addens, & bene. Quod nec si præcipere retur, sub quacumque anathematis communione, vel iuramento aquocumque Prælato, etiam à summo Pontifice, teneretur *Sacerdos* (ego addo, quod nec posset) illud quod in confessione sciuit de tegere. Sic ille. Ex *Glosa*, in cap. *Sacerdos de pœnit.* dist. 6. Felino, Abbe, & alijs Doctoribus.

QUÆSTIO LXXX.

An Confessorius teneatur dare schedulam confessionis pœnitenti, quem ob aliquam causam non absoluit?

AFFIRMANT Egidius *disp. 9. de Sacram. dub. 1. num. 14* & Fagundez, *præc. 2. lib. 6. cap. 4. num. 39.* & 40. Et alij apud ipsum. Quia alias (inquiunt) multoties confessarius proderet sigillum, &

peccatorem; vt si audiret confessionem famuli alicuius Principis, qui factæ confessio- nis testimonium inquirere conuenit; aut, si tempore præcepti Ecclesia, negaret absolu- tionem alicui &c. Sic etiam Molcofo, quem citat, & sequitur Diana, 5. par. *tratt. 11. r. 1.* fol. 22.

Sed, ex que probabiliter, Respondeo: Qued licet possit Confessorius schedulam dare; no tamen ad id teneatur: *Prima pars cōstat*, ex autoritate Doctorum illam decentium. *Se- cunda vero*, contra illos probatur. Primo. Quia confessarius negans schedulam indig- nis, vtitur iure suo. Secundo. Quia non tene- tur cooperari occultationi peccati pœnitentiis; Qui enim sponte peccat, sibi prouideat, quo modo peccatum occultet. Sic Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 22. num. 4. & apud ip- sum, Fr. Medina, lib. 2. cap. 4. Bonacina, *disp. 5. quæst. 6. sect. 5. p. und. 4. num. 7.* Lugo, *disp. 23. num. 87.* & alij.

QUÆSTIO LXXXI.

An Pœnitens teneatur ad sigillum Sacra- mentale; ita ut nequeat ipse loqui de rebus confessis, absque licen- tia sui Confessoris?

AFFIRMANT Scot. Angelus, Alensis, Almays, Aureol. & alij, apud Fagun- dez, *præc. 2. lib. 6. cap. 6. num. 14.* Sed re vera, nemo, ex his Doctoribus, id expresse docet; potius contrarium, Angelus, statim citandus. Vnde.

Certissime Respondeo: Non teneri, Sed licite posse manifestare sua peccata confe- sa, citra scandalum. Quia per eorum reue- lationem, nec sit iniuria Sacramento, nec pœnitenti. Sic Diuus Thom. *dist. 21. quæst. 3. art. 2. Angel.* V, *Confessio. 8. num. 18.* Enriquez, *lib. 3. cit. cap. 20. num. 1.* Et apud ipsum, Victoria, Sotus, Ricardus, Ledes- ma, & alij, quos etiam citat, & sequitur Fagundez, *loco citato. num. 12.* Qui citat pluribus in locis, Nauartum; Sed male, cum in nullo, nostram senten- tiam doceat; sed opposi- tam, vt statim.

**

QUÆSTIO LXXXIII.

*An Saltem teneatur pœnitens, ex confessio
nis sigillo, ad celandas pœnitentias sibi
iniunctas, aut alios defecctus
Confessoris, in Confessione
ne commissos?*

AFIRMAT Doctissimus Nauar. in cap. Sacerdos. num. 115. Per hæc verba: Infertur, & vigesimo quinto, etiam confitentes teneri ad celanda, que ipse confessarius dixerit, quoniam, & illud ad forum spectat Dei. Proinde, confitens ille peccare videtur, qui detegit consilium, vel pœnitentiam, vel alia sibi à confessario iniuncta, que talia sunt, quibus iure, ridiculus efficiatur, qui ea iniunxit, aut consulit, secundum Paludanum in illa quest. 3. Quod ipsum videtur de omnibus alijs, que confessarius confitenti, eamente dixit; ut essent inter ipsos secreta, secundum Adriatum in illo dub. 10. col. 13. post. 5. quest. de Confessione. Sic Nauar. Quod idem docet Martinus de Frias, cap. 6. de confess. fol. 71. versu. Hinc est etiam, in casu, quo ex revelatione pœnitentie timeatur præ iudicium famæ propriae, aut confessoris; securus alias, & citat pro hac parte, Ricardum, Gabr. & alios.

Sed probabilius Respondeo: Non tenebit prædicta celare, sub sigillo Sacramentali; sed tantum, sub sigillo naturali; si talia sunt, quod manifestations illorum infamari possit confessarius, aut ridiculus effici. Quia pœnitens, non nouit prædicta ex confessione sibi facta. Ergo licet illa detegat, non interrogabit iniuriā confessioni, sed confessori. Sic Enriquez, loc. cit. Suarez, disp. 33. sect. 4. num. 2. Vazquez, quest. 9. ar. 4. dub. 13. Egidius, disp. 9. num. 37. Fagund. loc. cit. 3. ad. 1. fine Coriol. 1. par. 1. sect. 3. pag. 310. Hurtad. disp. 12. diff. 15. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 8. Molfes. tract. 7. cap. 23. num. 23. & 24. Megala, lib. 1. cap. 16. insine post Paludanum, in 4. diff. 21. q.

3. insine.

(2)

QUÆSTIO LXXXIII.

*An Confessarius violet sigillum, si ob pœccata in Confessione audita, faciem du-
riorem, quam antea solebat, pœ-
nitenti monstrat?*

RESPONDEO: Quod sic. Quia ex hoc sequitur confessio pœnitenti, & redditur confessio odiosa. Sic Graffis, 1. par. deciss. lib. 1. cap. 23. num. 26. Bonac. disp. 5. quest. 6. sect. 5. punct. 4. num. 26. & Lugo, disp. 23. num. 104.

QUÆSTIO LXXXIV.

*An Confessarius teneatur ad sigillum, si au-
bit, aliquod reuelatum fuisse in Con-
fessione, vel in ordine ad
illam?*

RESPONDEO: Quod sic. Quia semper est iudicandum in favorem sacramenti, & pœnitentis, ne confessio odiosa fiat. Sic Graffius loc. cit. num. 22. Reginald. lib. 3. cap. 1. num. 7. & cap. 5. num. 68. Suarez, Onuphrius, & alij, quos citat, & sequitur Bonac. loc. cit. pun. 2. num. 4. Candid. loc. cit. art. 48. dubit. 5. pag. 150. & alij.

QUÆSTIO LXXXV.

*An Confessarius interrogatus de peccato
audito in confessione, possit negare,
etiam cum iuramento, se
audisse?*

NEGLANT Adrian. in 4. quest. ultimâ de confess. & quodlib. 9. ad 2. Gabr. diff. 21. quest. 1. ar. 3. dub. 1. casu. 3. Palud. in 4. diff. 21. quest. 3. Sotus, diff. 18. quest. 4. art. 5. & detegend. secr. memb. 3. quest. 3. & 4. concl. 1. Quia alias, (inquit) mentiretur Confessor, quod nunquam licet.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse; imo, & debere negare, se illud peccatum in confessione audisse; & si opus fuerit, cum instrumento. Quia, ex una parte, potest confessarius, salua veritate, id negare, ut statim dicam, & ex altera parte, est iusta causa, ad id negandum: Ergo. Sic D. Thom. in 4. diff. 21. quest. 3. art. 1. Nauar. in sum. cap. 8. nu. 19. & in cap. Sacerdos à num. 154. Victoria num. 185. alias 184. Siluest. confess. 3. num. 10. Nihilus, quest. 11. art. 1. ad 4. Suar. disp.

33. sect. 6. Vazquez. quæst. 93. art. 4. dub. 12. Hurtado, disp. 12. diff. 13. Egid. disp. 9. nu. 25. Enriquez, lib. 3. cit. cap. 19. num. 7. Coriol. 1. part. sect. 3. pag. 302. Fagund. præc. 2 lib. 6. cap. 4. num. 3. Vbi sic, ex Enriquez, lib. 3. cit. cap. 19. num. 7. ait: Neque enim, in hoc mendax est, aut periurus confessor; quia, quæ scit, ex confessione, scit, ut Deus, & nō vt homo, via humana, ac publica, eo modo, quo alter, authoritate publica, habet ius interrogandi: & quidem, si compellatur responder, an audierit, vt Deus, aut, vt Dei minister adhuc poterit respondere, senon audire, vt Dei Ministrum; & id iurare, si opus fuerit, est enim adhuc responsio amphibologica, & intelligitur, ad dicendum, vel eo modo, quo teneatur dicere. Sic ille. Lugo, disp. 23. num. 74. & sequent. Diana, 5. par. tract. 11. resol. 44. P. Ledesma, loc. cit. dub. 4. & Granad. tract. 11. disp. 6. num. 4. Qui bene notat in his, & similibus cassibus, debere respondere Confessarium, (repræhendendo interrogantem, etiam iudicem; estenim interrogatio è genere suo sacrilega, cum inducat ad violandum sigillum) pœnitentem, videlicet, confessum fuisse; & ipsum, functum officio suo.

Addo hic, quod si sacrista, vel accolytus, à confessore querat, an apponenda sit forma pro communione Petri, quem, revera, non absoluit; Tunc confessarius respondere debet, vt ab ipso met Petro queratur. Sic Gr. nad. loc. cit. Enriquez lib. cit. cap. 21. nu. 5. & Diana, loc. cit.

QVÆSTIO LXXXVI.

An Frangat sigillum Confessarius, qui interrogatus, reputet ne Mariam. v. g. bonefam esse, taret?

NEAT Gabriel. diff. 21. art. 3. dub. 1. casu. 3. Quia non respondere (inquit) indifferens est; nec potest perse, suspicionem in alio generare.

Sed, longe probabilius, sic sub distinctione Respondeo: Si confessarius, de casu interrogatus, tacet, aduertens ex taciturnitate generandæ esse in interrogante prauam suspicio nem pœnitentis, v. g. Marix; Tunc, revera, saltem indirectè, violavit sigillum per omissionem responsionis: si vero, hoc non aduertat; aut credat, non præterea generandam esse in interrogante, dictam suspicionem; tunc, non violavit sigillum; cum, non respondere, sit omnino indifferens; vt bene Gebr.

Sic Coriol. loc. cit. Sancius in selectis disp. 35. num. 10. Hurtado loc. cit. & alij.

QVÆSTIO LXXXVII.

An Solum peccata mortalia, & venialia, & eorum circumstantia, cadant sub sigillo Confessionis?

RESPONDEO: Quod non solù prædicta, verum etiam, omnia alia, quæ licet non sint peccata, direkte, vel indirecte, adducere possunt auditorem ad cognoscendum eum, qui confessus est, confessum fuisse, se admisisse aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam leuissimum; vt constat ex dictis. Præterea, cadunt etiam sub eodem sigillo, defectus naturales ad famam pœnitentis pertinentes; vt si quis in confessione diceret, se esse illegitimum, aut ingobilibus parentibus natum &c. Sic Nauar. in cap. Sacerdos num. 51. & 68. & in man. cap. 8. num. 3. Sotus, diff. 18. quæst. 4. art. 5. Suarez, disp. 35. sect. 3. Valentia, tom. 4. disp. 7. quæst. 13. pun. 3. Coriol. 1. par. sect. 3. pag. mibi 308. Layman, cap. 14. cit. num. 4. Villalob. diff. 73. num. 1. Hurtado, disp. 12. diff. 4. Luysius, de pœnit. disp. 33. dub. 2. Bonacina, disp. 5. quæst. 6. sect. 5. pun. 2. nu. 10. Lugo, disp. 23. num. 55. Candidus, loc. cit. art. 48. dubit. 9. gag. 151. Grassius, num. 27. & communis.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An Complices in peccato, cadant etiam sub sigillo Confessionis?

NEAT Ioannes de Cruce, parte. 2. quæst. 6. de pœnit. dub. 2. concl. 2. Saltem in casu, in quo pœnitens, absque necessitate, manifestauit complice suum peccati.

Sed longe probabilius Respondeo: Caderre sub sigillo confessionis; siue pœnitens manifestet complicem, cum necessitate; siue sine illa. Ratio est. Quia declaratio complicitis, est declaratio proprij peccati: Ergo cadit sub eodem sigillo. Sic D. Thom. diff. 16. quæst. 3. art. 2. Suan. disp. 34. sect. 3. & atud ipsum, Scot. Gabr. Palud. Ricard. Sot. Ledesma, & Silvest. Diana, 3. par. tract. 4. resol. 111. & apud ipsum, Sylvius, Malde- rius, Pitigianus, Faber. Hurtado, & Villalobos. Sic etiam Lugo, disp. 23. num. 68. pag. 539. Torreblanca, loc. cit. num. 24. & 25. & penes

& penes ipsum, Alens. D. Anton. Petrus Soto, & alij. Reginald. lib. 3. num. 72. pag. mibi, 163. & communis.

QUÆSTIO LXXXIX.

An Etiam, Bona, & virtutes pœnitentis, cadant sub sigillo Confessionis?

RESENDEO: Quod non; nisi forte dicantur Confessori ad declarandum melius aliquod peccatum. Quia per hunc modi rerum narrationem; nec detegitur peccatum aliquod pœnitentis; nec confessio redditur odiosa. Verum est; quod debent occultari a confessario; & sub secreto naturali; si ita pœnitentis voluit. Sic Sot. de tegn. secr. meb. 3. quæst. 4. & 10. art. 2. Bonac. disp. 5. cit. quæst. 6. secl. 5. punct. 2. num. 11. Lugo, disp. 23. num. 58. Qui, simul cum Bonacina, citat pro hac parte Emanuelem Sa, V. confessor num. 32. & Nauarum, in cap. Sacerdos nu. 51. Sed male. Nam Sa, nihil de hac re; sed Viatorell. in notis. Nauarus vero; hil aliud docet, quam id; quod, ex illo; à nobis dictum est, quæst. præcedenti. Tenent tamen Enriq. lib. 3. cit. cap. 19. num. 4. & cap. 21. num. 1. & Palacios dift. 21. quæst. 2. Candidus disquisit 24. art. 48. dubit. 11. Diana, loc. cit. resol. 30. & alij.

QUÆSTIO XC.

Quæ sit pœna reuelantis confessionis sigillum?

RESENDEO: Quod olim; per caput Sacerdos, de Pœnit. dift. 6. Erat depositio perpetua; & ignominiosa per orbem; saltem per septenium; peregrinatio.

Nunc autem; per cap. omnis utrisque seruus. Est perpetua depositio; & reclusio in aliquo monasterio. Quæ quidem pœna; non imponitur ipso iure; aut incurritur ipso facto; sed postquam reuelans est coniunctus testes; aut per ipsius Confessionem. Sic Narrus. in cap. Sacerdos num. 170. & 171. Vinald. de sigillo num. 39. Suarez; disp. 33. secl. 8. Villalobos, tract. 9. dift. 72. num. 2. Hurtado, disp. 12. dift. 14. Sa, V. Confessor. num. 30. & Torreblanca, num. 38. Vbi refert; sigilli violatores; iussos suisse à Pontificibus; aliquando; degradari; & pœna mortis affici; & à Iacobo Primo Aragonia Rege; lingua retro extrahiri.

QUÆSTIO XCI.

An Confessarius frangens sigillum, incurrit irregularitatem?

AFIRMAT speculator; quem refert; & sequitur Maiolus lib. 5. de irregularitate cap. 19. num. 6. Sed certissime Respondeo: Non incurrit. Quia in iure nec est expressa; nec impossita talis pœna. Sic Suarez; & Hurtado; locis citatis. Lugo, num 146. Diana, loco citato. resol. 53. Torreblanca, lib. 13. cap. 22. fine Fagundez, præc. 2. lib. 6. cap. 7. num. 3. Nuñus, quæst. 11. ar. 1. pag. mibi 533. & est communis omnium.



DISPV-

DISPUTATIO VNDECIMA.

*De Ministro Ordinario, & Delegato Sacramenti
Pœnitentiae.*

QUÆSTIO PRIMA.

*An Solus Sacerdos, sit Minister Sacra-
menti Pœnitentiae?*



E G A R V N T Vul-
clef. & alij hære-
tici Luterani, &
Caluinistæ, afferē-
tes; etiam laicos,
posse esse Ministri-
os huius Sacra-
menti.

Sed de fide certū Respondeo: So-
lum Sacerdotem
posse esse. Sic definitur in Trident. *sess. 14.
cap. 6. & can. 10.* Et antea in Concil. Con-
stantinensi, sub Martino. V. & constat. Quia
solis Apostolis, & eorum, in Sacerdotio su-
cessoribus, dicta fuerunt illa verba à Christo
Domino Ioan. 20. *Accipite Spiritum San-
ctum, quorum remisseritis peccata remittan-
tur eis:* Ergo solos Sacerdotes instituit Christus
ministros confessionis. Sic D. Thom.
cum Magistro in 4. *diff. 18. & in additio-
nem. quest. 8. & 18.* Nauar. in *cap. diligens. &*
in cap. placuit de Pœnit. diff. 6. à num. 45.
Sot. *distinct. 20. quest. 1.* Suarez, tom. 4. *disp.
24. sect. 1.* Vazquez, *quest. 93. art. 1.* Enri-
quez, *lib. 6. seu. 3. de pœnit.* Hurtado, *disp.
10. de pœnit. diff. 1.* Granados, *controu. 7.
tract. 10. disp. 1.* Lugo, *disp. 18. sect. 1.*
& Layman, *lib. 5. tract. 6. cap. 10.* Bonaci-
na, *disp. 5. quest. 7. punct. 1. nu. 1.* Villalobos, *tract. 9. diff. 44. num. 1.* Molfes, *tract.
7. cap. 14. à num. 19. & omnes.*

QUÆSTIO II.

*An Omnes Sacerdotes, possint esse Ministri
huius Sacramenti?*

R ESPONDEO: Quod omnes possunt esse;
si loquamur de potestate remota; &
insuper, de proxima in aliquo casu;

non tamen loquendo absolute. Quia, hoc modo loquendo, solum possunt valide absolue-
re, illi, qui ultra potestatem ordinis, ha-
bent potestatem iuridictionis. Sic etiam de-
finitur in eodem Trident. *sess. 14. cap. 7. &
can. 7.* & docent omnes Doctores præcipue
citati, & ex dicendis constabit.

QUÆSTIO III.

*An Saltem, in articulo mortis, defficiente
Sacerdote, necessum sit con-
fiteri Laico?*

A FFIRMARVNT olim Magist. in 4. *diff.
17. cap. 4. & D. Thom. ibidem. quest.
3. art. 3. quest. 2.* Non, vt laicus ab-
soluat, cū nequeat; sed vt pœnitens obseruet
præceptum confessionis, quantum fieri po-
test. Sic etiam Angelus, Palud. & alij apud
Enriquez statim citandum.

Sed certissime Respondeo: Non esse ne-
cessarium. Quia nullum extat de hoc præcep-
tum. Sic Becanus *cap. 37. quest. 1. num. 3. &
Layman, & Villalobos, locis citatis. Vega,
1. par. cap. 63. casu. 26.* Qui, contrarium do-
cuisse Diuum Thomam, negat. Enriquez lib.
6. *cap. 2. num. 7.* & apud ipsum, Scot. Sotus,
Ricardus, & alij.

QUÆSTIO IIII.

*An Ad minus, licitum sit confiteri Laico, in
articulo mortis?*

N EGANT Scot. in 4. *diff. 17. quest. 1.
art. 3.* dicens; talēm confessionē,
nec esse bonā; nec vtilem esse posse;
casu aliquo, & sic suadendum, ne fiat.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo:
Licitum esse, & fructuosum, si cum maturo
fiat consilio; alias non. Sic Granado *tract.
10. disp. 1. num. 8.* Hurtado, *disp. 10. diff.
1. Layman, loc. cit. & alij Recentiores
communiter ex Magistro, & D.*

Thom. loc. cit.

QVÆS,

QVÆSTIO V.

Ad Huiusmodi Confessio facta Laico, prodebet in eo cassu ad remissionem veniam, ex opere operato?

AFIRMANT Victoria de confessio num. 142. & alij, qui docent Sacramentalia remittere venialia, ex opere operato.

Negant vero alij docentes: nullo modo professe, ex opere operato, ad talem remissionem. Sic Lugo disp. 18. num. 5 & alij.

Ego vero certissime Respondeo: Professe quidem ad remissionem venialium, sicut profunt Sacramentalia cetera; sine ex opere operato, ut quidam volunt, sive ex opere operantis; ut alij. Item professe talis confessio, ut laicus peccata audita referre posset Sacerdoti superuenienti, nomine infirmi, qui loquellam amisit. Deinde, ut adiubet ad contritionem excitandam, & ad consilium, aut restitutionem faciendam, & ad alia, ut infra. Sic Nauar. Victoria, Armilla, Ledesma, & alij, quos affert, & sequitur Enriquez, lib. 6. cap. 2. num. 7. in Glossa. lit. O. Llamas, 1. par. methodi, cap. 4. §. 2. pag. 18. & communis.

QVÆSTIO VI.

An Laicus, qui intentaret aliquem à peccatis absoluere, fueret irregularis?

AFIRMATIVAM sententiam tenere Nauarrum, Sotum, & Paludanum, dicunt Valencia disp. 7 quæst. 10. pun. 1. (quos, & ipse sequitur) & P. de Ledesma, cap. 12. de pœnit. concl. 1.

Sed longe probabilius Respondeo: Non si. Quia non est expressa in iure talis irregularitas. Sic Enriquez, loc. cit. in marg. lit. R. Qui pro hac parte citat Victoriam. §. 121. Siluestru, Confessor. 1. in principio & conf. 3. Nauarrum. cap. 22. num. 7. & Paludanum. disp. 17. quæst. 3. art. 1. Sed certe ex his authoribus, oppositum docet expresse Nauar. cap. 27. num. 242. Ut melius videntur Valentia. Sic etiam Becanus. de pœnit. cap. 37. quæst. 1. num. 7. Lugo, disp. 18. num. 14. pag. 44. Hurtado, disp. 2. de irregularitate diff. 5. num. 5. in 2. editione & P. de Ledesma, loc. cit. pag. mibi 406. Llamas, loc. cit. Qui dicit, id expresse definiri in cap. Is qui, de sententia excom. in 6.

QVÆSTIO VII.

An Saltēm indicō mortis articulo, fessis Laicis, deficiente Sacerdote, valide ab excommunicatione absoluere?

AFFIRMANT Glosa, in cap. anobis. 2. ver. non potuerit de sententia excom. Silvester, absolutio. 1. nam. 8. Arnalda, ibidem num. 39. Tabiena, Absolutio 2. num. 8. Panormitan. in dicto cap. anobis. num. 10. Ioannes Valerus, in diff. vtrivsq. fori. ver. absolutio. diff. 13. num. 2. Ioannes de la Cruz, in sum. par. 2. de excommunicatio. dub. 4. concl. 1. Ioannes Sancius, disp. 44. n. num. 7. Barth. de Ledesma, de excommunicatione dub. 4. Ragucius, in lucerna Parochor quæst. 124. Margarita. confess. fol. 139. D. Antoninus, 3. par. tract. 17. cap. 4. casu 7. Citat etiam pro hac parte, Lugo, Aulam de cens par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 3. & Diana, 3. par. tr. 4. resol. 133. Sed vtrumque male. Quia hanc, solum probabilem; contrariam, probabiliorem, appellant sententiam.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia Trident. seff. 14. cap. 7. tantum concedit hanc facultatem omnibus Sacerdotibus; propter necessitatem mortis articuli. Sic Suarez, tom. 5. disp. 7. seff. 6. num. 6. Sot. disp. 18. quæst. 4. art. 4. Sanchez, lib. 2. sum. cap. 13. num. 13. in principio. Vazquez, tom. 4. de excommunicatio. dub. 18. nu. 9. Egid. disp. 14. dub. 16. num. 236. Layman, lib. 1. tract. 5. cap. 6. num. 2. Villalbos, tom. 1. tract. 6. diff. 20. num. 14. Couarub. Garcia, & Hurtado. Quos citat, & sequitur Diana, loc. cit. insine resolutionis, & Aila, loc. cit. Paludan. Nauar. Vgolin. & Graffius, apud Suar. Corduba, in sum. casu. 18. ad 2. Lugo, disp. 18. num. 7. & alij.

Addit tamen Sanchez, loc. cit. in e o casu valere absolutionem, (deficiente Sacerdote, aut Clerico) à Laico datam, & illam teneri impetriri, eo quod probabiliter, multi, & graues Doctores, dicant tunc id posse Laicū. Sic docet ille. Et certe probabilissime, (quid quid alij contrarium dicant, non teneri, videlicet, ad hanc censurarum absolutionem impetrarendam.) Sic enim sentiunt expresse Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 3. cap. 4. num. 1. & Trullench, lib. 1. in

Decalog. cap. 3. dub. 7.

p. 9. & alij.

QVÆS.

QVÆSTIO VIII.

An Omnes Sacerdotes, licet non licite, saltem valide, possint absoluere à peccatis mortalibus, alias nunquam rite confessis?

AFIRMavit Armacanus lib. 11. q. Armenorum, cap. 4. in quam sententiam inclinavit Almain in 4. d. 17. art. 4 & probabilem reputauit Duran. dist. 19. quæst. 2.

Affirmavit etiam alij quidam, apud Medicum C. de Pœnit. quæst. 40. de confessio. facta non necessitate: & apud Nauarrum c. Placuit num. 6. & in Sum. cap. 4. num. 4. docentes; Quemlibet Sacerdotem posse absoluere ab omnibus mortalibus in confessione voluntaria: non vero à mortalibus narratis, in confessione obligatoria.

Sed certissime Respondeo: Nec licite, nec valide, posse absoluere à mortalibus, nondum rite confessis, etiam in confessione voluntaria; nisi illum Sacerdotem, qui ordinariam, vel delegatam habet iurisdictionem. Quia Sacramentum pœnitentiae, suapte natura, est iudiciale; ergo necessaria est iurisdictione; quia sine illa, nemo est iudex. Sic habetur in Trid. sef. 14. c. 7. & sef. 23. c. 15. & docet Nauarr. loc. cit. & late Suarez disp. 24. sef. 2. Vazquez quæst. 93. art. 1. dub. 2. & apud ipsum. Calet, uterque Sotus, Palud. Capreol, Scotus, Ricard. Cano, Ledesma, Bonacina loc. cit. num. 8. Villalobos loc. cit. n. 4. Molfes. 1. part. Sum. tract. 7. cap. 14. à n. 47. Hurtado disp. 10. diff. 2. Egid. disp. 8. dub. 2. & communis.

QVÆSTIO IX.

An Omnes Sacerdotes indifferenter, possint absoluere à peccatis venialibus?

NEGLANT Ioan. de Medina (apud Villalobos tract. 9. diff. 44. concl. 4.) & Nauarrus (apud Becanum cap. 38. quæst. 6.) & uterque (apud Vazquez quæst. 93. art. 1. dub. 6. num. 3.) Sed certe, his sapientissimi viri, nullomodo, hoc negant: li-

cet in principio difficultatis, aliquantulum dubitent. Potius enim oppositum affirmant in eisdem locis, ab his authoribus, citati. Medina, C. de pœnit. quæst. 40. & Nauarr. in cap. Placuit. num. 22. & in Man. cap. 4. nc. 1. alias 4. & 5. Quod optime etiam videt Granados tract. 10. disp. 4. sef. 1. num. 2. Citat etiam pro hac parte negativa, Francisco Felix in sua tentativa Complutensi tr. 4. cap. 3. diff. 10. n. 12. Fabrum, & Salas. Sed non loca, vbi id doceant. Vnde.

Certissime Respondeo: Omnes posse in differenter; Quia omnes Sacerdotes indifferenter sunt idonei ad medicandum, & consulendum ei, qui solis astringitur venialibus; cù nulla, ferè, sit, necessaria ad hoc, prudentia, aut eruditione; sed solum ad verba absolutio- nis pronuncianda, scientia; ergo credendum est omnibus Sacerdotibus concessam esse hanc potestatem. Sic Med. & Nauarr. Villalobos, Granados, Layman, Vazquez loc. cit. Bonacina loc. cit. num. 8. P. Ledesma in Summa c. 12. de pœnit. sub. concl. 4. & communis.

QVÆSTIO X.

*[An Ad absoluendum à venialibus]
indigent Sacerdotes iuris-
dictionem?*

NEGANT Calet. tom. 1. opusc. tract. 7. Sot. in 4. d. 18 quæst. 4 art. 2. ad 3. & nouissime Coriolanus de cas. reseru. 1 part. sect. 3. num. 8. pag. 284. & Molfes, Vbi infra. Existimantes: sufficere ad hoc, potestatem Ordinis.

Sed certissime Respondeo: Indigere iurisdictione ad absoluendum de venialibus. Sic enim clare colligitur ex Trideno. loc. cit. & constat. Quia absolutio, est actus iudicialis, ergo in iudice necessario requiritur iurisdictione. Sic Lugo disp. 18. num. 41. pag.

446. Nauar. Vazquez, Suarez statim citandi, & Granados controv.
7. tract. 10. disp. 2. num.
2. & communis.

QUÆSTIO XI.

*An Iurisdictio ad venialia, collata sit
Sacerdotibus ab Ec-
clesia?*

NEGANT Sotus in 4 dist. 13. q. 4. art. 2. ad 3. Canis, Ruard. Ledf. Palud. Capreol. quos omnes refert, & sequitur Vazq. quæst. 93. art. 1. dub. 6. n. 5 existimantes; talem iurisdictionem conferri immediate à Christo Domino, omnibus Sacerdotibus in ipsa Ordinatione. Ita etiam Molfes. tract. 7. cap. 15. num. 66. & seqq.

Negat etiam, apud Ioaninem de Lugo, Caet. tom. 1. opus cit. tract. 7. & in somma V. *absolutio*. Secundò. Quatenus affirmat di-
cam iurisdictionem conferri Sacerdotibus à pœnitente ipso, se illis subiecte. Sed certe, si attente legatur Caetanus, hoc nullo modo docet. Docet tanien id ex parte Coriolanus, loc. cit. Sed, re vera, falso; quia nullus potest conferre iurisdictionem, quam non habet: at pœnitens Laicus nullam ha-
bit iurisdictionem in hoc foro, ut constat;
Ergo. Vnde, hac sententia omis-
sa.

Probabilius Respondeo: Talem iuris-
dictionem ad venialia, conferri ab Ecclesia;
& non immediate à Christo. Quia (vt supra
ex Trident. esthabitum) ad valorem abso-
lutionis requiritur iurisdictio ordinarii,
vel delegata: at in Sacerdote simplici, nu-
lla est iurisdictio ordinaria; cum ipse, nec
sit Pastor, nec Prelatus; ergo solum habet
iurisdictionem delegatam à Summo Pon-
tifice, qui ordinariam habet. Sic Nanarus,
in man. cap. 4. num. 5. & in cap. Placuit.
num. 22. & 23. (vnde male illum citat
Granados, tract. 10. disp. 4. numer. 3. pro
prima sententia) Medina, loc. cit. quæst. 36.
& 40. Suarez, disp. 26. sect. 5. Enriquez,
lib. 6. cap. 8. numer. 1. Valencia, disp. 7.
quæst. 10. punct. 2. Egidius, disp. 8. numer.
17. Granado, loc. cit. Layman, lib. 5. tract.
6. cap. 10. num. 2. Candidus, disquisitio 24.
art. 67. num. 2. Hurtado, disp. 10. diff.
10. Lugo, disp. 18. numer. 44. Bonaci-
za, Auila, & alij, apud ip-
tos, & est communis
omnium.

(§)

QUÆSTIO XII.

*An Omnes Sacerdotes, possint etiam, absolu-
tere à peccatis mortalibus, semel
rite confessiss?*

NEGANT Sotus, in 4 dist. 18. quæst. 4.
art. 2. ad 3. per hæc verba: *Ad ab-
solendum vero à mortalibus, etiam
fidei alias absolutio præcesserit, arbit-
rator ex suo genere iurisdictionem requiri:
quare, eam non censet, posse à simplici Sacer-
doti confiteri. Sic ille. Quod probabile reputant
Paludanus, Capreol. & Ledesma, vt re-
fert Enriquez, lib. 6. cap. 8. num. 8. lit. C.
& Petrus de Ledesma, cap. 12. cit sub. con-
clus. 4. pag. mibi. 412. & Villalobos, lo. cit.
num. 12.*

Sed certissime Respondeo: Posse absolu-
nere. Quia sic fuit semper, & est praxis fidei-
lium, & consuetudo Ecclesiæ. Sic Enriquez,
loc. cit. & apud ipsum, D. Thomas, Paluda-
nus, Major, Caet. D. Anton. Silvester, Na-
narus, Palatios, P. Soto, Medina, Victoria,
Ricardus, & Almainus. Imo, & citat, pro
hac parte, ipsum Sotum, dist. 20. quæst. 2. art.
1. ad 4. Sed male. Tenent etiam nostram sen-
tentia, omnes Recent. Vazquez, Suarez, Hur-
tado, Candidus, Lugo, Fagundez, Layman, &
Bonacina, disp. 5. quæst. 7. punct. 1. num. 8.
& apud ipsum. Reginaldus, Valentia, Egidius
Zerola, & alij Granados, tract. 10. disp. 4.
num. 6. Petrus de Ledesma, loc. cit. Nald.
Verb. Confessio, num. 28. per hæc verbas
Confessarij aprobatio ab ordinatio facien-
da, in 4 cassibus non est necessaria. Primo,
in Confessione Regularis, cum licentia sui
Prælati facta alteri Regulari. Secundò, in
articulo mortis. Tertiò, in venialibus tan-
tum. Vtimo, in mortalibus, iam rite alias
in Confessione dimissorum, auditione, con-
ueniunt omnes. Sic ille.

QUÆSTIO XIII.

*An Omnis etiam Sacerdos, possit absolu-
tere à peccatis mortalibus in Con-
fessione oblitiss?*

AFIRMAT Joannes Valerus, V.
Nullitas difficil. 5. Vbi sic ait: No-
no fallit, quoad peccata venialia, &
mortalia semel rite confessata, vel etiam o-
blita; quia talia possunt postea confiteri
non approbatis; vt de venialibus docent
omnes

omnes. Et plures resserunt Viualdus, *in suo cancellarij aur. de Absolutio. num. 22.* De mortaliis, semel rite confessis, docet Nauar. cap. 4. num. 1. & alij adducti à Vinaldo, *sup. cit.* De oblitis, quidam tribuunt Adriano, post Ledesma 2. par. quest. 8. art. 2. dub. 8. Sed Eniquez *de pœnit. lib. 3. cap. 16. §. 5. in Glosalit.* Dicit, falso ipsi tribui, cum tantum dicat, à non Prælato. Sed quidquid sit, ego puto probabile esse talia peccata oblita (cum iam sint directe absoluta in prima confessione) posse postea absoluiri a quo cumque non expōsito. Hec Valerus. Cuius sententiam refert Diana, 2. par. tratt. 16. resol. 46. illamque reprobavit, sed non improbat.

Sed certissime Respōdeo: Non posse. Quia predicta peccata mortalia non sunt semel directe remissa, nec clauibus Ecclesiæ subiecta, ut falso putat Valerus: Ergo tolum possunt ea remittere, qui facultatem ad hoc ab Ecclesia habent. Sic Diana, *loc. cit.* Et à fortiori, Nuñus, Bonac. & Candid, statim citandi.

QVÆSTIO XIII.

An Saltem, possit omnis Sacerdos, nullo modo expositus, valide absoluere pœnitentem, qui bona fide, confiteatur peccata venialia, & mortalib. simul?

NEAT Candidus *disquisitio 24. art. 66. num. 4. pag. 189.* per hac verba: Probabilius, & verius aferimus, simplicem Sacerdotem, non expositum ab Episcopo; nullo pæcto, neq. directe, neque in directe, seu per accidens, posse pœnitentem cōfidentem peccata venialia, & mortalib. etiā bona fide confiteatur, valide absoluere a peccatis mortalib. Sic ille. Et apud ipsum, Nuñus, *quest. 3. art. 5. §. post primum dubium.* Bonac. *disp. 5. quest. 7. punct. 4. §. Prin. n. 3.* Imo plus addit ipse Candidus, *num. 5. nemoe,* idem dicendum esse, de peccatis mortalib. oblitis inuincibiliter: vnde si pœnitens, (inquit) haberet peccata mortalia, etiam si inuincibiliter illorum obliuisceretur, & confiteretur simplici Sacerdoti sola venialia, quorum memoriam habet, tunc nullum esset Sacramentum, & consequenter, neque directe, neque per accidens, esset absolutionis amortalib. etiam inuincibiliter oblitis. Sic ille.

Sed probabilius Respōdeo: Posse in utroque casu, valide absoluere à mortalib., licet

certior factus pœnitens quod. Sacerdos ille non habebat iurisdictionem super mortalia, teneatur iterum peccata lethalia confiteri, & si fuerunt oblitera, demnuo confiteri approbato, vt iterum directe ab his absoluatur. Sic Suar. *disp. 31. sect. 2. n. 8.* Granad. *lo. cit. n. 7.* Fagund. *lib. 1. in decalog. cap. 16. nn. 12. pag. 82.* Trullench *lib. 1. in decalog. cap. 3. dub. 7. num. 7. pag. 33.* & communis.

QVÆSTIO XV.

An Etiam, Sacerdotes Regulares possint absoluere, & valide, & licite, ab omnibus venialibus; nec non a mortalibus rite confessis, sine licentia suorum Prælatorum?

NEAT posse, nec licite, nec valide, *Manuale Prælatorum pir. 2. q. 45. tr. 11. concl. 2. apud Molfes. mibi. quest. 33. ar. 1. pag. 585.* dicens, esse communem omnium resolutionem. Negant etiā Posse licite, quamuis si valide. Palud. *dist. 17. q. 3.* D. Anton. *3. par. tit. 17.* & Angel. *Vg Confess. 10. num. 4.*

Sed probabilius Respōdeo: Posse, & valide, & licite; etiam si adid non sint à suis Prælatis expositi; nisi alias, positū sit Religioso præceptū, ne, adhuc illorū peccatorū, excipiat confessiones: quia tunc licet valide, non tamen licite, absoluere. Sic Nauar. *§. 4. n. 6.* Vazq. *q. 93. art. 1. dub. 6 n. 5.* Granad. *l. c. n. 6. pag. 1281.* Molfes. *tr. 7. c. 15. n. 71. pag. mibi. 442.* Quia imperium (inquit) Superioris, non irritat actus propriæ voluntatis eorumdem subditorum.

QVÆSTIO XVI.

An Omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta, possint absoluere in articulo mortis, quemlibet pœnitentem à auolibet peccato, censura, censure seruato &c.

NEAT Medina C. *de Confessio. q. 32. Couar. in Cap. Alma Mater. 1. p. 5. 6. n. 8. & Marsil. in 4. q. 12. ar. 2. 4 p. concl. 2.* Afferentes, nullam excommunicatum vitandum habere iurisdictionem in pœnitentes, adhuc in articulo mortis.

Negant etiam Sotus in 4. dist. 18. c. 4. ar. 4. versu. *At vero Nauar. ca. 26. n. 26. & c. 27. n. 272.* Ledesma, 2. 4. q. 21. ar. 6. & alij docentes, hanc facultatem, non esse concessam Hereticis, licet concessa sit excommunicatis, & quomodo cumque suspensis &c.

Sed certissime Respondeo: Omnes Sacerdotes, siue sint simplices, siue ex cōmunitati, suspensi, irregulares, degradati, & Hæretici: posse ab soluere quemlibet aquiliter peccato, & censura in articulo mortis. Quia sic expresse colligitur ex Trident. *eff. 14. c. 7.* Vbi haec habentur verba. *Verū tamen pie admodū, ne bacipsa occasione, aliqui pereat in eadē Ecclesiā Dicī custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes, quos libet pœnitentes equibus suis peccatis, & censuris absoluere possunt.* Hæc Concilium. Et sic docem D. Thom. Carus, Durand, Palud. Major, Ruard. Silvest. & Argelus, quos refert, & sequitur Vazquez, *quæst. 93. art. 1. dub. 4.* Suarez, *disp. 26 sect. 4.* Lugo, *disp. 18. num. 18.* Hurtado, *disp. 10 diff. 8.* Granado, *tract. 10. disp. 4. num. 9.* Diana, *3. par. tract. 4. resol. 57.* Bonacina, *loc. cit. num. 9.* & *12.* Villalobos, *loc. cit. num. 6.* Molfes, *loc. cit. num. 74.* Egidius, *disp. 8. num. 90.* Sanchez lib. 2. *summæ, cap. 13. à. nu. 6.* Tiullench, *lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 7. num. 3.* & alij.

QVÆSTIO XVII.

An Huiusmodi Sacerdotes possint aprædictis peccatis, & censuris, quemlibet absoluere sicut in articulo mortis; ita in probabili periculo illius?

NEGLANT Cantus 5. parte relectio. fol. 145. Couarrub. loc. cit. §. 11. num. 8. Sotus, *diff. 18. quæst. 4. art. 4.* quos omnes refert Vazquez, *vbi supra. dub. 5.* Graffius, Ledesma, & Iannus de Cruce, apud Dianam *3. par. tract. 4. resol. 71.* Zorola, *in præxi cap. 15. quæst. 7.* Valentia, *tom. 4. disp. 7 quæst. 10. punct. 2.* & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse Absoluere etiam in probabili periculo mortis. Quia licet in rigore, articulus mortis, aliquo mododistinguatur à periculo mortis; cū articulus mortis, solum detur, quando ex ægritudine prudenter timetur mors: periculum vero mortis, cum datur occasio in qua frequenter homines perirent, & quam ron posunt commode vitare, qualis est pugna campalis, seu naualis, In præsenti tamen materia, idem est articulus mortis, & periculum illius; ut habetur, *in cap. Eos qui de sent. excom.* Et ratio ipsa dicitur; nam morale periculum perinde existimari debet, & in malis ita cauere, sicut eventus

ipse: nam propterea dictum est; *Qui amat periculum, peribit in illo.* Ergo necessitas periculi mortis existimatur moraliter, tanquam extrema. Sic Suarez *disp. 16. sect. 4.* Vazquez, *dub. 5. cit. Nauarrus, cap. 2. num. 9.* & *cap. 26. num. 31.* Silvest. Enriquez, Angel. Medina, Victoria, Philiarcus. Sayro, & Finelius, quos affert, & sequitur Diana, *loc. cit. resol. 71.* & *72.* Hurtado, *disp. 10. diff. 9.* Lugo, *disp. 18. num. 21.* Thom. Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 13. num. 1.* & Bonacina, *disp. 5. quæst. 7. punct. 1. num. 10.* Molfes, *loc. cit. num. 77.* Villalobos, *loc. cit. nu. 8.* & apud ipsum, Diuus Anton. Adrianus, Rodriguez, & alij. Trullench. *loc. cit.* & penes ipsum, Castro Palao, & Sousa, Petr. Hurtado, *in 2.2. tom. 1. disp. 84. sect. 8.* & communis.

QVÆSTIO XVIII.

An Præsente Sacerdote proprio, seu approbato, possit simplex Sacerdos absoluere quemlibet ab omnibus peccatis, & censuris in articulo mortis?

AFFIRMANT Nauarrus, *lib. 5. consil. tit. de pœnit. & remissio. consil. 15.* & *in 3. editio. consil. 23.* & *in man. cap. 26. num. 26.* & *cap. 27. num. 272. Sa. V. absolutio num. 4.* Petrus de Ledesma, *in sum. de pœnitent. cap. 14. post. 1.* *concl. Rodriguez, cap. 59. concl. 3.* Vega, *tom. 1. sum. cap. 6. casu 16.* Enriquez, *lib. 6. cap. 11. num. 4. 6.* & *8.* & *cap. 12. num. 1.* quos omnes refert. Sanchez, *lib. 2. sum. cap. 13. n. 6.* Barbosa, etiam, Villalob. Valerus, Coriolanus, Conradus, Comitolius, Angles, Ludouicns, Zerola, Finelius, & Philibertus, quos citat, & sequitur Diana, *1. par. tract. 5. resol. 5.* & *3 part. tr. 4. resol. 57.* & *4. par. tract. 4.* Miscel. *resol. 161.* Iannus Sancius, *disp. 44. num. 6.* & apud ipsum, Chapiavile de casib. *reservat. cap. 7. infine* Petrus Hurtado *loc. cit. §. 125.* & *149.* Licet, sui oblitus, contrarium doceat §. 163. eiusdem sectionis, iam citatae Naldus, verb, *Confissio. num. 31. pag. mihi. 145.* Qui pro hac parte citat Thomam Sanchez, *loc. cit. num. 15.* Sed omnino male: cum oppositum omnino teneat, vbi infra.

Sed probabilius Respondeo: Non posse; nec licite, nec valide absoluere, præsente proprio Sacerdote. Quia visus manifestus

Eccle-

Ecclesiæ totius habet, quod nullus infirmus accipiat alia Sacraenta ab alieno Sacerdote, nisi in defectum proprij: Ergo idem dicendum est de Sacramento pœnitentia. Sic Rosella, Silvester, Armilla, Couar. Simas, Cordoua, Graffius, Gratianus, Sotus, Vgolinius, Barth. de Ledesma, Vinald. Rutilius, quos refert, & sequitur Sanchez. lib. 2. sum. cap. 13. num. 7. Suarez disp. 26. secl. 4. num. 4. & tom. 5. disp. 22. secl. 1. num. 62. Vazquez, quest. 93. ar. 1. dub. 4. num. 18. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 19. q. 5. Valentia, tom. 4. disp. 7. quest. 10. punct. 2. colum. 6. Aegid. disp. 8. dub. 2. num. 16. & 17. Bonac. disp. 5 quest. 7. punct. 1. num. 10. & de Censur. disp. 1. quest. 3. punct. 3. num. 5. Ochagau. tract. 2. de confessione: quest. 35. num. 4. Quos omnes citat, & sequitur Lugo, disp. 18. num. 24. pag. 443. Reginald. lib. 1. num. 61. Fagund. præc. 2. lib. 7. cap. 1. num. 19. Granados, tr. 10. disp. 4. num. 11. pag. 1282. Hurtad. Disp. 10. diff. 7. Bellam. tom. 2. de Sacram. disp. 8 dub. 2. num. 17. Zambranus, de cassibus in art. mortis dub. 4. num. 3. dicens; oppositum esse improbabile, & Luysius Turriannus, in select. centur. 2. Censur. Theolog. dub. 77. Affirmans: oppositum, non solum esse improbabile, sed damnatum à Gregorio XIII. Sed certe (vt bene Lugo) sententia, quam tot, & tam graues Doctores tenent, negari non potest, quin probabilissit, neq; de declaratione Gregorij, constat authenticè, & si datur, illa non fuit condemnatio, vt voluit Luysius, sed ad summum, declaratio, seu responsio Pontificis, Trullench, lib. 1. in decalog. cap. 3. dub 7. num. 4. & penes ipsum, Barbosa, de potestate Episcopi alleg. 25. num. 51. & Castro Palao. de Fide tr. 4. disp. 4. punct. 3. §. 5. n. 9. (Sed ex his duobus authoribus; primus, pro opposita citatur sententia à Diana; Imo, & ab ipsomet Aegidio, Trullench, locis citatis.) Entiquez lib. 6. cap. 11. num. 3. Qui tamen aduertit, (& bene) non debere Sacerdotem simplicem, nimis scrupulosum esse in hac re; sed in dubio; an opportune adueniat Sacerdos approbatus, debet simplex absoluere, ne alias, periculo infirmum exponat.

Mofes. tr. 7. cap. 15. à numer. 79.
Torrebanca, lib. 14. practicar. cap.
4. num. 16. 17. & 18. & alij,
quam plures apud
ipsum.

QVÆSTIO XIX.

*An Si, deficiente Confessore approbato: Simplex confessionem constituti in articulo mortis audire caput, & ante absolutionem ad fit legitimus Confessorius, possit ad minus simplex, in eo casu, confessio-
nem cœptam perficeret?*

NEGATIVAM sententiam esse sati& probabilem auunt Granad. Ledesma. & Zambran. locis citatis. Propter quod Zambranus addit, quod, ut pœnitens moriatur securior de sua salute, postquam à simplici Sacerdote fuerit absolutus, confiteatur legitimo, & approbato aliquod peccatum, saltem veniale, ut ita absolvatur ab illo, quo facto, manebit absolutus, etiam ab illis, qui primo confessario declarauit, si forte fuisset absolutio eius in valida. Sic etiam Torreblanca loc. cit. num. 22. Vbi sic ait: Vnde, & si cœpta confessione, coram simplici Sacerdote, 2b eo, qui est in articulo mortis, quamvis, superueniente legitimo, deibeat eam compiere, propter integratatem Sacramenti, & absolutionem obtinere, vt teneat D. Anton. Enriquez, & Palud. Debet tamen postea, si non grauatur æger, ea ipsa peccata, quæ simplici fuerat confessus, iterum legitimo confiteri, vel saltem vnum ex eis peccatum, etiam veniale, si non possit amplius proferre, ut possit eum absoluere, vel debet primus Sacerdos peccata auditæ in confessione legitimo Confessario coram ipso referre pœnitente, non potente commode illa dicere, & sic eum absoluere, vt tradit P. Ledesma in sum. 1. par. de pœnit. cap. 12. con. 5. dub. 2. Huic vñq. Turrebl. Sed certe in multis non bene. Nā in primis, falso citat Ledesmam pro sua sententia cum oppositum expresse doceat lo. cit. non cap. 12. (quia ibi, nec verbum ad nostrum propositum haberet,) sed cap. 14. dub. 2. post. 1. concl. & con. 2. pag. mibi 454. Deinde, absolute loquendo, falsum dicit; posse in tali casu primum Confessariū peccata auditæ in confessione legitimo Confessario, coram ipso referre pœnitente &c. Quia licet id possit de licentiapœnitentis; minime tamen absque illa, vñde Ego absolute.

Longe probabilius Respōdeo: Posse cōtinuare, & perficere cōfessionē cœptā; cū verā haberet iurisdictionē quādo, alio deficiēte, cœpit audire; Ideo q. neque esse necessariū

vitaliquomodo Confessori superuenienti cōfiteatur. Sic Doctores vtriasque sententiae quæst. 17. relati, præcipue Sanchez ubi supra num. 15; Granados, num. 12. Trullench n. 7. & Lugo n. 33. Addens ex Sanchez, quod etiam si pœnitens, ob mendacium graue, confessionem sacrilegam cum inferiori Sacerdote fecisset, adhuc post aduentum legitimi confessarij, possit cum eodem confessori cōfessionē illā, quā in cœperat, perficere, quia absolutione nulla fuit, ac ideo perinde se habet, ac si data non fuisset. Sic Lugo, ex Sanchez. Quorum additum placet, etiam Egidio Trullench; sed non in casu, quo iactas fecisset articulus necessitatis, vel, eo dante, superuenisset legitimus Confessor.

QVÆSTIO XX.

An Si adsit Confessarius, qui ex priuilegio potest à reservatis absoluere; possit pœnitens in articulo mortis, cuicunque alio exposito, non habentiale priuilegium confiteri?

AFFIRMANT Suarez disp. 30. sect. 3. num. 5. & Enriquez lib. 6. cap. 10. num. 1. in comment. lit. D. & Coriolan. de casib. reseru. par. 1. sect. 2. art. 16. num. 17. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non posse; Sed debere confessatio habenti priuilegium confiteri. Non quia pœnitens teneatur ut priuilegio Confessoris; sed quia in eo casu, nullum referuari casum, seu peccatum, non est absolute, sed ratione necessitatis; que, praesente Sacerdote potente ex priuilegio absoluere cessat. Sic Sanchez. loc. cit. num. 11. Nauar. cap. 27. num. 90. Corduba, in sum. quæst. 18. punct. 2. Lugo, disp. 18. n. 34. Trullench, loc. cit. n. 6. pag. 83. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Quando deest Sacerdos proprius, etiam ex delegatione, possit licite, & valide eligi quilibet alius indifferenter?

NEGANT Suarez disp. 26. sect. 4n. 4. Zambrano, de casib. in art. mortis c. 4. dub. 4. nu. 16. quos citat, & sequitur Sanchez, lib. 2 sum. cap. 13. n. 10. dicentes; necessario seruandum esse hunc ordinem; quod scilicet, non possit valide absoluere

Sacerdos non approbatus, si ad sit alius approbatus in alia Diœcesi Kursus si ad sit Sacerdos toleratus, non possit absoluere Sacerdos excommunicatus non toleratus &c.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia Ecclesia, posita necessitate, scilicet quod periculum sit mortis, & copia proprij confessarij non sit, omnibus alijs Sacerdotibus indifferenter facultatem absoluendi concedit; cum omnes alij, si vere iurisdictione carent, Sacerdotes simplices sint. Sic Lugo, disp. 13. num. 37. pag. 445.

QVÆSTIO XXII.

An Facultas absoluendi in articulo mortis, omnibus Sacerdotibus concessa, sit de iure diuino ex Christi institutione?

AFFIRMANT Palud. Durand. Canus. Capreol. & Ruard. Quos afferunt Vazquez quæst. 93. art. 1. dub. 3 Hurtad. disp. 10. diff. 7. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Solum esse ex iure Ecclesiastico. Quia sic colligitur ex verbis Tridentini relatis quæst. 15. Sic docent D. Anton. D. Bonav. Vterue Sotus, & alij, quos afferunt, & sequuntur Vazq. & Hurtado. locis citatis Suarez loc. cit. n. 1 m. 7. Lugo, num. 16. pag. 442. Benac. disp. 5. quæst. 7. punct. 1. num. 9 Coriolanus, loc. cit. num. 16. & apud ipsum, D. Them. Maier, Ledesma, Victoria, & Couarub. & communis.

QVÆSTIO XXIII.

Quo duplex sit iurisdictione, qua in Ministerio Sacramenti pœnitentiae reperiiri potest?

RESPONDEO: Quod est duplex. Ordinaria, & est illa, qua ex vi proprij officij, est quis alteri superior, in foro pœnitentia, & hanc habent omnes, qui sunt Pastores respectu pœnitentium, & ideo eam possunt alijs committere. Et Delegata; & est illa, qua quis habet excōmissione ab eo, qui habet ordinariam (vt habent Confessarij approbatim ab Ordinariis) ideoque nequeunt perse, eam alteri subdelegare. Sic omnes Doctores.

(§)

QVÆSTIO XXIV.

Quis nam sit Minister, qui iurisdictionem ordinariam habeat in hoc Sacramento?

RESENDEO: Quod imprimis est Summum Pontifex, qui est Pastor universalis omnium fidelium, & ideo potest omnes absoluere iurisdictione ordinaria. Dein de Archiepiscopus, vel Episcopus, habet potestatem ordinariam in omnes suæ Diocesis subditos. Et tandem Parochus, in omnes suos Parochianos, etiam si Sacerdotes sint. Sic omnes Doctores. Legantur. Nauar. cap. 4. Vazquez quæst. 93. art. 1. dub. 2. Suarez tom. 4. disp. 25. Egidius disp. 8. de pœnit. & alij, penes ipsos.

QVÆSTIO XXV.

Quis nam sit ordinarius Minister, respectu Summi Pontificis?

RESENDEO: Quod nullus Sacerdos. Nam quamvis Papa sit ouis Christi, nullum tamen habet in terris Pastorem cum ipse supremus sit Pastor. Potest tamen Sacramentaliter absolui ab illo Sacerdote, quem ipsemet Pontifex, ad hoc elegit. Quia tunc accipit potestatem, & iurisdictionem ad illum absoluendum, vel inmediate ab ipso Christo, ut aliqui volunt; vel ab ipsomet Pontifice, qui explenitudine suæ potestatis, a Christo illi concessa, potest optimè tribuere suo confessario iurisdictionem supra se; & se reddere subditum illi. Sic communiter DD. legantur P. de Ledesma in Sum. cap. 12 sub. concl. 4. & alij nuper citati.

QVÆSTIO XXVI.

An Ordinarius Episcoporum, & qui ordinaria potestate possit eos absoluere, sit Archiepiscopus?

AFFIRMANT Palud. in 4. dist. 17. q. 3. art. 2. & Siluest. confessor. 1. quæst. 2. docentes: proprium Sacerdotem Episcoporum, esse Archiepiscopum; Archiepiscoporum, Patriarcham; & Patriarchatum, Pontificem.

Sed longe probabilius: Respondeo: Negative. Quia Episcopus, in hoc foro, solum subditur immediate Pontifici. Sic Sotus in 4.

d. 18. quæst. 4. art. 2. Suarez disp. 25. s. c. 2. num. 10. Vazquez quæst. 93. art. 2. dub. 4. num. 2. Lugo disp. 19. num. 2. Hurtado disp. 10. diff. 12. & Ludonicus de S. Iuan quæst. 7. de pœnit. art. 2. diff. 8. concl. 1.

QVÆSTIO XXVII.

An Episcopi possint eligere Confessarium sibi, quemlibet Sacerdotem ex suis subditis, licet non sit ex approbatu?

RESPONDEO: Posse, non ex iure divino, ut voluit Nauar. cap. 27. nu. 260. sed ex Ecclesiastico, habito in cap. finali, de pœnit. Et remissio. Quia difficile eis esset recurrere ad Papam. Sic Doctores citati, & communis omnium. Qui idem affirmant loquendo, non solum de Cardinalibus Episcopis, verum etiam de Cardinalibus non Episcopis, Legatis alatere, durante legatione. Legatur Bossius sect. 3. cit. §. 4. n. 110.

QVÆSTIO XXVIII.

An Episcopus, etiam extra suam Diocesim, possit eligere in sui Confessarium, sibi non subditum, nec approbatum ab Ordinario?

AFFIRMANT etiam Valerus in diff. utriusque fori verbis: iuris dictio aff. 14. & 15. & latius, verbo, nullitas, diff. 2. Graffius lib. 4. decis. cap. 15. num. 11. & 15. Zerola in praxi pœnit. cap. 15. q. 31. 2. par. & lib. 1. de Jubileo cap. 15. dub. 78. Bossius de Jubileo sect. 3. casu 2. §. 4. num. 101. & 102. Coriolan. de casib. resolu. par. 1. sect. 1. art. 21. num. 5. Villalobos tract. 9. diff. 55. num. 4. & alij.

Sed longe probabilius Respondeo: Non posse. Quia sic decrevit Gre. or XIII. ut testatur Congregatio Concilij, per hæc verba: S. D. N. audita relatione Congregacionis, declarauit Episcopum vigore priuilegij, de quo in cap. finali, de pœnit. & remissione posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit ad huc ad formam huius decreti ad missus. si uero approbatus ad audiendas confessiones. Sic Suarez disp. 28 sect. 6. num. 7. Nauar. Riccius, Graffius, (qui pro parte contraria citatur à Bossio) Faustus, Barbosa. Filiuci, Molfessius, Azorius, & alij, quos citat, & se

quitur Diana 3. par. tract. 2. resol. 3. Quibus addi possunt, Nullus quæst. 8. art. 5. dub. 8. (non 9. vt citat Candidus) 9. Aliud dubium pag. mibi 455. Egidius disp. 8. dub. 7. num. 50. Candidus disquisitio 24. art. 65. num. 32. Bonacina disp. 5. quæst. 7. pun. 4. §. 1. n. 16. & alij.

QUÆSTIO XXIX:

An Vicarius Episcopi, possit, ex videlicet capitulo, eligere sibi Confessarium?

NEGLANT Abbas, Hostiens. Beroius, Sotus, & alij, quos refert Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 29. num. 14. & sequitur Lugo disp. 19. num. 3. & Petrus Ledesma, cap. 12. concl. 4. & Suarez tom. 4. disp. 27. sect. 2. num. 8. Megala lib. 1. cap. 10. num. 4. Molfes. tract. 7. cap. 15. num. 37. Reginald. lib. 1. num. 27. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia vere est Prælatus, & Parochis superior, & constituit unum tribunal cum Episcopo. Sic Silvestris, Rosetta, Angel, Nauar, Gabriel, Enriquez, & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez loc. cit. n. 15. Sa verb conf. for. nu. 1. Granad tract. 10. disp. 2. num. 7. Bossius loc. cit. num. 109. & alij, apud ipsum, & communis.

QUÆSTIO XXX.

An Posset Episcopus, seu eius Vicarius, approbare Sacerdotem sibi non subditum, saltem profuisse subditum?

AFFIRMAT Candidus loc. cit. nu. 12. pag. 187. Quia approbando Sacerdotem, non sibi subditum, pro suis subditis, non ita facile decipitur exponendo, & admittendo indignum, sicut contingere potest, quando pro se approbat, & exponit. Affirmant etiam, Bossius loc. cit. num. 99. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc non posse; nisi casu, quo Sacerdos alterius Diœcesis fiat, aliquaque ratione, subditus ipsi Episcopo, aut Vicario, eligenti. Sic Suarez loc. cit. nu. 12. Bonacina, & Egidius loc. cit. Fagundez de præc. 2. lib. 7. cap. 2. n. 80. & alij.

QUÆSTIO XXXI.

An Prælati superiores exempti, ut Abbaties, & Generales, & alij, qui immediate sunt Papæ subiecti, possint, expressitate induito, eligere sibi Confessarium, quemlibet Sacerdotem simpli- cem?

RESPONDEO: Posse. Quia ita expressit Pontifex in dicto cap. finali. Sic Suarez, Lugo, Hurtado. Et alij loc. cit. Valerus verb. iuris diætio. diff. 15. Ascanius Tamburinus de iure Abb. tom. 2. disp. 6. quæst. 10. num. 1. Bossius loc. cit. nu. 112. & Molfes. tract. 7. cap. 15. nu. 42.

QUÆSTIO XXXII:

An Etiam Provinciales, & alij Prælati locales, ut Ministri, Priores, Guardiani, &c. possint, eodem iure, eligere sibi Confessarium, quemcumque Sacerdotem simplicem?

NEGLANT Hostiens. Panormit. & Angel. apud Coriolanum 1. part. sect. 1. art. 21. num. 1. pag. 102. & Angles quæst. de confessio. art. de Ministro diff. 4. pag. mibi 310. alias 240. Hieronimus Flama in Epitome Cura. ani. cap. 5. §. 5. & Ioan. Valerus verbo iuris diætio. diff. 5.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Posse. Quia in dicto capite, expresse dicitur, quod omnes Prælati exempti, etiam minores, quamvis non sint immediate subiecti Papæ, possint sibi eligere confessarium, sine suorum superiorum licentia, & ita in præxi receptum est. (Quod tamen limitandum est, vt hoc non procedat, quando in aliqua Religione, ex speciali privilegio, aut Religionis constitutione approbata, & confirmata a Papa, sit dictis Prælatis inferioribus assignatus Confessor cum limitatione; vt ne queant alios eligere, renunciando, expresse, specifico, & nominatim illud priuilegium citatum; quia totum hoc est necessarium, eo quod insertum sit in corpore iuris.) Sic Snariz disp. 27. sect. 2. num. 10. Silvester, Corduba, Enriquez, Valentia, Sigismundus, Narvar, Tamburinus, & alij, apud Bossium, vbi infra. Lugo disp. 19. num. 4. & disp. 20. nu. 67. Coriolan. loc. cit. Diana 3. p. tract. 2. resol.

Sol. 1. & part. 4. tr. art. 4. resol. 1. Vazquez quæst. 93 art. 2. dub. 4. Hurtado disp. 10. diff. 12. Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 47. num. 4. Toletus lib. 3. Sum. cap. 15. nu. 8. & 9. (licet in contrarium citetur à Fagundez, qui nostram sententiam probilem reputat loc. cit. num. 78. in fine.) Bossius loc. cit. nu. 103. & 120. & apud ipsum, Marius Alterius, Homo bonus, Graffius, & Zerula loc. cit.

QVÆSTIO XXXIII.

An Cardinales, qui Episcopi, aut Legati non sunt, possint, ex iure dicti capituli, eligere sibi in confessarios, Sacerdotes simpli- cest?

AFFIRMANT Angelus, Enriquez, & alij quos citat, & sequitur Bossius de Iubileio sect. 3. casu 2. §. 4. nu. 111.
Sed clarius, & probabilius Respondeo:
Non posse, ex iure dicti capituli; bene tamē, ex iure consuetudinis, vel ex alicuius Pontificis, vix vocis oraculo; Imo, & dare facultatem suę familiae (sicut potest Episcopus) eligendi similiter sibi Sacerdotem simplicē in confessorem, possunt. Sic Suarez disp. 25. sect. 2. num. 11. & 12. & disp. 27. sect. 2. num. 6. Vazquez loc. cit. nu. 2. Hurtado loc. cit. ex Caiet. verb. absolutio. 2. Lugo disp. 19. num. 5. & Llamas 1. part. Meth. §. 7. per hæc verba: Cardinales non Sacerdotes ex eadem tacita Papæ licentia eligunt, quem volunt, vt Prælati supra dicti; Imo, & ex eadem tacita dant omnibus de sua familia, vt elegant confessorem, sicuti ipsi, vt testatur Doctor Caiet. qui Cardinalis fuit, & Silvester, qui fuit testis occulat⁹, &c Sic ille. Et Ladicus quæst. 6. de pœnit. art. 2. diff. 5.

QVÆSTIO XXXIV.

An Parochi possint eligere sibi in confessariū, quemlibet Sacerdotem, etiam simplicem?

AFFIRMANT Abbas Siluest. & Angelus, vt refert Suarez disp. 27. sect. 2. num. 7. Quia existimant: Parochos esse vere Prælatos, cum sic in iure appellen- tur. cap. tua nos de Clerico agrotante. Propter quod, ipsemet Suarez loc. cit. & sect. 3. id inuit est probabile. Et tenet expresse Vega i. par. Sum. cap. 75. col. 772. Qui, & citat pro hac parte, Margaritam confessio-

rum, sed non citat locum, ubi id docet; nec potuit certe, quia nullib[us] id affirmat; citat etiam Bartholomeum de Ledesma diff. 7. (quem videre non potui) & Manuelem Rodriguez 1. part. cap. 6. num. 5. Sed hunc, non bene; cum solum concedat (sicut etiam Enriq. lib. 6. cap. 8. num. 2. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 4. Toletus lib. 3. Summa cap. 13. Fagundez, Aegidius, & alij, quos citat, & sequitur Bossius de Iubileio sect. 3. casu 2. §. 4. num. 126. & bene, concedunt) posse Parochum confiteri cuilibet Sacerdoti approba- to in aliena Diœcesi. Nam haec consuetudo, non fuit reuocata per Tridentinum.

Possunt tamen citari pro hac parte, Sotus m. 4. diff. 18. quæst. 2. art. 2. Vazquez quæst. 93. art. 2. dub. 4. nu. 2. & Hurtado disp. 10. diff. 12. Quia licet hi Authores (contra nu- per relatos) id competere Curatis de iure ne- gent: concedunt tamen; illos ex iure consue- tudinis, posse eligere quemcumque Sacerdo- tem.

Sed longe multo probabilius, (& mihi cer- tissime) Respondeo: Nullo ex iure, id posse. Non ex iure canonico: Quia longe multo pro- babilius est; nec esse; nec in iure, Parochos, appellari, Prælatos, vt docet Sot. loc. cit. Nec ex iure consuetudinis; quia id ius, iam Tridentinum abrogavit: ergo. Sic Suarez loc. cit. Lugo loc. cit. num. 6. Nuñio in addi- tio. quæst. 8. art. 5. dub. 5. pag. mibi. 445. Granados tract. 10. disp. 3. nu. 4. pag. 1285. Molfes tract. 7. cap. 15. num. 38 pag. mibi, 440. Vbi ait, hanc esse responsionem omniū; Aegidius disp. 8. num. 61. Megala, cap. 10. num. 7. Claudio Solerius de potest. Confes- sior. cap. 4. pag. mibi, 39. Ludouicus loc. cit. diff. 10. pag. 450. Bossius, & alij supraci- tati, & communis.

QVÆSTIO XXXV.

An Vicarij Conuentuales habeant in Reli- giosos; iurisdictionem ordinariam, in foro pœnitentiæ?

NECAVNT, & consequenter, Lugo & alij Doctores quæst. 28. pro prima sententia adducti.

Sed probabilius Respondeo: Ha- bere; si prefati constituti sunt Vicarij per Generalem, Provincialem, aut Prælatum lo-calem, aut Capitulum, ad hoc, vt eorum lo- co, idem munus, in ipsis absentia, exerceant. sic Rodrig. tom. 3. 99. reg. quæst. 76. art. 1.

QVÆSTIO XXXVI.

*An Imperatores, Reges, eorumque Vxores,
possint confiteri cuilibet simplici
Sacerdoti?*

NEgat ivam sententiam esse satis probabilem, innuit Lugo loc. cit. Sed probabiliter certe Respondeo: Posse. Quia, vel ex antiqua consuetudine, vel ex tacita licentia Papæ, vel ipsis privilegio, simplici Sacerdoti confiteri possunt. Sic Angles quæst. de confessio pag. mibi 242. Caiet. verb. absolutio 2. Vazquez loc. cit. num. 3. Hurtado loc. cit. & in id inclinat Suarez disp. 25. infine.

QVÆSTIO XXXVII.

*An Vagabundi, qui certum domicilium non
habent, possint cuilibet Sacerdoti ap-
probato confiteri?*

NEgat Cardin. in cap. omnis virius que sexus. Quia existimat (male certe) solum Legato Papæ confiteri posse.

Negant etiam Suarez disp. 25. sect. 2. Medina C. de confessio. quæst. 33. Silvestri ver. confessor. 1. q. 1. & Egidius disp. 8. dub. 8. Hurtado disp. 10. diff. 12. Lugo disp. 19. n. 7. pag. 442. & alij docentes: confiteri debere Parochio, sub quo, acto, reperiuntur, & in cuius parrochia & cuu habitant.

Negant denique Sanchez lib. 3. de matr. disp. 25. num. 5. & 7. & apud ipsum, Ricard. Palud, D. Anton, Caiet, Tabiena, Victoria, Nauar. Vterque Ledesma, Margarita confessor; Eritquez, & alij. Affirmantes; vagos posse cuicunque Parocco, aut Curato Diocesis, fateri; non tamen alij Sacerdoti; etiam approbato.

Sed probabilius Respondeo: Non solum posse, cuilibet Diocesis Curato confiteri; verum etiam Sacerdoti cuilibet approbato ab Ordinario. Quia, si habentes domiciliū possunt confiteri, non solum Parocco, sed etiam cuilibet approbato Sacerdoti; Cur non poterunt similiter vagi. Sic Nauarr. in cap. plancuit de pœnit. d. 6. nu. 80. Vbi sic ait: Secundo addo, talem vagabundum, non solum posse confiteri Parocco, in cuius Parochiam pertenerit; sed etiam cuilibet alij Sacerdoti, quem elegerit, secundum Paludanum, & Antoninum. Sic ille. Male ergo, citat hos

DD Sanchez pro sua sententia, sicut male citat Hurtado, Vazquium pro nostra; cum potius expresse sententiam, quam Sanchez sequitur, sequatur, quæst. 93. art. 2. dub. 4. nu. 4. pag. mibi 384. Tenent tamen nostram, Reginald, lib. 1. cap. 7. num. 6. 4. Bonacina disp. 5. de Sacram. quæst. 7. punct. 2. num. 4. infra, Nuñus apud ipsum, & alij. Zerola 1. par. præx. Epis. op. V. confessio. in fine pag. mibis 141. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 7. Qui etiam male citat Medinam, Enriquez, Sancium, & alios.

QVÆSTIO XXXVIII.

*An Peregrini, & iter agentes, qui alibi ha-
bent domicilium, possint confiteri cui-
libet Sacerdoti approbato
ad confessiones au-
diendas?*

NEgant Paludanus apud Hurtadum loc. cit. docens; non posse confiteri, nisi illi Parochio in cuius Parochia habent domicilium, vel alteri, de licentia illius; quam censentur habere, quando ex licentia illius, peregrinantur.

Negant etiam Suarez, Vazquez, & Egidius, quos affert, & sequitur Hurtado loc. cit. & Lugo loc. cit. nu. 7. docentes, illos posse confiteri Parochio Parochia, in qua inueniuntur, & alteri de illius licentia.

Sed probabilius Respondeo: Jam, ex voluntate tacita suorum Pastorum, aut ex consuetudine introducta, posse confiteri cuilibet Parochio Civitatis, in qua inueniuntur; aut altari cuicunque Sacerdoti approbato. Sic Bonacina loc. cit. num. 3. & alij apud ipsum; & constat ex ratione, quæstione præcedenti, adducta, sic etiam Layman lib. 5. tract. 6. c. 8. num. 9. Qui pro hac parte, citat etiam Pandanum, Nauarrem, Caiet. & alios. Sic etiam Molfes. tract. 7. cap. 15. num. 53.

QVÆSTIO XXXIX.

*An Siquis ex indifferia discederet a suo do-
micilio, ut occasione itineris, alteri Sa-
cerdoti, & non proprio, con-
fiteretur; validam est
ficeret confes-
sionem?*

NEgant Suarez disp. 25. sect. 2. n. 9. Vazquez quæst. 93. art. 2. dub. 4. num. 6. Egidius disp. 8. dub. 8. n. 6. Bona-

Bonacina loc. cit. nu. 6. Lugo disp. 19. num. 7. & Filliucius tract. 7. num. 195. & alij apud ipsos.

Sed æque probabiliter Respondeo: Validā confessionem efficere: Quia iure, consuetudine introducto, hoc passim fit. Sic aliqui Recentiores, & dicit probabile Filliucius loc. cit. & tenent expresse Zerola 1. p. prax. Episcop. V. confessio. §. ad secundum, & Molfes. loco cit. & cap. 10. num. 24. & rursus et 14. num. 79.

QVÆSTIO XL.

An, Habens duo, aut plura, domicilia in diversis Parrocbijs, possit utrilibet Parrocho ex illis confiteri?

NEAT in additio. quæst. 8. ar. 8. dub. 1. Et ante illum, Palud. in. 4. dist. 17. quæst. 3. & D. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 9. Quos refert Nauar. cap. placuit. de pœnit. dist. 6. num. 77. docentes; debere confiteri illi Parrocho, in cuius Parrochia, quando confitetur, habitat.

Sed longe probabilius Respondeo. Posse confiteri Utrilibet, vel cui ex illis maluerit. Quia uterque est illi Parochus, uterque proprius Sacerdos, ratione utriusque domicilij. Sic Nauar. Egid. Suarez, Filliuc. Hurtado, Bonacina, Lugo. Et alij loc. cit. Et communis.

QVÆSTIO XLI.

An Parochus, extra suam Parochiam, vel Episcopus, extra Diœcensem, possit absoluere suum subditum?

RESPONDEO: Posse. Quia hæc iurisdictio, non est contentiosa; & ideo non terminatur loco, sed personis. Sic Suarez disp. 25. seet. 1. num. 17. Lugo disp. 19. num. 8. Et Zerola 1. part. prax. Episcop. V. Parochus, & apud illum, Siluest. Armilla, & Gomez. Sic etiam Bonacina pun. 2. num. ultimo. Molfes. tract. 7. cap. 15. num. 90. & seqq. Nauar. Azor, Enríquez, Vega, & alij, penes ipsos. Qui idem dicunt, dicendum (contra Siluestrum. Et Zerolam) de quocumque alio Confessore delegatam facultatem habente, & est communis.

QVÆSTIO XLII.

An Iurisdictio delegata ad audiendas confessiones, spirare morte concedentis?

AFFIRMANT Palud. in 4. d. 17. quæst. 4. art. ultim. D. Anton. 3. part. tit. 17. cap. 9. Nauar. in Sum. Hispana cap. 27. num. 264. & Philiarcus de offic. Sacerdotum. 1. parte 2. lib. 2. cap. 24. vt refert Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 28. num. 71. Affirmant etiam apud Bossium, Enríquez, Suárius, & alij, casu, quo approbatio non fuerit absolute data, sed ad beneplacitum concedentis.

Sed probabilius Respondeo: Non spirare potestatem illam, morte concedentis, siue fuerit absolute data, siue ad beneplacitum concessa. Quia absolute est quedam gratia, quæ non expirat morte concedentis. Sic Sanchez loc. cit. num. 72. Et apud ipsum, Enríquez lib. 6. cap. 6. num. 7. & lib. 7. de indulgent. cap. 21. num. 6. Suarez disp. 26. seet. 3. num. 5. Sayrius, Graffius, Sa. & alij. Lugo disp. 19. num. 26. Layman lib. 5. tr. 1. 6. cap. 10. num. 22. Qui pro hac parte citat Nauarrum, cap. Placuit num. 162. (& bene) imo & ipso Nauar. citat etiam Paludanum dist. 17. 9. 3. col. 5. Quos Sanchez, pro opposita citauerat sententiæ. Tenent etiam hanc sententiam, casu, quo approbatio fuerit absolute data, Campanilis, Barbosa, Fagundez & alij, quos assert, & sequitur Bossius de Jubileos seet. 3. casu 2. §. 1. num. 9. Legatur.

QVÆSTIO XLIII.

An Licentia, alicui ab Episcopo, vel ab aliis Prælato eligendi confessorum concessa; spirare mortuo concedente, vel eo amoto, ab officio?

AFFIRMANT Siluest. Angel. Cordoba, Philiarcus, Palud. D. Anton. &c alij, quos referunt Sanchez loc. cit. num. 74. & Filliucius tract. 7. num. 216.

Sed probabilius Respondeo: Non spirare, sed posse post mortem concedentis, eligere Confessarium. Quia gratia facta, non spirat morte concedentis. Sic Nauar. in cap. Placuit. cit. num. 162. & sequentibus numeris Suarez disp. 28. seet. 3. num. 7. & disp. 27. seet. 4. num. 8. & 9. Sawyer. Gratia, num. 4. Vazquez,

Vazquez quæst. 93. art. 3. dub. 5 num. 2. & alij, quos resert, & sequitur Sanchez loc. cit. num. 75. Egidius, Sot, Reginald. & alij, quos citat, & sequitur Bonacina disp. 5. quæst. 7. punct. 3. num. 2. pag mibi 261.

2. pag. 34. Lugo disp. 21. num. 2. pag. 501. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 11. nu. 1. Egid. disp. 8. dub. 7. num. 48. & communis.

QUÆSTIO XLIII.

An. Ut Sacerdos licite, & valide, possit audiare confessiones, debeat, aut babere beneficium Parochiale, aut esse ab Episcopo ad id munus approbatus?

RESONDEO. Affirmative, post decre-
tum Concilij Trident. sif. 23. cap.
15. de reformatio. Cuius haec iunt
verba. Decernit sancta Synodus nullum etiam Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire; neque ad id idoneum reputari, nisi, aut Parochiale be-
neficium, aut ab Episcopis per examen, filii videbitur esse necessarium, aut alias ido-
deus iudicetur, & approbationem, qua gra-
tis detur, obtineat, priuilegijs, & consuetu-
dine quamcumque, etiam immemorabili, non
obstantibus. Sic Concilium. Et sic omnes.

QUÆSTIO XLV.

An. Non obstante præfato Tridentini decreto, possit Religiosus, de licentia sui Praelati confiteri cuilibet Sa-
cerdoti simplici, etiam seculari?

RESONDEO. Posse. Quia Concilium nihil inonauit circa confessiones Pœnitentis Regularis. Vnde superiores Regulares, optime possunt committere suos Religiosos Sacerdotibus non approbatis ab Episcopo; & ipsi Sacerdotes seculares non approbati ab Episcopis, licite, & valide poterunt audire cōfessiones regularium, de licentia tantum Praelatorum regularium auctento decreto Concilij Tridentini. Sic Narr. cap. 4. num. 2. Sa. V. confessor. nu. 6. Sua-
rez disp. 28. secc. 4. num. 5. Vazq. quæst. 93. art. 3. dub. 3. num. 5. Bonacina disp. 5. quæst. 7. punct. 4. num. 25. Sancius disp. 49. nu. 7. Diana. 2. part. tract. 2. resol. 3. & in addi-
cio. ad resol. 4. Granados tratt. 10. disp. 5. secc. 1. num. 2. Trullench. in expeditio. Bulla lib. 1. b. 7. cap. 1. dub. 1. num. 5. Candidus to. 1. disquisitio moral. disquisitio 3. art. 39. n.

An. Etiam, Moniales possint confiteri Sa-
cerdoti simplici Regulari, vel
seculari?

RESONDEO. Posse, cum licentia supē
rioris Ordinarij illarum (non Abba-
tissæ, nisi hæc haberet in specie priuile-
gium à Summo Pontifice, vt habet Abba-
tissa Monasterij Burgensis, eligendi sibi, aut
Monialibus, cōfessariū, imo, & secularibus
sibi subditis, sine confirmatione Episcopi, |
cui subiectæ sunt.) Quia Moniales in rigore
sub regularibus (quos, vt vidimus excipit
Tridentinum) cōpræhenduntur. Sic Granad.
& Lugo loc. cit. & Vazquez quæst. 93. art. 2.
dub. 4. num. 2. & Bossius de Iubile oœccl. 3.
casu 2. b. 3. num. 74. licet nu. 75. notet hic
Doctor, id esse verum, attento tantum decreto
Tridentini; non vero, attenta constitutio
ne edita à Gregorio XV. incipiente, Inscrutable,
&c. Et declaratione S. Congregatio
nis Concilij, vbi decernitur, tam Ordina-
rios, quam extra Ordinarios Confessarios,
à Praelatis regularibus ad confessiones sua-
rum monialium audiendas, deputatos, deberes
esse ne cessatio ab Ordinario locorum ap-
probatis. Sic Bossius; legantur Silvester
verb. Abbatissa, & Molfessius tract. 7. capo
15. à num. 39.

QUÆSTIO XLVII.

An. Equites Sancti Ioannis, Divi Iacobæ
Alcantara, Calatrava, &c. Possint
etiam, simplici Sacerdoti
confiteri?

NEGANT Diana 2. p. tr. 16. resol. 462
& omnes, qui negant, hos, Equites
esse in rigore Religiosos. Sunt au-
tem, Molina tom. 1. de Pœnitia tr.
2. disp. 141. Valentia 3. tom. disp. 10. quæst.
4. punct. 2. Nauar. lib. 2. concil. 508. & 509.
Azor lib. 3. cap. 2. quæst. 2. & alij.

Sed, & que probabiliter, Respondeo; Pos-
se. Quia & que probabile est, hos Milites esse
vere Religiosos, sed sic est, quod Religiosi
possunt cui libet simplici Sacerdoti confite-
ri: ergo. Sic Sancius disp. 49. num. 10. 11.
& 13. Et debent ita sentire, consequenter,
qui

qui affirmant prædictos Milites, esse exprefse Religiosos. Hi autem sunt; Sanchez lib. 4. Summa, cap. 16. num. 11. & lib. 7. de statu Religioso, cap. 29. nu. 105. Ramirez tract. defundatio. S. Iacobi cap. 1. fol. 18. (qui refert alios, & addit, ita declarasse Innocentiū III.) Et Diana loc. cit. qui certe, si con sequenter, nostrā deberet amplecti sententiam; vel ad minus, audere dicere, illam esse probabilem; sed neutrum facit.

QVÆSTIO XLVIII.

An Sacerdotes Graduati in Theologia, aut iure Canonico, censeantur, ipso iure approbati, ad audiendas confessiones, absque alia approbatione Episcopis?

AFIRMARVNT Magistri Salmanticenses, Mancius, Gallus, Medina, Bañez, & alij. Apud Enriquez lib. 6. c. 6. nu. 2. in Glossalit. O. & apud Fagundez præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 67. Refert etiam Layman, pro hac sententia, ipsummet Enriquez loc. cit. & Llamas 1. part. Method. cap. 7. §. 7. Sed licet Llamas loc. cit. id expresse doceat; tamen Enriquez oppositum, expressis verbis, tenet. Solum addit; non debere Episcopum, prædictos laureatos examinare; de quo infra.

Sed certissime Respondeo: Non censeri approbatos, sed vere indigere Episcoporum approbatione; & aliter, nec licite, nec valide, posse confessiones lœcularium, etiam Sacerdotum, audire. Quia præfati DD. etiam comprehenduntur in dicto decreto Tridentini, vbi expresse dicitur; quod nullus habeat facultatem confessiones audiendi, nisi, aut habeat patochiale beneficium, aut ab Episcopo, per examen, si illi videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur. Sic Suarez disp. 28. secc. 4. num. 3. Aegid. disp. 8. dub. 7. num. 49. Filliuc. tract. 7. num. 256. Trullench. loc. cit. num. 6. Granados tract. 10. disp. 5. num. 4. Ludouicus quæst. 6. de pœnit. ar. 2. diff. 15. pag. 453. Lugo disp. 21. num. 1. pag. 500. & Fagundez loc. cit. dicens; oppositum esse improbabile. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 11. num. 2. Petrus de Ledesma, cap. 12. post. 5. concl. pag. mibi 419. Bosisius de triplici Iubilei privilegio, sect. 3. casu 2. §. 1. num. 32. pag. mibi 263. Enriquez loc. cit. Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. disp. 6. quæst. 17. Joan. Baptista Lezana in Sum. cap. 19. num. 6. Aug. Barbosa de

poteſt. Episcopi par. 2. alleg. 25. num. 7. & 26. & Molſel. tract. 7. cap. 14. num. 63. & communis. Imo nouissime, oppositam sententiam ex Summa Hieronimi Llamas, radere, DD. Inquisidores mandarunt, per Indicem libr. prohibit. editum anno, 1640.

QVÆSTIO XLIX.

An Est, quod prædicti Laureati, & Doctores teneantur, se presentare Episcopis, et approbentur, possint illos, Episcopi examinare?

NEANT Corduba in Sum. quæst. 16: Gutierrez lib. 1. qq. Canon. cap. 6. num. 9. Rodriguez in explicatio. Bulla, §. 9. num. 4. Menochius, Palatios, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez præc. 2. lib. 7. cap. 2. nu. 67. Et in hanc partem videtur inclinare Enriquez lib. 6. cap. 6. nu. 2. Quatenus dicit; non debere Episcopum prædictos laureatos examinare.

Sed probabilius Respondeo: Posse quidem in rigore illos examinare; cum nihil ad hoc obstat; licet etiam possint, absque ullo exame, eos approbare; cum alias sufficienter idonei sint, & appareant, & ideo & quitatis ratio postulat, ut tales non examinentur. Sic colligitur ex verbis Concilij, suprarelatis, & docent communiter Doctores apud Bossum loc. cit. num. 38. pag. mibi 264.

QVÆSTIO L.

An Saltem, prædicti Doctores, aut Licentia ti, aut etiam, Lectores Theologiae, tam facul lares, quam Regulares, sint eligibiles per Bullam, absque Episcopi approbatio nes?

AFIRMANT, & a fortiori, Mancius, Gallus, Bañez, Medina, Perez, & Martínez apud Enriquez loc. cit. Quorum sententiam esse securam, iudicat Ludouicus quæst. 6. de pœnit. art. 6. diff. 10. pag. 469. per hæc verba; Porque los susodichos, aunque no tengan beneficio Parroquial, ni aprobados por los Obispos, son juzgados por la Iglesia ser idoneos, pues el grado, y lección arguye mayor idoneidad, que un simple examen de quatro casos de conciencia. Esta opinion pongo aqui por ser de Doctores tan graves, y porque entiendo que vieron el motivo proprio,

en que Pio. V. dice lo contrario, y declaro to-
car el juzgar ser los tales idoneos a los señores Obispos, y que pues auiendole visto dixe-
ron esto, se ha de entender como ellos lo dixe-
ron. Mas a mi me parece lo contrario, mas
seguro. Sic Ludouicus.

Sed longe multò probabilius, imo iam cer-
tò. Repondeo; Adhuc, non esse eligibles in
Confessarios per Bullam; Quia ita aperte ha-
betur in dicto motu. Pij. V. Sic Enriquez, Lu-
douicus loc. cit. & alij DD.

QVÆSTIO LI.

*An Approbatio ad confessiones audiendas,
dari possit ab Episcopo electo, & non
confirmato?*

AFFIRMAT, (vt refert Bossius, vbi in-
fra) Moneta loco infra citando, nu-
1382. Qui citat etiam pro hac parte
Sotum in 4. dist. 18. quæst. 4. ar. 3. & Camero-
tam de Sacram facti 7. de Confiss. dub. 13.
Sed ex his, male citat Sotum nam hit (loco à
Moneta citato) solum loquitur de Episcopo
confirmato. Sic enim ait: Episcopus confir-
matus non impeditus, ante quam ordinetur,
licet neminem possit absoluere potest tamen
eamdem facultatem concedere. Sic ille.

Vnde certissime Respondeo: Negative,
Quia ante confirmationem, non habet Epis-
copus actualem iurisdictionem. Poterit tamen
illam dare Episcopus electus, & confir-
matus, licet consecratus non sit. Quia vbi
confiratur à Papa, iam habet actualem iuris-
ditionem. Sic Suarez disp. 28. sect. 5. nu-
1. pag. mibi, 636. Fagundez præc. 2. lib. 7.
cap. 2. num. 47. pag. 491. Bonacina disp. 5.
quæst. 7. pun. 4. §. 1. nu. 9. Bossius, vbi infra
num. 58. & 59. & communis.

QVÆSTIO LII.

*An Dari saltem possit approbatio, ab Epis-
copo electo, confirmato, & consecrato,
stantum titularis sit, & oues
non habeat?*

RESPONDEO: Non posse. Quia caret ac-
tuali iurisdictione, cum quibus actua-
liter caret. Sic Suarez loc. cit. Bos-
sius de triplici Jubil. priuil. sect. 3. casu 2:
§. 2. num. 57. & apud ipsum, Moneta, de com-
mu vlt vol. cap. 5. num. 334. Sic etiam com-
muniter Doctores, qui tamen bene, contra
Palud. notant, quod licet dicti Episcopi titu-
lares nequeant approbare Sacerdotes ad con-

fessiones secularium audiendas, possint ta-
men eligere in confessarium sibi, quemlibet
Sacerdotem. Legatur Molfes. tr. 7. c. 25. n. 30

QVÆSTIO LIII.

*An Dicta approbatio dari, & peti possit
ab Episcopo excommunicato, non toler-
ato, aut suspenso ab officio,
& iurisdictione?*

AFFIRMANT Enriq. lib. 6. de pœnit. c.
6. n. 3. & c. 7. infine. Palud. in 4. d.
23. q. 2. n. 17. Nauar. in c. Placuit.
n. 51. Ledesma vterque, Tabiena, Armilla.
Et alij, quos citat, & sequitur Fagundez
præc. 2. lib. 7. c. 2. n. 49. pag. 492. Qui, etiā
citat pro hac parte Sanchez lib. 3. de matr.
c. 21. n. 7. Sed male omnino; cum oppositum
expresse doceat ibidem n. 6. Tenent tam en
Bossius loc. cit. §. 3. n. 65. pag. mibi, 273. &
apud ipsum Rodriguez 2. p. Sum. c. 14. n. 5.
Basilius Pontius lib. 5. de matrim. cap. 17.
§. unico num. 14. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Negative,
Quia probabilius est, quod, approbare ali-
quem ad confessiones audiendas, sit actus iu-
risdictionis. vt probat Sanchez loc. cit. Imo
& ipsem Fagundez (statim sibi contrarius)
hoc ipsum defendit loc. cit. n. 47. & 52. tunc
sic; sed Episcopus excommunicatus, non tol-
eratus, aut suspensus ab officio, & iurisdictio-
ne, caret omni iurisdictione; ergo talis ap-
probatio inutilis concederetur ab ipso. Sic
Sanchez loc. cit. n. 9. dicens: nostram senten-
tiam esse verissimam; & apud ipsum, n. 7. Sil-
uest. ver. Absolutio. 2. q. 6. confessor. 2. q. 4.
Sotus dist. 18. q. 4. ar. 3. Victoria de confis-
sio. n. 152. & de excommunicatio. n. 342. Le-
desma. 2. 4. q. 7. art. 5. dub. 11. & Gutierrez
lib. 1. qq. can. c. 1. n. 89. Suar. disp. 28 sect.
5. & alij

QVÆSTIO LIV.

*An Generales, aut Provinciales Religionis,
possint approbare suos subditos ad au-
diendas confessiones sacru-
larium.*

AFFIRMARVNT Nō nulli, apud Flaniū
Cherubinum tom. 2. Compendij Bul-
larij. in constitutione 133. Pij V.

Sed certissime Respondeo: Non posse.
Quia licet huiusmodi Prælati, in non nullis
habeat, quasi Episcopalem iurisdictionem,
non tamen illam habent in secularis perso-
nas,

nas, sed in suos subditos Regulares. Vnde quanvis possint designare Confessarios ad audiendas confessiones suorum Religiosorum, ut supra quæst. 45. est habitum; non tamen Secularium. Sic Suarez disp. 28. sect. 5. num. 4. & 5. Enriq. cap. 6. cit. nu. 4. Aegid. disp. 8. dub. 7. nu. 48. Trullench. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 2. num. 2. Granados tr. 10. disp. 5. num. 5. Bossius loc. cit. §. 3. num. 71. & 72. & communis.

QUÆSTIO LV:

An Saltem Religiossexpositi, & approbatæ suis Generalibus, aut Provincialibus ad audiendas sacerdotalium confessiones, possint eligi ab ipsis sacerdotalibus, virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei?

AFFIRMANT, & late defendit, Ludovicus de S. Ioan quæst. 6. de pœnit. art. 6. dub. 2. & 3. pag. 465. ex Hieronimo Llamas 1. part. Methodi cap. 6. § 6. pag. mibi, 59.

Sed longe multo probabilius, imo certò, Respondeo: Non posse. Quia sic docent communiter omnes Theologi, ut ipsen et Ludonicus, Suarez, Ledesma, & Philippus à Cruce tract. 1. de Iubile, §. 20. nro. 1. testantur. Sic ipsi, & alij.

QUÆSTIO. LXVI:

An Parochi possint exponere, & approbare ad confessiones suorum subditorum audiendas, simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum?

AFFIRMANT doctissimi Patres, Ioannes de Orellana, & Ioannes Gallus, quos citat, & sequitur Petrus de Ledesma de pœnit. cap. 12. post. 5. concl. vers. La seconda sententia, & Ludouicus quæst. 6. de pœnit. ar. 2. diff. 12. pag. 450. ex Ledesma adiungue. Et probabile id esse affirmat, Ioannes de Cruce in Sum. par. 2. de Sacram. pœnit. quæst. 5. dub. 6. concl. 2. Citat etiam pro hac parte, Bonac. vbi, infra Nauarrum, cap. Placit de pœnit. diff. 6. num. 140. Reginaldum lib. 1. num. 56. & Aegidium. Sed immerito. Nam Aegidius expresse docet oppositum, disp. 8. dub. 4. num. 28. Nauarrus vero, & Reginaldus, & id satis obscure, si id docent (quod nō credo) Citat etiam pro hac

parte Bossius, Corradum 1. part. respons. q 66. in additio. Graftum lib. 4. ac if. cap. 15. n. 11. & Enriq. lib. 6. cap. 6. lit. F. licet, ut ipsem aduertit, contrarium sustinet, lib. 7. c. 28. n. 8. lit. F.) & videtur eos secui de Iubile se 88. 3. casu 2. num. 133. ut infra constabit. Legatur.

Sed multo longe probabilius, Respondeo: Iam post decretum Concilij Tridentini, nullo modo posse. Quia nemo potest audire confessiones sacerdotalium, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopo approbetur; ergo, qui neutrum horum habuerit, ne quibit confessiones audire. Sic Suarez disp. 28. sect. 4. n. 12. & 13. Fagund. prec. 2. lib. 7. c. 2. n. 43. Sæcūs in selectis disp. 48. n. 512 qui dicunt contrarium improbabile. Nullus in additio. q. 8. a. 5. dub. 5. pag. 445. dicēs, op positum habere parum probabilitatis. Candid. disquisitio. 24. ar. 65. n. 4. & apud ipsum; Sotus. Villalob. to. 1. tr. 9. diff. 49. n. 9. Hurtado disp. 10. diff. 16. & Petius Fay in additio. ad. 3. p. q. 2. ar. 5. disp. 1. afferens pro hac parte declarationem Congreg. DD. Cardinalium Concilij Trident. Diana 3. p. tr. 4. re sol. 110. & 146. Lugo disp. 21. n. 6. pag. 501 Trullench. loc. cit. & dub. 3. num. 14. & Granados. tr. 10. disp. 5. nu. 4. pag. 1285. Bonac. disp. 5. q. 7. pun. 4. §. 1. n. 12. & apud illum, Varq. q. 93. ar. 3. dub. 4. n. 5. (non ut apud illum habes, ar. 1. dub. 5.) & Barbosa de porto. Episc. p. 2. alleg. 25. n. 13. Capanilie, rubr. 12. c. 3. n. 61. licet hi Authores dicant (& merito), contrariam sententiam esse probabilem, & ita indignam esse censura Francisci Suarez, Staphani Fagundez, & Didaci Nuño.

QUÆSTIO. LXVII:

An Saltem, possit Parochus, tempore Iubilei, approbare simplicem Sacerdotem ad confessiones audiendas, si non sit facilis recursus ad Episcopum?

AFFIRMANT Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 2. in Glossalit. F. & G. Ludouicus à Cruce in expositio. Bullæ, disp. 1. cap. 2. dub. 10. num. 2. & Bossius loc. cit. per hæc verba. Solum approbo id, quod habet Enriquez loc. cit. scilicet, Parochum (cum fatigatus est, aut tempore Iubilei, quando est magna frequentia pœnitentium) posse dare iurisdictionem non approbato, saltim ex ratihabitione, quando non est re-

cursus ad Episcopum, longe distantem, & vrgeat necessitas; tunc enim legitime præsumitur Episcopum de præsentia ratam habere illam delegationem iurisdictionis, & approbare Sacerdotem pro tunc temporis, ad audiendas sacerdotalium confessiones. Sic Bosius.

Sed adhuc, longe probabilius, Respondeo: Non posse. Quia adhuc in dicto, aut in alio casu necessitatis, repugnaret dispositioni Concilij. Sic Egidius Trullench. dub. 2. cit. num. 2.

QVÆSTIO LVIII.

An Parochus possit exponere alium quemcumque Parochum, ad confessiones in sua Parochia audiendas?

NEGAT Petrus de Leone tr. de offic. & potest. confessor. tom. 2. recoll. 4. num. 79. vt refert Diana 3. p. tr. 4. resol. 146. & negat etiam Gutierrez lib. 1. quæst. Canon. cap. 27 loquendo de Parochio, extra Diocesim Parochi exponentis, existente.

Sed probabilius, Respondeo: Posse Parochum exponere quemcumque alium Parochum, vbi cumque existentem, ad excipiendas confessiones suorum subditorum in sua Parochia. Quia beneficium Parochiale admittit, aequiparatur approbationi Episcopi: Sed approbatus ab Episcopo, est eligibilis à Parochio, vt statim dicam: ergo. Sic Suarez disp. 28. secl. 4. Fagundez præc. 2. lib. 7. nu. 35. & 26. pag. 488. Fillius, & Toletus, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. & Hurtado disp. 10. diff. 17. Enriq. lib. 3. de pœnit. cat. 6. num. 7. Egidius disp. 8. dub. 7. num. 53. Candidus disquisitio. 24. ar. 65. num. 10. pag. 187. & alij.

QVÆSTIO LIX.

An Etiam, possit Parochus exponere ad confessiones, in sua Parochia audiendas, Sacerdotes, à quocumque Episcopo, tiam extra Diocesim, approbatos?

NEGANT etiam a fortiori. P. de Leone, & Gutierrez loc. cit. Nuñus. 3. p. q. 8 ar. 5. dub. 7. ad 4. Hurtado loc. cit. & apud ipsum Vazquez. q. 93. ar. 3. dub. 4. Cogau. q. 40. Diana 3. p. tr. 4. resol. 110. infine,

& Rodriguez in additio. ad §. 9. dub. 3. docetes: debere dictos Sacerdotes esse approbatos ab Episcopo eiusdem Diocesis.

Sed probabilius Respondeo: Posse Quia huiusmodi Sacerdotes, qui ad excipiendas confessiones à Parochis exponuntur, vel assumuntur, habent conditiones requisitas à Tridentino nèpe; quod à suis Ordinarijs sint approbati, ergo. Sic Nauar. in cap. Placuit. à num. 49. Enriq. lib. 7. cap. 12. n. 4. Egid. disp. 8. dub. 7. n. 57. Joan. de Cruce in Sum. p. 2. de pœnit. q. 5. dub. 6. concl. 3. Trullench. dub. 3. cit. n. 15. Candidus loc. cit. & alij.

QVÆSTIO LX.

An Parochi, ita sint approbati, ut ubique terraram audire possint fidelium confessiones virtute Bullæ, Iubilei, aut alterius priuilegij.

NEGANT Petrus de Leon, Gutierrez, & Nuño loc. cit. vbi supra. Sed probabilius Respondeo: Posse. Sic Suar. disp. 28. secl. 4. n. 18. Viuald. de confessio. n. 27. Enriq. lib. 6. c. 6. n. 7. & 8. Toletus lib. 3. c. 13. Fagund. loc. cit. n. 35. & 36. Fillius. tr. 7. n. 257. Diana 3. p. tr. 4. resol. 146. Trullench. c. 1. cit. dub. 4. n. 3. Petrus Ledesma c. 12. de pœnit. post. 5. concl. pag. mibi 416 & alij.

QVÆSTIO LXI.

An, dicti Parochi possint in univera Ecclesia, audire confessiones, absque noua approbatione Episcopi, non solum virtute Bullæ, aut Iubilei, veram etiam, sine illis.

NEGANT, & a fortiori, Leon, Gutierrez, & Nuño, & Garcia. 1. to. de benef. p. 5. c. 8. n. 87. Vbi pro hac parte refert declarationem Cardinalium.

Sed probabilius Respondeo: Posse etiam. Quia ex Tridentino loc. cit. vt aliquis censetur idoneus ad confessiones audiendas, sufficit, quod aut sit approbatus ab Episcopo; aut habeat Parochiale beneficium: ergo, qui beneficiū Parochiale haberit, non indigebit à approbatione Episcopi: ergo op time poterit, ubique confessiones fideiūlum excipere; etiam si priuilegium eligen- di confessarium non habeant: dum modo Paro-

Pœnitus proprius non contradicat. Sic Sæc. 44. num. 28. pag. 401. & apud ipsum, Vazquez quæst. 93 art. 3. dub. 5. nu. 2. Ollagavia tract. 2. quæst. 40. num. 3. Suarez disp. 28 sect. 4. num. 18. Ludouicis quæst. 6. de pœnitentia art. 2. diff. 13. pag. 452. Arboleda in præctica Sacram. notabili. 3. lit. B. Fagundez præc. 2. iib. 7. cap. 2. à num. 35. Quamvis non ita expresse, vbi ad declaratio nem Cardinalium respondet ex Suarez, eam non esse authenticam.

QVÆSTIO LXII:

*An Generales, Provinciales, Ministri, Guar-
diani, s u alij Prelati Regulares, possint
absque Episcopi approbatione, au-
dire confessiones Sæcu-
larium?*

AFFIRMANT Valer. in differet. utriusque fori verb. Nullitas diff. 5. num. 3 & ante illum, Mantius, Gallus, Medina, Bañez, & alij Doctores Salmanticenses, vt refert Enriquez lib. 60. cap. 6. num. 2. in Glossa lit. E. & f. & lib. 7. de indulgentijs cap. 12. num. 3 in Glossa lit. K. (qui & ipse citatur à Diana pro hac parte, sed male, vt infra) Et ratio eorum erat; Quia predicti Prelati sunt Parochi suorum subditorum: sed alij Parochi non indigent approbatione Episcopi; ergo nec isti.

Sed certissime fere Respondeo: Non posse. Quia talis Prelatura, non est proprium beneficium Parrochiale; nec id erat, iuxta mentem Concilij, quod clare voluit in hoc subiçere Episcopis Confessarios regulares, quoad examen, & approbationem. Sic Suarez disp. 28. sect. 4. num. 21. Rodriguez in explicatio. Bullæ. §. 9. dub. 1. num. 4. Quos affert. & sequitur Diana 2. par tract. 16. resol. 46. Lugo disp. 21. num. 9. Enriquez loc. citato à Diana, pro sententia contraria: nempe lib. 7. de indulg. cap. 12. num. 3 & lib. 6. de penit. cap. 6. num. 2. lit. E. Vbi postquam retulit Mantius, & alios Doctores, pro contraria sententia; dicit, in praxi esse magis coritandum. Sic Granados tract. 10. disp. 5. num. 5. Hurtado diff. 16. Bossius, §. 2. cit. num. 53. & §. 3. num. 71.

Quid si hic rursus quæras, An admittit, dicit, Prelati, aut Confessores alij Religiosi; possint audire confessiones secularium, qui sunt de familia, & deseruinnt ipsorum Monasterijs, absque licentia, & approbatione Episcopi?

Negant ehec Suarez tom. 4. de Religio tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 18. Barbosa, & Armendarez, quos refert, & sequitur Bossius sect. 3. cit. casu 2. §. 1. num. 32. & communis.

Affirmant vero nihilominus Joan. de la Cruz de statu relig. lib. 2. cap. 5. dub. 4. & cap. 6. dub. 1. concl. 1. Laurentius de Pereinis tom. 1. privileg. Ord. Minim. in annot. ad constit. 8. Julij 2. num. 12. Tamburinus de iure Abb. tom. 2. disp. 6. quæst. 16. num. 4. & alij; eo quod ita fuit illis concessum à Martino V Clemente IV. & Leone X. per Constitutionem editam anno 1513. 9. Julij, vt ipsi Authores referunt, & ita dicunt Concilium Tridentinum cap. 15. quoad regulares, esse intelligendum de confessionibus secularium extraneorum; non vero de confessionibus secularium familiarium, qui ordinarie in monasterijs, & domibus regularium degunt, comedunt, & bibunt. Quia hi censentur tanquam Religiosi. Sic dicti Doctores, & quidem satis probabiliter.

QVÆSTIO LXIII:

*An Saltem, dicit, Prelati, sint ubique eligi-
biles in Confessarios à Secularibus, vir-
tute Bullæ, aut Jubilei; quam-
uis ab Episcopis non
sint appro-
batæ?*

AFIRMARVNT Magistri Mantius, Gal- lus, Bañez, Medina, & alij Doctores Salmanticenses de hac re consulti, vt refert Enriquez loc. cit. & auct. ori, hanc partem ample & debet Valerus loc. cit. cum etiam nouissime s' quuntur Hieronimus Llamas 1. par. Methodi cap. 6. §. 6. & 7. pag. mibi 63. & Ludouicus de S. Iuan quæst. 6. de penit. art. 6. dub. 4 pag. 467. Qui etiam citat Enriquez pro hac parte. Sequuntur etiam, vt probabilem, hanc sententiam, Salas in manuscriptis, Lodouicus à Cruse in expo- sitio. Bullæ disp. 1. cap. 2. dub. 11. num. 8. & Angelus Bossius tract. de Jubileo casu 2. §. 2. n. 53. apud Dianam, quem refert, & sequitur 5. part. tract. 12. resol. 51. Sed certe, Bossius, licet probabilem dicat hanc sententiam; oppositam expresse dicit, vt infra videbimus.

Sed certissime fere Respondeo: Negatiue. Quia Concilium loquens de omnibus Religiosis expresse ait, illos debere esse approbatos ab Episcopo, vt credite possint Scen-

larium confessiones. Ergo Sic Suarez disp. 28 secl. 4. num. 21. Fagundez præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 39. (qui bene citat pro hac parte Enriquez loc. cit.) Cædibus disquisitio 24 art. 64. num. 5. & Fillius tract. 8. num. 275. Qui idem (& bene) dicendum putant; de omni Regulari approbato a suo Regulare Prælato, pro subditis Regularibus, quod scilicet, nequeat eligi à Sæcularibus virtute Iubilei. Sic etiam P. de Ledesma cap. 13 de penit. diff. 4. & 6 post 1. conclusionem. Bossius loc. cit. pag. mibi 269. Sic dicens: *Hanc opinionem (contrariam scilicet) Enriquez loc. cit. neque approbat, neque reprobatur, sed aicit esse rem magis in praxi cogitandam. Manuel vero, licet videatur approbare illam, tanquam probabilem propter auctoritatem Doctorum, qui eam tenuerunt; tamen contrarium tenendum esse affirmat, quod mihi quoque probabilius videtur. Sic Boſſius, & infra. Dixi autem, probabilius, quia etiā prior sententia est probabilis, ob rationem, & auctoritates tot Doctorum, ac proinde in foro interiori possit quis illam in praxi seruare: & si in foro exteriori, Episcopi non permetterent. Sic ille.*

QVÆSTIO LXIII.

An Quando Monasteria Religiosorum habent Parochias Sæcularium annexas, possit tunc Prælatus Regularis designare Vicarium Regularem, qui, absque alia approbatione Episcopi, confessiones Sæcularium audiat?

AFFIRMARVNT, etiam dicti Salmantenses apud Enriquez lib. 7. de indulg. cap. 12. lit. K. & lib. 6. c. 6. n. 1. in Glouſſa, lit. B. Eo quod dicti Vicarij regulares, iam in eo casu Parochiale beneficium habent.

Sed certissime fere Respondeo. Negative. Quia licet verum sit, quod prædicti Vicarij habeant parochiale beneficium, non tamen habent illud collatum ab Episcopo, sed a suo Prælato, qui nec indirecte potest approbare suos subditos ad audiendas confessiones Sæcularium: nisi casu, quo ex odio, aut alia malitia ab Episcopis ad examen non admittantur; aut sine causa reprobentur (vt infra.) Sic Doctores citati. Qui tandem notant, & bene, hanc nostram sententiam esse veram de iure, nam ex priuilegio contrarium fortasse erit. Vnde de his consulenda est praxis.

vt adiuvaret Enriquez; & Fagundez loc. cit. Qui cū communi, hanc nostram tenent sententiam. Quibus nouissime adharet Boſſius loc. cit. num. 55. per hæc verba. Mihi sere certum videtur, præciso peculiari priuilegio, neque Prælatos ipsos, neque Vicarios temporales ab ipsis deputatos, posse licite, & valide, audiire confessiones prædictorum Parochianorum sæcularium, in quos, non ipsi Prælati regulares, sed Episcopus habet Episcopalem iurisdictionem. Sic ille.

QVÆSTIO LXV.

An Qui habuit Parochiale beneficium, sed iam non habet; indigeat noua approbatione Episcopi, ad audiendas confessiones, virtute Bullæ.

NEGLIGANT indigere, Rodriguez in aditio. ad Bullam, §. 9. num. 4. & Villalobos tom. 1. tract. 27. clausula 9. §. 1. nu. 4. & tract. 9. de pœnit. diff. 55. num. 4. & vt probabile defendit Ioan. de Cruce par. 2. de pœnit. quæst 5. dub 8. concl. 4. Quia approbatio, quæ Parochio simul cum Parochiali beneficio concessa fuit, adhuc perseverat: ergo eligibilis est per Bullam.

Alij vero ècontra affirmant, indigere approbatione noua, quia vt quis censeatur approbatus, necessum est (inquiunt) quod actualiter beneficium curatum habeat; vt constat ex illis verbis Concilij; *Nisi aut parochiale beneficium habeat. &c.* Ergo. Sic Suarez disp. 28. secl. 6. n. 13. & secl. 4. n. 20. Reginald. lib. 1. num. 190. Bonac. disp. 5. quæst. 7. pun. 4. §. 1. num. 24. Fagundez præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 38. Enriquez lib. 6. cap. 3. num. 3. in fine. Viuald. de confessione num. 27 concl. 2. Diana 1. part. tract. 11. resol. 8. & 5. part. tract. 12. resol. 47. Et apud ipsum, Barboſa; & Ludouicus à Cruce, Trullench. in expositio. Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 1. num. 6. & dub. 3. num. 2. Ludouicus quæst. 6. de pœnit. art. 6. diff. 9 pag. 469. Granado tr. 10. disp. 5. num. 2. Lugo disp. 21. nn. 8. pag. 501. & Hurtado disp. 10. diff. 16. Boſſius loc. cit. num. 56. & num. 236. Flororus de casib. reseru. 1. par. cap. 4. §. 12. nu. 7. & alij communiter.

Ego vero, clarius sic Respondeo: Qui parochiale beneficium habuit, sed iam non habet. (quia illud reliquit; vel, cum alio sinpli, commutauit) non indiget noua approbatione Episcopi, vt per Bullam in Confessarium

rium eligatur. Quia nisi alias Episcopus ex preesse, auferat ab illo approbationem, vel suspendat, donec iterum examinetur (in quo casu, consentio authoribus affirmantibus, noua indigere probatione) in sua approbatione perseuerat; ac proinde cappacitatem habet, ut per Bullam eligatur, ut optime DD. prima sententia.

Nec enim, quod careat actuali iurisdictione, aliquid obstat; cum Bulla non ex postulat iurisdictionem audiendi confessiones, in eo cui eligitur, sed tamquam approbationem, nam iurisdictio delegata, supposita approbatione, per ipsam Bullam conceditur. Imo idem dicendum censeo de alijs Confessoribus, à quibus licentiam audiendi confessiones auferre solent Episcopi; quod scilicet, nisi simul cum reuocatione licentiarum, approbationem auferant, semper remanent eligibles virtute Bullæ huiusmodi confessores, etiam si sacerdotes sint. Legatur Llamas, 1. par. Meth. cap. 6. §. 5.

QUÆSTIO LXVI.

An Sacerdos approbatus ab uno Ordinario, possit ubique terrarum Confessiones excipere?

AFFIRMANT Enriquez, lib. 6. de pœnit. cap. 6. num. 7. & in Glosa. lit. A. & lib. 7. cap. 12 §. 4. Vbi ait; Ita docere omnes Theologos ex Augustiniana, & Dominicana familia, Galli, Medina, Mancio, Bañez, Guevara, & alij Magistri Salmantenses. Sic etiam Sa, in 1. Editio. Verb Confessor. num. 6. Viuald. tit. de Confessio. num 21. pag. 90. Ant. Gomez, in explicatio. Bullæ ad clausulam. 10. num. 8. Valerus, Verb. Absolutio diff. 1. num. 1. 3. 12. & 15. & alij in numeri, quos cogerit Trullench, loc. cit. num. 7. Quam sententiam esse probabilem affirmanit Sanchez, lib. 3. de Matrim. disp. 34. num. 16. & Ledelma, in summa cap. 13. de pœnit. post. 1. conclusio nem. Quia huiusmodi Sacerdos, vere est approbatus, iuxta formam Concilij Tridentini, cum nihil aliud requirat, hisi, quod sit ab Episcopo approbatus; nec expressat à quo Episcopo. Ergo sufficit à quocumque; quia ubi ies nond distinguunt, nec determinationem addit; nec nos distinguere, nec addere determinationem indebemus.

Sed, longe multo probabilius, imo iam, ut certum Respondeo. Non posse. Primo; Quia incredibile videtur posse Episcopum ita ap-

probare Sacerdotem, ut in vniuersa sit eligibilis terra. Secundo. Quia id habet praxis, & usus, qui optimi Concilij sunt interpres. Tertio. Quia ita reuissime decreuit SS. Dominus noster Urbanus VIII. anno Domini 1628. Reuocando omnia priuilegia, & licentias audiendi confessiones sine approbatione ab Episcopis Diœcesanis, & ab eis examine facto ab Ordinario. Sic refert Lugo disp. 21. n. 29. & tenent ipse, & Suarez, disp. 28 sect. 6. & 7. num. 3. & 8. Vazquez. quæst. 93. ar. 3. dub. 4. Egidius, disp. 8. dub. 7. num. 50. Fagund. præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 22. & 38. Granado, tract. 10. disp. 5. num. 12. Sanchez, Ledelma, & Trullench, locis. citatis Torreblanca, lib. 14. practicar. cap. 2. num. 6. 10. & 12. Barbosa de potest Episcopi par. 2. alleg. 25. n. 59. & communis. An autem approbatus ab uno Ordinario possit ubique eligi virtute Bullæ, dicam quæst. 70:

QUÆSTIO LXVII.

An Q; i per Bullam, aut Iubileum, potest eligere sibi Confessarium ab Ordinario approbatum, possit eligere Parochum quemcumque?

NEGLANT Gutierrez in quæst. can. lib. 1. cap. 27. num. 21. & Nuñus, in praesenti quæst. 8. addit. art. 5. dub. 9. in fine. & apud Bossum, ubi infra, Rodriguez, in Bulla Cruc. §. 9. num. 6. Layman, lib. 5. tract. 6. cap. 11. num. 7. Homobonus tract. tract. 5. 1. par. exam. cap. 3. quæst. 15. & Floronius, de confib. reseru. 1. par. cap. 4. §. 12. num. 2. docentes. Posse (ad summum) eligere Parochum sui Episcopatus.

Sed probabilius longe Respondeo: Posse. Quia omnis Parochus est approbatus ab Ordinario (cum eo ipso, quod beneficium Parochiale accipiat, approbetur ad audiendas confessiones, & approbetur ab Ordinario) Sed sic est, quod approbatus simpliciter ab Episcopo per examen, est ubique eligibilis per Bullam: Ergo. Sic Bosius de Iubil. sect. 3. casu 2. §. 9. num. 135. Ioan. Valerus Verbo. Absolutio, difficultate, 1. numer. 18. Enriquez, lib. 6. c. 6. num. 7. Bonac. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. num. 23. Fagundez, dīctio lib. 7. cap. 2. num. 25. Diana, 1. p. tract. 11. resol. 3. Lugo, disp. 21. num. 12. pag. 502. Suarez, Reginald Villalob. Sylvius, Cruz, & alij apud ipsos, & Petrus de Ledelma,

cap. 13. de pœnit. post. primam concl. & communis.

QVÆSTIO LXVIII.

An Approbatas ab Ordinario, cum limitatione, ex defectu scientie, ad Confessiones virorum, & non mulierum; possit virtute Iubilei, aut Bullæ, eligi ab omnibus?

NEGLANT Suarez disp. 28. seet. 7. nu. 3. Rodriguez t. tom. summa cap. 60. num. 4. concl. 4. Homobonus de casib. referu. par. 1. c. 5. Ioannes de la Cruz, par. 2. quæst. 5. de pœnit. dub. 8. concl. 3. Vito Ilalob. tom. 1. træt. 27 clausula 9. §. 1. n. 3. Lugo. disp. 1. num. 17. pag. 502. Philippus de Cruce træt. 1. de Iubileo §. 20. nu. 1. pag. 142. Bossius, loc. cit. §. 10. num. 244. Qui pro hac parte citat etiam Bonacinanum, q. 7. punct. 5. §. 5. num. 10. & alibi (Sed non omnino bene, contrarium enim, ut probabilitatem probat, & sequitur loco, infra citando) Molfessium, Naldum, & Homobonum.

Sed æque, saltem, probabiliter Respondeo: Posse ab omnibus, tam à viris, quam mulieribus, eligi. Quia, ut Sacerdos sit idoneus, & eligibilis, sufficit quod ab Ordinario sit approbatus; ut supra, ex Tridentino est habatum, quod quidem non distinguit, inter approbatus ad has personas, vel ad illas; & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Sic Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 8. Petrus Fay, in additio, ad 3. par. quæst. 8. nr. 5. diff. 3. concl. 5. ad 4. Nuñus ibidem quæst. 8. art. 5. dub. 9. Fagund. præc. 2. lib. 7. cap. 2. nu. 45. Bonac. diff. 5. quæst. 7. pun. 4. §. 1. num. 22. Egidius, diff. 8. de pœnit. num. 57. Aug. Barbosa, depot. Episcopi par. 2 alleg. 25. num. 17 & alij. Et id esse satis probabile, est imprætitum, affirmant Sanchez lib. 8. de matrim. diff. 34. (non 36. ut citatur à Stephano, Fagundez, & etià Diana) num. 16. Petrus de Ledesma de pœnit. cap. 13. post. 1. concl. dub. 8. Lugo, Philippus, & Bossius, locis citatis.

QVÆSTIO LXIX.

An Approbatus ab Ordinario, per uno loco tantum; possit eligi per Bullam, aut Iubileum in toto Episcopatu?

NEGANT Nuñus quæst. 8. cit. ar. 5. dub. 9. ad. 9. Alphonsum de Leone, de Iubileo. par. 2. quæst. 9. num. 20.

Filiuc. tom. 1. træt. 7. cap. 9. num. 62. Quos omnes citat, & sequitur Lugo, diff. 21. num. 23. pag. 503. Negant etiam P. Fay, q. 8. cit. ar. 5. diff. 3. Rodriguez, in expositione Bullæ dub. 5. Acosta ibidem q. 93. Ledes. in sum. c. 13. de Pœnit. dub. 9. Valerus Verb. Ab solutio. diff. 1. n. 15. & Diana, 1. par. tr. 11. resol. 10. & 5. par. tr. 12. resol. 48. Casu, quo talis Sacerdos sit approbatus limitate pro illo tantum oppido ex defectu scientie, non ètatis &c. Ita etiam Trullench, in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. dub. 2. & Ludonicus à Cruce, diff. 1. cap. 2. dub. 9. Bossius, loco citato, & alij.

Sed ego, absolute, æque probabiliter, Respondeo: Posse eligi in toto Episcopatu; etiam si approbatus fuerit pro illo tantum oppido, ex defectu scientie. Quia huiusmodi Sacerdos, vere, & in rigore est approbatus ab Ordinario: Ergo eligibilis virtute Bullæ in quoquis Episcopatus loco; Pater consequentia, quia Summus Pontifex non petit, quod sacerdos eligibilis per Bullam sit illinitate approbatus, sed tantum, quod sit ab Ordinario approbatus: Ergo. Sic Enriquez loc. cit. Medina 1, 2.. quæst. 19. ar. 6. col. 17. Moure, 3. par. exam. Theolog. cap. 9. §. 8. num. 6. Fagund. præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 22. & alij Iuniores.

QVÆSTIO LXX.

An Etiam, quis simpliciter, & absqueulla limitatione, est in uno Episcopatu expositus, possit eligi in quocumque alio Episcopatu, virtute Bullæ Cruziatae, aut Iubilei?

NEGLARE debent. AA: nuper pro prima sententia adducti, & expresse negant Beja, Canus, Layman, & Sa, apud Candidum, disquisitione. 14. ar. 64. num. 3. Qui docet, id esse satis probabile. Garcia, Campanilis, & alij quam plures apud Bossium, vbi infra, Torreblanca loc. cit. num. 25. pag. 392. & alij.

Sed, æque probabiliter. Respondeo: Posse ob rationem factam. Sic Candidus num. 2. & apud illum, Enriquez, Sorus, Egidius, Nuñus, & Medina, Bossius, loc. cit. §. 7. num. 215. Sic dicens: Concedente Bulla, vel Iubileo, Privilégio Pontificis facultatem eli- gefendi Confessorium approbatum ab Ordinario, Sacerdos, siue secularis, siue regularis semel absolute approbatus à suo Ordinario Episcopo, siue ille Episcopus sit Originis,

ginis, siue beneficij, siue domicilij, & siue
sit Episcopus pœnitentis, siue confessarij, si-
ue loci, vbi audiuntur confessiones, & conse-
quenter à quocumque Episcopo, seu Ordina-
rio simpliciter approbatus virtute Bullæ, &
Iubilei, vel priuilegij, potest vbiique terra-
rum licite, & valide eligi, saltem quoad fo-
rum conscientiæ. Sic Bossius. Et apud illum,
vitra citatos, Corduba, Petrus Ledesma, Re-
ginald, Valerus, & alij.

QVÆSTIO LXXI.

*An Sacerdos approbatus pro determinato
tempore, transacto illo, sit eligibilis
per Bullam, aut Iu-
bileum?*

NEAT P. de Ledesma in Sum. cap.
13. de pœnit. dub. 10. pag. mibi
429.

Affirmat vero Acosta in explicatio. Bul-
la quæst 39. in fine, & alij.

Sed ego sub distinctione Respondeo: Esse
quidem eligibilem virtute Bullæ; si solo du-
ctu voluntatis Ordinarij, absque vlla alia
causa, pro limitato tempore fuit expositus;
secus si alias. Sic Petrus Fay quæst 3. art. 5.
disp. 3. concl. 4. ad 3 Diana 1. par. tr. 11. re-
sol. 11. Et hac limitatione posita, dicit proba-
bile Ledesma.

QVÆSTIO LXXII.

*An Sacerdos semel approbatus, si absque
causa ab Ordinario reprobetur, aut sus-
pendatur, sit eligibilis per
Bullam?*

NEAT Ioan. de Cruce in Sum par.
2. de pœnit. quæst. 5. dub. 4. concl.
4. & alij.

Sed Probabilius Respondeo: Esse
eligibilem, si non ex culpa propria, sed ex
malitia Ordinarij, vel officialis, prohibitus
fuerit ab administratione Sacramenti pœni-
tentia. Quia huiusmodi Sacerdos, iam semel
fuit approbatus, & reputat idoneus ab Or-
dinario, ad cōfessiones audiendas: ergo bene
potest eligi per Bullæ, etiā si actu approbat
non sit (cum Bulla id non requirat) imo, & re-
probatus, sine causa tamen. Quia huiusmodi
relocatio, sine causa facta, est quasi ablacio
iuris, iam adquisiti; vel quasi relocatio sen-
tentie iuste, sine causa: ergo non tantum erit
iniusta, sed etiam nulla; ergo, &c. Sic Acos-

ta in explicatio. Bulla quæst. 40. & putat
probabile Cruz loc. cit. & refert Diana tr.
11. cit. resol. 12. qui tamen, nec ex proprio,
nec ex alieno, quidquam resoluit, possit tam-
en, & consentire deberet nobiscum, ex
hijs, quæ resoluit 3. par. tract. 2. de dubijs re-
gul. resol. 22.

QVÆSTIO LXXIII.

*An, si Episcopus approbaret aliquem tan-
quam idoneum, nullam tamen concede-
ret iuriadictionem, possit eligi
in Confessarium virtu-
te Bullæ?*

RESPONDEO: Posse. Quia reuera dictus Sacerdos esset approbatus ab Or-
dinario, quod solum requirit Bulla:
ergo capax est iurisdictionis, quam Pontifex
per Bullam cuilibet approbato concedit. Sic
Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 3. Rodriguez,
Gutierrez. Et Ludouicus à Cruce, quos ci-
tat. & sequitur Egid Trullench. loc. cit. dub.
3. num. 5. pag. 193. Bossius de Iubileio sect.
3. casu 2. §. 1. nu. 6. per hæc verba: Simplici-
ter approbatus, absque delegatione iurisdi-
ctionis, non poterit audire confessiones, ni-
si illorum, qui vi Bullæ Cruciatæ obtenta,
vel Iubilei promulgati, vel de licentia pro-
prij Parochi possunt confiteri, cui voluerint
approbato. Sic ille. Et antea optime Lla-
mas 1. par. Metho. cap. 6. §. 5 & penes illum
Adrianus de Confessio. dub. 8. & Nauar. su-
per cap. Placuit. de pœnit. dift. 6. num. 3. &
in Man. cap. 4. num. 3.

QVÆSTIO LXXIV.

*An. Si aliquis approbetur ab Episcopo, sed
Episcopus interius non iudicat eum
idoneum ad illud munus, pos-
sit valide audire con-
fessiones?*

NEAT Bonacina disp. 5. de Sacram.
quæst 7. punct. 4. § 1. num. 29. Qui
citatur etiam Suarium disp. 28. sect. 5.
num. 7. ver. Ex fortasse, & Reginaldum lib.
1. num. 197. Quia Concilium, duo videtur,
requirere, ut quis valide absoluat; nempe,
quod idoneus iudicetur, & approbationem
obtineat. Negant etiam Angelus Bossius
de Iubileio sect. 3. casu 2. §. 1. num. 3. pag mi-
bi 256. & Augustinus Barbola de potest E-
pisc. part. 2. alleg. 25. num. 19.

S:d

Sed probabilius Respondeo: Posse valide audiire Confessiones, & absoluere. Quia re vera idoneus est, & approbatus ab Episcopo, licet Episcopus paret, eum non esse idoneum. Sic Lugo, disp. 21. num. 25. pag. 503. Qui melius, (sicut & Bossius) citat Scarium, loc. cit. pro hac sententia, quā Bonacina pro sua. Imo meo videri, idem sentire videtur Bossius loc. cit. 6. 4. nn. 142. pag. 280, (licet sibi contrarius) ubi constanter, contra Petrum de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 5 pun. 3. dub. 4. Medinam, & Layman; affirmant cum Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 22. num. 25. & Basilio lib. 5. de matrim. cap. 19. num. 14. Valere Confessionem factam Sacerdoti, cui Episcopus facultatem audiendi Confessiones hæc concessit; nempe, solis externis verbis, absque vera intentione: & etiam valere, casu, quo Episcopus, videat Sacerdotem non approbatum audire confessionem secularis, & tacens, re vera non consentiat, nec det licentiam. Sic ille, & bene, sed non consequenter.

QUÆSTIO LXXV.

An Religiosus, qui obtinuit licentiam ab Episcopo audiendi Confessiones; possit eas sine licentia sui Prælati, valide exciperet?

NEGLANT Angel. Verb. Confessor. 3. §. 4. & alij Neoterici, apud Diana 1. par tract. 11. resol. 13. Rodriguez tom. 1. quæst. 60. art. 3. & Bossius de Jubileio sect. 3. casu 2. § 5. num. 185. Qui refert Nauarum, in man. cap. 4. num. 6. Siluestri, Lopezium, Contradam, Enriquez, Fagundez, & alios.

Sed probabilius Respondeo: Posse valide. Quia talis Sacerdos, verè habet potestatem Ordinis, & iurisdictionis. Sic Pitiglian. Nuñus, Salas, Angles, Ioan. de Cruce, Homobonus, & Villalob. quos omnes citat, & sequitur Diana 1. par. tract. 11. resol. 13. & in add. in fine 3. par. resol. 7.

Sed ex his Doctoribus, quos Diana refert, oppositum tenet expresse Ioan. de la Cruz, de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 2. concl. 1. Loquendo de Religiosis Ordinis Prædicatorum. Hic tamen, bene aduertit Diana, dictum Confessarium in eo casu, non posse absoluere pœnitentem ab illis casibus, aquibus absoluere possunt virtute priuilegiorum sui ordinis; cum non habeat licentiam audiendi Confessiones à Prælatis Religionū.

Sic etiam tenet ante hos DD. Adriah. quæst. 1. de Confessione, dub. 1. vers. sed circa hoc. fol. mbi. 266. Trullench cap. 6. cit. num. 8. & Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 19. Grassius 1. par. lib. 1. cap. 13. n. m. 28. Miranda tom. 1. Man. Præl. quæst. 45. art. 12. Zerola in praxi pœnit. cap. 16. q. 6. Lezana in sum. qq. regul. cap. 19. num. 12. & communis apud Recentiores.

Nec oppositum docet Nauar. cap. 4. cit. n. 6. (alias 2.) sed potius nostram sententiam per hæc verba: At in secundo casu, nempe, quando non sunt nisi venialia peccata &c. non potest licite absoluere, quamvis valeat absolutio secundum doctrinam illam Palud. in 4. dist. 17. quæst. 3. à S. Anton. 3. part. tit. 17. cap. 17. Angelo in Verb. Confessio §. 4. & alijs receptam, nempe Religiosum non posse audire confessionem aliquam, nisi ad hoc à Prælato suo fuerit tanquam idoneus expositus: etiam si pœnitens alias, ex priuilegio Sum. Pontificis possit quemcumque Sacerdotem, sive secularis, sive regularem, eligere; eo quod Religiosus non habet velle, aut nolle, cap. Null. cap. Quorundam. De Elect. in 6. Quod sane, iudicio meo, de illo Religioso debet intelligi, cui alieno statuto sua Religionis, vel imperio sui superioris, est negata facultas audiendi confessiones, non autem de aliis. Tum quia nullus textus, aut ratio reperitur, quæ opinionem Paludani, contra illos fundare valeat. Tum, quia Religiosus in multis habet velle, & nolle iuxta D. Thomam receptum 2. 2. quæst. 10. 104. art. 5. & Dominic. in d.c. Quorundam. Tum denique, quia audire confessiones est opus charitatis, & quemadmodum Religiosus, absque alia superioris facultate, dummodi sibi præceptis non desit, neque prohibita transgrediatur, potest componere pacem inter duos sibi inimicos, & consulere bene ipsi consulenti, a fortiori poterit componere pacem inter Deum, & proximum, ut saluetur. Sic meus Nauar. Qui clare stat promobis.

QUÆSTIO LXVI.

An Saltem, peccet mortaliter Religiosus, qui absque licentia sui Prælati, Confessiones, excipit?

AFFIRMANT Peregrinus ad suas constitutio. 1. par. cap. 5. §. 5. Bossius, de Jubileio sect. 3. casu 2. §. 5. n. 178. Vbi sic ait: Religiosus, qui in consulto, & iunctio suo Prælato, tales confessiones audi-

ret, grauiter peccaret, & posset ab eodē Prælato puniri; ut expresse docent Sotus, Graffius, Enriquez. *ll. cit.* Tamburinus, *num. 3.* Sic ille, His addi possunt, Angles *in 4. q.* de Confessio. art. 8. diff. 8. & alij, apud Dia-
nam loc. *cit.*

Sed probabilius Respondeo: Non pecca-
re mortaliter ex se; nisi alias, constitutiones
sue Religionis ad mortale obligent. Sic
Molfessius, & Mégala, quos citat, & sequit-
ur Diana *resol. 13. citata*, & ante ipsos, Na-
narrus, loco nuper citato. Cano, *relect. de*
pœnit. par. 5. & alij.

QVÆSTIO LXXVII.

An Religiosus, ab Ordinario approbatus, sed
suspensus à Prælato Religionis, possit
eligi per Bullam ad Confessio-
nnes audiendas?

NEGANT Enríquez, *lib. 6. cap. 6. nn.*
6. & cap. 18. num. 6. Siluest. *Verb.*
Confessor. 2. §. 2. Rodriguez *in ad-*
ditio ad §. 9. nn. 7. & 8. & tom. 1. qq. regul.
quæst. 60. ar. 2. Medina, Angel, Ledesma, &
Alexand. quos citat, & sequitur Fagundez,
prac. 2. lib. 7. cap. 2. num. 32. Ioan. de Cru-
ce, *lib. 2. de statu Religionis cap. 6. dub. 2.*
Bossius *de Jubil. loc. cit. n. 198.* Qui pro hac
parte, citat vltra aliquos ex citatis Doctori-
bus, Doctissimum Nauarr. *in man. cap. 4. n.*
6. Lopezium *in suo instrutorio cap. 26.* Ve-
gam *1. par. sum. cap. 26. casu 26.* Sed ex
hijs Doctoribus, saltim Nauarr. *in opposi-*
tum inclinat num. 6. citato.

Sed probabilius Respondeo: Posse eligi.
Qui avere eligeretur Confessarius, approba-
tus semel ab Episcopo, quod sufficere, ex
dictis constat. Sic Nauar. *cap. 4. num. 6.*
(alias 2.) Petrus de Ledesma *in sum. cap. 13*
de pœnit. dub. 12. Acosta *in ex possitio. Bu-*
lla quæst. 41. Diana *1. par. tract. 11. resol.*
13. & 5 par. tract. 12. resol. 49. Villalob^z
1. par. tract. 9. diff. 50. num. 4. Ludouicus
à Cruce *disp. 1. cap. 2. dub. 16. num. 5.* Aegidius
Trullench, *lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 6. n.*
7. & alij. Verum est, quod in tali casu pec-
caret talis Religiosus mortaliter, vel ve-
nialiter, iuxta qualitatem præcepti,
aut prohibitionis, ut notant
Diana, & Trullench.

(§)

QVÆSTIO LXXVIII.

An Dicitus Religiosus, ab Episcopo appro-
batus, sed à sue Prælato suspensus, pos-
sit, etiam absque Bulla, eligi à sae-
cularibus in Confessa-
rium?

NEGBVNT, a fortiori, Enríquez,
Siluester, Rodriguez, & Fagundez,
& alij nuper citati. Negant etiam,
expresse Bossius *de Jubileo. sect. 3.*
casu 2. §. 5. num. 181. Qui vltra Doctores
citatos, citat etiam pro se Nauarrū, *cap. 4.*
num. 6. & cap. 27. num. 64. Ioan. de Cruce
lib. 2. de statu Relig. cap. 6. dub. 2. concl. 2.
Tambutinum, Lezanum, & alios. Ludouicus
de S. Iuan quæst. 6. *de pœnit. art. 3. dub. 7.*
pag. 457. & penes ipsum, Medina, Siluester,
& Mancius.

Sed æque probabilius Respondeo. Posse.
Quia dictus Religiosus, vere est approbatus
ab Episcopo, & retinet semper Iurisdictionem
in sæculares. Sic Nauar, Acosta, Diana,
& alij citati.

QVÆSTIO LXXIX.

An In ijs casibus (in quibus opiniones cir-
ca Iurisdictionem Confessarij versantur)
peccet mortaliter Sacerdos, sequendo
opinionem minus probabilem,
minus que tutam?

AFIRMANT peccare mort: non
contra reuerentiam Sacramenti, sed
contra charitatem, vel iustitiam, ob
periculum grauis derimenti, forte pœni-
tentia secuturi; Sancius, *in selectis. disp.*
44. nn. 19. 20. 21. 22. & 23. & Peregrinus
apud Dianam *3. par. tract. de dubijs regul.*
resol. 3.

Sed probabilius Respondeo: Non pecca-
re. Quia Ecclesia, stante opinione probabi-
li, confert iurisdictionem Sacerdoti, ut infra
q. 99. Sic Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 9. n. 35.*
Villalobos, *tom. 1. tract. 1. diff. 13. num. 5.*
Vazquez, *1. 2. tom. 2. disp. 156. num. 27;*
Salas, *de legib. disp. 12. sect. 6. num. 24.*

Bonacina *disp. 5. §. 4. num. 5. q. 7.*Diana, *loc. cit. & 2. par. tr.**13. resol. 2. & alij.*

(§)

QUÆSTIO LXXXI.

An. Vi Approbatio sit valida, debeat dari gratis & inscriptis?

RESPONDEO: Negative. Quia, ille loquendi modus Tridentini, quæ gratis detur; tantum dicit præceptum, non vero conditionem, sine qua non valeat approbatio; erit ergo ex suo genere, peccatum mortale, dare approbationē proprietio accepto; licet veniale esse possit, si parum detur pro illa. Ex quo constat, multo minus requiri ad valorem approbationis, quod detur in scriptis, cū id à Concilio nullo modo exigatur, & ita sufficit, quod in voce habeatur, licet consultius, sit eam in scriptis recipere, vt certius de illa constet. Sic Suarez, disp. 28. sect. 5. num. 10. Fagund. loc. cit. num. 60. & 66. Lugo, disp. 21. num. 26. & Bossius, de Iubil. sect. 3. casu 2. §. 2. num. 13. & 14. & apud illum Graffius, Barbosa, & communis.

QUÆSTIO LXXXII.

An Episcopus tenetur approbare Sacerdotes, tam sacerulares, quam Regulares ad Confessiones audiendas, si dignos eos inuenierit?

RESPONDEO: Teneri. Quid, supposito, quod eos ad examen admiserit, illa approbatio, non est actus gratiæ, sed iustitiae; Ergo dicti Sacerdotes habent ius, in re acquisitum, ad illam; Ergo iniuste illis denegabitur. Sic Egid. disp. 8. dub. 7. num. 49. Fagund. lib. 7. cit. cap. 2. num. 4. Lugo, disp. 21. num. 49. pag. 508. Layman, lib. 5. tom. 6. cap. 11. num. 3. Bossius de Iubileio sect. 3. casu 2. §. 1. nu. 15. & 27. pag. mihi. 258. Per hæc verba: Ex iustitia tenentur Episcopi Sacerdotibus, tam sacerularibus, quæ regularibus, quos dignos, & idoneos inuenient, prædictam approbationem non negare sine iusta causa, & grauiter peccant sine iusta causa negando, & multo magis legitime data reuocando, absque superueniente causa. Sic ille, & apud ipsum etiam Suarez disp. 28. sect. 5. n. 13. Filliuc. par. 1. tract. 7. cap. 9. num. 257. & alij.

QUÆSTIO LXXXIII.

An. Si Sacerdotibus secularibus manifeste iniuste, exodio, vel malevolentia &c. denegetur licentia: maneant, eo ipso, ad Confessiones excepientias approbatis?

AFIRMANT aliqui, quos suppresso nomine, refert Fagundez p. 2. lib. 7. cap. 2. num. 58. pag. 494. Quod probabile reputat Bossius, ubi infra. Qui a consensu debitus, & iniuste negatus, pro causa censetur in iure cap. licet. de Regularibus.

Sed longe multò probabilius, imo ferè, vt certum, Respondeo: Non manere approbato. Quia ex Tridentino Concilio s. f. 23. cap. 15. nemo approbatus censetur, nisi in re ab Episcopo approbationem obtineat. Sic Suarez, disp. 28. sect. 5. num. 6. Fagundez, loc. cit. Trullench. cap. 1. cit. dub. 8. num. 1. Granado tract. 10. disp. 5. sect. 1. num. 6. Lugo, loc. cit. num. 50. & Bossius de Iubileio sect. 3. casu 2. §. 1. num. 31. Floronus de cassib. reseruat. 1. par. cap. 4. §. 16. num. 1. Egidius, Filliuc. Barbosa, Tamburinus, & Valerus, apud ipsum, Torreblanca, lib. 14. p. 2. cap. 2. num. 22. & communis.

QUÆSTIO LXXXIV.

An. Si Episcopi, absque iusta causa, non admittant Regulares ad examen, vel post illud, iniuste denegent illis licentiam ad confessiones audiendas, maneant eo ipso, approbati, non obstante dispositione Concilij?

NEGANT Suarez disp. 28. sect. 5. n. 13. Vazquez quest. 93. art. 3. dub. 3. num. 2. Egidius disp. 8. dub. 7. num. 58. Filliucius tract. 7. num. 257. Reginald. tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. 192. Lugo disp. 21. num. 52. pag. 509. Barbosa in colect. tom. 3. par. 2. lib. 3. Clement. tit. 7. Clement. Dudum num. 8. Sylvius in additio. ad 3. par. quest. 8. art. 5. quest. 4. Pitigian. dist. 17. quest. unica. art. 4. dub. 4. Sancius disp. 48. d. num. 16. Moure par. 3. cap. 9. §. 8. num. 2. Trullench. in exppositio. Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dab. 8. Qui tamen male citat Stephanum Fagundez. pro hac parte

parte, cum oppositum expresse, late, & doctè defēdat, loco statim citando. Tenuit etiam Rodriguez *in explicatio*. Bulla §. 9. num. 32. Sed postea mutauit sententiam, vt infra Hinojosa *in suo directorio*. Verb. Confessarius pag. 100. & 102. Floronus *de casibus reseru*. 1. par cap. 14. §. 16. num. 2. Alcanius Tamburinus *de Iure Abbat.* tom. 2. disp. 6. quæst. 12. num. 6. Ioannes Valerius *Verb. Nullitas*. diff. 5. num. 2. (Dicens tamen, sententiam contrariam etiam esse probabilem) Torreblanca, *loco citato*. & alij.

Sed æquè probabiliter Respondeo: Manere, eo ipso, approbatos; posse què Confessiones audire. Quia sic habetur in extrauaganti. *Super Cathedram Bonifacij VIII.* & in Clementina. *Dudum de sepulturis.* Quod priuilegium adhuc vigeat post Concilium Tridentinum, vt docent Nauar. in man. cap. 27. num. 264. & 265. & Fagundez *præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 15.* & alij. Sic ipsi, & Enriquez *lib. 6. cap. 6. numer. 4.* Glōsa *in Clementina, Dudum*; cit. Vega lib. 1. casu 58. Rodriguez *in additio. ad Bullam.* §. 9. num. 30. & tom. 1. qq. Reg. quæst. 59. art. 2. & 10. Angel. Sotns, Graffius, Cenedo, Palatio, Siluest. & Alex. Quos omnes citat Fagundez, Cochier. *de Iurisdictio.* Ordin. *in exempt. par. 4. quæst. 77.* Layman, lib. 5 tract. 6. cap. 11. num. 4. Finellus, *de cassib. reseru. cap. 3. num. 3.* Miranda, in man. *Prælat. tom. 1. quæst. 4. art. 6.* Ioannes de Cruce, *in epitome lib. 2. cap. 6. dub. 1.* Villalobos, tom. 1. tract. 1. diff. 53. num. 3. Peirinus *de Religioso subdito tom. 1. quæst. 1. cap. 21.* §. 2. Quos omnes refert. (Sed nescio, an sequatur) Diana 3. par. tract. 2. resol. 24. Lopez *cap. 8. de Bulla. pag. mibi 822.* Bossius *loc. cit. num. 17.* & pud ipsum, Viualdus tit. 1. *de Absolutione*, num. 27. Ioannes Bapt. Lezana sum. qq. Reg. cap. 19. num. 3. & alij communiter.

QVÆSTIO LXXXIV.

An. Si Episcopi, absque iusta causa, approbent Regulares limitate; vt, ad annum (v.g.) ad viros, & non ad feminas; adhuc Oppidum, & non ad alium; maneant, eo ipso, absolute, & ilimitate approbatæ?

NE GANT Lugo disp. 21. num. 57. Qui & citat pro hac parte, Suarium disp. 28. sect. 7. nu. 19. Vazquium

quæst. 93. art. 3. dub. 5. num 4. Nauarrum cap. 4. num. 10. & 11. Fagundez dicto cap. 2. num. 1. & Diana 3. par. tract. 2. resol. 25. Sed non bene profecto; Nam in primis Vazquez, & Nauar. nihil babent ad propositionem, locis citatis, à Lugo. Deinde Suarez, Fagundez, & Diana, solum loquuntur, quando ex iusta causa Episcopi cum limitatione Regulares approbant de quo statim. Negat tamen Trullench lib. 1. §. 7. dub. 7. nu. 4. 13. & 17. & Torreblanca lib. 14. præt. cap. 3. num. 16. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Manere tunc absolute, & simpliciter, & absque villa limitatione approbatos. Quia (vt supra q. 79. est habitum) Episcopi, non possunt reprobare regulares, absque iusta causa; & si aliter fecerint, eo ipso, manent approbati absolute ad Confessiones audiendas. Ergo nec poterunt limitare eorum iurisdictionem, ad annum, viros &c. absque iusta causa; alias, eo ipso, manebunt approbati: patet consequentia; quia eadem est ratio de toto ad totum, ac de parte ad partem. Sic Doctores citati pro nostra sententia quæst. præcedenti. Imo eam videtur amplecti Diana loc. cit. & 4. par. tract. 4. resol. 200. Lezana in sum. qq. Regul. cap. 19. num. 9. & expresse Fagundez loc. cit. num. 16. & 17. pag. 483. Qui bene aduertit, tunc videri Episcopum iniuste limitare dictam licentiam, quando contra eamdem Religionem, Iurgia, & conuicti iaciat; si de Religiosis publice, aut secreto detrahatur; si Clericos sæculares, aut alios Religiosos, absolute, & sine limitatione approbat, & ex alijs similibus indicijs, quod etiam notarunt Rodriguez *in explicatio*. Bulla §. 9. dub. 1. num. 33 Villalobos tom 1. tract. 9. diff. 53. num. 2. Bossius *de Tripli Iubilei priuilegio sect. 3. casu. 2. §. 1.* num. 22. pag. mibi 260. per hæc verba Hinc Manuel dicto §. 9. n. 33. & Ioannes de Cruce dicto cap. 6. dub. 3. concl. 1. Infertur, quod si idem Episcopi ex malevolentia, & absque iusta causa, prædictis regularibus concederent approbationem ad tempus limitatum, vel ad beneplacitum; non tenerentur prædicti Religiosi, elapsi illo tempore, vel mortuo Episcopo, petere nouam approbationem. Quod probat Manuel; quia priuilegium Clementinæ in illo §. si vero concessum est regularibus ad refrenandam quorumdam Episcoporum duritatem, & ne ab ipsis Ordinariis locorum, iniuste molestarentur. Tunc autem censerentur ex malevolentia, vel duritie, & absque causa ne-

gare approbationem, vel illam limitate concedere; si erga omnes Religiosos, vel omnes regulares eiusdem Ordinis, indifferentes ita segerant. Ita Angelus Bossius.

QVÆSTIO LXXXVI;

An iusta, saltem, interueniente causa, possint Episcopi approbare Regulares cum limitatione, ad tempus, ad personas, ad locum &c?

NEGAT Enriquez lib. 6. cap. 6. nn. 5. & 6. Et apud Lugum, disp. 21. n. 56. Villalobos, Portel, & Vega. Sed huius Doctoris, non recte ab illo citantur, ut infra constabit.

Affirmant vero è contra, ipse Lugo, Fagundez, & Diana locis citatis, & alij apud ipsos, addentes; quod sufficiens causa sit, vel in sufficientia Regularium, vel suspicio in moribus, aut, ut maior experientia de illis, tractu temporis habeatur, aut defec-
tus dumtaxat ætatis &c.

Sed Probabilius Respondeo: Posse quidem, interueniente causa, Episcopos cum limitatione Regulares approbare: hanc tamen causam, non adesse, quando solum interuenit defectus ætatis, aut suspicio in moribus (nisi alias Episcopus speciale habeat causam tales defectus timendi) sed quando interuenit tantum insufficiencia, aut defectus scientiae. Ratio est. Quia approbatio, quam exigit Tridentinum loc. cit. solum est circa scientiam. Nam quoad mores, tamdiu, quis presumitur bonus; quamdui non presumitur malus. Ex quo colligitur, quod casu, quo Episcopus remittat regularem priuilegium ad examen, & Examinator dicat, se idoneum illum inuenisse; tunc etiā si Episcopus postea limitet licentiam, ut scilicet non audiatur mulieres vsque ad quadragesimum annum; vel non audiat Confessiones, nisi in tali loco, vel nisi per annum &c. Non est necesse seruare dictam limitationem. Sic Villalobos tom. I. tract. 9. diff. 53. num. 2. Viegat. 1. cap. 62. casu. 7. Lezana loc. cit. cap. 19. num. 8. & Miranda in man. tom. I. q. 45. num. 10. & alij doctissimi Salmanticenses. Et tenet nouissime Angelus Bossius

sect. 3. citata casu. 2. §. 4. num.

80. & 81. pag. mibi

276.

QVÆSTIO LXXXVI.

An Approbatio Sacerdotibus secularibus, absolute, & simpliciter ad tempus, vel in perpetuum, semel impensa; possit ab Episcopis, iusta aliqua ex causa, quamdiu durat, reuocari?

NEGANT Aliqui, apud Stephanum Fagundez præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 62. & negat ex parte Acosta in explicatio. Bull. a quaest. 4.

Affirmant vero è contra, Viuald. de Confessio. num. 27. Trullench, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7. num. 5. Ludouicus à Cruce disp. 1. cap. 2. dub. 12. & Hurtado disp. 10. diff. 19. Existimantes; etiam absque causa, posse ad nutum Episcoporum, licite, & valide reuocari.

Sed probabilius Respondeo: Non nosse quidem, absque iusta, causa reuocari. Posse tamen data causa, & probata. Prima pars, constat ex dictis. Quia huiusmodi approbatio, non est gratia, sed actus iustitiae; Ergo nequit reuocari iuste, sine iusta causa; & consequenter, nec valide. Quia cum sit sententia iudicis iniusta; non potest afferre ius, quod iam Confessarius habebat ex approbatione prius posita. Vnde si absque villa legitima causa reuocetur approbatio illius, potest nihilominus talis Sacerdos, post dictam reuocationem, sine causa factam, valide eligi in Confessarium ab haberte licentiam eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum. Secunda vero pars, etiam patet. Quia, data iusta, & rationabili causa, optime poterit ab Episcopo reuocari dicta approbatio; cum tunc non reuocetur, ob membrum eius voluntatem; sed propter nouam, justamque sententiam efficacem ad irritandam, cassandamque priorem. Sic Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 6. Suarez disp. 28. sect. 7. num. 7. Fagundez, loc. cit. & num. 34. Lugo disp. 21. num. 64. pag. 511. & in hanc partem inclinat Ægid. disp. 8. dub. 7. num. 59. & tenet etiam Diana 3. par. tract. 2. resol. 22. & apud ipsum, Portel, & Peirinus. Bossius loco cit. num. 164. Torreblanca loc. cit. num. 30. per hæc verba. Vnde Episcopus, non deberet semel datâ approbatione absoluta, postea sine causa reuocare; non praesupponit, sed legitime probata; nec quouis praetextrit, sed

sed ad ipsas confessiones pertinente; nec semel approbatum absolute, iterum examinare, ut docet Franc. Suarez vbi sup. disp. 28. Barbosa dict. alleg. 25. ex num. 43. Sic Torreblanca.

QVÆSTIO LXXXVII.

An Approbatio data ad beneplacitum, Sacerdotibus secularibus, possit licite, & valide, absque illa causa, reuocari?

AFFIRMANT Hurtado disp. 10. diff. 19. Ochagavia quest. 40. & alij. Quibus fauere videtur Bossius loc. cit. num. 163. & 164.

Sed probabilitas Respondeo: Posse quidem, licite, ex causa iusta, reuocari; valide vero, absque causa etiam. Quia data fuit talis licentia, cu[m] hac expressa limitatione, Ergo cœstante beneplacito approbantis, eo ipso, approbatio cessabit. Sic Fagundez, loc. cit. num. 63. Lugo disp. 21. num. 64. pag. 511. Suarez disp. 26. se et. 7. num. 7. Enriq. lib. 3. de pœnit. cap. 6 §. 6. Torreblanca lib. 14. practio. cap. 3. num. 10. & 11. Sic dicens: Et tales licentie ad beneplacitum concessæ, non requirunt causam, ut reuocentur, quia sufficiens est mutatio voluntatis: securus tamen licentie generales, quæ sine causa reuocari non possunt. Sic ille.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An Approbatio Regularibus, absolute concessa; possit licite ab Episcopis reuocari sine causa?

AFFIRMAT Hurtado loc. cit. per hæc verba; Addimus reuocationem approbationis, etiam Religiosorum, quantumvis sine rationabili causa, pro solo nutu Episcopi factam, esse validam, & licitam. Sic ille, & apud ipsum, Vazquez, & Ochagavia. Affirmant etiam, Luysius de pœnit. quest. 8. ar. 1. disp. 26. dub. 3. Sancius disp. 48. num. 23. & alij.

Sed probabilitas Respondeo: Non posse, ut constat ex dictis q. 33. Et ita tenent DD. ibidem, prout nostra sententia adducti, praepuc Diana 3. par. resol. 22. cit. & 4. par. tract. 4. resol. 200. (Vbi pro hac parte refert ex Barbosa, Gabanto, & Peijrino, duas decla-

rationes sacra Congregationis Episcopo- rum,) & alij apud ipsum Bossius loc. cit. nu. 164. Torreblanca loc. cit. & alij.

QVÆSTIO LXXXIX.

An Valide saltem sine causa reuocari possit?

AFFIRMANT etiam prædicti Doctores, & non nulli alij.

Sed probabilitas Respondeo: Nec valide posse; propter rationem supra assignatam. Et sic docent Suarez, Fagundez, Egidius, Lugo, Peijrinus, Portel, Diana, Bossius, Torreblanca ll., cc. Lezana. sum. qq. Regul. cap. 19. num. 9. & alij.

QVÆSTIO XC.

An Episcopus possit, etiam absque causa, reuocare approbationes Regularium, si dat æ fuerunt ad beneplacitum suum?

AFFIRMANT Lugo, disp. 21. num 63 pag. 511. & alij Doctores, quos sequitur Diana, 3. par. tract. 4. resol. 200. Sed certe non consequenter. Vide.

Probabilitas Respondeo: Non posse, absque iusta causa. Quia licentia, quæ Regularibus datur ab Episcopis ad Confessiones audiendas, non est propria licentia, sed approbatio personæ, quoad sufficientiam, & idoneitatem ad Confessiones excipiendas; qua supposita, statim Papa concedit illis facultatem, & iurisdictionem ad Sacramentum Pœnitentiarum ministrandum, ut patet ex Clement. Dudum. cit. Ergo necuit prædicta licentia, seu approbatio, ad libitum Episcopi reuocari. Sic Peijrinus super privileg. Minim. tom. 1. constitutio. 2. Sixti IV. §. 2. num. 44. Fagundez. loc. citato. num. 31. & 65. Trullench loc. cit. nu. 18. & Ludouicus à Cruce apud ipsum.

(§)

QVÆSTIO XCII.

An Nouis Episcopus, possit omnium Regularium licentias suscendere, & de novo illos, etiam sine rationabili causa, examinare?

AFEIRMANT absolute Suarez disp. 28. sect. 8. Nuñus in explicatio Crucis. §. 11. Pet. de Ledesma cap. 23. de penit. late, & mortuus Sancius in secessu dis. 48 per totam Hurtado dis. 19. diff. 19. Diana 3. par. tract. 2. resol. 27. & 4. par. tract. 4. resol. 200. Vbi afferuntur, pro hac parte, declarationes Cardinalem, & Mirandam, Ricciūm, Zarardum, Fagundez, Lezanam, Aldanum, & alios.

Negant vero absolute, Viraldus 1. par. de Absolutione folio mihi. 122. Vbi etiam adducit declarationem quamđā Cardinatū factam Anno 1587. (Quam se vidisse testatur,) continentem; semel approbatum Regularem, non teneri iterum examinari. Vbi etiam citat pro hac parte, Nauarrum, quam tenet cap. 27. num. 226. Vega, cap. 62. casu 8. Enriquez, lib. 6. cap. 6. Lopez, 2. par. infraest. Confess. cap. 8. de Bullafoli. mibi. 805. Rodriguez, in explicatio. Bulle. §. 9 & Ioannes de Cruce in epist. lib. 2. dub. 4. & alij.

Sed ego, nec absolute affirmando, nec absolute negando, sed media via incedendo Respondeo. Posse quidem, suspendere licentiam alicuius Sacerdotis Regularis, interueniente aliqua iusta, & rationabili causa, at Confessiones ipsas, pertinente; veluti, si Regularis confessor, illicite segerat in administratione Sacramentorum. Non tamen posse generaliter, causa non cognita, nec probata, reuocare, vel suspendere ad nutum, licentias omnium Regularium. Quia ad primum tantum, ratione officij, habet potestatem, non ad secundum, quod recte probant Doctores secunda sententia; sicut prius. primi Authores. Sic expresse Vazquez quest. 92. art. 3. dub. 5. num. 3. & 4. Villalobos, tom. 2. tract. 9. diff. 52. num. 5. Et dectus, & amicus Alfonsus de Carranza, in quondam confi. contra' Archiepiscopum Toletanum, & in favorem Regularium, editum, & alij.

QVÆSTIO XCII.

An. Qui ab Episcopo facultatem omnia Sacraamenta administrandi obtinuit, censetur approbatus ad Confessiones audiendas?

RESPONDEO: Affirmative. Quia verbo generali, omnia comprehenduntur. Sic Enriquez, lib. 11. cap. 3. num. 5. Sanchez, lib. 3. de matrim. disp. 35. num. 8. Reginald. lib. 1. num. 71. Fagundez, praec 2. lib. 7. cap. 2. num. 6. & alij.

QVÆSTIO XCIII.

An, Qui ab Episcopo licentiam in definitam ad administranda Sacraamenta obtinuit, possit administrare alia, prater Sacraamenta Pœnitentiae, & Eucharistie?

NEGLANT Enriquez, Sanchez, & Fagundez locis citatis. Vbi aiunt, quod si Episcopus in approbatione dicat: *Approbamus. N. ad administranda Sacraamenta in hac nostra Diœcesi*; tunc huiusmodi approbatio, solummodo intelligatur, circa Sacramentum Pœnitentiae, & Eucharistie.

Sed æque probabiliter, Respondeo: Posse omnia administrare Sacraamenta. Quia verbum indefinitum æquivalent generali, quo omnia comprehenduntur, iuxta cap. Si Romanorū. diff. 19. §. dicēdo, & nos late probavimus in expositione, ad caput. 42. nostræ propriæ Regulæ confirmata ab Inoc. III. anno Domini 1198. sub sanctis Patriarchis (sic eos vocat semel, ac iterum, Sanctissimus. Dominus. Noster. Urbanus Papa VIII.) Joanne de Matra, Sapientissimo Doctore Parise, & Felice de Valois, Anachoreta, nostri Sacri Ordinis Fundatoribus. Et postea (quia pene colapsa) reformata, & in pristinum statum redacta per Ven. Patrem nostrum Fr. Joannem à Conceptione, Clementis VIII. Authoritate, anno Domini 1599. Ex quo Constat, Primo, false dixisse Azorium 1. par lib. 13. cap. 11. col. mibi 1660. Nos, sub Sancti Agustini regula militare. Secundo, valde dormitasse Fr. Antoniū Daza in Chronica sui seraphici Ordinis. 4. p. lib. 4. cap. 2. fol. 172. dum, absque vīo prorsus fundamento, scripsit; nostri cœlestis Ordinis Reformatorem, fuisse Reuorēndiss. Patrem, Fr. Andreā de Velasco, Seraphici Religionis Religiosum

giosum. Si qui dem, postquam, Regia Philiippi III. autoritate, nostrū Discalceatorū Ordinem visitauit, in mortis articulo finaliter constitutus, proprio asseruit ore, se tam à Reformatoris officio effectiue abesse, vt in nostris, nec veniale adhuc peccatum, erroremive leuem, reformatione dignum inuenisset. Quo in mortis discriminē, omni a fortiori, exceptione teste maiori extante, miror valde quomodo, inter præfatos Seraphici Ordinis Patres, tantus increuerit error, vt adhuc nomine tenus non Reformatore appareti Reformatoris pietura permiserint laureare. Resipiscat obsecro, & deleant scripturam de hac re, & pieturam. Sed iam ad nostram responsonem redcuntes, illandoget Basilius Legion. lib. 5. de matrim. cap. 29. & extat quædam declaratio Cardinalis apud Farinacium pag. 275. vt notat Hurtado disp. 5. de matrim. diff. 11. num. 37. in editio. plantin. & dicit esse probabile. Tenuet etiam Reginal. loc. cit. Nam solum dicit, per illa verba, maxime significari Sacra menta Pœnitentia, & Eucharistia, tanquam præcipue necessitatis. Vbi haud obscure innuit, minus principaliter, etiam alia Sacra menta significari, & ideo, nec hæc à Bonacina d. sp. 5. quæst. 7. punct. 4. num. 5. excluduntur.

QVÆSTIO XCIV.

An Quis sufficienter censeatur approbatu s ad Confessiones audiendas per licen tiam tacitam Episcopi, aut (quod idem est,) per ratibabi tione m de præ sentis?

NE GANT Aliqui, quos suppresso nō minē, refert. Hurtado, disp. 10. diff. 5. & insinuat Suarez apud Coriolanum, quamvis in re contrarium dicat disp. 27. sect. 4. dub. 4. numer. 16. Negant tamen expresse, Tabiena, Verb. Absolutio. 1. num. 43. & Nuñus in additio. quæst. 8. art. 5. dub. 1. diff. 1. pag. 423. & dub. 2. pag. 439. & apud ipsum, Maior, Ga briel, D. Antoninus, Adrianus, & Enricus; & dicit, esse id commune, inter vniuersos Theologos, sic etiam Layman cap. 10. cit. num. 16. pag. mihi, 122. per hæc verba: Idem que, eadem tatione sentiendum est de præsum ptione confessus præsentis; que licet rationabilis sit, tamen nihil confert ad va lorem Sacramenti, si re ipsa consensus fig

no quo cumque declaratus, & consequenter iurisdictionis commissio defuit, sicuti bene explicat Medina quæst. 31. corol. 2. C. de Confess. Huc vsq. Layman.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Su fficienter censeri approbatum. Nam si Episcopus videns aliquem Sacerdotem non approbatum, audientem secularium Confessiones, ei non contradicit, cùm facile pos sit; tunc, eo silentio, illum sufficienter approbat. Quia, qui tacet, in his, quæ ad ipsum pertinet, & in quibus tenetur contradicere, consentire videtur ex reg. Iuris. 10. in. 6. Sic Suarez, Basilius, & Hurtado, locis citatis. Sanchez, lib. 3. de matrim. disp. 35. numer. 20. & 21. Enriquez, Silvester, Sotus, Becanus, Villalobos, Homobonus, Toletus, & Fagundez, quos citat, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 68. Coriolanus 1. par. sect. 2. artic. 10. pagina mihi 173. Bonacina loco citato: numer 13 San cius disp. 44. num. 3. Granados tract. 10. disp. 3. num. 5. Quibus addi possunt Bossius de Jubileo section 3. casu 2. 6. 4. num. 135. & apud ipsum, etiam Adrianus, Enricus (quos Nuñus pro se citat) Nanarrus, Ledesma, Barbosa, Floronius, & Layman lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 16. (Sed ex his male citatur à Bossio, Laymanus, vt ex nuper dictis constat.) Et alij. Vnde immerito dixit Didacus Nuñus, contrariam senten tiā, esse communem inter vniuersos Theo logos.

QVÆSTIO XCV.

An Sacerdos, qui solum cum dicta licen tia tacita, inciperet audire Con fessiones mortaliter peccaret?

RESPONDEO: Affirmative, etiam casu, quo speret Episcopum mox superuenturum, & approbaturum ipsius factum. Quia initio, invia lide confessionem incipit audire, cum iniuria pœnitentis, & ipsius Sacramenti, & usur pationis alienæ iurisdictionis. sic Egid. disp. 8. dub. 5. num. 36. & Diana, loco citato. & communis. (§)

QVÆSTIO XCVI.

*An Perdiætam ratibabitioem de præsen-
ti, maneat Sacerdos approbatus, non solum
ad audiendas illas Confessiones, quas
Episcopus videt; verum etiam,
ad omnes alias infu-
turum?*

RESPONDEO: Solum manere aprobatum ad illas confessiones dum taxat, quas Episcopus videt. Quia illa licentia, non est absoluta, sed limitata pro illo actu, & tempore. Ratio est. Quia si petteretur licentia; & approbatio ad illum tam tum actum, & illud tempus, & illa ab Episcopis concederetur, non censeretur ille Sacerdos simpliciter approbatus ad alios actus, ac pro inde, est tunc, ac si ad illud petteretur: Ergo &c. Sic Bossius loc. cit. & nu. 139. Enriquez lib. 6. cap. 13. num. 13. Fagundez, præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 71. & apud ipsum, Tolet. Sanchez loc. cit. num. 22. Bonac. disp. 5. citata. p. 4. §. 1. num. 14. & communis.

QVÆSTIO XCVII.

An Iurisdictio ad Confessiones audiendas, sufficienter conferatur per ratibabitioem futuram; hoc est, per hoc, quod Sacerdos crebat probabiliter, Episcopum ratibabiturum collatam absolutionem?

AFFIRMANT Raymund. tit. de pœnitent. & remissio §. 15. Hostiens. ibidem num. 14. Enricus in cap. omnis utriusque sex. num. 24. vers. 8. & Iacobus de Cochis, ibidem n. 116. Quos refert Sanchez loc. cit. num. 15. Ethanc sententiam esse probabilem, a seruisse Fillium tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 242. & a vnu Medinam, Ricard. Siluest. & D. Bonac. & refert Diana 3. par. tract. 4. resol. 68. vers. sciendum tamen est, quod est valde notandum. Sed revera, si attente legatur Filiius, hoc nullo modo dicit. Nam loco, à Diana citato, solum ait: esse probabile facultatem interpretatiuam, seu præsumptam, sufficere aliquando, etiam, si talis præsumptio non fundetur in aliquibus signis, quæ sufficienter indicent præsentem vo-

luntatem Superioris; vt in casu articuli mortis, & alijs similibus. Sed quid quid sit de hoc.

Certissime Respondeo: Negative. Quia ratihabitio de futuro, non est; sed erit post collatam absolutionem: Ergo non sufficit ad tribuendam iurisdictionem ad illam absolutionem. Confirmatur. Quia de substâlia huius Sacramenti est, quod eius Minister habet iurisdictionem actualē, iuxta Concil. Trident. loc. cit. Ergo absolutio data à Ministero, qui actualē iurisdictionem non habet, nulla omnino erit: Ergo à nullo praelato, etiam à Summo, ratificari, potest. Sic Paulud. Gabr. Capreol. D. Anton. Caiet. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 35. nu. 15. Siluest. verb. Confessor. 1. quæst. 6. Quem citat pro hac parte, & sequitur Fillius tract. 7. cap. 8. num. 207. & 208. Suarez disp. 26. sect. 1. num. 14. & disp. 27. sect. 4. Nauarrus, in Man. cap. 9. num. 6. & in cap. Placuit. num. 103. Enriquez, Egidius, Basil. Bonac. Diana, Coriol. & Hurtado, locis citatis. & Layman, tract. 6. cap. 10. num. 15.

QVÆSTIO XCVIII.

An Licentia, seu Iurisdictio, petita, & non obtenta, sufficiat ad validam absolutionem?

AFFIRMANT Aliqui, quos suppresso nomine, refert, Hurtado disp. 10. diff. 5.

Sed certissime Respondeo: Non sufficere per se, & secluso omni priuilegio. Quia sola petitio facultatis, non sufficit ad obtainendā iurisdictionem. Sic D. Thom. Alens. Sot. Victoria, Cano, & Ledesma, quos affert, & sequitur Suarez, disp. 27. sect. 4. num. 20. Hurtado, loc. cit. Nuño, quæst. 8. art. 5. dub' 2. pag. 439. & communis.

QVÆSTIO XCIX.

An Licentia ad Confessiones audiendas, metu, vi, vel dolo obtenta, det veram iurisdictionem?

NEGRANT Bartol. Bald. Imola, & alij, quos refert Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 13. & sequitur Hurtado, disp. 10. diff. 5. Affirmant vero è contraria, Sanchez loc. cit..

cit. & Egid. disp. 8. dub. 5. num. 39. & apud ipsum, Lessius cap. 17. dub. 5. & 6.

Sed ego probabilius Respondeo: Dare quidem veram iurisdictionem, si extorta fuerit licentia per vim, aut metum leuem; secus si per metum, aut vim grauem, aut cadentem in virum constantem. Quia probabilius est, iurisdictionem, metu graui extortam, in valide transferri: valde vero, metu intercedente leui. Sic conciliantur Doctores utriusque sententiae.

QVÆSTIO C.

An Episcopi, eo ipso, quod confiteatur alicui Sacerdoti, approbent illum, etiam ad omnes confessiones secularium audiendas?

AFFIRMATIVAM partem esse speculatue, non practice, probabilem, non nulli Authores ausi sunt defendere; eo quod plus sit factis aliquem, quam verbis, approbare, & eligere. Argum. l. Paulus respondit. *in fine, ff. rem rata haberi.*

Sed certissime Respondeo: Manere quidem approbatum: dum taxat tamen, ad confessionem Episcopi diligentis audiendam. Nam hoc solum conuincit argumentum factum. Sic Angel. *verb. confessio. 3. num. 8.* Et Bossius de Jubile *sect. 3. casu 2. §. 4. num. 97.* & omnes communiter.

QVÆSTIO CI.

An Titulus coloratus, & error populi communis, det Sacerdoti veram, ad confessiones audiendas, iurisdictionem?

NEGLIGANT Rosella, Siluest, Tabiena, Lopez, & alij apud Fagundez *præ 2 lib. 7. cap. 2. num. 75.* docentes: Non esse validam absolutionem sacramentalem collatam à Parocho, qui occulte titulum amiserat, quamvis communis errore, putetur, illum habere.

Sed probabilius longe Respondeo. Dare iurisdictionem; & consequenter validam esse absolutionem a tali Sacerdote collatam. Quia in tali casu, ob bonum commune, & favorem fidelium, Papa, vel Episcopus, tacite approbant talem Sacerdotem ad confessiones audiendas. Sic Caiet. Medina. Petrus Soto, Palatio, Angles, Enriquez, Aragon, Vega, Rodriguez, & alij, quos respon-

tur Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 22. nu. 13.* Egid. *disp. 8. dub. 3. num. 22.* Lessius *cap. 29. dub. 8.* Hurtado *disp. 10. diff. 6.* Fagundez *loc. cit. num. 75.* Bossius de Jubile *sect. 3. casu 2. §. 4. num. 144.* & apud ipsum, Basilius, Valerus, Barbosa, & alij communiter.

QVÆSTIO CII.

An Error communis, absque titulo, collato à legitimo Superiori, sit etiam sufficiens ad tribuendam iurisdictionem ad confessiones valide excipiendas?

NEGANT, apud Diana *3. par. tr. 4. re sol. 122.* Homobonus in exam. Eccles. *par. 1. tract. 5. cap. 3. quest. 20.* Reginald. *lib. 1. cap. 8. dub. 9. nu. 98.* Sanchez *loc. cit. quest. 5. num. 49. pag. mibi 270.* & Megala in *1. par. lib. 5. cap. 19. num. 12.* Bossius *loc. cit. num. 153. & 162.* & apud ipsum, Ioan. Valerus, Aug. Barbosa Ioan. Garcia, & alij infiniti fere, relati à Sanchez, & ideo docent: non esse validam confessionem factam cum Confessario, qui cum falsa licentia Ordinarij, aliorum confessiones exceptit; Quia talis est intrusus, & non habet titulum a legitimo Superiori.

Sed, & que probabilius, Respondeo: *Esse sufficientem ad tribuendam iurisdictionem.* Et ita valere confessionem factam, cum Confessario, qui falsa cum licentia, audiebat confessiones; aut cum Parocho, qui cum Bullis falsis, se pro Parocho gerebat, sed communis populi errore legitimus censebatur. Sic Molfessius *tom. 1. tract. 7. cap. 13. nu. 21.* Basilius *lib. 5. de matrim. cap. 20. num. 2.* & Sancius *disp. 44. num. 3.* quos citat, & sequitur Diana *loc. cit.* Morla in *emporio iuris tit. 11. quest. 2.* & plures alij apud Sanchez *nu. 48.*

QVÆSTIO CIII.

An Non solum error communis populi; verum etiam, opinio probabilis, tribuat iurisdictionem ad valide confessiones audiendas?

NEGLIGAT Nuño *quest. 8. art. 5. dub. 1. diff. 1. vers. Mibi tamen, pag. mibi 436.* Sancio vero, *pag. 280.* Sed probabilius Respondeo: Tribuere. Quia non minus potens est sapientum opinio, non error per se communis, ad dan-

dam iurisdictionem. In his ergo, & similibus casibus, Papa tacite confert iurisdictionem praeditis Sacerdotibus; ne confessiones cū illis, alias bona fide facte, sint invalidæ, in dispendum, & gravamen inimicorum. Sic Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 22. num. 65. Suarez disput. 26. sect. 6. numero 7. Enriquez lib. 5. cap. 14. num. 3. & 4. Basil: de Leon lib. 5. de matrim. cap. 19. num. 8. & cap. 20. num. 7. Egid. disp. 8. dub. 3. num. 22. & num. 47. Filliuc. tom. 1. tr. 7. n. 227. Reginald. lib. 1. num. 102. & 103. Villalobos tract. 1. diff. 13. num. 5. quos omnes citat, & sequitur Sancius disp. 44. num. 3. Hurtado disp. 10. diff. 6. Diana 2. part. tr. 13. resol. 2. & 3. par. tract. 2. resol. 3. & a-pud ipsum, Vazquez, Granados, Martinez, Malderus, & Salas, Bossius loc. cit. num. 150. & communis.

QUÆSTIO CIV.

An Sacerdos audiens confessiones, absque sufficienti scientia, mortaliter peccat?

REPONDEO; Affirmative; si id faciat extra casum necessitatis (quia in hoc, nullo modo veccabit; dummodo percipere posset facta pœnitentis, ut peccata; suū officiū exercere; & cōfessiones excipere.) Ratio autē nostræ respōsionis est. Quia audiens confessiones, sine requisita scientia, exponit se periculo, non rite, nec recte, administrandi Sacramentum Pœnitentia. Ex quo colligitur, quod non solum Prælatus eligens ineptū ad hoc officiū, mortaliter, regulariter peccet; verū etiā, & pœnitēs, nisi hic, talis sit, qui sua doctrina possit supplere ignorantiam confessarij. Sic Hurtado disp. 10. diff. 15. Bonacina disp. 5. quest. 7. pun. 4. §. 2. num. 5. & 6. Lugo disp. 21. num. 72. & 73. Layman lib. 5. tr. 6. cap. 13. num. 1. & pennes.

QUÆSTIO CV:

In Quibus casibus potest Confessor, absque sufficienti scientia, licite audire confessiones?

REPONDEO: Quod saltem in his quatuor. Primō, quando imminet periculum mortis, nec adest alius Confessor peritior. Secundo, quando audit Christianos, inter Saracenos, & in

fideles, Captiuos; ubi nō est copia doctioris cōfessarij. Tertio, quando qui constetur est vir doctus, aut qui non habet communiter nisi venialia, aut peccata, quibus confessor implicari non posse. Et quarto. Quando propter defectum aliorum Confessorum, est assignat à Prælato, pro Oppidis exiguis, & remotis, confessarius, aut Parochus. Quia cum propter exiguum stipendium, & penuria rerum, & pauperiem Incolarum, vix inueniatur homo, qui curam illam velit suscipere, licet possunt Prælati, Parochos in doctos præficere, ut sic illi homines omnitem dio prorsus non destituantur. Sic Suarez disp. 28. sect. 2. num. 6. Lugo loc. cit. num. 73. & 74. Coriolan. 1. par. sect. 2. art. 1. num. 25. Tolet. lib. 3. cap. 15. Hurtado loc. cit. & alij communiter.

QUÆSTIO CVI.

Quanta Scientia fit in Confessario necessaria?

REPONDEO: Quod tāta, ut discerneat reposit. Primō, An peccata, quæcō muniter patrātur, sint mortalia, vel Venialia; an sit vnū, vel multiplex. Secundo. Ut sciat, quæ peccata habeant annexā excommunicationē, vel reservationē. Quæ circūstātis mutēt speciem in peccatis cōmuniter occurētibꝫ (nā de alijs, etiā docti s̄epe dubitant) & quæ peccata obligant ad restitu tionem. Tertio. Ut saltem in confuso habeat notiam irregularitatum, suspensionum, & hui iusmodi. Verum tamen est, quod non est necessarium, ut hæc omnia in proprio habeat Cōfessarius, sed sat erit, si de difficultoribus sciat dubitare, ut possit ad doctiores recurre re; vel, maiori studio, adhibito de illis iudi ciū ferre. Sic D. Thō. in 4. diff. 17. & ibi D. Bonavent. Lugo loc. cit. n. 70. Nanar. cap. 4. num. 8. & 9. & diff. 6. de pœnit. cap. 1. §. Cauat. num. 21. Suarez disp. 28. sect. 2. Vazquez quæst. 93. art. 3. dub. 1. Hurtado loc. cit. Ochagavia tract. 2. quæst. 38. num. 2. Bonacina disp. 5. quæst. 7. pun. 4. §. 2. num. 7. & alij. (?)

QUÆS:

QVÆSTIO CVII:

An Ignorantia Confessarij suppleri possit, per hoc quod ipse, ante absolutionem, remittat pœnitentes, ut consu-lant viros doctos, circares, quas ignorat?

NEAT Ochagavia loc. cit. num. 3. pag. 241. Quia id esset nimis onero sum pœnitentibus. Negat etiam Casiet apud Hurtadum, casu, quo id esset Confessario frequenter necessarium; secus si es-set, in uno, aut altero casu. Negat tandem Hurtado disp. 10. diff. 15. Si confessarius sit debitus pœnitenti, ut Parochus; concedit vero, si liberaliter est concessus.

Ego vero Respondeo. Absolute posse suppleri in Confessario libero; imo & in Confessario proprio, casu quo, ob defectum aliorum peccatorum, sit assignatus Parochus, iuxta dicta q. 101. Quia in his casibus id non debet esse onerosum pœnitentibus, & alias Confessarius post consultationem, non indiget notitia illarum, quas ignorat, retum: Ergo eorum ignorantia, optime suppleri per consultationem potest.

QVÆSTIO CVIII:

An Sit necessaria tanta scientia in eo, qui iussus a suo Prælato, audit confessiones, quanta in eo, qui spontaneè ad id se obtulit?

NEANT D. Anton. 3. par. tit. 17. c. 16. §. 1. & apud ipsum, Paludanus, in 4. diff. 19. Durandus. Ocdinis Minorum, Albert & D. Thom. Silvest. etiam verb. confessor. 3. n. 14.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo, Tantam scientiam esse necessariam in primo, quam in secundo, formaliter loquendo. Quia uterque & qualiter obligatur precepto naturali scientia requisita. Sic Nauar. cap. 4. num. 9. & 10. Suarez disp. 28. sect. 2. num. 7. Vazquez, & Reginaldus, quos refert, & sequitur Hurtado disp. 10. diff. 15. Lugo disp. 21. num. 72. pag. 513. & communi-nis.

QVÆSTIO CIX.

An Confessarius, audito quolibet peccato, teneatur iudicare, an sit mortale, vel veniale?

RESPONDEO: Non teneri. Quia si non tenetur omnia peccata cognoscere (vt supra est habitum) minus tenebitur determinatum iudicium de omnibus facere. Sic Lugo loc. cit. num. 71. per hæc verba; *Hinc infero primo, non requiri quod confessarius de omnibus, quæ audit à pœnitente, iudicet an sint peccata grauia, vel leuia; imo neque an sint, vel non sint peccata, sed de omnibus, reliqua vero audiat, & intelligat, ac postea absoluat eum debita intentione.* Sic Lugo. Et ante illum, Nauar. cap. 4. num. 9. Silvester verb. Confessor. III. num. 13. Suarez disp. 28. sect. 2. Vazquez quest. 93. art. 3. dub. 1. Bonacina disp. 5. quest. 7. punct. 4. §. 2. num. 12. Hurtado loc. cit. Reginaldus lib. I. num. 147. versu. Itaque, & alij.

QVÆSTIO CX.

An Casu, quo non inueniatur Confessarius idoneus scientia, & conscientia; tutius sit confiteri habenti conscientiam, quam scientiam?

AFFIRMANT aliqui, quos, suppresso nomine, refert, & sequitur Fabius in suo scrutinio Sacerdot. part. 2. pag. mibi 495. alias fol. 85.

Sed probabilius Respondeo. Tutius esse confiteri habenti scientiam, quam conscientiam; Quia illa, nō hæc, est necessaria, vel ad validam, vel (ad minus) ad rectam administrationem Sacramenti, vt nuper est habitum. Sic aliqui Authores apud eundem Fabium.

QVÆSTIO CXI.

An Quando Confessarius de aliquo dubitat; ut, an sit in ponenda restitutio, aut prohiben-dus contractus dubius, &c. Posset ab-solucionem detinere quo usque doctos, vel libros con-sulat?

AFFIRMANT Hurtad. disp. 10. diff. 15. & alij. Sed clarius Respondeo: Posse qui-dem;

dem, sed non teneri. Quia potest Confessarius (imo, & aliquando debet) absoluere pœnitentem ei imponendo, quod consulat peritos, & faciat, quidquid faciendum ei per ipsos fuerit declaratum, circa illud dubium. Sic Angel. verb. confessio. 4. num. 4. Lugo loc. cit. & alij.

QVÆSTIO CXII:

An Bonitas Confessarij ad validam administrationem Sacramenti Pœnitentiae requiratur?

AFFIRMANT hæretici nostri temporis. Sed de fide Respondeo: Non requiri. Quia potestas administrandi Sacra menta, non amittitur per peccatum mortale, cùm semper permaneat in Ministro Character indelebilis, per quem talis potestas illi confertur. Sic habetur, de consecratio. diff. 4. cap. Romanus Pontifex, & in Tridentino, sess. 7. de Baptismo cap. 11. & can. 4. & sess. 7. de Sacram. can. 12. & docent omnes Doctores.

QVÆSTIO CXIII:

An Confessarius peccet mortaliter, si hoc Sacramentum, in mortali existens, administraret?

NEGLANT alii qui apud Nauarum, & pœnit. diff. 6. cap. 1. §. Sacerdos. num. 10 fol. mibi 339 alias 201. & apud Ludouicum de San Juan q. 5. de Sacr. ingen. art. 1. dub. 1. concl. 1. Vbi dicunt: esse opinionem plurium Recentiorum, quos inde ex parte sequitur, ut vidi mas tr. 1. de Sacram in communis, disp. 4. quest. 8. Sed certissime, Respondeo: Affirmatio: Quia Ministri Sacramentorum debent conformari Christo Domino, cuius sunt Ministri, iuxta illud Gen. 19. Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum. Sic docent Nauar. loc. cit. licet fateatur argumenta pro contraria parte urgere. & in Man. cap. 22. num. 3. S. Thom. quest 64. art. 6. Caiet. ibident Enri quez lib. 1. cap. 29 num. 2. Suarez tom. 3. disp. 16. Reginaldus lib. 1. num. 161. Sayrus de pœnit. cap. 26. num. 3. Fillius tract. 7. cap. 9. quest. 8. & communis. Legatur. quest. 8. citata.

QVÆSTIO CXIV.

An Confessarius existens in mortali, peccet. mort. administrando hoc Sacramentum pœnitenti, in extrema, aut graui necessitate, existent?

AFFIRMANT Caiet. quest. 64. art. 6. Nauar. cap. 22. num. 3. Victoria q. 29. de Sacram. Barthol. ab Angelo de Sacram. § 41. Quos omnes citat, & sequitur Bonacina de Sacram. disp. 1. quest. 3. punct. 2. §. 1. num. 11. Angles quest. ultim. de Sacram. Ministro, ar. 5 post. 2. concl. Suarez disp. 28. se ct. 1. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare; casu, quo necessitas, infirmi, non relinquit tempus Confessario, ut saltē moraliter possit, se ad iustificationem præparari. Quia in hoc casu, iam cessat irreuerentia Sacramenti per aduentum necessitatis proximi, ad quam succurrentia instituta fuerunt Sacra menta. Sic Egidius de Sacram. quest. 64. art. 6. dub. 1. Hurtado disp. 4. de Sacr. diff. 9. dicens: Omnes debere in hac responsione conuenire; Quod verum crederem, si omnes nostrum casum admitterent, de quo statim. Sic tenet etiam Lugo disp. 8. de Sacram. ingen. num. 151. & de pœnit. disp. 21. num. 69. pag. 512.

QVÆSTIO CXV:

An Dabilis fit necessitas ministrandi Sacramentum Pœnitentiae, que excusset Ministrum, illud administrantem, in mortalitate?

NEGLANT Angles, & Suarez loc. cit. Quia contrito (inquieto) brevissimo tempore haber i potest. ergo facilemente potest coniungic cum forma absolutionis. ergo, &c.

Sed probabilius Respondeo: Esse dabile: Quia instanti extrema necessitate infirmi, ne moriatur sine absolutione, facile contingere potest, ut Confessor conetur ad contritionem habendam, & quod ob temporis angustias, eam non eliciat, aut saltem, sibi non persuadeat, elicuisse. Quia licet ad elicendam contritionem per se, non requiratur mora temporis; tamen ad eam excitandam, non semel opus est considerationibus, que in momento fieri nequeunt. Sic Egidius, Hurtado, & Lugo loc. cit.

QVÆS-

QVÆSTIO CXVI.

An Si Confessarius existens in mortali incipiat audire Confessionem; peccet mortaliter si antequam absolutus, elicit contritionem?

AFFIRMATIVAM sententiam tenere Posseuinum de offic. curati. cap. 5. num. 41. aiunt Diana 1. par. tract. 7. resol. 47. & Lugo de Sacram. in genere disp. 3. num. 157. Sed uterque male. Nam loquendo de Sacramentis in communi, solum dicit: Tum esse habere contritionem, ante eorum administrationem. Loquendo vero de Sacramento Pœnitentia: iustificare habere contritionem antequam detur absolutione. Docet tamen illi (licet non omnino absolute) Suarez tom. 4. in. 3. par. disp. 28. sect. 1. nu. 3. dicens, ex genere suo esse mortale, licet in individuo iuricandum sit, iuxta circumstantias, & materiam gravitatem. Nam si quis (verba sunt Suarez) aliqua necessitate compulsus inciperet in eo statu confessionem audire, bona fide, & animo habendi contritionem, quam primum possit, antequam absoluatur; & in hoc, postea moralem diligentiam adhibeat, facile credo posse excusari, saltem à culpa mortali. Sic ille. Unde clarius, & absolute tenent hanc sententiam Ludouicus de Ponte tom. 4. de Christiana perfectione tract. 5. cap. 3. & Coriolanus de casib. reservatis 1. par. sect. 2. art. 1. num. 21.

Sed probabilitus Respondeo: Non peccare mortaliter, audiendo etiam totam confessio nem in peccato; dummodo habeat propositionem pœnitendi, ante quam verba absolutionis proferat. Quia satis est Confessario, quod sit in gratia, quādō operatur gratiam; Sed non operatur gratiam, dum audit peccata; sed dum verba absolutionis profert: ergo. Sic Enriquez lib. 6. cap. 18. num. 6. in Glossa. lit. V. Lugo loc. cit. & disp. 21. de pœnit. n. 69. pag. 512. Dianaloc. cit. & Angles loc. cit. post. 2. conclusionem;

QVÆSTIO CXVII.

An Saltem Confessarius existens in mortali peccet mortaliter, si antequam elicit contritionem imponat pœnitenti pœnitentiam Sacramentalem?

NEGLAT Lugo, ut constat ex doctrina, quam tradit disput. 8. de Sacram. in genere num. 160. pag.

151. & disp. 25. de pœnit. num. 2. pag.

574:

Sed probabilitus Respondeo: Peccare mort. Quia dum Confessarius imponit pœnitentiam Sacramentalem, iam incipit proferre sententiam; agere, ut iudex, & ponere partem aliquam Sacramenti; ergo. Sic à fortiori docebunt DD. pro prima sententia, nuper adducti; & debent omnes, qui afferunt satisfactionem Sacramentalem, quando implentur, operari augmentum gratiæ habitualis; ex opere operato, ut notat Lugo loc. cit. per hæc verba. Et quidem, sivera esset sententia, quæ docet pœnitentiam, seu satisfactionem, etiam Sacramentalem, operari, ex opere operato, non solum remissionem pœnae temporalis, sed etiam augmentum gratiæ habitualis; consequenter dicetem, illa verba Sacerdotis imponentis pœnitentiam concurrere ad conficiendum Sacramentum in ratione sanctificantis, & producentis gratiæ, atque ideo requirere in Ministro statum gratiæ, ut debite proferantur, nec posse, absque gravi culpa, proferri in statu peccati. Sic Lugo.

QVÆSTIO CXVIII.

An Confessarius, qui nescit, nec dubitat, se esse in mortali; sed tamen ei non constat esse absque illo; teneatur elicere contritionem, antequam absolutionem à peccatis impedit?

AFFIRMATIVAM partem amplecti videtur Fabius tract. 4. 2. partis pag. mibi, 496.

Sed probabilitus Respondeo: Negative; Quia tunc solum ad id tenetur, quando certam conscientiam, vel saltem dubiam, possit de peccato mortali habet. Sic Possevius cap. 5. nu. 40. alias 56. & Angles quest. 2. de Euchar. ar. 4. concl. 2. fol. 96.

QVÆSTIO CXIX.

An Parochus teneatur confessiones subditorum audire, quoties ipsi confiteri voluerint.

NEGANT Ricard. in 4. dist. 18. ar. 2. quest. 2. Si uest. verb. confessor. 1. n. 14. Armilla verb. Absolucion. n. 28. Medina, C. de confessione quest. 37. & Reginaldus lib. 1. cap. 8. num. 81. exmittentes; Solum obligari ad Confessiones subditorum audiendas, quando ipsi tenentur confite-

ri, nempe, semel in anno, & in mortis pericu-
lo; & etiam (ad summum) quando confessio es-
set necessarium remedium pœnitentiæ, ad ali-
quod peccatum mortale vitandum.

Sed probabilius Respondeo: Teneri Paro-
chum audire subditos, non solum, quando ipsi
confiteri teherentur, sed etiam alias, quoties
id rationabiliter petunt. Sic Sot. Adrian. &
Nauar. quos citat, & sequitur Suarez *disp. 23. sect. 1. num. 3.* Vazquez *quest. 9. 3. art. 3.*
dub. 6. num. 3. Azor *1. par. lib. 2. cap. 17. q. 10.* Granad. *tr. 10. disp. 9. nu. 2.* Egid. *disp. 8. num. 129.* Bonacina de *Saram. disp. 5.*
quest. 7. punct. 4. § 2. num. 23. Nuñus *quest. 3. ar. 4. dub. 3.* Hurtado *disp. 10. diff. 20.* Lu-
go *disp. 22. a num. 2. pag. 514.* Late Sancius
in selectis disp. 47. num. 6. Qui & citat Ema-
nuel Sa. *verb. confessor. num. 14.* & V. Pa-
rochus, *num. 4.* Valentiam *tom. 4. disp. 7. q. 10. punct. 3.* Vinaldum *de confessio. nu. 22.*
Posseuinum *cap. 5. nu. 7.* Toletum *lib. 5. cap. 5. num. 7.* Reginaldum *lib. 20. num. 68.* Fil-
liicum *tract. 7. cap. 12. nu. 352.* & *tract. 4. nu. 266.* Coriolanum, Graffium, & alios,
Sed ex his, Reginald. non bene citatur à San-
cio, ut legenti patet.

QVÆSTIO CXXI.

An Peccet mortaliter Parochus, qui semel,
aut iterum denegat confessionem sub-
dito, rationabiliter illam
petentis?

AFFIRMAT Bonacina *loc. citato.*
Sed probabilius Respondeo: Non
peccare mortaliter; nisi alias grauis
causa vgeret; veluti, si subditus grauita-
tione, aut difficultate præmeretur; vel longum
iter aggredieretur; vel esset tēpus Iubi-
li. Sic Suarez, Nuñus, Lugo, & Sancius *lo-*
cis citatis.

QVÆSTIO CXXI.

An Parochus teneatur audire subditum,
quando illic prouidet de alio
apto, cui confiteri
possit?

AFFIRMAT Posseuinus *cap. 5. quest. 7.*
pag. mibi. 95. Loquendo de confessio-
ne in Paschate, aut morte; quia hanc,
(inquit) semper debet Parochus audire per
se ipsum; secus ait, dicendum de confessione ex
deuotione; quia hanc potest alteri cōmitte

re. Affirmat etiam ex parte, Sancius *loc. cit. n.*
13. dicens: Non adimplere suum munus Paro-
chum ferè nunquam audientem confessio-
nes, licet exhibeat Confessarios, qui illas ex-
cipiant.

Sed longe probabilius Respondeo: Non
teneri in casu, adhuc tempore mortis, aut
Paschatis, audire, per se ipsum, subditū; nisi
forte aliqua necessitas illi exigat, ut ab ip-
so Parocco audiatur. Quia, sicut extra illos
casus, prouidet Parochus sufficenter, suo
subdito, dando illi alium aptum; & bonum
Confessarium: sic in Paschate, aut morte cen-
sebitur sufficenter prouidere. Sic Suarez, &
Vazquez, quos citat, & sequitur Lugo *loc.*
cit. num. 3. pag. 514. Vbi ait, distinctionem
Polsenini (quam probabilem putat Diana *2. part. tract. 17. & 2. Miscel. resol. 2.*) non
habere fundamentum probabilitatis. Sic
etiam Granado *loc. cit. pag. mibi 1302.*

QVÆSTIO CXXII.

An Confessarius debeat præmittere aliquas
interrogationes, antequam pœnitens
incipiat sua peccata
confiteri?

AFFIRMANT Aliqui has existimantes;
debere confessarium præmittere in-
terrogationes; nempe; An diligens
examen fecerit; An impleuerit pœnitentiā;
An afferat dolorem, & propositum requisi-
tum; An debeat restitutionem pecunia, hono-
ris, vel famæ; An habeat eas reservatas; An
excommunicationē aliquā, & qualē. Sic Caiet.
in sum. verb. interrogations confessionis,
& Nauar. *cap. 10. nu. 2.* dicit, hoc consilium
olim sibi placuisse; sed iam valde damnosum
videri.

Vnde melius Respondeo. Non debere ne-
cessario præmittere dictas interrogations;
Quia vt in plurimum sunt inviles; cum ex
ipsa confessione cognosci possint. Erit tā-
men vtile, vt pœnitens ignotus, interroge-
tur initio, de tempore elapsō ab ultima con-
fessione: nam id multum iubat ad numerum
peccatorum postea melius percipien-
dum. Sic Nauar. *loc. cit. Lugo disp.*
32. num. 14. & Granado
loc. cit. num. 3.
& 4.

QVÆSTIO CXXIII.

QVÆSTIO CXXIII.

An Confessarius debet reservare in finem Confessionis, interrogaciones, monitiones, & reprobationes, si quæ sunt facienda?

AFFIRMANT communiter Summistiæ; ne, si interrupatur interrogationibus poenitens, terreatur, vel turbetur. Sed Respondeo: Id non esse in vniuersum melius. Quia (vt bene Lugo) plura memoria Confessarij excident, præsertim si Confessio longa sit. Quare, si aduertatur obligatio restituendi; si ignorantia culpabilis: atque etiam conscientia erronea, circa aliqua: vel quid simile: satius erit, suauiter eum successu adiubare. Quod idem magis expedit, circa numerum, species, circumstantias peccatorum, quæ dicit: Quæ omnia, si in finem reseruentur, confusione, & obliuionem plerumque afferunt Confessario. Sic Lugo loc. cit. num. 15. pag. 516. & benc. Villalobos, statim citandus, numero 5. & alij.

QVÆSTIO CXXIV.

An Quando Confessarius probabiliter cognoscit pœnitentem, ex obliuione, omittere aliquod mortale, quod fecit & teneatur illud in memoriam, ut contineatur, reuocaret?

NEGAT Medina, C. de Confessione, quæst. de Confessio. dimidiat. iter. Quod probabile esse, indicat Vazq. quæst. 93. art. 3. dub. 7. num. 2. & tenet Victoria num. 193. fol. mihi 154.

Sed, longe multo probabilius, imo certissime fere, Respondeo: Teneri, non solum in eo casu, sed etiam casu, quo Confessarius videat, poenitentem ex negligencia, vel ignorantia, omittere aliquod necessarium in confessione dicendum: aut si credat, illum, aliquod peccatum taciturum, nisi interrogat. Sic S. Thom. Siluest. Angel. Nauar. & Cano, quos citat, & sequitur Suarez disp. 32. seft. 3. num. 7. Vazquez loc. cit. Lugo loc. cit. à num. 17. Hurtado disp. 10. diff. 21. Ochagavia quæst. 41. Granado loc. cit. num. 4: in fine Villalobos tract. 9. diff. 69. num. 2. & apud ipsum, Barthol. de Ledesma, de pœnit. diff. 11. & communis.

QVÆSTIO CXXV.

An Confessarius, qui per inaduertentiam, aut obliuionem, omittit aliquam interrogationem necessariam, peccet, saltem venia literæ?

AFFIRMAT Diana 2. part. tract. 15. resol. 7. in fine. Vbi sic ait. Notandum est tamen, pro consolacione Confessiorum, quod omittere aliquam interrogationem necessariam per inaduertentiam, aut obliuionem, non erit peccatum mortale, vt ex Nauarro docet Banez, & Valerus in diff. & triusquefori. verb. iudeo diff. 6. num. 4. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Nec venialiter adhuc peccare. Quia etiam ad hoc parandum, requiritur aduertentia. Sic Angel. verb. interrogaciones. num. 1. Vbi sic ait; Dimittere autem interrogare ex inaduertentia, aut obliuione, non credo sit peccatum. Sic Angel. & Siluest. verb. Confessor. III. quæst. 14.

QVÆSTIO CXXVI.

An Quando pœnitens ex conscientia erronea credit aliquid esse mortale, quod non est; teneatur Confessarius hujusmodi ignorantiam à pœnitente auferre?

RESPONDEO: Teneri. Quia pœnitens ad Confessorem accedit, tanquam ad Doctorem, vt ab ipso instruatur: ergo infideliter agit, nisi instruat de re, quæ maximum detrimentum poenitenti affert. Sic Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 38. num. 2. & 4. Lugo disp. 22. num. 23. cum alijs. Qui bene similiter affirman, teneri Confessarium monere, ante absolutionem, poenitentem, qui ex ignorantia vincibili culpabili versatur in aliquo peccato mortali, quamvis ab illo nullam speret emendam. Quia, cum tunc poenitens peccet mortaliter, non potest absolvi. Sic etiam Suarez disp. 32 seft. 4. Vazquez quæst. 93. art. 3. dub. 9. Egidius disp. 8. dub. 17. Hurtado disp. 10. diff. 23. & omnes.

QUÆSTIO CXXVII.

An Confessarius teneatur auferre ignorantiam inuincibilem, à pœnitente versante, ex illa, in aliquo mortali; ut in usu matrimonij inualidi, existimati inuincibiliter validi?

RESENDEO: Teneri, si speretur emenda, & non timeatur etane aliquod damnum; secus si non speretur, & timeatur damnum graue. Sic Sanchez loc. cit. num. 6. & alij quam plures Authores apud ipsum. Villalobos etiam, tra^{ct}. 9. diff. 70. num. 3. 4. & 5. & apud ipsum, Nauarrus, Couarrub. Suarez, Corduba, & alij. Lugo loc. cit. num. 24. per hæc verba. Quando ignorantia est inuincibilis, siue sit facti, siue iuris humani, siue diuini, vel naturalis, debet caute procedere: nam si præuidet ignorantiam ablatam redūdere debere in nouum peccatum poenitentis, qui prosequetur faciens, cum peccato, quod prius licite faciebat, debet potius disimulare, dum non interrogatur: v. g. si videt poenitentem esse in coniugio cum impedimento irritante facto, non debet illud aperire, si ex hoc scandalum sequatur, & maius damnum poenitentis, cuius maius bonum procurare debet. *Et infra.* Item licet poenitens confiteatur peccatum commissum in isto coniugio v. g. contrahendo cum tali impedimentoo; si tamen non putet esse inualidum, non debet nullitatem aperire: sed absoluere a peccato commiso. Denique idem contineere potest, si ignoratia sit circa matrimonium nondum contractum, sed iam contrahendum, quod totum permittere potest Confessarius, quando ex manifestatione veritatis timet, quod prosequetur cum mala fide ad faciendum id, quod absque peccato nunc facit. Sic Lugo, & ante ipsum, Sanchez loco citato de quo late, & optime. Videatur.

QUÆSTIO CXXVIII.

An Quando mulier, cuius matrimonium est nullum, putans tamen inuincibiliter validum, non vult reddere debitum viro; possit Confessarius dicere absolutionem, & dire esse vxori, quod reddat?

NEGAT Sotus in 4. diff. 18. quest. 2. tra^{ct}. 4. ad 2. docens, non posse direc^te dicere, quod reddat: cum id sit

consulere fornicationem: sed debere dicere in genere, quod coniuges tenentur reddere debitum. Sic Sotus, & ex illo etiam Bonacina quest. 3. de matrim. puncto v^{er}to, num. 6. Quod idem in simili docet Hurtado disp. 10. diff. 23.

Sed probabilius Respondeo: Posse Confessarium absolute, & directe dicere uxori, quod reddat. Quia vere in eo statu, & cum tali bona fide, tenetur sub peccato reddere: Ergo. Sic Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 38. num. 8. & apud ipsum, Ledesma 2. part. 4. quest. 8. art. 4. dub. 10. Corduba in Sum. quest. 189. punct. 1. & Enriquez lib. 6. cap. 27. num. 5. Quibus addi possunt Egidius disp. 8. dub. 17. num. 139. Lugo disp. 22. num. 25. & Fillius tra^{ct}. 10. num. 98.

QUÆSTIO CXXIX.

An Confessarius teneatur auferre a pœnitente ignorantiam inuincibilem redundantem in detrimentum proximi; si ex sua monitione nullum speret profectum?

AFFIRMANT Adrian. Barthol. de Ledesma, Nuar. Couarrub. & Petr. Soto, quos refert Sanchez loc. cit. nu. 1. & 10.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri auferre; sed potius teneri tacere, quando probabiliter existimat suam monitionem non profuturam. Sic Sanchez loc. cit. ver hæc uerba. Si poenitens bona fide possidet primogenium, quod Confessarius nouit inuste possidere, & credit, nihil pro futuram monitionem, quia est difficillimum relinquere illud; vel videt, poenitentem teneri restituere, & ignorantia inuincibili excusari, monitumque non restitutur, tenetur tacere. Sic Sanchez. Qui bene addit, hæc omnia procedere, etiam si Confessarius credat libenter monitionem suscepturum sed videt remedium esse difficillimum; ut si scandalum, & infamia notabilis inde sequatur. Quod idem docent Suarez disp. 32. sect. 4. exemplum afferes de detrimento, quod filiis aduenire potest ex separatione matrimonij. Lugo disp. 22. num. 27. Enriquez lib. 6. cap. 27. num. 4. Gutierrez, & Medina, quos afferit, & sequitur Bonacina loc. cit. num. 7. pag. mibi 432. Villalobos loc. cit. num. 6. & alij DD. apud ipsos.

QUÆS-

QVÆSTIO CXXX.

An Si Coniux putat in dubio de valore matrimonij, interroget Confessarium de illo; teneatur Confessarius aperire veritatem, quamvis profutura non sit, nec emenda a pœnitente spezetur?

NEAT teneri Hurtado *disp. 10. diff. 23.* Quia id (inquit) potius erit nocivum pœnitenti, quam utilitas; ac proinde tunc, meliori modo, quo possit, est illi veritas dessimulanda. Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Teneri tunc veritatem aperire. Quia iam conscientia pœnitentis lata est illo dubio; & taciturnitatem Confessoris, prudenter posset pœnitens, in suum fauorem interpretari; & ita taciturnitas illa effet erroris approbatio, quæ nunquam licet. Sic Sanchez *loc. cit. num. 14.* & apud ipsum, Sot. Ledesma, Angles, Corduba, Enriquez, Aragon, Medina, Rodriguez, & Lopez; Suarez etiam dicta *secl. 4. Regid. disp. 8. dub. 17.* Lugo *disp. 22. num. 29.* Vazq. de pœnit. q. 9. 5. art. 3. dub. 9. num. 2. Reginald. Lazarus, Gutierrez, & Fillius. Quos citat, & sequitur Bonacina de *matrim. quæst. 3. punct. ultimo, num. 11.* Villalobos *loc. cit. num. 7.* & alij.

QVÆSTIO CXXXI.

An Si pœnitens v.g. Coniux, non cum dubio, sed ex scrupulo, interroget Confessarium de valore matrimonij; teneatur etiam Confessor aperire veritatem casu, quo profutura non sit?

NEABIT a fortiori Hurtado, & negant expresse Enriquez, & Corduba, quos citat, & sequitur Sanchez *loc. cit. num. 14. infine*, docentes, posse tunc Confessarium tacere, vel responderem, quod deponat scrupulum. Quia scrupulus non aufert bonam fidem, & ignorantiam invincibilem, quæ pœnitentem excusat, sicut aufert conscientia dubia.

Sed probabilius Respondeo: Teneri veritatem aperire. Quia, etiam si pœnitens ex scrupulo interroget, non potest Confessarius affirmare licitum, quod est illicitum; ergo non poterit tacere: quia taciturnitas Confessoris, proposita interrogacione, pruden-

ter potest pœnitens affirmationem interpretari; & ita Confessarij autoritate facaret, quod prius ex ignorantia faciebat; ergo. Sic Sotus, Angles, Aragon, B. de Ledesma, & Lopez apud Sanchez, quos etiam sequitur Lugo *loc. cit. num. 29.* Qui tamen bene addit; posse in eo casu Confessarium, fingere, se non audisse, vel non attendisse, vel oblitum fuisse respondere, ut sic remaneat pœnitens in eadem bona fide, quam prius habebat, non tamen ipsius autoritate confirmata.

QVÆSTIO CXXXII.

An Confessarius, siue proprius, vt est Parochus, siue delegatus, vt est Regularis (vel alius, qui non est proprius Pastor) teneatur sequi opinionem pœnitentis, contra propriam opinionem?

NEANT, quod debeat, aut teneatur sequi opinionem pœnitentis, contra propriam Confessarii delegatus, licet proprius debeat; Conradus, D. Anton. Angel. & Silvester, ut refert Sanchez *lib. 1. Sum. cap. 9. num. 27.* & nos supra *disp. 7. quæst. 57.* & 58.

Sed certissime Respondeo: Utrumq; Confessarium teneri semper opinionem probabilem pœnitentis sequi. Sic Sot. Suarez, Nuñio, Valentia, Azor. Montesinus, Moute, Egid. Basilius, & alij, quos citat, & sequitur Diana *2. part. tract. 13. resol. 11.* Sanchez *loc. cit. num. 28.* Hurtado *disp. 10. diff. 23.* & apud illum, Vazquez. Et Lorca, Lugo *disp. 22. num. 39.* Villalobos *tract. 1. diff. 12. num. 1.* & communis; ut (vbi supra) vidimus, & probauimus.

QVÆSTIO CXXXIII.

An Confessarius non proprius, teneatur sub mortali, ad se conformandum opinioni probabili pœnitentis?

NEANT Vazquez *1. 2. disp. 62. cap. 7. num. 40.* Montesinus *in 1. 2. tom. 1. disp. 29. quæst. 5. num. 159.* & Salinas *1. 2. quæst. 21. tract. 8. sect. 9.* & alij, quos citauimus, vbi supra *quæst. 58.* Quia existimant, solum teneri sub veniali ad se conformandum.

Sed probabilius Respondeo: Teneri sub mortali; nisi alias confessio fuisset de solis

vehislibus. Sic Sancius disp. 33. num. 54. Diana, & Hurtado loc. cit. Lugo (licet non ita clare) loc. cit. num. 48. pag. 522. & alij quos loc. cit. retulimus.

QVÆSTIO CXXXIV.

An Confessarius teneatur monere pœnitentem, quem in valide absoluere, de defectu absolutionis, ut iterum confiteatur?

NEGANT teneri Anton. Siluest. & Nauarr. apud Suarez disp. 32. sect. 6. num. 5. & Ioan. Valerus verb. pœnitentia. differ. 9. nu. 2. existimantes, in tali casu, nihil faciēdū esse à Confessario, nisi sui peccati (si quod patravit) Pœnitentiam agere, & relinquere poenitentem in bona fide, ut per contritionem, vel alias Confessiones, valide factas iustificetur. Fauet, ni fallor, huic sententiae Villalobos tr. 9. diff. 71. num. 2. cum solum dicat, in eo casu, posse Confessarium facere, ut poenitens iterū confiteatur. Non autem teneri; sed, posse.

Sed certissime Respondeo: Non solum posse, sed teneri Confessarium de defectu admonendum poenitentem, saltem quando id, sine graui damno proprio, vel alieno, aut sine scādalo fieri potest. Quia invniuersum, index, si male tulit sententiam, tenetur illam declarare, si commode potest: ergo. Sic Suarez loc. cit. num. 6. & apud ipsum, Ioan. de Medina, C. de Confessio. quæst. 39. de alio, sine licetia proprij, quem quam absoluente. Sot. d. 18. q. 4. art. 6. Corduba in Summ. quæst. 7. Nauarr. in cap. 1. de pœnit. dist. 6. num. 60. & Siluest. V. Confessor. 3. in principe. Vazquez quæst. 93. ar. 3. dub. 8. Aegid. disp. 8. dub. 17. Hurtado disp. 10. diff. 22. Diana 2. par. tract. 15. resol. 60. Lugo disp. 22. num. 57. & sequent. & Granado tract. 10. disp. 10. num. 5.

QVÆSTIO CXXXV.

An Si Confessarius, nequeat, sine graui damage, aut scandalo, monere pœnitentem de defectu, circa valorem Sacramenti commissio, ad id teneantur?

NEGANT omnes DD. pro vtraque sententia nuper citati. Quia obligatio, (inquit) admonendi poenitentem inqualida absolutionis; tantum est, ut poenit-

tens iterum confiteatur peccata illa, ut obtineat absolutionem ab illis; at hoc, non est tanti momenti, ut in casu graui damni, sit obligatio monendi poenitentem, nisi sit in articulo mortis, in quo credi potest, quod non sit iterum Confessurus; ergo. Sic illi, præcipe Suarez, Vazquez, & Hurtado, ll. cc.

Sed probabilius sub distinctione Respondeo: Teneri quidem Confessarium, etiam cum graui damno suo, aut alieno (dummodo non præponderet) monere poenitentem de defectu commisso, casu quo culpabiliter, & scienter illum commiserit: non vero casu, quo inculpabiliter hoc fecerit, nisi forte, quando subeset periculum damnationis poenitentis, ut si moreretur cum illa in valida absolutione. Sic Lugo disp. 22. num. 58. & sequent. qui docte, & late, id probat. Legatur.

QVÆSTIO CXXXVI.

An Fieri possit, ut Confessor moneat pœnitentem de dicto defectu, absque scandalo?

NEGAT Philippus Faber. in 4. d. 19. quæst. unica disp. 33. cap. 3. ut refert Diana, loc. cit. existimans, vix posse Confessarium, sine graui honoris, & famæ detimento, poenitentem moneare.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse quidem, non semel, sed saepius, hoc sine scandalo fieri; si Confessor prudens sit; ut habet Suarez, sic dicens. Si defectus fuit tantum ex parte Confessoris, non displicet medium illud, quod insinuant Anton. & Siluest. scilicet, ut procuret Confessor poenitentem iterum sibi confiteri de peccatis, post priorem Confessionem, omissis; & in ea confessione generaliter eum interroget, an de omnibus præcedentibus doleat, eaque, si necesse sit, quantum potest confiteatur; nam hoc satis est, ut noua absolutio cadat in totam illam superiorem materiam, quæ illo uno verbo sufficienter nunc explicatur huic persona, supposita distincta Confessione illi facta, quamvis inualida: Sic Suarez disp. 32. sect. 6. num. 6. & post illum, Diana loc. cit. part. 2. tract. 15. resol. 60. Hugo disp. 22. num. 54. pag. 523. & alij apud ipsos.

QVÆS-

QUÆSTIO CXXXVII.

An Confessarius teneatur monere pœnitentem, si illum positum obligavit a suo eum, quod non debebat; vel ad non restituendum, quod restituere tenebatur?

AFFIRMANT Silvest. Confessor. 37. q. 11. Gabriel diff. 15. quæst. 2. art. 3. dub. 5. Nauar. cap. 17. nu. 22. Angel, & Rosella, ut refert Suarez loc. cit. num. 8. Nuñus, & Zanard. quos affert Diana 2. part. tract. 16. resol. 1. docentes, Confessarium, non solum teneri ad corrigendum errorem, sed etiam ad restituendum, quod pœnitens restituere debebat, si eum non potest admone re aut simoneat tempore, quo iam restitue re non potest, cum prius potuisset.

Sed probabilius, iuxta dicta quæst. 131. Respondeo sic. Si Confessarius ex malitia, aut negligentia graui, & mortali, contra iustitiam, positiue consuluit, & dixit pœnitenti; *Debes, vel non debes restituere:* Tunc necessario debet admonere pœnitentem de errore, ut restituat, alioquin, si non admonet, vel si ad non ipsu, iam non possit restituere, cum prius posset; ipse Confessarius debet restituere, (si pœnitens alioquin non restituisset) nisi alias, inde prouenturum esset Confessario damnum adeo graue, ut præpondaret. Si vero Confessarius, consilium illud restituendi non debitum, aut non restituendi debitum, dedit, absque gravi culpa, tunc debet Confessarius, si commode potest admone re pœnitentem de errore commisso, alioquin ipse Confessarius tenebitur ad restitucionem; si vero non potest commode, excussabitur, nec tenebitur ad damna resartienda. Sic Suarez loc. cit. num. 9. Bonac. disp. 1. de restitutio. quæst. 2. punct. 11. num. 13. Filius Malerus, Egid. Rebelli, & alij, quos citat, & sequitur Diana 2. part. tract. 16. resol. 1. Hurtado disp. 10. diff. 22. & de iustitia disp. 5. diff. 5. & 10. Granado disp. 10. cit. n. 2. & optime, & late Lugo disp. 22. nu. 61. & sequent. Qui num. 64. Addit, Confessarium, qui, siue culpabiliter, siue inculpabiliter dictum errorem commiserit, satisfacere postea sua obligationi, si pœnitentem potentem adhuc restituere, doceat quid debet facere; nec ad aliquid teneri, licet ille non restituat. Sic ille, etante illum, Hurtado, & Suarez 11. cc.

(?)

QUÆSTIO CXXXVIII.

An Confessarius etiam teneatur admonendum pœnitentem, & aliter, ad restituendum; quando non positum, sed omissum errauit, non praicipiendo illi restitutionem, quam facere debet?

AFFIRMANT DD. supra, pro primâ sententia adducti, præcipue Zanardus, & Nuñus quæst. 8. art. 4. dub. 5. pag. mibi 428. Vbi sic ait: *Si pœnitens refe rat omnia, qua fecit, & Confessarius taceat, non obligando ipsum ad restitutionem, virtualiter dicit illum non teneri, atque adeo est causa moralis, ut pœnitens non restituat, & consequenter est causa damni alterius tertij;* & ideo si non sit aliud remedium, ipse tenetur ad restitucionem: quia vere intulit illum, contra iustitiam, tacendo, quando loqui tenebatur. Sic Nuñio.

Sed probabilius Respondeo: Teneri quidem ex charitate ad monendum pœnitentem, ut restituat, si ex taciturnitate Confessarij, motus fuerit pœnitens ad crederum licitum, & faciendum, quod est illicitum, & in damnum tertij: non tamen teneri ex iustitia, nec obligari ad restitucionem. Quia Confessarius non habet ex proprio officio procurare utilitatem aliorū; sed bonū sui pœnitentis, contra quod formaliter peccat, non contra alios, quando omittit facere, quod debet: ergo omittens monitionem de restituzione, non omittit aliquid, quod creditoriibus pœnitentis deberet, sed quod debet si o pœnitenti ad bonum suæ animæ. Sic Lugo loc. cit. à num. 65. pag. 525. Et ante illum, Suarez, & Rebellus, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. Hurtado diff. 10. diff. 22. & apud illum, Lessius lib. 2. cap. 7. dub. 7. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 6. num. 6. n. 5. & alij.

QUÆSTIO CXXXIX.

An Confessarius teneatur monere pœnitentem de defectu commisso, contra integratorem Confessionis; ut si non interrogatur culpabiliter eum de circunstantijs, vel numero peccatorum, &c.

AFFIRMAT debere Confessarium posse teipænitentem admonere de illo defecetu, si absque scandalo, & gravi ceterim:

trimenti fieri possit Moure in exam. *Theolog. moral. part. 4. §. 11. num. 3. fol. mibi 448.* Qui pro sua sententia refert Silvestrum *Confessor. 3. quæst. 13.* Medinam, *C. de Confessio. quæst. 26. & 27.* Sotum *d. 18. quæst. 2. art. 4. & 5.* Nauarrum *cap. 17. nu. 22. & 23. & cap. 26. num. 1. & 14.* & Cor dubam *quæst. 7.* Et addit; tunc fieri posse absque scandalo, si Confessor culpam in se ipsum reiciat. Sed certe, hic Author, male citat hos omnes Doctores: Quia in locis ab ipso citatis, nec suam sententiam aliquo modo indicant. Citantur tamen pro illa à Lugo, *Medina loc. cit. quæst. 39.* & Vazquez *quæst. 93. art. 3. dub. 8. num. 6.* Qui licet id indicent; non tamen docent in terminis: docet tamen Villalobos *tract. 9. diff. 71. num. 3.*

Negant vero ècontra, Suarez *disp. 32. sect. 6. num. 8.* Fillius *1. tom. tract. 3. c. 12. n. 374.* Nuñus *quæst. 8. ar. 4. dub. 5. pag. mibi 428.* Granados *tract. 10. disp. 10. nu. 1.* & ex parte Corduba *loc. cit.* Reginaldus *lib. 8. cap. 3. num. 31.* & Diana *2. part. tract. 15. resol. 7.* docentes; in hoc casu (in quo Sacramentum fuit validum) ad nihilum teneri Confessarium, nisi ad dolorē de peccato commisso.

Sed probabilius, iuxta nuper dicta, Respondeo sic: Si Confessarius positivè, forma liter, vel virtualiter, siue culpabiliter, siue in culpabiliter; fuit causa, quod pœnitens non Confiteretur integre; dicendo, v.g. non oportet explicare has circunstantias, numerum, &c. Vel ita omittendo interrogaciones, ut perinde esset, ac dicere; non esse necessarium; tunc tenetur admonere pœnitens


tem de defectu commisso, si id absque scandalo, vel graui detimento, possit: si vero Confessarius solum negative, seu omisive pure se habuit, non interrogando, quæ interrogari deberent; tunc non tenetur extra Confessionem admonere pœnitentem de illo defectu, siue culpabiliter, siue in culpabiliter illum commisserit. Sic Lugo *disp. 22. d. num. 73. pag. 527.* Qui hoc probe probat. Legatur.

QVÆSTIO CXL:

An Saltem, si pœnitens huiusmodi, iterum ad Confessionem redeat, teneatur Confessarius illum in Confessione admonere de defectu commisso in confessione præcedentis?

RESPONDEO; Teneri. Quia cum sciat omitti a pœnitente ea, de quibus in præcedenti confessione debet interrogare; necessario nunc debet inquirere de illis, non tam ad supplendum defectum Confessionis præcedentis, quam ad procurandam integratatem præsentis, & præmitendum examen præ requisitum ante absolutionem.

Sic Lugo *loc. cit. num. 77. expressis verbis.*
(r)



DISPV.

DISPVTATIO DVODECIMA.

De Ministro Confessionis quoad casus reseruatos.

QVÆSTIO PRIMA.

An In Ecclesia, sit potestas reseruandi casus, etiam in foro conscientiae?



EGAVIT Vuicelphus, vt refert Vualdens tom. 2. de Sacram. cap. 149 & negant haeretici nostri temporis, cum Lutherio. Et Caluino, vt refert Beccanus de Sacram. cap. 40. quæst. 1.

Sed de fide Respondeo: *Esse.* Sic enim definitur in Tridento *sess. 14. cap. 7.* & *can. 111.* Et docet antiquissimus vsus Ecclesie, & omnes Doctores, & ratio. Nam reseruatio in praesenti, nil alind est quam coarctatio, aut limitatio iurisdictionis commissa inferioribus Sacerdotibus, vt ab aliquibus peccatis absoluere nequeant. Ergo manifestum est posse superiores Prælatos, hanc limitationem efficere; Quia cum ab illis ad inferiores deriuetur iurisdictio; sine qua, non valet absolutio Sacramentalis, sicut possunt omnino non concedere iurisdictionem, aut semel concessam auferre; ita possunt tribuere ad absoluendum à quibusdam peccatis, & non ab alijs. Sic Doctores omnes, præcipue Suarez', tom. 4. in 3. par. à disp. 29. Vazquez tom. 4. quæst. 91 art. 2. Coriolanus, de casibus reseruatis. Bonacina, de pœnit. disp. 5 quæst. 7. punct. à 6. 1. Reginaldus lib. 1. à num. 123. Molfessius 1. par. sum tractu. 7. à capit. 17. Villalobos 1. par. sum tract. 9. diff. 57. & seqq. Beccanus de Sacram. cap. 40.

QVÆSTIO II.

An Potestas hac reseruandi casus, reperiatur in Romano Pontifice; in Episcopis, & in Prælatis Religionum?

RESPONDEO: Reperiri (imo, & in quo- cumque alio habente iurisdictionem Ordinariam.) Et ita Summus Pontifex potest sibi reseruare aliqua peccata in tota Ecclesia. Episcopus, tantum in sua Diœcesi; & Prælatus Regularis, in sua Religione. Sic omnes Doctores præcipue Suarez, Vazquez, Reginaldus, & Molles. locis cit. Et habetur in Tridentino *sess. 14. cap. 7.*

QVÆSTIO III.

An Hac potestas reseruandi casus, sit etiam in Parochiis?

NEAT absolute Enriquez lib. 6. cap. 14. num. 2. in marg. lit. L. Vbi sic ait: At falso Maior *diff. 17. quæst. 5.* & Petrus Soto, *lect.* ait, Parochiū posse reseruare casus, sed raro reseruare. Sic ille. Et hanc negatiuam partem amplecti Suarez, & Ochagavia, ait Hurtado *disp. 11. diff. 1.* Sed male; Nam oppositum absolute docent; Suarez *disp. 29. sect. 1. nu. 4.* & 7. & Ochagavia *tr. 2. de Confessio. quæst. 29.* Solum enim dicunt, non esse in vsu, vt Patrochi casus reseruent, vt aduertit Granados *trct. 10. disp. 6. num. 5.* Fauet tamen huic negatiæ sententia, Molfessius *loc. cit. cap. 17. num. 10.* Vbi docet: quod licet verum sit, quod Parochi habeant iurisdictionem Ordinariæ, & de iure defendi possit, eos posse sibi aliquos casus reseruare; tamen id vsu receptum non esse, & ideo dicendum, non habere tale ius reseruandi sibi casus.

Nihilominus tamen probilius Repondeo: *Esse etiam in Parochiis dictam potestatem reseruandi, de iure, (vt aliqui volunt) vel de consuetudine legitime introducta (vt alij.) Sic Suarez, & Hurtado *locis cit.* & apud hunc, Vazquez; Fagundez *præc. 2. lib. 8. cap. 1. num. 2.* (qui tamen male citat pro hac*

parte Enríquez; vt ex dictis liquet y Lugo etiam disp. 20. num. 2. pag. 457. Granados loc. cit. & Villalobos tract. 9. diff. 57. num. 2 per hæc verba: De loqual se infiere, que el Parrocho tambien puede reseruar quando delega su Iurisdiccion, como notó Juan M. y. y le sigue Sárez. Verdad es, que no está en v/o, ó porque no se atreuen, ó porque no conviene.

QVÆSTIO IV.

An Episcopus possit reseruare aliquos casus, à quibus, Parochi sibi subditis, absoluere nequeant?

RESENDEO: Posse. Quia ita habet usus Ecclesiæ, & constat ex Trident. sess. 14. cap. 7. can. 11. & docent omnes Doctores. Suarez disp. 29. sect. 1. n. 6. Vazquez, quest. 91. ar. 3. dub. 1. num. 9. & 10. Nauar. cap. 27. num. 263. Lugo disp. 20. nu. 4. & 5. Becanus cap. 40. quest. 2. & alij.

QVÆSTIO V.

An Peccata Impuberum, reseruationibus Prælatorum reseruantium, subdantur?

NEGANT: Palud in 4. diff. 34. q. 2. art. 1. Graff. lib. 5. cōf. de adul. cōf. 3. nu. 1. & Bellocius de casib. reser. part. 2. quest. 1. num. 203. & quest. 17. num. 66. apud Dianam, part. 2. tract. 15. resol. 1. Quos ipse sequi videtur. Et nouissime D. Didacus de Narbona de ætate ad aëtus humanos requisita. anno 14. quest. 21. pag. 240. & quest. 41. num. 9. pag. 269.

Sed probabilius longe Respondeo: Subdi; & manere reseruata: Quia reseruatio alicuius peccati (v. g. Sodomitæ) non est pœna (Quidquid dicat cum alijs Fagundez, præc. 2. lib. 8. cap. 1. num. 28.) sed lex determinans casum, in quo promeliori remedio applicando, debet recurri ad Prælatum pro ab solutione. Sic Homobonus de casib. reser. par. 1. cap. 3. Lazarus tract. de Blasphem. quest. 9. num. 42. & Floronius de casib. reser. par. 1. cap. 2. num. 3. quos etiam refert Dia na loc. cit. Sic etiam Lugo disp. 20. num. 10. pag. 459. Vbi ait, non esse fundamen tum ad afferendum contrarium.

(§)

QVÆSTIO VI.

An Peccata venialia, & mortalia iam legitime Confessa, reseruari possint?

NEGANT Lublinus V. Cofus num. 1. pag. mibi 110. Reginald. lib. 1. n. 126. Ludouicus quest. 5. art. 17. diff. 22. pag. 434. Vazquez quest. 91. ar. 3. dub. 2. Quem (licet non ita clare) videtur sequi Luysius Turrian. de pœnit. disp. 31. dub. 2. Llamas 1. par. Methodi. cap. 7 §. 13. per hæc verba: Respondeo primum; certum est, non posse reseruari aliquod veniale peccatum; quia nullo modo materia reseruationis esse potest, quæ non est necessaria Confessionis: at nullo iure obligatur quis veniale confiteri: Ergo nullo iure possunt reseruari. Ita ille. Et Becanus cap. 40. quest. 4. Dicens esse communem sententiam. Negare etiam id debent omnes, qui putant, iure diuino habere Sacerdotes facultatem absoluendi à venialibus; vt sunt, Sot. Ruard. Ledesma, Canus, & alij, quos retulimus sup. disp. 11. quest. 11.

Sed probabilius Respondeo: Posse reseruari à Summo Pontifice; non ab Episcopo; aut ab alio Prælato, nisi ex commissione Pontificis. Quia probabilius est Sacerdotes accipere iurisdictionem à Summo Pontifice ad absoluendum à venialibus, (vt loco cit. est habitum.) Ergo optime poterit Sum. Pontifex eam auferre, aut limitare, & præcipere; ne conferant absolutionem homini habenti talia venialia. Verū est, hoc nō ita expedite: quia cū peccata venialia sint materia libera Confessionis, & possit homo consequi remissionē illorū per cōtritionē, sine obligacione cōfiteñi; omnino fere inutilis esset, talis reseruatio. Sic Suarez, disp. 29. sect. 3. Agid. disp. 8. dub. 1. I. Filluc. tract. 7. cap. 10. q. 2. Quos citat, & sequitur Hurt disp. 11. diff. 4. Lugo disp. 20. n. 12. & alij DD cit. sup. quest. 11. citata. Ochag. tract. 2. q. 21. Villalob. diff. 37. num. 9. Graff. ad. træt. 10. disp. 6. num. 6. Nuñus in additio. quest. 8. art. 5. dub. 10. Candidus disquisitio. 24. ar. 68. dub. 4. Enríquez lib. 6. cap. 14. num. 6. Fagundez præc. 2. lib. 8. cap. 1. numer. 18. Layman, lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 3. Bonac. d. 5. q. 7. pun. 5. §. 1. n. 3. Sic etiā, locuendo de aliquibus venialibus, tener Molles. tract. 7. cap. 17. num. 35. & abso lute, Megala, Graff. & alij, penes ipsum.

QVÆS

QVÆSTIO VII.

An Peccata omnino interna possint reseruari?

NEGLANT expresse Hieron. Llamas i. port. Methodi cap. 7. h. 14. pag. mibi 86. Vbi dicit; esse doctrinam Sotii. dist. 13. quæst. 2. ar. 5. & omnium bene sentientium. Lublinus V. casus num. 1. pag. mibi 110. & Adrianus quæst. 4. de confessione apud Fagundez loc. cit. num. 16. pag. 513. & apud Enriquez lib. 6. cap. 14. num. 6. in marg. lit. F. & id esse probabile, satis exprimit Bossius de Iubil. sect. 1. casu 10. num. 112. pag. mibi 44.

Sed, certissime fere, Respondeo: Posse? Quia iurisdictio ad absoluendum à mortali bus mire internis, etiam conceditur ab Ecclesia: ergo si illa neget hanc facultatem, non remanebit iurisdictio in inferiori. Sic Suarez, Lugo, Egid. Hurtado, Fagundez, & Enriquez, ll. cc. Luysius quæst. 9. disp. 31. dub. 2. Filliac. tract. 7. cap. 10. num. 271. Reginaldus lib. 1. num. 128. Sotius dist. 18. quæst. 2. art. 5. Nunus in add. quæst. 8. art. 5. dub. 10. Villalobos loc. cit. num. 8. Becanus loc. cit. & Vazquez loc. cit. dub. 3. Qui pro hac parte citat Adrianum quodlibet 8. art. 1. Et bene certe; nec oppositum ubi doceat inuenire potui. male ergo illum, pro parte contraria, citant Fagundez, & Enriquez. Sic etiam Bonacina loc. cit. Candidus loc. cit. dub. 3. pag. 192 Bossius loc. cit. Sanchez lib. 2. Sum. cap. 8. num. 4. & Molfes. loc. cit. nu. 32. & 33. Licet addat; nunquam in Ecclesia Dei consueisse interna peccata reseruari, neque expedire, de quo statim.

QVÆSTIO VIII.

An Defacto sint aliqua interna peccata reseruata?

AFFIRMANT Adrian. & Ioan. de Medina apud Gabrielem Vazquez loc. cit. existimantes; hæresim in talem de facto esse reseruatam. Et id ipsum docent multi Canonistæ, ut refert Enriquez loc. cit. in marg. lit. F. & H.

Sed longe multo probabilius, immo certissime, sic Respondeo: De facto nulla sunt iure communi peccata interna reseruata; nec Pontifex, aut Episcopi, ea solent reseruare. Quia raro id expedit. Sic major, in 4. dist. 17

quæst. 1. Vbi ait; non esse conueniens saluti animarum peccata huiusmodi reseruare, & Soto in 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 5. dicit; esse errorum intolerabilem peccata interna reseruare. Sic etiam Nauar. Palud. Caiet, Bañez, Ledesma, & alij quamplures, quos citat, & sequitur Enriquez loc. cit. Fagundez, Grana dos, Candidus, Molfes. Lugo, Vazquez, & alij communiter.

QVÆSTIO IX.

An Quando reseruantur peccata mortalia contra iustitiam, aut contra charitatem, casum probandum; comprehendantur actiones leues externæ, ex affectu mortali præcedentes?

AFFIRMAT Luysius in selectis par. 2. disp. 31. dub. 1. pag. mibi 323. Quia (inquit) non est fundatum ad limitandam intentionem reseruantis; & oppositum neque est probabile, neque tutum. Sic ille.

Sed longe probabilius Respondeo: Non comprehendi. Sic Lugo disp. 20. num. 15. pag. 460. per hæc verba: Aduertendum est, alij quando reseruari aliquid peccatum externum, quando est consummatu: & tunc, non est dubium, quin non sufficiat quæcumque actio externa, nisi habeat ultimam consummationem; ut reseruato homicidio, vel fornicatione, non sufficit percussio ex animo occidendi; nec tentare fornicationem, & sic de ceteris. Aliquando vero, reseruatur peccatum, circa castitatem, quoties in actum externum prodit, tunc autem requiritur etiam, quod ipsa actio externa, secundum se, habeat gravitatem: nam si aliquis ex intentione mortali, & graui, contra castitatem, dicat alteri aliquid verbum turpe, ex se leue, vel exerceat aliquam aliam actionem externam, ex se leuem; licet hæc actio denominetur mortal; non erit reseruata. Quia sicut sola voluntas interna, non reseruatur; ita nec quando non procedit in actum externum, habentem, ex se grauem malitiam, & in decentiam. Ut si reseruentur peccata mortalia contra iustitiam, aut contra charitatem, quoties in actum externum prodeunt, non esset reseratum peccatum, quando aliquis ex intentione mala, & grauius in odio leuiter percutit, aut laedit proximum in corpore, fama, vel fortunis. Quam doctrinam in merito censuravit Pater

Pater Luysius Turrillanus. In selectis disp.
par. 2. disp. 3. dub. 71. (61. mihi) ut impro-
babilem, & non tutam; quia illa, est doctri-
na grauissimorum Doctorum, quam amplecti
videtur Enriquez. lib. 6. cap. 14. num. 6.
Granado, 2. 2. Controu. 1. tract. 15. disp.
13. num. 14. (Et tract. 10. de pœnit. disp. 6.
num. 7.) Eamque satis insinuat Suarez, rom.
4. de Religio. tract. 3. lib. 2. cap. 13. nr. 12.
Hucusque Lugo, & bene. Sic etiam Bonaci-
na, disp. 5. quæst. 7. pun. 5. mth. 4. & apud
Iulium Navar. cap. 27. num. 62. Graffius, Ho-
mobonus, & Miranda; & dicit communem.

QUESTIO X.

*An Peccatum mortale in dubio possit reser-
uari; hoc est, an possit Superior reservare
absolutionem peccati, de quo pœ-
nitens dubitat, an fuerit mortale?*

NEGRVNT quidam Recentiores, quos
suppresso nomine, refert, & refutat
Luysius in selectis par. 1. disp. 38.
dub. unico.

Sed certissime Respondeo: Posse reser-
vare. Quia certissimum est, esse obligatio-
nem constendi peccata dubia, (vt habitu est
suum disp. 5. q. 26.) Ergo ad ea requiritur iu-
risdictio; Ergo potest Superior illam denega-
re; in quo casu Inferior, deset potestatis,
invalide absoluere. Sic Armilla, Corduba,
Frias, Enriquez, & Sanchez quos refert, &
sequitur Luysius loc. cit. Et de pœnit. disp.
31. dub. 3. Lugo, disp. 20. num. 16. Hurtado
dis. 11. diff. 6. & Bossius de Iubil. se et. 4.
casu 13. num. 2. Vbi sic ait: Cum enim ca-
sus delicti dubij; vt dubie percusiones gra-
nis Clerici, non sit delicti simpliciter, sed
secundum quid, non censetur contineri sub
reservatione, qua, vt odiosa, debet intelligi
solum de delictis simpliciter; nisi in reserva-
tione sint expressi etiam casus dubij; prout
expressit Clemens VIII. in decreto, quo pro-
hibuit absolutionem à casibus, non solum
clare, sed etiam dubiè in Bulla Cœ-
nar contentis &c. Sic Bossius,
& omnes commu-
niter.

(?)

QUESTIO XI.

*An Quando defacto, simpliciter. & absolu-
te, reservatur aliquod genus peccati, etiam
intelligatur reservatum peccatum mor-
tale dubium: id est quando dubium
est, an sit commissum, vel
an fuerit mor-
tale?*

AFFIRMANT denseri reservatum, nec
posse inferiorem absoluere, Armilla
verb. casus num. 13. Martinus Frias
et alii. de modo audiendi confessiones
par. 2. cap. 8. casu 2. Corduba, irregularia D.
Francisco cap. 7. quæst. 4. pun. 1. ut referunt
Luysius, Lugo, Il. cc. & Sanchez, lib. 1. sum-
ma cap. 10. num. 73. Sed licet ex his autho-
ribus, Armilla id docet loc. cit. per hoc veri-
ba. Sacerdotes ergo concutur habere casus ab
Episcopo. & secundum taxationem eius fac-
ciant, & in dubijs securiorem partem re-
veant; Frias vero minime id docet, loc. cit.
sed casu 20. fol. mth. 59. Vbi sic ait. Si tan-
tem Sacerdos dubitauerit de aliquo sibi o-
blato, an fuerit reservatum, vel ne; salubrius
est, vel remittere, vel saltē peritiores con-
sulere, quam temere definendo, ipsum ab-
soluere. Sic Frias.

Sed probabilius Respondeo: In prædicta
reservatione generali, & absoluta, non cen-
seri esse reservatum peccatum mortale, de
quo pœnitens dubitat, an fuerit mortale, vel
non. Quia, cum reservatio sit odiosa, striete
est interpretanda. Sic expresse Bossius, loco
quæst. præced. cit. Suarez tam. 5. de censur.
disp. 40. se et. 6. nr. 5. Enriquez lib. 6. cap.
26. num. 7. Filliuc. tract. 21. cap. 4. num.
172. Hurtado disp. 11. diff. 6. Ochagavia,
Homobonus, Portel, & Merolla, cuos refert,
& sequitur Diana parte. 4. tract. 3. resol. 4.
Lugo disp. 20. num. 18. pag. 460. & Luysius
loc. cit. Qui bene addunt; hanc respon-
sionem non procedere, quando in iure exten-
ditur pena ad casum dubium, vt irregu-
laritas ad homicidium dubium. Sic etiam
sentient, ex parte, Sancius loc. cit. & Al-
phonsus de Leone, de potestate con-
fessor. par. 1. recolle et. 15.
num. 25. & est com-
munis.

(§)

QVÆSTIO XII.

An Si Inferior, in dubio, absoluat pœnitentia ab aliquo peccato reseruato, & ab heresi, & postea, re melius examinata, constet de certitudine peccati, & censura incurse; censeatur legitime absolutus, an vero debeat recurrere ad Superiorum pro absolutione?

AFFIRMANT. Non pauci, manere pœnitentem obligatum recurrendi ad Superiorum pro absolutione illius peccati, & excommunicationis reseruata, quando constat postea certo fuisse in cursam.

Sed ex quo; probabiliter Respondeo: censeri legitime absolutum; & ideo non manere obligatum recurrendi ad Superiorum postea pro absolutione peccati, aut censuræ incurse. Sic Lugo disp. 20. a num. 20. pag. 461. Qui hoc, exemplis probat sequentibus. Primo. Nam probabile est, quod, qui confessus est peccatum dubium, licet postea recordetur fuisse certum, non teneatur illud iterum, ut certum, confiteri, quia iam fuit directe absolutus sub conditione, si fuerat commissum: ergo similiter, in casu præsentis, manet directe de peccato dubio absolutus pœnitens: ergo non remanet obligatio illud iterum Superiori confidendi. Secundo. Quia, sicut in dubio voti caritatis emissi, potest dispensare Episcopus, & dispensatio manet valida, nec tenetur dispensatus recurrere ad Papam pro dispensatione, licet postea constet de voti certitudine, ut fatetur Sanchez lib. 4 Sum. cap. 44 num. 10: Sic absoluens ab heresi dubia, valide absolvit, & absolutio valebit, & manebit pœnitens absolutus à censura, nec tenebitur recurrere, ad Superiorum pro absolutione peccati, aut excommunicationis, quamvis postea constet de certitudine censuræ incurse. Legatur Lugo loc. cit. & disp. 16. sect. 2. §. 4. per totum. Vbi sat satis doce de his agit.

QVÆSTIO XIII.

An Prælati reseruare peccata, sine censura, possint?

AFFIRMAT cum communi Fagundez precep. 2. lib. 8. cap. 1. num. 2. pag. mibi 510. & bene. Addit tamen, loquendo de Summo Pontifice; quod licet ip-

se reseruare possit peccata, vel sine excommunicatione, vel cum illa, ordinarie tamen, & regulariter (inquit) que quam sum Pontifex reseruat casus in fero conscientia sine censura; vnde, nullus est casus Pape reseruat, qui non habeat adnexam censuram; ita docent Tolet. lib. 3. Sum. cap. 14. num. 1. Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 29. sect. 3. nu. 5. edit. 1. Enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 14. num. 1. Graffis lib. 1. decis. aurear. cap. 13. num. 40. Viuald. in candel. ubi de Absolutio. num. 8. & 56. Nauar. cap. 27. num. 261 Hucusque Fagundez (sed non ita bene.) Tinet et iam Bossius de Jubil. sect. 1. casu 2.

Respondeo Ergo, quod quando sum. Pontifex, regulariter loquendo, non reseruet de facto peccatum sine excommunicatione (in quo bene Fagundez) sed hoc non est ita universaliter verum, vt aliquando non reseruerit sibi peccata, absque excommunicatione; vt deducitur, ex cap. latiborem 33. quest. 2. & extra uag. inter cunctas; Et hodie, peccata simoniace Ordinantis, & simoniace Ordinati esse reseruata summi Pontifici, sine excommunicatione, constat ex Bulla Sixti V. contra male promotos; & docent Suarez loc. cit. à Fagundez, non sect. 3. Sed 2. nu. 5. pag. mibi 659. & 660. Male ergo illum citat pro se. Enriquez lib. 3. cit. cap. 10. nu. 5. Vbi sic ait: Hunc tamen casum Papa non reseruat ratione excommunicationis, vt soleat reliquos. Non bene ergo citatur à Fagundez. Hurtado disp. 11. diff. 3 Granados, tract. 10 disp. 6. num. 3. pag. 1294. Lugo disp. 20. n. 25. pag. 462. Egid. disp. 8. nu. 82. Pharaon, Naldus, Floronus, & alij apud Bossum. Mofel. loc. cit. num. 37. & seqq. Filliuc. tract. 7. cap. 10. num. 269. & alij.

QVÆSTIO XIV.

An Quando sum. Pontifex, aut Episcopus, reseruat aliquod peccatum cum censura, reseruet sibi solum censuram, & non peccatum, propter quod imponitur?

AFFIRMAT Durad. in 4. dist. 17. q. 5. num. 13. & Caiet. in Samma verb. ca su. Apud Suarium disp. 29. sect. 2. num. 7.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Non solum ipsam censuram, sed etiam peccatum, propter quod imponitur, simul, & ex qualiter, sibi reseruare. Quia haec est intentione Pontificum reseruantium; vt communis usus

vſus Ecclesiæ, & sensus Doctorum interpretantur. Sic D. Thom. Gab. Maior. Soto, & Nauar, quos affert, & sequitur Suarez, num. 3. Vazquez, quæſt. 91. ar. 3. dub. 1. num. 15. & id. disp. 8. num. 83. Enriquez lib. 6. cap. 14. Hurtado disp. 11. diff. 3. Fagund. præc. 2 lib. 3. cap. 1. num. 3. Lugo disp. 20. num. 26. Fillius. cap. 10. cit. num. 270. Moifes. cap. 17. cit. num. 38. & penes ipsum, Megala, & alij, & communis.

QVÆSTIO XV.

*An Data facultate, per Bullam, aut Priuilegium, a' absoluendum, à Censura, censeatur etiū concessa, ad absoluendum à peccato,
& culpa?*

RESPONDEO: Affirmative. Sic Fagundez loc. cit. pag. 510. per hæc verba: Data facultate per iubileū, Bullam, aut priuilegiū ad absoluēdum à censura, iam excommunicatiōne, non manet peccatum reseruatum. Et è contrā, data facultate, ad absoluēdum à peccato, etiam consequēter conceditur ad absoluēdum à censura; & iam censura non manet reseruata, & sic ab ea potest qui liber Ordinarius Cōfessor quilibet absoluere: sicut etiam potest absoluere à peccato imputata facultate ad absoluēdum à censura; & hæc est communis consuetudo totius Christiani Orbis. Sic Fagundez, & apud ipsum, Nauar, Toletus, Cajetanus, Suarez, Sanchez, Capua, Soto, Vinaldo, & alij. Sic etiam Hurtado, Egid. & Granado, ll. cit. Bossius loco cit. num. 2. & 12. & apud ipsum, Barbosa, Conrрадus, Bonac. Graffius, Lanotius, & alij. Luysius, disp. 31. dub. 9: Qui bene, cum alijs aduertit, quod licet hoc sit verum, non tamen repugnet, Pontificem auferre reservationem censuræ, non ablata reseruatione peccati.

QVÆSTIO XVI.

An Quando peccata reseruata à Pontifice (vel ab alio Prælato) ita cōmittuntur, ut p̄ ignorantia non incurritur excommunicatio; maneant tunc peccata reseruata?

RESPONDEO: Non manere; sed posse à quouis Confessario absoluī. Sic Enriquez, lib. 6. cap. 14. num. 1: per hæc verba: Christianus, qui incidit in casum

cœna, sed præruditate, ut apud Indos, excusat ab inobedientiæ, & excommunicatio- nis ratione, non reservatur Papæ. Et etiam Sanchez lib. 2. summa. cap. 8. num. 5. in fine; Sic dicens: Si hereticus ratione ignorantiae censuræ excommunicationis eam nō incurrit peccatum eius posset à quouis Confessario ab solui; eo quod non sit reservatum. Sic ille, & Egid. disp. 8. num. 82. Granados, tract. 10. disp. 6. num. 2. Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 2. Hurtado, disp. 11. diff. 3. & communis.

QVÆSTIO XVII.

An Superior possit reseruare peccatum, etiam quo ad absolutionem in diri Etiam; hoc est, ita, ut ab inferiori, nec indirecte, dire Etiam ab alijs peccatis absoluendo, absoluī possit?

NEGABUNT absolute, & consecuen- ter, Vazquez, Luysius, & alij Doc- tores, qui existimant, peccata venia- lia reseruari, neque à Papa, posse. De quo sup. quæſt. 6.

Sed, iuxta ibidem dicta, probabilius sub distinctione Respondeo: Posse quidem à Pó- trifice; non vero ab alijs Prælatis Inferioribus Papa. Sic Lugo disp. 20. num. 28. pag. 462: per hæc verba: Si sermo sit de Summo Pontifice, negari non debet in eo talis potes- tas: cum enim ab ipso procedat tota Iuris- dictio in alios, ipso illam suspendente, tota- liter in aliquo casu, non posset inferior va- lide absoluere ab ullo peccato. Loquendo autem de alijs Prælatis inferioribus, ipsi non possunt id facere; quia administrus in- ferior retineret facultatem absoluendi à ve- nialibus, à quibus, si in casu necessitatis, ex- tra mortis articulū, directe absoluueret, con- sequenter absoluere et indirecte pœnitentem dispositum ab omnibus alijs, nō potest enim Prælatus inferior auferre jurisdictionem ad venialia, cum hanc, non ab ipso, sed à Summo Pontifice, Sacerdotes omnes accipient. Sic Lugo.

QVÆSTIO XVIII.

An Reseruatio facta à Papa, absque legiti- ma causa, sit valida respectuom- nium Confessorum?

NEGANT Sotus in 4. diff. 13. quæſt. 2: art. 5. Ruardus, art. 3. contra Cal- uinum, Vazquez, quæſt. 91. art. 3. dub. 4.

dub. 4. & Luyfius de pœnit. disp. 31. dub. 4.
Loquendo de reservatione respectu Confessariorum Ordinariorum, qui ex officio ha-
bent iurisdictionem, ut Episcopi, & Paro-
chi; licet esse validam affirment, respectu Sa-
cerdotum, qui non ex officio, sed ex sola de-
legatione Superioris habent iurisdictionem.

Sed probabilius Respondeo: *Esse respe-
ctu omnium Confessariorum validam; non ta-
men licitam.* Quia iurisdictione omnium infe-
riorum dependet à Summo Pontifice: Ergo
licet ipse peccet, non relinquendo eridit
debitum, & potestatem necessariam in infe-
rioribus, valide tamen id faciet. Sic Maior
in 4. diff. 17. quæst. 5. Angelus, verb. Casus:
Silvestr. Confessor. 1. quæst. 3. Enricus quod
lib. 1. quæst. 27. Suarez disp. 29. sect. 4. n.
6. Egid. disp. 8. dub. 11. Hurtado disp. 11.
diff. 2. Lugo disp. 20. num. 30. pag. 462. O-
chag. tract. 2. quæst. 21. num. 2. Villalob.
tract. 9. diff. 57. num. ultimo, & communis.

QUÆSTIO XIX.

*An Etiam, reseruatio facta ab Episcopo,
absque rationabili, & legitima
causa, sit valida?*

AFFIRMANT esse validam, licet ilici-
tam; loquendo, tam respectu Paro-
chorū, aut Regularium habentium E-
piscopi approbationem: quam respectu Sa-
cerdotum sacerularium, qui nō sunt Parochi;
Silvester, Villalob. Enricus, Suarez, Egid.
& Hurtado II. cc. quos ex parte sequitur Lu-
go disp. 20. num. 36. Bonac disp. 5. quæst. 7.
pun. 5 §. 2. num. 20. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Neque esse
licitam; neque validam talem reseruatio-
nem in ordine ad Parochos, aut Regulares;
benet tamen validam, non licitam, in ordi-
ne ad Confessarios sacerulares, qui solum, ex-
merita eius delegatione, iurisdictionem ha-
bent. Sic Soto, Ruardus, Vazquez, & Luy-
fius locis citatis Enriquez lib. 6. cap. cap. 14.
num. 3. lit. P. & apud ipsum, Ledesma, Pe-
trus Soto, Maior, Angel. Armilla, & alij Re-
centiores. Sic etiam ex parte Lugo
loc. cit. Ochag. tract. 2. quæst.
21. numer. 2. &
alij.

(6)

QUÆSTIO XX.

*An Prælati, qui potestatem habent reser-
vandi casus, possint illorum absolutio-
nem reseruare, non solum sibi,
sed etiam alijs?*

NEAT Sotus in 4. diff. 18. quæst. 2.
ar. 5. dicens: Si Episcopus reseruat
vnum casum absoluendum à Decano,
& alterum ab Archidiacono, reservationem
esse nullam, & ridiculam. Sic reffertunt ten-
tentiam Soti; Villalob. Suarez, Fagundez,
& Lugo. Sed non bene, vt infra.

Vnde longe multo probabilius, Respon-
deo: Posse. Quia Episcopus potest ea pec-
cata sibi reseruare, & post reservationem,
committere vnum, Decano; & alterum, Ar-
chidiacono: Ergo etiam poterit à princi-
pio, illa ilijs, reseruare. Sic Suarez disp. 28.
sect. 1. num. 8. Fagundez præc. 2. lib. 8. cap.
1. num. 10. & Lugo disp. 20. nu. 8. pag. 458.
Qui tamen bene addit: intelligi id debere,
quando peccata illa, essent in diuersis perso-
nis; nam si essent in eadem; cum Confessio,
non posset diuidi inter plures Confessarios;
oporteret, quod ille, cui grauius peccatum re-
seruatum est, haberet facultatem ad alia; vel
recurrentum esset ad ipsum reseruantem, ac
que adeo perinde esset, ac si soli sibi reserua-
sset solutionem in eo casu. Hæc addit Lu-
go. Et ego superaddo; hanc, & non aliam
esse mentem Soti, vt ex eiusdem verbis haud
profecto obscure colligitur. Ait enim sic:
Per hoc soluitur aliud argumentum, quod
fieri solet: scilicet, quod si posset Superior
casus reseruare, posset Confessionem dis-
secare intres, vel quatuor partes: vt si haré-
sim reseruaret sibi; & blasphemias Decano,
& adulteria Archidiacono Respondetur, in-
quam, quod illa reseruatio esset imprudens,
& Clavum abusus: quare nō esset digna, quæ
observaretur. Sic Sotus. In vanum ergo ab
his authoribus impugnat.

QUÆSTIO XXI.

*An Superior, qui alios potest à reseruatio-
nibus absoluere, possit etiam dare facultatem
alteri, qui ipsum et Superiorum ab
soluat à casu reseruato;
in quem inci-
dit?*

RESPONDEO: Posse absque dubio;
si ipse Prælatus sit; qui peccatum
reseruauit; cum ipse, non possit
Nn scip-

se ipsum ligare, ne possit confiteri, cui vulnerit. Si verò fuit reseruatum ab alio Superiori, iam dicam.

uata. Sic Lugo *disp. 20. num. 58.* Vgolinus, & Floronius, quos refert, & sequitur Diana, loco citato.

QVÆSTIO XXII.

An Episcopus qui in casum reseruatum sum in Pontifici (v.g. in heresim occultam) incidit, à quo potest suos subditos absoluere, posse su facultatem suo Confessario committere, ut eum ab illo absoluat?

NEGLANT Marius Alterius, *decens. tom. 2. disp. 8. cap. 3. concl. 4. vt refert Diana 3. par. tract. 4. resol. 142 & Beia, par. 4. casu. 5.*

Sed probabilius Respondeo: Posse. Sic Enriquez, Sayrus, Riccius, Naldus, Sa, & alij, quos refert, & sequitur Diana, *loc. cit.* & Sanchez *lib. 2 sum. cap. 11. n. 11.* & *lib. 8. de matrim. disp. 3. num. 3.* per hæc verba: Et bene addunt Maiolus, Sayro, & Suarez, *de cens. disp. 41 se et. 2. num. 9.* dicens: id decreuisse Congregationem Cardinalium, id esse dicendum de casibus occultis concessis Episcopo, in Trident. *eff. 24. cap. 6. de reformatio.* Si enim Episcopus in eos incidat, potest absolutione, & dispensatione sui Confessarij, ad id electi ab ipso. *vti. Sic Sanchez.* Sic etiam Lugo *disp. 20. num. 57.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 17.* Bonac. *disp. 5. quæst. 7. pun. 5. §. 2. nu. 7.* & Nuñus, apud ipsum. Villalob. *tract. 9. diff. 60. nu. 8.* & apud ipsum, Farinacius, & Marzilla.

QVÆSTIO XXIII.

An Vicarius Episcopi, qui potestate sub delegandi habet, possit etiam facere, se absolui ab alio si in casum reseruatum à suo Episcopo inciderit?

NEGAT Graffius, *in Append. ad deciss. aurear. lib. 3. cap. 8. num. 22.* Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia, sicut ex potestate, quam Vicarius habet constituendi Confessarios Ordinarios, cum potestate ad casus non reseruatos, potest constituere Confessarium, cui ipse met postea confiteri possit peccata reser-

QVÆSTIO XXIV.

An Superiores locales possint absolui à suo Confessario, à peccato, quod non ipsi, sed Capitulum Generale, aut Generalis, reservauit?

AFFIRMATIVAM partem non nulli Autores sequuntur; Negatiuam, alij. Omnes probabiliiter.

Sed probabilius omnibus Respondeo: Posse quidem absolute à suo Confessario absolui; dum modis voluntas Capituli, vel Generalis reseruantis, non fuerit contraria; quia tunc non possent absolui, nisi à Confessario, quem ipsis Capitulum Generale, aut Generalis assignauerit. Sic Lugo *disp. 20. à num. 60.* qui optime hoc sicut alia, explicat, & probat.

QVÆSTIO XXV.

An Confessorius badius Diœcessis, habens facultatem absoluendi à reseruatis in illa, possit absoluere pœnitentem alterius Diœcessis à reseruatis in sua Diœcesi?

NEGAT Nauar. *in cap. Placuit. de pœnit. dist. 6. n. 63.* & (apud Suarium) Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 4.*

Sed longe multo probabilius Respondeo: Posse. Quia ita habet praxis, & consuetudo, quæ in hac parte prævaluit. Sic Palud. *disp. 17. q. 4. col. 7.* & D. Anton. *3. par. tit. 17. c. 4.* apud Nauarrum *lo. cit. Caiet Verb. Absolutio. 2. Suarez disp. 30. se et. 1. n. 4.* Viuald. & Capua. Quos citat, & sequitur Fagundez *præc. 2. lib. 8. cap. 8. n. 18.* Lugo *disp. 20. n. 69. pag. 470.* Layman *cap. 10. cit. pag. 120.* Lublinus *V. Casus. n. 8.* Molfes. *cap. 2. 1. c. 5. n. 53.* Reginald. *lib. 8. n. 66.* Mecala *lib. 1. c. 13. n. 31.* Imo, id ipsum docet Nauar *in man. c. 27. n. 261. § Decimo dico.* Nec oppositum docuit Sotus, loco citato, à Suario; quia ibi nihil quoad præsentem questionem attinet, dicit: dicit tamen *quæst. 4. ar. 2. col. mibi. 10.* Sed potius in favorem nostræ, quam oppositæ sententiae, quid quid dicat etiam Layman *loc. cit. num. 10.*

QVÆSTIO XXVI.

An. Si Confessarius huius Diœcesis, nullam habeat facultatem ad absoluendum à reseruatis in illa; possit nihilominus, in eadem Diœcesi absoluere pœnitentes alterius Diœcetis, à reseruatis in ipsa?

NE GANT posse absoluere, etiam cā su, quo peccatum, tantum sit reseruatum in Diœcensi pœnitentis, Græffis lib. 1. decif. aurear. c. 13. n. 47. Sot. diff. 18. q. 4. art. 2. col. 9. & Vega lib. 2. casu 326. Quos omnes citat, & sequitur Fagundez loc. cīc. nu. 20. (non lib. 3. vt citatur à Lugo) Comitolus, Hunnus, Megala, Vgolinus, Nufius, Belloquius, Floron. & Chapiauilla, quos affert Diana 1 par. tract. 17. resol. 56. & 3. par. tract. 4. resol. 103. & Lublinus V. Casus. num. 8. Qui tamen male citat Enriquez pro hac parte. Ludouicus q. 5. ar. 18. diff. 1. pag. 435 & apud ipsum, Medina. Petrus de Ledesma cap. 21. cit. sub concl. 4. pag. mibi. 410. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse absoluere pœnitentem à reseruatis; dummodo illud peccatum in Diœcensi, Confessoris, aut confessionis, non sit reseruatum. Quia talis pœnitens iudicandus, est, vt incola illius Diœcesis, in qua confitetur, & iuxta forum eius. Sic Cajet. Palud. D. Anton. & Suarez II. cc. Nauar. cap. 27. n. 255. Rodrig. in sum. c. 55. concl. 2. Sanchez lib. 2. summa c. 11. n. 9. Granad tract. 10. disp. 7. n. 9. Eniq. lib. 6. cap. 14. n. 3. lit. Q. & R. Reginald. lib. 8. c. 5. se Et. 3. nu. 69. Homebon. de cassib. reser. par. 1. cap. 2. Villalob. tract. 9 diff. 59. nu. 4. quos affert, & sequitur Diana II. cc. & 4. p. tr. 4. ref. 109. Vbi pro hac parte citat Præpositum. Lugo disp. 20. nu. 71. Bonac. disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 2. n. 9. qui pro hac parte citat Molfes. tr. 7. c. 21. n. 53. Filliuc. c. 7. n. 283. Vazquium q. 93. ar. 1. dub. 4. ad finem. Sed ex his, male citat Molfessium; quia hic author, solum loquitur de casu de quo nos, quæst. preced. Sic enim ait: Confessor habens facultatē, hic Neapolia absoluendi Neapolitanos, etiam à casibus reseruatis, posset etiam absoluere peregrinos, & alios transiunt, qui haberent casus reseruatos in eorum Diœcessibus &c. Sic Molfes. Rursus ctiā, male citat Vazq. quia loco ab ipsocitato, nihil agit Vazq. ad propositam difficultatem. Filliucum citat bene.

QVÆSTIO XXVII.

An. Si pœnitens versetur in aliena Diœcesi, & peccata ibi reseruata, committat, possit si alias in loco, à quo discessit non erant reseruata, à quo cumque Confessario absoluī?

AFFIRMANT Fagundez loc. cit. nu. 21. pag. 545. & apud ipsum, Vega, Græffis, & Sotus. Vbi supra, & Petrus de Ledes. c. 12. cit. sub. 4. concl. pag. mibi. 410.

Sed probabilius Respondeo: Non posse absoluī, nisi à Confessario habente potestatem, supra reseruata. Quia licet pœnitens, alias, non sit subditus, tamen tunc, vt subditus, & incola illius loci reputatur. Sic Suarez disp. 30. se Et. 1. num. 6. & Cajet. in sum. Verb. Absolutio. 2. (vt sic Fagundez credit, & videat, vbi id doceat Cajetanus,) Bonac. Palud. & D. Anton. II. cc. Lugo etiam lo. cit. n. 72. pag. 470. Imo Sotus diff. 18. q. 4. ar. 2. Verf. Est hic ad notandum. nostram sententiam ex Cajet. docet; non ergo bene citatur à Fagundez.

QVÆSTIO XXVIII.

An. Si pœnitens habens peccata reseruata, & non reseruata, primo adeat Superiori; possit valide, & licite Superior, auditis omnibus peccatis, absoluere à reseruatis tantum, & pro alijs non reseruatis, mittere pœnitentem ad alios Confessarios?

AFFIRMANT Ioan. de Medina C. de Confessione) non de pœnitentia, vt citat Fagundez quæst. 14. & Enriquez lib. 6. de pœnit. cap. 15. n. 4. alij quæ Recentiores, apud ipsum. Quibus ex parte faverit Lugo disp. 20. num. 77. pag. 471. dicens contra Suarium, non facile posse probari, non posse valide (quamvis non licite) Sacerdotem velle absoluere à reseruatis, & non applicare direkte solutionem ad alia; sed habere, se sicut ea non audiuerit.

Negant verō è contra Suarez disp. 31. sect. 1. num. 3. Ludonicus de S. Iuan quæst. 5. de pœnit. ar. 17. dub. 1. concl. 3. & apud illum, Adrian. & Durand. docentes, nec valide, nec licite id à Superiori fieri posse.

Sed probabilius Respondeo: Posse valide, non tamen licite, faltem si fiat absque causa. Sic Fagundez lib. 8. cap. 3. num. 1. per hæc

verba: Si pœnitens habens peccata reseruata prima adeat Superiorum, & Superior audiatur in Confessione omnia peccata; tam reseruata, quam non reseruata, ab omnibus simul tenetur absoluere pœnitentem; & si intendat absolvire à reseruatis tantum, & non ab alijs, peccabit quidem mortaliter, valebit tamen Sacramentum, & gratiam conferret, & velit nolit, omnia simul peccata, tam reseruata, quam non reseruata, absoluunt. Sic ille. Et Bonac. disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 3. n. 1. Qui late, & bene id probant, sed citant Suarium, Enriquem, Nauarrum, Sotum, Caietum, Toletum, & alios, quorum alij oppositum docent; alij de hac re, nihil. Docent tamen Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 8. Lublinus V. Casus, nu. 10. pag. 117. & Granados tract. 10. disp. 8. n. 2. pag. 1301.

QVÆSTIO. XXIX.

*An Saltem, ex graui causa, possit Superior licite audire tantum peccata reseruata,
& ab illis absoluere, & pro alijs
non reseruatis mittere pœnitentem ad infe-*
riorem?

AFFIRMANT, apud Suarium, id posse fieri licite, & valide per se, & ordinari, etiā absque aliqua causa, Caiet. D. Ant. n. Paled. Enric. Petrus Soto, Nauar. & Gerson. Molles. etiam tract. 7. cap. 21. n. 23. Vbi ait, hanc sententiam in effectu probare Reginaldum, & Vazquez, locis statim cito. Coriolanus de Cibis reseruat. 1. par. sec. 1. ar. 10. & alij.

Negant verò absolute, apud eundem, Adrián. Silvester, Victoria, Cano, & Vignarius. Quibus addi possunt Hurtado disp. 11. diff. 15. & Ochagania quæst. 25. Vazquez q. 91. ar. 3. dub. 10. Reginald. lib. 1. num. 76. & alij docentes; id non posse fieri, sed Superiorum debere, aut non absoluere, aut audire confessionem integrum. Sic etiam Ludsonicus loc. cit. & diff. 4. & Beccan. c. 40. q. 9.

Sed probabilius Respondeo: Posse quidem ex graui, & urgenti causa; non absque illa. Quia confessionis integritas, est de iure diuino: Ergo solum necessitas, & urgentissima causa, ab illa excusare potest pœnitentem, & Superiorum. Sic Suarez disp. 31. sec. 1. num. 6. Sot. in 4. diff. 18. concl. 2. ar. 5. Fagund, præc. 2. lib. 8. cap. 3. num. 5. Granados tract. 10. disp. 8. num. 2. & 3. Lugo disp. 20. n. 77. & 78. Enriq. lib. 5. cap. 12. num. 4.

& lib. 6. cap. 15. num. 4. Luysius disp. 30. dub. 7. Egidius disp. 7. n. 83. & Laymar lib. 5. tr. 6. c. 12. n. 8. Lublinus l. c. Philipus. tr. de Iubileto §. 20. num. 4. fol. 148. & 149. Bonac. loc. cit. Petrus de Ledesma, 1. par. sum. cap. 20. de pœnit. dub. 4. post. 2. concl. & alij. Quando vero urget grauis causa, vel quando non, graui prudentis iudicio examinandum est.

QVÆSTIO XXX.

An Indictio casu, quo pœnitens absolutus fuit à suo Superiori à solis reseruatis, habeat obligationem, ea iterum inferiori confitendi, cum non reseruatis?

AFFIRMANT Nauar. in cap. Confide-
ret. §. Cantus, num. 13. de pœnit.
diff. 5. Rosella. Verb. Confessor. 9.
dicto. 5. §. 19. Fr. Medina, fol. 58. alias 56.
dicens, hunc esse usum Ecclesiæ. Durand. in
4. diff. 17. q. 14. & 15. Vbi docet, oppositū
esse plenum periculo, & erroneum. Tabiena,
Armillia, uterque Soto, Palatio, Ricard. Ad-
rian, & alij quam plures, quos citat; & se-
quitur Enriquem lib. 5. cap. 12. num. 4. lit.
R. & lib. 6. cap. 15. num. 4. & 5. & lit. D.
Fagund. præc. 2. lib. 8. cap. 3. nu. 8. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri pœnitentem in eo casu confitendi inferiori Confe-
ssario; nisi sola mortalitia non reseruata. Quia in casu dicto, pœnitens vere, & legitime confessus est peccata reseruata, & à Superio-
ri ab illis directè absolutus; ergo nullo modo obligandus est, ut eadem repetat alteri Confe-
ssario inferiori. Sic Gerson, & Maior,
Victoria, & Ledesma apud Enriquem locis citatis. Nauarrus etiam in man. cap.
9. num. mibi. 7. Vbi ait; esse sententiam com-
munem. Suarez disp. 31. sec. 1. num. 10. Gra-
nados loc. cit. num. 4. pag. 1301. Lugo disp.
20. num. 82. & Ioannes de Cruce in summ.
par. 2. de pœnit. quæst. 3. dub. 5. concl. 3.
Layman loc. cit. qui pro hac sententia citat
Petrum de Soto lect. 10. de Confessio. Sed non ita bene, cum oppositam tuiorem vo-
cet ille. Valentia tomo. 4. disp. 7. q.
11. punct. 1. Bonac. loco. cit. n.

4. Vazquez, & Egidius,
apud ipsum.

QVÆS-

QVÆSTIO XXXI.

*An Quando ex causa, Prælatus pœnitentem a foliis reseruatis absoluuit, verum sit,
Sacramentum, quod, & gratiā conferat?*

NEGLANT apud Enriquez ll. cit. præcipue lib. 5. cap. 12. nu. 4. lit. P. Nauar Siluest. Tabiena, & Victoria, Ledesma, Petr. Soto Angles, & alij: Quia existimant talem absolutionem, non esse à culpis, sed solum à reseruatione, vel excommunicatione, & id esse valde probabile. Affirmat Enriquez loc. cit. lit. R. Affirmat etiam Ludouicus quæst. 5. citata art. 17. diff. 4. pag. 428.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Verum fieri Sacramentum, & per illud conserri gratiam. Quia adeat vera materia, & vera forma: Ergo nihil deest ad veritatem, & esse Ætum Sacramenti. Sic Enriquez loc. cit. & P. de Ledesma loc. cit. dub. 4. post. 2. concl. & apud ipsum, D. Thom. D. Bonau. Ricard. Scot. Palud. Capreol. & alij Suarez loc. cit. num. 9. Fagundez loc. cit. nu. 11. Lugo loc. cit. num. 80. & Ioan. de Cruce loc. cit. Bonac. disp. 5. quæst. 7. pun. 5. §. 3. num. 2. & apud ipsum, Egid. & communis.

QVÆSTIO XXXII.

An Confessarius Inferior, licite possit absoluere pœnitentem confidentem peccata reseruata, cum obligatione, ut postea, ea sola Superiori confiteatur?

AFFIRMANT absolute posse absoluere, seclusa adhuc necessitate aliqua, Enricus, Palud. Medina. Nauar. Vignierius, Gabriel Angel, & Siluest. quos affert Luysius disp. 31. de pœnit. dub. 6. Adrian. q. 4. de Confessione. pag. mibi 257. Undenō bene citatur à Luysio, & Hurtado pro opposito (vt infra) Toletus, & Pharaonius, quos citat Diana 3. par. tr. 4. resol. 58. Et dicit esse probabile, quod, & id indicat Layman lib. 5. ar. 6. cap. 12. uum. 11. Ver. Dico III.

Alij vero, è contra absolute negat, id posse licite facere, nisi solum in articulo, aut pericilio mortis. Ita Ricard. in 4. diff. 17. ar. 2. q. 8. Durand. diff. 17. q. 15. Vazq. q. 91. ar. 3. dub. 9. quos citat, & sequuntur Luysius loc. cit. & Hurt. disp. 11. diff. 4. Bicanus cap. 40. q. 8. Ex his tamen Doctoribus, Durand. & Ricard. id nō docere, sed potius oppositū, Egidius disp. 8. dub. 13. num. 99.

Sed, media via, probabilius Respondeo: Posse cuidem licite absoluere pœnitentē a reseruatis, cum dicto onere, non solum in articulo mortis; verum etiam quotiescumque grauis vrgeat necessitas, vel causa (minime vero absque illa) modo aliqua peccata non reseruata cōfiteatur, à quibus absoluatur directe, & in directe à reseruatis. Sic S. Thom. in 4. diff. 17. q. 3. ar. 4. q. 2. ad 4. Molles cap. 21. cit. n. 47. Reginald. lib. 8. n. 80. & seqq. Megala lib. 1. cap. 14. Pet. Ledesma 1. par. sum cap. 20. de pœnit. concl. 2. Sotus in 4. diff. 18. q. 2. ar. 5. Enriq. lib. 6. c. 15. & lib. 5. c. 12. Suarez disp. 31. se ct. 3. Egid. disp. 8. dub. 13. d. n. 100. Lugo disp. 14. de Euchar. se ct. 5. & alij recentiores, de qua quæstione iterum nos tract, de Euchar. dicemus,

QVÆSTIO XXXIII.

An Quando pœnitens habens reseruata, primo adit (ex causa urgenti) Inferiorem, teneatur illi confiteri omnia peccata, tam reseruata, quam non reseruata?

AFFIRMANT Siluest. verb. Confessio 1. num. 20. Toletus lib. 3. cap. 8. nu. 3. Suarez disp. 31. se ct. 2. num. 1. 4. & 6. Angel. Verb. Confessio. 5. nu. 5. Nauar. in cap. Consideret. de pœnit. num. 10. & Medina C. de pœnit. quæst. 13. Quos omnes. Sic resert, & sequitur Fagundez præc. 2. lib. 8. cap. 3. n. 13. dicens, oppositum esse omnino improbabile. P. Soto le ct. 10. de Confessio. Nufius quæst. 9. Additionum. ar. 2. in 2. part. ar. dub. 3. pag. mibi 512. Vega in speculo Curatorum tom. 1. cap. 11. num. 273. Chapiuilla de casib. resera. cap. 8. Ludouicus de S. Juan quæst. 5. de pœnit. art. 17. diff. 5. pag. 428. Petrus de Ledesma loc. cit. dub. 1. post. 2. concl.

Sed ex quæ probabilitate Respondeo: Non teneri in eo casu confiteri inferiori, nisi solum peccata non reseruata. Quorsum enim dicet reseruata illi, qui eorum index nō est, neque esse potest? Si dicas, quod, vt in directe absoluatur à reseruatis Respondeo: Quod absque dubio; etiam si raceantur, ab illis absoluuntur. Sic optime, & late Lugo disp. 14. de Euchar. d. num. 86. & disp. 20. de pœnit. n. 74. & ante illum Alens. 4. par. q. 18. mem. 4. art. 5. §. 2. alias quæst. 77. m. 5. art. 2. Gandauensis. quod lib. 1. quæst. 29. & 20. In hanc etiam sententiam, valde inclinat Petrus de Soto, loco pro contraria ritato.

pag. mibi 189. col. 2. Vbi dicit; esse satis probabilem. Et ad minus, esse probabilem clare insinuant Maior disp. 17. quæst. 5. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 6. Suarez loc. citato. fol. 2. (mibi 3.) num. 8. Nuñus loc. cit. & Diana 3. par. tract. 4. resol. 104. Salas, & Bonac. apud Lugum disp. 14. cit. num. 86. apud quem, etiam illam expresse docet Castrus Palao 1. par. tract. 4. disp. 4. punct. 3. §. 6. & nouissime Toreblanca lib. 14. tract. cap. 11. num. 43. per hæc verba, Habens ca- sum reseruatum, urgente necessitate com- municandi, vel celebrandi, ad vitandam in- famiam grauem, ad summum, solum tene- tur confiteri peccata non reseruata Confes- fatio non habenti potestatem ad reseru- rum Medina, C. de Confessio. quæst. de In- tegrit. Confess. fol. 55. Nam cum certum sit pœnitens absoluui non posse à reseruato, ad aliud non erit utilius Confessio reseruati, quam ad se disfamandum coram Confesso- re, & non leve onus erit pœnitenti ad con- fidendum bis idem peccatum. Petrus Soto lect. 11. de Confess. Alexand. par. 4. quæst. 18. mem. 4. art. 5. §. 2. Filliuctom. 1. tract. 3. cap. 7. num. 213 Huc usq. Toreblanca.

QVÆSTIO XXXIV:

An Si pœnitens confitens aliqua reseruata obliuiscatur alia in culpabiliter, maneat tunc liber à reservatione illorum; ita, ut postea à reseruatis oblitis absolui possit à quocumque alio Confessario?

NEGANT Vazquez quæst. 92. art. 3. dub. 5. nu. 18. & 21. Hurtado disp. 11. diff. 3. & alij. Sed longe probabilius Respondeo: Mane- ret tunc pœnitentem liberum iam à reserua- tione oblitorum. Quia Superior in hoc even- tu absoluens, semper intendit absoluere, quantum potest. Sic Navarrus in cap. con- sideret. de pœnit. num. 22. Rodriguez Siluest. Angel Rosella, & alij, quos citat, & sequi- tur Fagundez præc. 2. lib. 8. cap. 3. num. 12. Vbi ait, esse conclusionem certam Sic etiam Suarez disp. 21. sect. 4. num. 15. Can- didus, disquisitio. 24. art. 69. dub. 56. num. 61. & alij.

(3)

QVÆSTIO XXXV.

An Subditus, non solum maneat liber à re- servatione oblitorum, quando aliqua reser- uata confitetur; verum etiam, quando nulla, propter obliuionem,

Confitetur?

NEGANT Vazquez, & Hurtado lib. cc. Luyfius disp. 31. dub. 4. Et (licet non ita consequenter) Suarez loc. cit. à num. 13. & Bonac. disp. 5. quæst. 7. punct. 5. §. 5. num. 5.

Sed ahuc probabilius Respondeo: Mane- re etiam liberum à reservatione oblitorum, & posse consequenter ab illis à quo cumque Confessario absoluui. Quia non est maius fun- damentum ad presumendum superiorem ve- lle auferre reservationem pro oblitis, quādo pœnitens cōfitetur aliqua reseruata, quādo illa nō confitetur, vt optime probat Lugo disp. 20. n. 94. pag. 474. In vtrisque ergo casu absolvit, & liberat pœnitentem ab omnibus peccatis, & censuris. Sic Na- var. Siluest. Gabriel. Adrian. Angel. Ro- sella, Couarrubias, Cano, & Ledesma apud Suarez loc. cit. num. 12. Enriquez lib. 6. cap. 16. num. 5. Vbi lit. E. ait falso recentiores quosdam limitare hanc nostram responsionem, dicentes, solum esse veram, quando oblitum peccatum erat eiusdem speciei cum alijs re- seruatis, quæ fassus est. Fagundez, & Lugo, lib. cc. Nuñus quæst. 9. ar. 2. par. 2. dub. 4. Egid disp. 8. dub. 12. num. 98. Reginald. lib. 8. cap. 7. nu. 99 Diana 1. par. tr. 11. de Bu- lla Crucifata resol. 19. Qui pro hac senten- tia citat Emanuelem Sa, Confessionum. 7. & Hurtadum. Sed vtrique male; nam hic, op- positum expresse docet, ille, nihil de hac re agit.

QVÆSTIO XXVI.

An, Qui virtute Iubilei, aut Bullæ, fuit ab- solutus à peccatis; sicut remanet absolutus à reseruatis oblitis, sic etiam remaneat liber ab obligatione postea confitendi illa reser- uata legitimamente Superiori, si non habeat Bullam, aut iam sit finitum tempus Iubilei?

NEGANT manere pœnitentem liberū ab illo onere, apud Dianam loc. cit. Suarez disp. 31. sect. 4. n. 18. Vazquez q. 91. ar. 3. dub. 5. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 7. punct. 5. §. 5. num. 5. & alij

Sed probabilius Respondeo: Affirmative. Quia si per prædictam absolutionem, manet pœnitens liber à reservatione oblitorum

(vt)

(vt quæst. precedenti est habitum) quid obseruat, vt possit ab eisdem absolui, per quemcumque Confessarium communem, etiam finito tempore Iubilei, vel Bullæ; Nihil certe. Sic expresse docent, & cōcedunt nostrum casum, Suarez l. cit. num. 20. & 21. Vazquez dub. 5. cit. nu. 38. Bonacina loc. cit. num. 8. Quare absque fundamento citat illos Diana in præsenti casu, pro parte contraria; Sic etiam Egidius disp. 8. dub. 12. num. 98. Nunus, Mollesius, Megala, & alij, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. Lugo disp. 20. num. 99. Qui bene aduertit; quod licet Suarez, Vazquez, & Bonacina in confessione facta Superiori, contrarium sentiant (vt superiori quæst. vidimus) tamen quando confessio fit à pœnitente habente facultatem ad obtainendum solutionem virtute Iubilei; vel Bullæ; auferre omnino reservationem pro oblitis, omnino dicant. Sic etiam Luysius disp. 31. dub. 4.

QVÆSTIO XXXVII.

An Si pœnitens tempore Iubilei confessus sit cum intentione lucrandi illud, & postea non lucretur, maneat liber a reservatione peccatorum, quæ confessus est;

NEGLANT aliqui, quos, suppresso nomine, refert Hurtado disp. 11. diff. 9. & expresse Nunus quæst. 9. art. 2. in 2. parte articuli dub. 4. pag. mibi 515. Angles, Vgolinus, Alterius, & alij, apud Bosium, vbi infra.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: Manere liberum; & ideo, non obligatum ad illa iterum confitenda. Quia dicta peccata reseruata, iam fuerunt directe semel ablata per solutionem, quæ non fuit data sub conditione de futuro; sed omnino absolute; ergo. Sic Suarez disp. 31. sect. 4. num. 5. Vazquez quæst. 91. art. 3. dub. 6. nu. 6. Enriquez lib. 6. cap. 16. Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. num. 42. & sequent. Hurt. loc. cit. Candidus disquisitio. 24. art. 69. dub. 45. Nauar. & Conrad. apud ipsum, Luysius disp. 31. dub. 4. Lublinus V. Iubileum, num. 14. & apud illum, Graffius. Philippus etiam, tract. de Iubileo, §. 20. num. 3. pag. 146. & num. 4. pag. 148. & tract. de indulgentijs, §. 11. num. 7. Bosius de Iubil. sect. 2. casu 39. num. 1. & sect. 1. casu 31. num. 4. & apud ipsum, Sandarellus, Lauorius, Leo, Layman, Pollachius, Co-

riolanus, Bonacina, & alij. Villalobos diff. 66. num. 5. Corduba in Summa quæst. 21. & communis.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Peccet mortaliter pœnitens, non obseruando reliqua requisita ad Iubileum lucrandum, postquam virtute illius, absolutionem à reservatis, & votorum commutationem obtinuit?

AFFIRMANT Suarez loc. cit. & to. 2. de Religio. lib. 6. de voto cap. 16. num. 11. Coriolan. part. 1. sect. 3. art. 17. num. 3. pag. mibi, 396. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Non peccare (saltem mort.) Quia nullum est fundatum ad inducendam talēm obligationem pœnitenti, qui ab initio habuit animum lucrandi Iubileum, licet postea, mutata voluntate, non comparet. Sic Sanchez loc. cit. num. 54. & lib. 8. de matrim. disp. 15. nu. 24. & lib. 1. disp. 43. num. 9. vbi ait: nullam in hoc invenire culpam. Enriquez lib. 6. cap. 16. nu. 6. Hurtado disp. 11. diff. 9. Sandarellus, Nadus, Floronus, Portel, quos citat, & sequitur Diana 3. part. tract. 4. resol. 145. & tract. 5. resol. 25. Candidus disquisitio. 24. art. 69. dub. 47. & Bonacina disp. 5. quæst. 7. pun. 5. §. 5. num. 18. Sed de hac quæst. iterum, tr. de Iubileo quæst. 166.

QVÆSTIO XXXIX.

An Pœnitens, prædicto modo, absolutus, virtute Iubilei; si reliqua requisita non implet, maneat etiam liber a reservatione peccati reseruati oblii; ita ut possit postea cuicunque Confessario illud confiteri;

NEGLANT Hurtado loc. cit. Vazquez, & Luysius loc. cit. vbi supra. quæst. 34. Et esse id valde probabile, ait Suarez disp. 31. sect. 4. num. 23. Negat etiam Bossius de Iubil. sect. 2. casu 40. referens pro hac parte Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. num. 52. Sed non bene.

Sed probabilius adhuc Respondeo: Manere liberum a reservatione peccati oblii, & ideo posse illud postea cuicunque Confessario habenti iurisdictionem communem ad mortalia confiteri. Quia cum Confessio. 44. a

Valida fuerit, ut supponimus, Confessor absoluens directe a libi detectis, & indirecte ab oblitis, virtute Iubilei, intendit omnino auferre reservationem, cum absoluat, quatenus potest, & re vera possit. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 21. & in Sum. lib. 4. cit. cap. 54. num. 45. Lugo disp. 20. n. 101. pag. 475. & apud ipsum, Suarez loc. cit. n. 24. Diana 11. cit. & Portel apud ipsum, Cadi dus loc. cit. dubit. 48. Qui & citat pro hac parte Coriolanum, & Bartholomeum à S. Fausto. Sic etiam Homobonus de cas. reseru. par. 1. cap. 5. Leo de Iubil. par. 2. num. 203. fine, & alij.

QUÆSTIO XL:

An Si quis confiteatur animo lucrandi Iubileum, & virtute illius absoluatur à censuris, si postea illud non lucretur, reincidat in pristinam censurarum reservationem, a quibus absolutus fuit?

AFFIRMANT reincidere Angles 1. par. quest. 3. de Confessio. art. 5. diff. 4. Rodriguez in Bulla Crucifixa, §. 2. num. 8. Vgolinius decens. tab. 1. cap. 10. §. 4. num. 4. Marcus Alter. lib. 4. de ex communi catio. disp. 4. cap. 4. dub. 2. & alij Neoterici.

Sed longe probabilius Respondeo: Non reincidere. Quia quamuis ea absolutio data fuerit in ordine ad futuram Iubilei consequ entem, at non pendet ab ea, vt a conditione de futuro. Sic enim absoluere nefas est. Nec absolutio illi data est ad reincidentiam, id enim, Iubileus non explicat, & solet Pontifex exprimere, quando id intendit: ergo. Sic expressis verbis Sanchez disp. 15. citata n. 20. & in Sum. disp. 54. num. 44. & apud ipsum, Nauar. Corduba, Suarez. Graffis, Vinal dus, Sa, & Rodriguez (sibi contrarius.) Sic etiam Vizquez quest. 9. 1. art. 3. dub. 6. n. 6. Fillius. Molfet. & alij, quos citat, & sequitur Diana, resol. 145. cit. Lugo disp. 20. n. 100. Luyfius disp. 31. dub. 4. Enriquez lib. 7. cap. 11. num. 4. Boffius seft. 1. casu. 31. num. 4. & apud ipsum, Zerula, lib. 1. de Iubil. cap. 15. dub. 7. Coriolan. de casib. reseruatis par. 1. seft. 3. cap. 17. num. 1. Bonacina disp. 5. quest. 7. punct. 5. §. 5. num. 16. Sanctarellus, Lauorius, Layman, Leo, & alij plures, Candidus, disquisitio. 24. art. 69. dub. 46. Qui bene addit: idem esse dicendum de vo-

tis commutatis, tempore Iubilei, quod scilicet, maneant bene commutata, nec amplius redeant, licet pœnitens, postea non presul necessaria ad consecrationem Iubilei. Sic ille (contra Beiam part. 3. casu casu. 22.) & etiam Boffius seft. 2. casu 39. & communis.

QUÆSTIO XLI:

An Qui tempore Iubilei Confessionem non fecit, quia factio examine, non inuenit mortale, quod deberet confiteri, possit postea transacto Iubileo, a reseruatis, ante illud commissis, & oblitis, à quocumque communi Confessario absoluiri?

NEGLANT Faustus de Iubileol lib. 4. quest. 134. Enriquez lib. 6. cap. 16 num. 6. Floronius, & Portel, quos citat, & sequitur Diana 3. par. tr. 4. resol. 150. Qui etiam citat prose, Suariorum tom. 4. disp. 31. seft. 4. num. 9. & 24. Et Thomam Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 21. Sed certe neuter hoc dicit (imo Sanchez oppositum affirmat, vt statim) nisi supposita opinione probabiliori apud ipsos, assertente, prædictum pœnitentem, non comparsa in eo casu Iubileum, eo quod Confessionem non fecerit. Docent tamen Luysius disp. 31. dub. 4. & Candidus loc. cit. dub. 49. pag. 204.

Sed probabilius Respondeo: Posse à quo cumque Confessario absoluiri; si pœnitens omnia alia ad Iubileum lucrandum impleuerit. Quia probabilius est, ad Iubileum lucrandum non requiri necessario Confessionem quando quis non inuenit apud se materiam necessariam Confessionis, vt docent Suarez disp. 52. seft. 3. num. 5. Lugo disp. 27 num. 100. Diana 1. par. tract. 11. resol. 107. & nos infra disp. 14. de indulg. quest. 76. dicimus: ergo cum præfatus pœnitens, quidquid ad Iubileum erat necessarium perfec rit, iam illud lucratus est, & consequenter priuilegium, vt ab omnibus casibus reseruatis absoluatur; poterit ergo absoluiri à reseruatis oblitis, a quocumque Confessario, etiā elapsio Iubileo. Sic Sanctarell. de Iubil. cap. 13. dub. 2. Alphonsus de Leone, & Zanard. apud Dianam resol. 150. citata (qui idem affirmit dicendum de illo, qui tempore Iubilei nullam Confessionem fecit, quia non habuit copiam Confessarij, si omnia alia pro lucrando

Iucando Iubileo perfecerit;) Lugo disp. 20. nu. 102 pag. 476. Bossius de Iubil. sect. 1. casu 30. num. 2. citans pro hac sententia Thomam Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 17. & 19. & lib. 4. Sum. cap. 54. nu. 19. & 41. Laurentium Portel (quem pro se citauit Diana) indub. reg. verb. circa indul. & Iubil. num. 7. & 19. & alios recentiores.

QUÆSTIO XLII:

An Si quis expresse confiteatur Prælato, vel habenti potestatem delegatam, omnes casus reseruatos; satisfaciat reseruationi, si confessio, ex defectu doloris, seu examinis, seu ex alio capite, nulla redatur?

NEGLANT Thomas Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 21. & lib. 4. Sum. cap. 54. num. 5. Et Candideus disquitio. 24. art. 69. dubit. 43. 44. & 47. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Satisfacere reseruationi; & video posse talia peccata cuilibet Confessario fateri. Sic Suarez disp. 31. sect. 4. num. 9. Vazquez quest. 91. art. 3. dub. 5. a num 33. & ante illos, Silvester V. Confess. 1. quest. 19. Caiet. V. casus. Armilla, Ricard. Palud. Nataar. Couarr. Palatio, Gabriel. Adriano, Angles, & alij, quos affert. & sequitur Enriquez lib. 6. cap. 16. num. 5. lit. B. & C. & lib. 7. cap. 11. num. 4. Egid. disp. 8. dub. 12. num. 91. Nuñus quest. 9. additio. articul. 2. in 2. par. artic. dub. 4. Lugo disp. 20. num. 106. pag. 477. Comitolus lib. 1. respons. quest. 30. num. 2. & Ochag. loco statim citando. Philippus de Cruce tract. 1. de Iubileo, §. 20. num. 4. pag. 147. Bossius loco statim citando num. 13.

QUÆSTIO XLIII:

An Idem sit dicendum de illo, qui tempore Iubilei, inualide confitetur; an scilicet; maneat liber a reseruatione peccatorum, quæfassus est, a censuris, irregularitatibus, & à votis?

NEGLANT Sanchez, Philippus de Cruce, & Candideus II. cc. Fillius. tract. 8. cap. 6. num. 149. Floronius, Homo bonus, Layman, Lauorins, & alij quos refert

Bossius de Iubil. sect. 1. casu. 34. nu. 1. Ochagavia tract. 2. de Confessio quæf. 22. num. 11. Suarez loc. cit. num. 22. Bonacina disp. 5. de Sacram. quæf. 7. punct. 5. §. 5. num. 9. & alij. Negant etiam P. Ledesma de Pœnit. cap. 17. concl. 2. dub. 7. Villalobos tr. 27. clausula 9. §. 2. num. 16. & Acosta, quos citat, & sequi videtur Diana 1. part. tract. i. resol. 18. Lugo loc. cit. & alij; in casu tantum, quo pœnitens aduerteret defectum confessionis; secus si non aduerteret, quia in isto casu, putant manere liberum a reseruatione, saltem si postea, cætera requisita ponat.

Sed æque probabilius Respondeo: Etiam in hoc casu, manere liberum a reseruatione peccatorum, quæ confessus est, & à censuris, & valere commutationem votorum, & dispensationem, si vere, dum confessus est inualide, habebat animum præstandi onera, ad lucrādum Iubileum, necessaria. Quia etiam in hoc, sicut in præcedenti, casu, defert pœnitens peccata reseruata Sacerdoti habenti iurisdictionem, & eius sententiam audit, & pœnitentiam impositam acceptat: ergo si ad id solum ordinatur reseratio, vt nulli ex contrarijs fatentur, ipsa auferetur, etiam si alias Confessio ex defectu doloris, vel examinis, aut integratatis, sit inualida. Sic Vazquez dub. 5. cit. num. 33. & 37. Comitolus loc. cit. & apud ipsum, Caiet. Armilla, Silvestri. D. Anton. & Paludan. Enriquez lib. 6. cap. 16. num. 5. Vbi sic ait: Durante Jubilei tempore, si quis animum habet præstandi, & supplendi necessaria (licet incontrite, vel etiam dimidiate præpudore à principio confiteatur) absoluuntur directe ab excommunicatione, & reseruatione peccati; etiam oblieti. Sic ille. Et alij plures apud ipsum. Et id probabile indicant Diana loc. cit. & Bossius de Iubil. sect. 1. casu 34. nu. 12. Imo illam, magna ex parte, tenet nu. 7. 8. 9. & 10. Teneret, & Lugo num. 109. pag. 477. Loquendo de facultate ex Bulla, per hæc notanda verba: Si sermo sit de facultate per Bullam Cruciatam concessa, existimo, licet Confessio fuerit facta, vel nulla, nihil referre. Quia facultas, vel ablato reseruationis, non ponitur à Confessario absoluente, sed ab ipso Pontifice, posita illa unica conditione sumendi Bullam, & dandi eleemosynam; cum ergo, conditio posita sit, iam pœnitentes acquiescit, ius, & priuilegium, eligendi Confessarium, qui eum absoluat ab omnibus reseruatibus tunc in cursis; quod ius remanet in eo, ratione conditionis positæ. Sic ille.

QUÆS.

QVÆSTIO XLIV.

An Omnes, qui peccata reservant, vel qui potestatem Ordinariam habent ad eorum absolutionem, possint facultatem absoluendi a reservatis delegare?

RESONDEO; Posse. Et eo modo, quo ad alia peccata iurisdictionem delegant. Sic, iurisdictionem delegatam ad multa reservata, habent Religiosi. Præsertim, Mendicantes, & etiam illi, qui eliguntur à pœnitente virtute Bulzix, aut Iubilei. Sic omnes.

QVÆSTIO XLV.

An Si aliquis petat facultatem à Superiori pro una vice, pro casibus reseruatis, includatur in hac petitione ipsem petens, ita, ut dicta facultate uti possit profusa personas?

AFFIRMANT absolute Alphons. de Leone de officio. & potest confes. tom. 2. Recollet. 6. num. 131. apud Diana m, & apud Lugum, & Villalobos tract. 9. diff. 6. 4. num. 4.

Negat vero absolute Graffius, apud Diana m 3. par. tract. 4. r. sol. 142.

Distinguit vero ipse, per hunc modum. Si petens Superiori dicat, est quædam persona, quæ indiget nostra auctoritate; placet ne vobis illam mihi dare; tunc, petens includitur in dicta petitione. Si vero, petens illam facultatem dicat; Rogo te, ut des mihi tuam facultatem, pro una persona, tunc, inquit, non posset petens, illa pro se ipso uti. Sic Diana loquitur & apud ipsum, Floronus de casib. reseru. part. 1. cap. 3. §. 1.

Ego vero probabilius Respondeo. In hoc casu, attendendam esse intentionem, & consuetudinem, quam concedentes tales facultatem habent. Nam si Superior concedat petenti facultatem absoluendi a reseruatis; tunc non posset petens, virtute illius facultatis, absoluiri ab alio; si vero Superior det petenti facultatem, non absoluendi, sed eligendi Confessarium pro una persona, pro una vice, ut faciat se absoluere a reseruatis; tunc non excluditur ipse petens, sed potius includitur, & ita potest illa facultate pro ipso,

met uti. Sic Lugo disp. 20. num. 119. pag. 478.

QVÆSTIO XLVI.

An Qui obtinuit facultatem absoluendi pœnitentem a reseruatis, in quæ inciderat; si postea inueniat ipsummet pœnitentem lapsam fuisse in alia duo, vel tria peccata reseruata, possit eum ab his etiam absoluere?

AFFIRMANT Bonacina de legib. disp. 1. quest. 3. qunct. 7. §. 1. nu. 11. Præpositus quest. 9. de reseruat. cas. dub. 3 num. 22. & Diana 4. part. tract. 4. resol. 109. Vgolinus, de potest. Episcopi, cap. 36. §. 5. Barbosa de potest. Episcopi, allegatio. 52 num. 9. & alij.

Alij vero è contra, simpliciter negant. Sic Lucas Floronus, de casib. reseru. 1. par. cap. 4. §. 3. num. 29. & alij.

Sed clarius, & probabilius, Respondeo; Si Confessarius petat licentiam, aut facultatem absoluendi quendam subditum ab uno quodam peccato, in quod lapsus est, & Superior eam concedat; non poterit tunc Confessarius absoluere pœnitentem à peccato, non dum commisso; (nisi alias superior expresse concedat, & dicat; ut possit absoluere ab omnibus) si vero Confessarius absolute petat licentiam absoluendi quendam, pro una vice, a reseruatis, & illi concedatur; tunc optime poterit absoluere illum a commissis, etiam post licentiam concessam. Quia in hoc casu, concessionis verba, non significant limitationem. Sic Lugo disp. 20. num. 132. & 128. & sequen. (& in hoc sensu videntur loqui Bonacina, Præpositus, & Barbosa) Bossius de Iubil. se Et. 1. casu. 14. num. 4 & sequent.

QVÆSTIO XLVII.

An Si alicui concedatur licentia, aut facultas eligendi Confessarium, qui ipsum, a casibus reseruatis, pro una vice, absolvat; solum detur, ut absoluatur à peccatis ante commissis; non vero à peccatis in posterum committendis?

AFFIRMANT Vgolinus, Floronus, & Barbosa II cc. & Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 23. quest. 2. col. mibi, 571. Quia alias huiusmodi concessio, vel facultas as-

sam

sam præberet liberius, faciliusque peccandi.

Alij vero cum distinctione Respondent, dari quidem in eo casu facultatem, ut absoluatur pœnitens à peccatis commissis, post datum licentiam, antequam ab eo acceptetur; non vero a peccatis commissis, post acceptionem. Ita aliqui, quos suppresso nomine, refert Lugo loc. cit. num. 121.

Sed probabilius Respondeo: Dari dictam facultatem, ut absoluatur pœnitens, cui concessa fuit, a peccatis similibus commissis, etiam post licentiam cōcessam, atque etiam à commissis post notitiam habitam facultatis concessæ. Quia (quidquid alij dicant) eadem est huius, & praecedentis casus, ratio. Sic Lugo loc. cit. & apud ipsum, Bonacina, & Ioan. Prepositus. Et Bossius loc. cit. num. 6. per hæc verba. Verum: ego distinguerem, nam, vel pœnitēs petiit licentiam à talibus criminibus, vel à criminibus reseruatis, à se commissis; & sic omnino certum est, non posse absoluī à commissis post licentiam obtentam, nisi superior hoc expresserit; vel petiit absolute, & simpliciter, ut posset semel, aut pro vna vice alteri Sacerdoti confiteri, & absoluī à quibusliuet reseruatis, & Superior annuit, nulla adiecta limitatione, seu restrictione, & tunc credarem pro illa vice eum posse absoluī à reseruatis, etiam deinceps commissis; sicut quando confessario ipsi fuit data licentia illimitata pro aliqua tantum persona, videtur enim adesse eadem rationis paritas. & ostendunt supra dicta. Sic Bossius.

QVÆSTIO XLVIII:

An Facultas absoluendi a reseruatis extendetur ad reseruata commissa ob conscientiam talis facultatis?

NEGLIGANT extendi Couarr. lib. 2. v. 2. riuar. cap. 2. num. 26. & Ioan. Lupinus, in cap. Per vestras, de donatio. inter virum, & uxorem. Et alij apud Acostam in explicatio. Bullæ quæst. 33. & apud Enriquez lib. 7. cap. 9. num. 4. lit. A.

Sed longe probabilius Respondeo: Extendi. Quia hæc facultas dator ad absoluendum ab omnibus peccatis; ergo non debet restringi ad ea sola, quæ non sunt facta ob conscientiam talis licentia. Sic Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 54. num. 18. Filliuc. tract. 8. cap. 10.

num. 262. Villalob. & Ledesma, quos citat, & sequitur Lugo loc. cit. num. 130. & Lubinus V. indulgentia. num. 17. pag. 356. Nauar. notab. 34. num. 6. Suarez tom. 2. de Religio. lib. 6. de voto cap. 13. Bonacina in præc. disp. 4. quæst 2. punct. 7. §. 3. num. 12. Enriquez loc. cit. Conrad. Homobonus, Floronius, Lanorius, Zerula, & alij, quos refert, & sequitur Bossius de Iubil. sect. 1. casu 13. num. 3.

QVÆSTIO XLIX.

An Si quis in fine Iubilei accedit, facturus longam Confessionem, & Confessarius non possit integræ tunc illum audire; possit, & debet, intra tempus Iubilei absoluere illum à censuris, & reseruatione casuum; & differre absolutionem peccatorum post elapsum tempus Iubilei?

AFFIRMANT, quod possit, imo, & debet, tunc Confessarius incæpta Confessione, absoluere, a censuris, & auferre reseruationem pro peccatis, & reliquam Confessionis partem, cum ab solutione à peccatis, differre post elapsum tempus Iubilei, Lugo disp. 20. n. 131. in fine, Diana 3. par. tr. 4. resol. 147. & apud ipsum, Enriquez, Sanchez, & Sa.

Sed clarius, & probabilius Respondeo: Posse quidem Confessarium, incæpta Confessione, absoluere pœnitentem a censuris, & auferre reseruationem, & etiam vota commutare, dilata in aliud tempus Sacramentali peccatorum absolutione, ut bene affirmat Lugo, & Diana; insuper, & Vega, Floronius, Naldus, Portel, & alij, apud Bossium, vbi infra. Non tamen teneri: quia licite potest hæc omnia, etiam post elapsum Iubileum, facere. Sic Enriquez lib. 7. cap. 11. num. 3. Sa. V. indulgentia. num. 14. Vbi sic ait: Si quis, durante Iubileo, cœpit Confessionem, quam oportet differri longius; potest tunc absoluī a reseruatis, & commutari in votis, postea vero ab omnibus absoluī, etiam quæ oblitus est, reseruatis, ac in oblitis etiam dispensari: imo vero, potest omnia facere postea, finita Confessione Confessor; cœpta enim causa, manet delegati potestas, donec finiatur. Sic ille. Quod etiam supponere videtur Lugo num. citato, in principio, & Candidus loc. cit. dub. 50. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 15. num. 17. Sanctarellus de Iubil. cap. 8. dub.

dub. 7. Bossius de Jubileose Zione t. casu 39. num. 3. pag. mibi 158. vbi num. 4. ad. dit; Posse adhuc in eiusmodi casu, Confessarium electum prorogare tempus Jubilei à Lu la præscriptum, ad faciendam Confessionem, & reliqua ad Jubileum consequenti in necessaria; cum tunc pœnitens videatur habere morale impedimentum; quod dicitur etiam Bonac. disp. 6. quæst. 1. pun. 5. num. 36. Naldus, & Leo, apud ipsos.

QVÆSTIO L.

An Casu, quo Confessio perficiatur, iusta de causa, post elapsum tempus Jubilei, possit Confessor absoluere tunc à reseruatis commissis, etiam post finitum Jubilei tempus?

NEGLIGANT Sanctarellus de Jubileo c. 8. dub. 7. Alphons. de Leone de Jubileo par. 2. quæst. 16. num. 189. Lugo disp. 20. num. 134. pag. 481. & apud ipsum, Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. num. 17.

Sed probabiliter certe Respondeo; Posse. Quia iurisdictio semel habita, & re non integra, ut pote causa incepta, non expiravit, donec causa finiatur. Sic Bartholomæns à Sancto Faustio de Jubileo lib. 4. quæst. 133. Cuius sententiam, ut probabilem defendit Diana 3. par. tract. 4. resol. 147. & 5. part. tract. 12. resol. 27. & Angelus Bossius de Jubileose t. casu 39. num. 6. Et meo videri Enriquez lib. 7. cap. 11. nu. 3. infine. Et esse probabilem etiam dicunt Leo, & Sanctarellus.

QVÆSTIO LI.

An Si quis, sine animo lucrandi Jubileum, transgerit utramque hebdomadæ, & die ipso Sabbati, in fine secundæ hebdomadæ, mutato animo, velit illud lucrari; possit tunc à reseruatis absoluiri, & lucrari Jubileum?

NEGATIVAM sententiam tenere Thomam Sanchez lib. 4. Summa cap. 54. num. 28. & Pinellum de indulgentijs cap. 23. ait Sanctarellus de Jubileo cap. 7. dub. 1. Sed male profecto; quia hiij Authoræ (administrus Sanchez, quem ego vidi) nihil ibitale dicunt, ut bene notat Lugo; quod & poterat Diana.

Probabilius ergo longe, Respondeo: Posse a reseruatis absoluiri. Quia optime potest Confessarius commutare pœnitenti tunc iejunia, quæ iam obseruare non potest, & visitationem Ecclesiæ, si nec hoc facere queat, & pœnitens ipsa die Sabbati opera subrogata exequi, & confiteri, & die sequenti Eucharistiam suscipere: Ergo optime poterit lucrari Jubileum; ergo virtute illius absoluiri a reseruatis, & censuris. Sic Lauorius, & Sandarellus affert, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 152. & Lugo disp. 20. num. 139. Bossius de Jubil. sect. 1. casu 38. per totum.

QVÆSTIO LII.

An Si aliquis omnia iniuncta opera pro lucrando Jubileo fecisset, & ultimo die, in qua Eucaristiam debet accipere, per cibationem, aut incuriam biberet, possit, hoc non obstante, lucrari Jubileum, & a reseruatis absoluiri?

AFFIRMANT absolute Enriquez lib. 7. cap. 10. nu. 8. fine. Sanctarellus & Grafius, quos affert, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 152. Quia in tali casu, potest, inquit, Confessarius communicare, quam tenebat pœnitens facere, in aliud opus pium commutare.

Negat vero Lugo disp. 20. num. 132. & 138. & expressius disp. 27. num. 119. Quia existimat, iuxta formulam nouam, non posse Confessarium, nec Confessionem, nec communionem, adhuc in necessitate, in alia opera commutare.

Clarius ergo Respondeo: Posse quidem in eo casu, pœnitentem lucrari Jubileum, & a reseruatis absoluiri, si attendam formulam antiquam Jubilei; quia iuxta illam, potest Confessarius commutare communionem, & Confessionem, sicut iejunia, vel alia opera, in alia opera pia; non vero posse, si iuxta nouam formulam Jubilei, facultas commutandi communionem, & confessionem, Confessori de facto non concedatur, de quo (quidquid sentiat Lugo) maxime dubito, cum id in dicta nova formula, clare non exprimatur, & ideo absolute dicendum videtur, etiam nunc posse absoluiri; de quo adhuc disp. 14. de Jubileo quæst. 95.

QVÆSTIO LIII.

QVÆSTIO LIII.

An Lucrato iam, Iubileo, non vero clapsō ciuī tempore, possit quis iterum absolui à reseruatis de nouo commissis?

AFIRMATI VAM sententiam vindicantur amplecti Diana 2. part. tract. 17. resol. 49. vers. Quarto, & apud illum, Molfelsius.

Sed Respondeo: Non posse. Sic Lugo disp. 20. num. 140. pag. 482. per hæc verba: Sexto dubitatur, an possit feria sexta v. g. absolui a reseruatis nouis, ille, qui feria quinta absolutus fuit, & lucratus est Iubileum; potest enim fieri, quod aliquis non potens ieunare faciat ex consensu Confessarij, loco ieiuniorum, alia pia opera, quæ omnia expluit feria quinta, atque adeo iam tunc lucratus est Iubileum. Dicendum ergo est in predicto casu, non posse absolui iterum feria sexta a reseruatis de nouo commissis: quia cum ea facultas detur in ordine ad lucrandum Iubileum, quod in eadem saltem hebdomada bis lucrandum non est; sequitur expirasse iam facultatem pro illo, qui complevit prius, & lucratus est Iubileum. Sicut contra, si aliquis communionem distulit ad sequentem Dominicam, poterit ante communionem, adhuc iterum absolui à nouis reseruatis, licet diebus præcedentibus confessus, & absolutus iam fuerit ab alijs: quia nimis facultas illa durat, donec lucratus sit Iubileum, vt obseruavit in utroque casu, Thoin. Sanchez lib. 4. in Decalag. cap. 54. num. 28. Quare prudenter faciet Confessarius commutando predicta opera in aliquid faciendum ipso die Sabbati, vt longius dureret facultas pro reseruatis, & provotis, Hæc ille. Et ante illum Candidus disquisitio. 24. art. 69. dubit. 57. pag. 205. Bossius de Iubilei se. et. 1. casu 15. n. 1. & 5. & Sanctarellus cap. 8. dub. 6.

QVÆSTIO LIV.

An Quid priori hebdomada lucratus est Iubileum, possit illud in secunda iterum lucrari, & absolui iterum à reseruatis de nouo commissis?

AFIRMANT Enriquez lib. 7. cap. 11. num. 1. & lib. 6. cap. 16. num. 3: & apud ipsum, Nauarr. Angel. & Ro-

fella, Graffius, Vega, Zanard. Moure, & Naldus, quos citat, & sequitur Diana resol. 49. cit. & 3. part. tract. 4. resol. 151. & 5. part. tract. 12. resol. 28. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Negative. Sic Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. num. 17. Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. n. 30. Bonac. disp. 5. quæst. 7. pun. 5. §. 3. n. 17. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 3. num. 9. Rodriguez in Sum. cap. 188. num. 2. Raphael de la Torre. in 2. 2. quæst. 88. art. 12. disp. 6. num. 8. Portel, & Benzonius, quos omnes referunt Diana 2. part. tract. 17. resol. 49. & 3. part. tract. 4. resol. 151. Quibus addi possunt Lugo disp. 27. num. 122. pag. 624. & Candidus loc. cit. Faustus in Thesaur. Relig. lib. 4. quæst. 61. Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 261. Qui ait, ita declarasse Sac. Cardinalium Congregationem mense Mayo, 1620. Sed de hac quæst. etiam agemus disp. de Iubileo. quæst. 88.

QVÆSTIO LV.

An Tempore Iubilei, quo Regulares absoluui etiam possunt à reseruatis, teneantur eligere Confessarium ab Episcopo approbatum?

AFFIRMANT Suarez tom. 4. disp. 28. se. et. 6. num. 11. Reginaldus lib. 1. cap. 15. se. et. 2. nu. 175. Vega tom. 2. cap. 7. casu 32. Homobonus, Naldus, Molfessius, quos citat, & sequitur Lugo disp. 20. num. 143. Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 9. & lib. 7. cap. 12. num. 4. Faustus de Iubilei lib. 4. quæst. 88.

Sed probabiliter æquè Respondeo: Non teneri, sed posse eligere Confessarium, non ab Episcopo, sed a suo Prælato approbatum. Sic Bonacina disp. 5. quæst. 7. punct. 4. §. 1. n. 25. Sacra in selectis disp. 49. n. 6. Et apud ipsum, Moure, Nauarr. Angles, Ledesma, & Valerus. Diana etiam 2. part. tract. 17. resol. 47. & clarius resol. 4. in additio. secund. & 5. part. tract. 12. resol. 37. & apud ipsum, Coriolan. Zerola, Sorbus, Zanardus, Sanctarellus, & Alphonsus de Leone, qui etiam citat pro hac parte Homobonum quem pro sua citat Lugo. Sed de hac quæst. iterum redibit sermo disp.

14. de Iubileo

. quæst. 84.

(2)

QVÆST.

QVÆSTIO LVI.

An facultates, quas Regulares habent ad absoluendum à reseruatis, reuocari censeantur per Jubileum anni Sancti.

AFFIRMAT Rodriguez in *expositio.* Bullæ, §. 12. in additio. dub. 6.
Sed probabilius Respondeo: Non reuocari. Sic Nauar. in §. in leuitico. notab. 33. Enriquez lib. 7. cap. 28. num. 7. & cap. 31. num. 3. Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. na. 62. Villalobos tract. 27. claus. 12. num. 21. Diana 1. par. tr. 11. resol. 100. Lugo disp. 20. num. 145. pag. 483. & alij.

QVÆSTIO LVII.

An Saltem dictæ facultates Regularium reuocentur, aut suspendantur per Bullam Cruciatam?

AFFIRMANT Nauar. lib. 5. consil. 16. de priuileg. Lopez par. 2. ubi decla. uibus capit. 2. Rodriguez, §. cit. & Acosta super Bullam quæst. 105.
Sed probabilius Respondeo: Non suspen- di. Quia ita interpretatur praxis. Nam omnes Regulares videntur eodem modo, suis fa- cultatibus ad absoluendum a reseruatis, ad comunitandum, &c. Videntibus Commissa- rijs Bullæ, & non contradicentibus: ergo. Sic Sanchez. P. Ledesma, Enriquez, Ioan. de Cru ce, & Graffius, quos referunt, & sequuntur Diana, & Lugo ll. cc. & etiam communis.

QVÆSTIO. LVIII.

An Regulares, virtute Bullæ Cruciatæ, also ui possint à casibus suis Pra- latis reseruatis, absque co- rum licen- tias?

AFFIRMANT posse (etiam repug- nantibus, & contradicentibus Pra- latis) virtute Bullæ absolui, San- cius in selectis disp. 44. num. 10. & 13. Ioannes de Cruce in suo Epitome lib. 1. cap. 6. dub. 12. concl. 3. Valerus diff. 1. concl. 5. & verb. nullitas. diff. 5. num. 2. Tru- lanch. in *expositio* Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 9. (in prima editione; nā in altima con-

trarium sentit.) Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 20. nu. 7. & lib. 3. cap. 19. §. 2. n. 13. & 14. Et adhuc latius, in manu scrip- tis, de Sacramento Pœnitentiarum, vbi satis do- cte, & eruditæ, viribus, & posse, id defendit, dicens fuisse etiam sententiam Magistri Ba- ñez, Ioannes Vincentij, & Magistri Lunæ, ex Dominicana familia; & ex Augustiniâna, Magistri Antolinez, Archiepiscopi Com- postellana Ecclesie, & aliorum. His acce- sserunt Seraphinus de Freitas ex Ordine San-ctæ Mariæ de Mercede, in memoriali pecu- liari de hoc punto impresso, & Commissa- rius Generalis Cruciatæ in Regno Portuga- lie die 7. Martij anno 1630. vbi publico e- dicto declarauit omnes Religiosos, sine Præ- lati licentia, posse Bullam accipere, & eius facultate uti ad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem a reseruatis. Tenent etiam Clarus, & Rius Mendoza, apud Egidium Truillench. loc. cit. num. 11. & di- cunt probabile Villalobos tract. 27. clau- sula 9. num. 13. dicens, sic respondisse An- tolinez, Curiel, & Cornejo, Magistros Sal- mantenses.

Probat Basilius hanc sententiam. Primò. Ex concessione generali, qua Pontifex in Bulla Cruciatæ, omnibus fidelibus (nulli excepto) quibuscumque illam sumentibus, & eleemosynam elargientibus, concedit facul- tam eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, a quo possint absolui à casib- us reseruatis, semel in vita, & semel in ar- ticulo mortis; ab alijs autem casibus non re- seruatis, posse absolui, toties, quoties opus sit; ergo cum Religiosi, eam eleemosynam elargiantur, gaudere possunt huiusmodi pri- uilegio eligendi Confessorem.

Secundò, quia Prioribus priuilegijs, per posteriores derogantur: sed per Bullam, quæ est posterior, derogantur, & suspenduntur omnes facultates, & priuilegia contraria; ergo, & omnia decreta Pontificia anteriora contraria.

Tertiò, quia Commissarius Generalis Bul- lae, sâpe declarauit, Religiosis Mendicanti- bus prodesse Bullam Cruciatæ ad effectum eligendi Confessarium, & obtinendi absolu- tionem a reseruatis, vt nuper vidimus, & tes- tatur etiam Basilius, vbi supra; ergo standū est huiusmodi declarationi.

Quartò, quia Bulla Cruciatæ concessa est Hispaniarum Regi: sed Pontifices, nec solent, nec intendunt derogare priuilegijs Regibus concessis, nisi id exprimant, quod nullo modo faciunt Pontifices; ergo.

Quar-

Quintō. Quia concessio Bullæ est per vim contractus, id est, quasi contractus onerosus, & concessio remuneratoria, cum mutuo se obliget Rex adsoluenda multa aureorum millia pro fabrica Sancti Petri: at priuilegia, ex contractu oneroso, nequeunt, reuocari per posteriores constitutiones, nisi restituantur eleemosynæ pro Bullæ concessione obtinenda; ergo.

Sextō. Quia, administris, hæc sententia, quæ tot, & tam graues Authores habet, est absque dubio probabilis: ergo, tam Confessarius, quam pœnitens, possunt eam practice sequipatet; quia, ut sèpe diximus, probabilitas opinionum sufficit ad dandam iurisdictionem.

Sed certissime fere Respōdeo. Nō posse absoluvi tute Bullæ à reseruatis, suis Prælatis absq; eorū licētia, salte tacita. Quia de hoc, extant expresse declarationes summorum Pontificum, qui contrariam doctrinam omnino reprobantes, declarant non fuisse, nec esse suam mentem, per concessionem Bullæ, talē facultatē Religiosis cōcedere; ergo.

Sic olim declararunt Alexan. VI. pro Ordine Cisterciensi. Innocent. VIII. pro Augustinianis, & Minoribus. Et nouiter post illos, Greg. XIII. die 3. Maij anno 1575. & Greg. XV. 26. die Februarij anno 1622. pro Religiosis Societatis Iesu. Et pro eiusdem, & Carmelitis, Clemens VIII. Die decimaquarta Junij 1595. & pro omnibus regularibus die 23. Nouembr. 1599. Quas Clementis litteras, retulit Paulus V. in alio Breui dato, die 24. Decembris anno 1608. & denique S. D. N. Vrbanus, die 19. Junij anno de 1630. Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolice potestatis plenitudine, decretū illud pro omnibus regularibus à Paulo V. relatū, ionouanit, atque ampliavit, & insuper declarauit, concessionem sancte Cruciate, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absoluendi à casibus reseruatis cum Regularibus, quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatisque, & instituti, Mendicantium, & non Mendicantium utriusque sexus, locum minime habuisse, ne que habere, nec illis vlo modo suffragari potuisse, neque posse; & quod ijdem fratres, & Moniales, quantum ad Sacramēti pœnitentia. seu confessionis administrationem, ordinari & dispositioni suorum Prælatorum, & Sedis Apostolice, quoad sibi reseruata, subiecti sint. Ablata deinde facultate Nuncijs Apostolicis, ac Cruciatæ Commissarijs aliter interpretandi, vt latius constat ex tenore

eisdem Bullæ, quam de verbosad verbum refert Diana in additio. secund. 3. p. resol. 9. Et id o hanc sententiam communiter defendit Theologi. Corduba, Ledesma, Garcia, & Parastellus, qros refert, & sequitur Starez tom. 4. de Religio. tr. 9 lib. 2. cap. 16. Lamas, Coriolanus, Vecchius, Portel, Acosta, Miranda, & Regin. Qros refert, & sequitur Diana 1. p. tr. 11. resol. 14. & in add resol. 9 cit. & 4. p. tr. 4. resol. 43. Enriq. lib. 6. c. 16. n. 7 & lib. 7. c. 22. Vinald. de absolutio. n. 25 & apud ipsum, ex Dominicana familia Magistri Gallus, Barth. de Medina, & Ibañez. Ex Franciscana Magister Vzeda. Ex Augustiniana Magister Gueuara, & alij. Chiapiuille de casib. reser. c. 3. q. 2. diff. 4. pag. 25. Qui ex Viualdo refert, Pium V. super hoc consultum, respondisse; non posse. Candidus disquisitio. 24. ar. 62. n. 6. pag. 182. & apud ipsum, Beia p. 3. casu 16. & Barthol. à S. Fansto lib. 4. de Iubil. extraordinario q. 87. P. Hurtado de Mendoza 1. in 2. 2. disp. 84 sect. 1 §. 14. 15. & 16. & se ct. 6. §. 104. & deniq; Doctissimus Pater Ioan. de Lugo disp. 20. sect. 9. a. n. 153. pag. 483. Qui optime argumenta opposita dissoluit. Vnde, & nos, ex ipso.

Ad primum Basilij Respondeo negando; sub illa generali concessione comprehendit Regulares, quantum ad articulum eligendi Confessarium. Primò, quia Pontifex non habet intentionē eos comprehendendi, vt constat ex attestatione tot Pontificum. Secundò, quia per alia decreta Pontificis, expresse sunt iam exclusi ab illa generali concessione: & sic in illa non possunt comprehendendi.

Ad Secundum dicendum, verum esse, quod prioribus priuilegijs derogentur per posteriora contraria: si aliunde non constet, de contraria voluntate concedentis, prout in causa nostro cōstat; si quidem ipsimet Pontifices ita declararunt, se nō habuisse talē intētionē reuocandi Decreta sua, supra adducta, circa Religiosos, per illam derogationem generalē Bullæ Cruciate. Imo potius, vt vidimus, S. D. N. Vrbanus VIII. declarauit irritum, quod, prætextu talis derogationis, factum esset.

A Tertium. Dicendum ex Lugo num. 185. ideo, ob illam declarationem factam à Commissario Lusitaniz, declarasse sanctissimum D. N. Vrbanum VIII. sua constitutione, irritas fuisse confessiones, prætextu illius facultatis, factas: & absulisse à Commissario hi centiam aliter interpretandi, & declarandi.

Ad Quartū. Dicendum Primō. Falsam es-
feminorem; cum clare, & expresse dicant
Pontifices in constitutionibus, supra adduc-
tis, nolle se Religiosis concedere faculta-
tem eligendi Confessorem, virtute Bellæ
Cruciatae, quæ in Hispania publicatur, &
concessa fuit ad instantiam Regis.

Ad Quintū. Dicendum Primō. Quod licet
priuilegium concessum ex pacto oneroſo,
non ſoleat reuocari, poſſit tamen Pontifex
declarare poſtea, qualem intentionem habue-
rit in conſelione. De facto autem declarar-
unt Pontifices, ſe non intendiffe illam fa-
cultyatem Religiosis concedere. Sic respon-
det Lugo. Sed certe, hæc ſolutio mihi non
placet, nec ſatisfaciet, conſideranti. Bene
tamen ſecunda, quam ipſem et affert. Dicen-
dum ergo. Secundō. Quod licet confeſſio
prima fuifet ex pacto oneroſo, & ideo ea-
dem non potuerit, vel non debuerit a Ponti-
fice reuocari, vel limitari; tamen quando
poſt ſexſenium fit alia noua confeſſio (Cruci-
ciata enim, nunc ſolum conceditur pro ſex
annis, & ita in ſingulis ſexſenijs fit confeſſio
nouii priuilegij) ſicut poſteſt Pontifex, non
concedere amplius Cruciatam; ſic poſteſt
eam non concedere, niſi cum nouis limita-
tionibus (prout eam limitauit Pius V.) pac-
tum enim oneroſum præteritum iam habuit
totum ſuum effe etum; tranſacto autem tem-
pore confeſſionis, ceſſat confeſſio, & eius
etiam onus, & fit noua confeſſio cum nouo
onore; quæ ſi non eſtimetur utilis, poterit
Rex eam non admittere, neque obligare ſe
ad onus ſub eundum. Sic Lugo. Ex cuius do-
ctrina facile Respondeo: Ad simile argu-
mentum, quod facit B. filius, (& multi mag-
ni faciunt,) de elargiente eleemosynam ob-
tinendam Bullam, dicens eſſe, pactum one-
roſum, & habere vim contractus.

Ad Sextū. Licet Lugo, & Diana, Tru-
llench (in noua editione) loco citato num.
27. pag. mibi 240. & Petrus Hurtado ſectio
6. citata §. 104. negent antecedens, nempe,
contraria ſententiam iam probabile, aut ſpeciem aliquam probabilitatis habe-
re. Nihilominus tamen, non deſunt alij, qui,
adhuc ſupposita conſtitutione Urbani VIII.
concedere antecedens, non renuant; exiſti-
mantes ſententiam contraria, adhuc ali-
quid probabilitatis habere. Hi autem ſunt,
Ludouicus à Cruce in expositio. Bullæ disp.
1. cap. 1. dub. 12. num. 2. & Petrus de Leo-
ne, apud Dianam in addit. loco citato Quibus
fauet Trullench. loco citato num. 19. affir-
mans, poſſe dici, primam ſententiam, ſua pro-

habilitate non carere, adhuc ſupposita con-
ſtitutione Urbani VIII. caſu, quo illa à ſupe-
rioribus non fit ſubditis notificata, & inti-
mata, & ab illis acceptata. Sic ſentiunt hi, &
alij moderni Authores. Ego vero, cum Lu-
go, antecedens firmiſſime negarem; niſi eſ-
ſet verum (vt credo) id quod, de hac re per
me consultus, respondit Magister Araujo,
in Academia Salmanticensi, Sacra Theolo-
gia Primarius, nempe de praefata S. D. N.
Urbani Bulla, uiffiſſe eidem ſupplicatum per
Comiſſarium Generale, de ordine, & man-
dato Regis nostri Philippi IV. Qua ſupplica-
tione ſupposta, dum contrarium, non con-
fert de re poſtione Pontificis, non renuat
antecedens concedere.

QVÆSTIO LIX.

*An Saltem ſufficiat licentia tacita Supe-
riorum, ut Religiosus poſſit, virtu-
te Bullæ, abſolui a caſibus
ſuis Prælatiſ refer-
uatis?*

NE GANT Aliqui ex Authoribus
noſtræ ſententia, nuper citati, &
quidem probabiliter.

Sed & que probabiliter Reſpon-
deo: Sufficere. Quia, qui tacet potens impe-
dire, & non prohibet, conſentire videtur;
& tacitus conſensus dat iurisdictionem, ſi-
cut dat conſuetudo, & opinio probabilis,
ut docent communiter D. D. Nauarr. cap.
Placuit. de pœnit. diſt. 6. num. 96; & in
Man. cap. 27. num. 255. Enriquez lib. 5.
c. 14. n. 3. & 4. & Sanchez lib. 2. de matrim.
diſp. 22. num. 65. Sancius in ſelectis diſp.
44. num. 3. & alij. Ergo cum in multis Men-
dicantium, & non Mendicantium Religio-
nibus, ſciant, & videant Prælati, ſubditos
ſuos accipere Bullam ad effectum obtinen-
di aſſolutionem a reſeruatis, & hanc eſſe
vniuersalem conſuetudinem ſparum Religio-
num, & taceant, nec prohibeant, conſentire
conſentur. Sic Enriquez lib. 6. de pœnit. cap.
16. lit. P. & lib. 7. cap. 22. num. 4. & in
Gloſſa lib. X. & apud ipsum, alij Doctiſſi-
mi viri ex Dominicana, Franciscana, &
Agustiniana familia. Rodriguez in Bulla,
§. 9. numero 25. Lugo loco citato Tru-
llench, loc. cit. num. 28 pag. mibi 240.
Petrus Hurtado ſect. 6. cit. §. 104. pag. mibi
726. Et dicit probabile Ludouicus à Cruce

*in expositio. Bullæ disp. I. cap. I. dub. 13. nū.
r. Candidus disquisitio. 24. art. 62. num. 6.
infine.*

QUÆSTIO LXI.

*An Etiam Regulares, virtute Bullæ Cruciatæ, possint, in vitiis Prælati, absolvi
à reseruatis, a Confessarij de-
signatis à Superiori pro suis
subditis?*

AFFIRMANT Villalobos, tom. I.
tract. 23. clausula 9. § 2. num. 12.
& apud ipsum, Doctissimi viri Sal-
mantenses Curiel, Antolinez,
Cornejo, & alij, quos etiam videtur sequi
Trullench. lib. I. Bullæ cap. I. dub. 9. num.
26. pag. mibi, 239. Et id esse probabile dô-
cent Diana I. part. tract. II. resol. 14. &
Ludonicus à Cruce in expositio. Bullæ cap.
I. dub. 12. num. 2 & alij.

Sed multo probabilius Respondeo; Iam
minime posse à reseruatis absolvi per prædi-
& eos Confessarios. Quia id, haud obscure colli-
gitur ex nouissima Bulla S. D. N. Urbani
VIII Sic Diana, & Ludonicus à Cruce, lo-
cis citatis.

QUÆSTIO LXII.

*An Saltim per Bullas Cruciatas, à suc-
cessoribus Pontificibus concedendas, poterunt
Regulares, absque illa licentia suorum
Prælatorum, eligere Confesso-
rem, & absolvi à reseruatis,
iuxta tenorem eā-
rum?*

AFFIRMANT implicitè Diana 3. par.
in additio. resol. 9. infine, & Tru-
llench. loc. cit. num. 27. in noua edi-
tio. pag. mibi 140. & expresse, ut probabile,
id defendit Candidus loc. cit. pag. 182. Tum
quia concessio eligendi Confessarium, &
absoluendi à reseruatis, facta tunc per Bul-
lam, erit generalis pro omnibus fidelibus
utriusque sexus, absque illa restrictione.
Tum etiam quia utile est pro Populo Chris-
tiano, ut aliquoties derur facultas confiten-
di alijs, quam Ordinarijs Confessarijs; vnde
Concil. Tridentinum sess. 25. cap. 10. de re-
formatio. statuit, ut Superiores Monialium
dissentis, vel ter in anno Confessarios ex-
traordinarios, quibus possint illæ confite-
ri: ergo, c. m per Bullam Cruciatam, conce-

dat sum. Pontifex generaliter omnibus
Christi fidelibus facultatem eligendi sibi
Confessarium, poterunt, vi huius concessio-
nis, absque restrictione concessa, Regulares
eligere. Tum denique, quia Religiosi de li-
centia sui Superioris possunt accipere has
Bullas, & eis'vti quoad omnia in eis con-
tentia, quoad electionem Confessarij, & abso-
lutionem à reseruatis, &c. Et cum tali licen-
tia, nihil nocent Regulari obseruantia, &
cuncta redundunt bona, & licita: ergo erunt
etiam bona, & licita de licentia, & conces-
sione generali facta omnibus fidelibus ut-
riusque sexus à Romano Pontifice, & ita
hanc assertionem tenet probabile expresse
Ioannes de la Cruz lib. I. de voto obedien-
tia dub. 12. concl. 3. Enriquez lib. 7. de in-
dulg. cap. 22. num. 4. lit. X. adducens mul-
tos, & grauissimos DD. Narr. tom. 2. con-
sil. lib. 5. de priuileg. consil. 13. num. 3. Ro-
driguez tom. 1. qq. Regul. quæst. 21. art. 10.
§. Dico sexto. Huc usque Candidus.

Sed multo probabilius, imo fere certo
Respondeo: Non posse. Quia iuxta dicta de
creta Pontificum, non expirant morte illo-
rum: ergo mortuo Pontifice, non poterit Reli-
giofus absolvi à reseruatis virtute Bullæ
ab eius successore concessa. Consequentia pa-
tet, antecedens vero probatur ex Bullis
Greg. XIII. & XV. Clementis, & Urbani
VIII. & Pauli V. vbi non solum de te, sed de
successoribus loquuntur, dum dicunt: *Non
esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut Sæ-
dis Apostolicæ, &c.* Nam verbum illud, Sæ-
dis Apostolicæ, facit, quod decretum non ex-
piaret morte Pontificis, vt bene Sanchez lib.
8. de matr. disp. 23. num. 49. Deinde hoc ip-
sum, clarius constat ex decreto S. D. N. Ur-
bani VIII. qui de ijs Religiosis, qui pretex-
tu Cruciatæ se absolvi à reseruatis fece-
rant, aperte dicit, id male, & inuidice id
fecisse, & declarat eos, nullo modo id po-
tuisse facere. Sic optime Lugo disp. 20. à
num. 165. pag. 487. vbi num. 168. ait, quod
supposita hac Urbani VIII. declaratione, nō
possit, sine grauioris censuræ nota, contra-
rium sustineri. (Sustinet tamen Doctores su-
pracitati, & quidemprobabiliter, supposita
veritate supplicæ Comissarij Generalis de
qua sup. quæst. 58.) Sic etiam Hurtado de
Mendoza loc. cit. se ct. 6. §. 104.

pag. mibi 726.

(?)

QVÆSTIO LXII.

An Denique possint Regulares virtute Cruciatæ eligere quemlibet Confessarium approbatum, ut ab ipso absoluatim valeant à peccatis mortaliibus non reservatis?

NEGLANT adhuc Diana 4. par. tract. 4. resol. 43. & Lugo loc. cit. a num. 195. Et licet valde probabiliter, & mihi magis placeat: in gratiam tamen Regularium.

Probabiliter Respondeo: Posse, etiam absque licentia vlla Prælatorum. Quia Decreta Pontificum, supra adducta, solum videtur loqui de peccatis reservatis, ut bene probat Trulléch. loc. cit. num. 25. pag. 239. vbi ait: hanc conclusionem esse certam, etiam supposita constitutione Urbani Ludouicus à Cruce in exposicio. Bullæ disp. 1. cap. 1. dub. 12. num. 1. Rodriguez in Summatom. 3. cap. 7. num. 2.

QVÆSTIO LXIII.

An Prælatus Regularis possit dare facultatem absoluendi subditum à reservatis, Sacerdoti simplici, non approbato ab Episcopo?

NEGLAT Peregrinus, ut refert Lugo diff. 20. num. 234. pag. 499. Sed certissime Respondeo: Posse. Quia approbatio ab Episcopo, solum requiritur in Confessore ad audiendas secularium Confessiones, ut supra est habitum. Sic Lugo loc. cit. & communis.

QVÆSTIO LXIV.

An Quilibet Confessarius Secularis, vel Religiosus, possit absoluere Nouitios, etiam à peccatis in Religione reservatis?

NEGLAT VMA sententiam doceare Peregrinum, Megalam, Vechium, & Tamburinum, & etiam Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 6. num. 4. & Rodriguez in Bullam Cruciatam, §. 9. nu. 26. & Cordubam in qq. lib. 1. quæst. 3. ait Dia-

na 3. par. tract. 2. resol. 4. & par. 4. tract. 4. Miscel. resol. 5. Sed ex his Authoribus, oppositum docet Rodriguez tom. 1. regular. qq. 21. art. 11. vt testantur ipse Layman loc. cit. cap. 2. (non 6.) num. 4. imo & ipse Diana loc. cit. resol. 4.

Sed probabilius longe Respondeo: Posse. Quia Nouitij, nō sunt subiecti statutis Regulariæ, nec comprehendit illos, casus reservatio: ergo nō possunt obligari à Prælatis, quo minus à quolibet Confessario absoluantur. Sic Diana ll. ec. & apud ipsum, Molfes, Ortiz, Portel, Petrus Fay. Villalobo. Miranda, Riccius, Azor, Vega, Vgolinus, Coriolan. Floronus, Nald. Graffius & Sa. Sic etiam Lublinus V. casus num. 5. pag. 116. & ex parte, Candidus disquisitio. 24. art. 58. nu. 11. infine. Lopez 1. par. instruct. cap. 47. & alij.

QVÆSTIO LXV.

An Superiori, teneatur concedere facultatem subdito, (per se, vel per alterum) competenti; ut possit ab alijs, a reservatis absolui?

NEGLAT apud Suarium, Victoria cap. 4. nu. 147. & Nauar. in Summa cap. 7. nu. 8. & in cap. Placuit de Pœnit. diff. 6. nu. 149. & 150. docentes: nullo modo teneri Prælatum, dictam facultatem subdito concedere.

Affirmant vero, è contra, teneri Superiori, talem facultatem concedere, per se loquendo, & seclusis extrinsecis in commodis, apud eundem Suarium diff. 30. sect. 4. Sotus Ledesma, Siluest. Angel. Armilla, Imo, & Victoria n. 146. & Nauar. in cap. Placuit. cit. n. 119. & 151.

Sed clariss Respondeo: Sic. Quoties subditus, præter famæ diminutionem apud Prælatum, quæ intrinsica est institutioni Sacramenti, prudenter timet, sibi aliquod graue damnum, ut Confessionis revelatione, sc. andalum, odium, vel quod, ea notitia vertetur ad alia, extra illud forum, in eius damnum; pœnitens ius habet petendi alium Confessariū, & Prælatus tunc, ex iustitia tenetur illum dare. Sic omnes, ut fatentur Hurtado diff. 11. diff. 16. & Lugo diff. 20. num. 235.

Rursus, debet etiam Præfatus, dictam facultatem concedere, quando ex negatione, prudenter timet graue aliquod nocumatum subditi, ut defectum integratatis Confessionis, vel communionem, absque prævia confessio-

ne,

ne &c. Secus verò, si nullum damnū timeat, quia tunc non tenetur Superior facultatem concedere. Sic Hurtado, & Lugo locis cit. Candidus *disquisitio*. 24. ar. 68 num. 6. Villalobos *diff.* 65. num. 1. ex *Armilla Verb. Confessio*. num. 53. Qui bene addunt, etiam non teneri, imo nec debere talē facultatem concedere subdito, casu quo, Superior timeat, quod talis concessa facultas, non sit profutura subdito, sed potius occasio iterum peccandi. Legatur D. Thom. *in 4. diff. 27. quæst. 3. ar. 3. claus. 4. ad 6.* Vbi hæc notanda, circa præsentem materiam, verba dicit. Peccaret autem Sacerdos, si non esset facilis ad præbendam licentiam confitendi alteri; quia multi sunt adeō infirmi, quod potius sine Confessione morerentur, quam tali Sacerdoti confiterentur: vnde illi, qui sunt nimis solliciti, ut conscientias subditorum per Confessionem sciant, multis laqueum damnationis iniiciunt, & per consequens sibi ipsis. Hæc Angelicus Doctor.

QVÆSTIO LXVI.

An Casu, quo Superior, iniuste neget facultatem absoluendi subditum à reseruatis, possit tunc, petita, & non obtenta facultate, absoluī direcēt ab alio Confessario?

NEGLANT Alensis *par. 4. quæst. 78. m. 1. ar. 2. Sot. diff. 18. quæst. 4. ar. 2.* Medina *quæst. 30. Llamas par. 1. cap. 6. §. 1. Philiacus par. 2. lib. 2. cap. 24. Suarez disp. 27. sect. 4. concl. 2. Nauarra lib. 2. de refut. cap. 4. num. 269. Quos omnes ciitat, & sequitur Layman lib. 5 tract. 6. cap. 13. num. 3. Quibus addi possunt Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 49. nu. 14. Lugo disp. 20. num. 148 pag. 484. Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 9. num. 17. pag. 681.* & alij docentes, subditum tunc, ita debere se habere, ac si nullam haberet copiam Confessoris. Quod expresse docuit D. Thom. *in 4. diff. 17. quæst. 3. art. 3. quæst. 4 ad 5. per hæc verba: Si licentia habere non noteſt. quia illam Superior negavit, idem est iudicium, quod de illo, qui non habet copiam Sacerdotis. Sic Sanctus Doctor.* Et sic etiam Candidus *disquisitio*. 24. ar. 68. *dubit. 8. num. 10. Bonac. disp. 5. quæst. 7. pun. 5. §. 2. num. 20.**

Sed, æque probabiliter, Respondeo. Posse absoluī etiam directè, ab alio Confessario, urgente necessitate c. m. nuncandi &c. Quia tunc, non absolvit prædictus Confessarius,

absque iurisdictione, sed cum facultate, quam in eo casu censem̄ dare alij Superiori maiores, Provinciales, scilicet Generales, vel Papam. Sic Enriquez *lib. 6. cap. 13. num. 4. & 6. & cap. 15. num. 6.* & apud ipsū, Enricus *quod lib. 9. quæſt. 24.* Adrian. de *Confessio. quæſt. 5. dub. 3.* Medina C. de *Confessio. quæſt. 42.* Ricardus *diff. 17. ar. 3. quæſt. 7. Palud. quæſt. 3. ar. 2. nu. 19.* & alij. Nauar. *cap. 7. nu. 6. & in cap. Placuit. diff. 6. num. 144.* Toletus *lib. 3. cap. 13.* Rodriguez *tom. 1. sum. cap. 55. num. 10.* Et id esse probabile affirmant Layman, & Fagundez, *locis citatis Diana 3. par. tract. 4. resol. 79.* (non, 29. vt citatur à Lugo) & tenet ex preſſe Reginaldus *lib. 8. cap. 7. num. 85.* Per hæc verba: Si pœnitentem urget necessitas vitandi infamiam alicuius grauis criminis, de quo suspectus est, aut grauis scandali, nec adiri possit Superior: posse de illius tacita licentia ab inferiori absoluī, imposito onere illum postea adeundipro reseruatis; aut si adiri possit quidem, sed periculum sit, crimem ei detegere, aut malitiose recusat commitere facultatem alteri idoneo, tunc similiter absoluī posse, ex tacita commissione Papæ, qui censetur ipso iure, concedere, iniuste negatā, licentiam, præ fertim urgente necessitate, quæ (vt habet 4. regula Iuris, extra) facit licitum, quod est iure illicitum. Sic ille. Et sic etiam Rodriguez *1. par. cap. 55. num. 11.*

QVÆSTIO LXVII.

An Superior possit concedere facultatem ad absoluendum subditum à reseruatis, cum onere tamen comparendi postea, & manifestandi eadem peccata Superioris?

RESPONDEO: Posse: vt probat praxis, & vsus aliquarū Religionū, in quibꝫ Religiosi iter agentes, ex facultate communiter concessa, absoluī possunt à reseruatis, cum dicto onere comparendi coram Superiore. Hæc autem obligatio comparendi iterum coram Superiore, non prouenit, vt vult Suarez *disp. 30. sect. 5. num. 8. ex peculiari modo*, quo Superior delegavit iurisdictionem suā ad absoluendum; sed ex consensu tacito, vel, expreſſo pœnitentis. Nam illa facultas ad absoluendum datur à Prælato cum quodam pacto, sive implicito, & contento in aliquo statuto generali, sive expreſſo, quo pœnitens, vtendo illa facultate

cultare, se obligat, & sub mortali, ad comparandum coram Superiore, ad ei manifestandum illa peccata reseruata. Sic Vazquez, quæst. 93. art. 1. dub. 6. Egidius disp. 8. dub. 15. num. 119. Hurtado disp. 11. diff. 11. Lugo disp. 15. num. 100. & sequent. Sancius in secl. Etis. disp. 12. num. 3.

QVÆSTIO LXVIII.

An Subditus, ex facultate concessa cum onere recompandi, absolutus, teneatur postea comparere; si ante a solutionem ignorauit dictum onus comparandi?

NE GANT teneri ad comparendum Vazquez, quæst. 93. art. 1. dub. 6. Egidius disp. 8. dub. 15. Quos citat & sequitur Hurtado disp. 11. diff. 12.

Sed, & que probabilititer, Respondeo: Teneri ad comparandum. Quia, per ipsam Confessionem, & petitionem absolutionis, contraxit subditus talem obligationem, propter pactum implicitum ibi contentum, sine qua, non esset valida absolutione, vel, Confessio. Sic aliqui, quos. suppresso nomine, refert Hurtado, & expresse, & optime, Doctus P. Lugo disp. 15. num 119. & sequent. pag. 283.

QVÆSTIO LXIX.

An In articulo, seu periculo mortis, possit quilibet Sacerdos absoluere quemlibet ab omnibus censuris, & casibus reseruatis?

RESPONDEO: ex Tridentino sess. 14. ap. 7. Posse. Sic omnes DD. communiter, ut sup. disp. 11. q. 16. est habitum. Solon hic propraxi ad notandum est; absolutionem à reseruari, non solum impendi posse, in ultimo vitæ spatio, verum etiam à primadie infirmitatis periculosa; vt doloris lateris tabardilli &c. Aut amissionis loquelæ, aut usus rationis, vt aduertit Sancius loco ex cit. n. 5. ex Hieronymo Llamas 1. p. ar. cap. 7. §. 11. per hæc verba: Optime aduertit Llamas, articulum mortis non esse Mathematice accipendum, dum scilicet, adeo utimus halitus; sed dum timetur amissio loquelæ, & usus rationis in periculosa infirmitate. Imo mihi maxime arridet indicari articulum mortis, quoad effectum absolutionis à reseruatis, si timeatur amissio usus rationis perpetua, licet mors non

timeatur: quod etiam docet Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 2. Zambran. de casib. in art. mort. pralud. 1 fine. Zerola in præxi. p. 27. fol. 97. Arbitror item, absolutionem à reseruatis posse impendi à prima die infirmitatis periculosa, vt doloris lateris, Tabardillo, &c. Quia amittens usum rationis, absq; absolutione, ita est constitutus in periculo damnationis, ac si absque absolutione moreretur. Sic ille, & ex illo, Diana 3. par. tr. 4. resol. 57.

QVÆSTIO LXX.

An Qui in articulo mortis absoluitur ab excommunicatione reseruata, teneatur, transacto illo articulo, comparere coram Superiore, cuire reseruata erat?

RESPONDEO: Teneri. Nam alias, in eamdem excommunicationem rencedet, si non comparuerit; vt habetur, in cap. eos. qui. de sent. excomm. in 6. Sic Vazquez quæst. 93. ar. 1. dub. 6. num. 15. Hurtado disp. 11. diff. 13. Lugo disp. 20. num. 201 pag. 494. Granados tract. 10. disp. 7. num. 14. pag. 1300. Sanchez lib. 2. sum cap. 13. num. 31. Sancius loc. cit. Qui ex illo, optime aduertit adicto onere comparandi liberum esse, qui à censura reseruata absolvitur virtute Iubilei, aut Bullæ concedentis, talem absolutionem in articulo mortis; vt conceditur in Bulla Cruciatæ, semel in vita, & semel in articulo mortis, excepto casu hæresis; nam priuilegium, non est, vt absoluatur cum onere comparandi in articulo mortis, sed conceditur absolute, vt absolvatur absque illa alia obligatione, per quam non tollitur obligatio satisfaciendi parti læsa, & cautionem præstandi. Sic ille, & apud ipsum Enriquez, Medina, Suarez, Rodriguez, & Viuald. Quibus adde Lugum loc. cit.

QVÆSTIO LXXI.

An Qui in articulo mortis absoluitur à casibus reseruatis, non tamen habentibus censuram annexam, teneatur etiam coram Superiore comparere?

AFFIRMANT Vazquez quæst. 91. art. 3. dub. 8. num. 7. & Hurtado disp. 11. diff. 13. Sed longe probabilius Respondeo: Non teneri

teneri ad comparendum. Quia tale onus, non est impositum in absolutione peccati reseruati facta in articulo mortis; sed solum in absolutione à censura, ut constat ex Canone citato: ergo. Sic Suarez disp. 30. sect. 3. num. 6. Corduba in sum. quæst. 18. punct. 2. num. 2. Zambrano de cas artic. mortis cap. 4. dub. 4. num. 21. Quos citat, & sequitur Sanchez loc. cit. num. 24. Sancius disp. 12. num. 4. & 5. Egid. disp. 8. dub. 2. Enriquez lib. 6. cap. 14. num. 3. & cap. 9. num. 2. & apud ipsum, Nauarrus cap. 26. num. 27. Paludanus, Soto, Maior, Cano, Angel. Angles, Armilla, & alij. Granados loc. cit. Coriolanus loc. cit. art. 16. pag. mibi, 193. Petrus Hurtado tom. 1. in 2. 2. disp. 84. sect. 8. §. 130. Reginaldus lib. 1. num. 62. & lib. 8. num. 14. & ipse tandem Vazquez, remeius perpenfa, priori sententia relieta, hanc sequitur quæst. 93. ar. 1. dub. 6. num. 15. & est communis.

QVÆSTIO LXXII.

An Prælatus inferior Papa, ita possit reseruare peccata, non habentia annexam censuram; ut in articulo mortis debet absolui, cum eo onere comparendi postea, elapse periculus?

AFFIRMATIVAM partem sequi videtur Suarez, disp. 30. sect. 5. numer. 32. docens, id posse valide fieri, non tamen licite.

Sed, probabilius longe, Respondeo: Nec licite, nec valide posse talem reseruationem facere. Quia facultas absoluendi à reseruatis, in articulo mortis, procedit à Summo Pontifice: ergo, nec licite, nec valide limitari potest à Prælato inferiori. Sic Lugo disp. 120. num. 211. pag. 495. Vbi bene infert, quod casu, quo ipsemet Pontifex non apposuisset illud onus comparendi, quando pœnitens absoluitur in articulo mortis à censura reseruata, nec etiam potuissent Inferiores Prælati, licite aut valide illud onus apponere, etiam pro absolutione à censura, cum vtraque facultas absoluendi à pœnitenti scilicet, & à censuris in eo articulo, procedat ab Ecclesia, ut indicat Trident. sess.

14. cap. 7.

(5)

QVÆSTIO LXXIII.

An, Qui, extra articulum mortis, impeditus est adire Pontificem pro absolutione à censura illi reseruata, possit ab Episcopo absoluiri?

NEGLANT Siluest. in Ver. Absolutio. 4. quæst. 4. num. 7. Corduba in sum. quæst. 18. punct. 1. dicto 2. & alij, quos refert Sanchez lib. 2. sum. cap. 13. num. 37. Qui & eos, loquendo de absolutione ab heresi, omnino sequitur.

Sed probabilius Respondeo: Posse tunc ab Episcopo ab omni censura absoluiri &c. cum onere tamen, ut cessante impedimento (excepto impedimento pueritiae) debeat pœnitens, se Romano Pontifici, aut eius Delegato præsentare, alioquin in eadem censuram recasurum. Quia ita colligitur ex cap. Mulieres. cap. Ea Noscitur. cap. Quævis, & cap. Eos. de sent. excom. in 6. Vnde absoluiri possunt ab Episcopo ab omnibus censuris Papæ reseruatis, etiam contentis in Bulla Cœne, mulieres, impuberes, pauperes, valetudinarij, & quicumque legitimo impedimento detinentur, cum onere tamen, cessante impedimento (excepto pueritiae) comparendi. Sic Nauar. cap. 27. num. 89. Enriquez lib. 6. cap. 9. num. 7. & cap. 10. num. 1. & 2. & cap. 16. num. 1. Tabien. Couar. Angel, & alij, quos refert, (sequitur ex parte) Sanch. loc. cit. num. 36. Granados tract. 10. disp. 7. num. 11. pag. 1299.

QVÆSTIO LXXIV.

An Possit absoluiri ab Episcopo pœnitens, qui licet non possit adire Pontificem pro absolutione à censura, potest tamen adire Nuntium, vel Legatum potentem ab ea absoluiri?

AFFIRMANT (apud Ioannem de Lugo) Enriquez lib. 6. cap. 9. num. 7. & Anna la de Censu. 2. par. cap. 7. part. 1. dub. 6. Sed certe Enriquez, id non docet, loco à Lugo citato, ut legenti est manifestum.

Probabilius ergo Respondeo: Non posse tunc pœnitentem absoluiri ab Episcopo. Quia facile potest adire Nuntium, vel Legatum, qui ex voluntate Pontificis, commissa est

ilia

illa causa. Sic Nuar. cap. 27. num. 90. Cor-
duba quæst. 18. Bonac. de censuris. disp. 1.
quæst. 3. punc. 2. num. 4. & Lugo disp. 20.
num. 221. pag. 497.

QUÆSTIO LXXV.

*An. Si in dictis casibus Pontificijs, pœnitens,
non possit recurrere ad Episcopum, possit
ad hoc absolui à Parocho; aut ab alio
legitimo Confessore, sub eadem
cautione, & onere?*

AFFIRMANT Enriquez lib. 6. cap. 9.
num. 7. & cap. 10. num. 1. & 2. &
cap. 16. num. 1. per hæc verba: Qui
impeditus est personaliter adire Papam, po-
teat absolui ab Episcopo, & absente Episcopo,
forte posset absoluere Parochus. Sic ille. Et
ante illum, Silvest. Verb. Absolut. 3. in fine. &
post illos, Granados tract. 10. disp. 7. num.
12. Vbi non solum Parochos, verum etiam
alios Confessores expositos posse absolu-
tionem impendere dictis impeditis, non le-
uiter probat, ex capitibus citatis.

Sed tamen, probabilius, Respondeo: Non
posse absolui à Parocho in eo casu. Quia
Pontifex, solum concessit recursus ad Epis-
copum, quia supposuit, raro contingere
posse, ut extra mortis articulum, ad Episco-
pum non possit recurri. Sic Lugo disp. 20.
numer. 225. & ante illum, Ludouicus

quæst. 5. ar. 18. diff. 4. pag. 436.

Suarez, disp. 30. sect. 2.
num. 12. & 13.

(§)(§)

QUÆSTIO LXXVI.

*An Quando idem peccatum pluribus
reseruationibus est reseruatum,
una sine alia au-
feratur?*


RESONDEO: Si reservationes eius-
dem peccati, sunt eiusdem Superioris,
vel, alterius successoris in co-
dem munere, & officio; tunc, si
dictæ reservationes factæ sint, sine censu-
ra, omnes censemur una, & ideo omnes, per
unam facultatem absoluendi, auferuntur. Si
autem reservationes factæ sint à diversis Su-
perioribus, vt à Pontifice, & ab Episcopo;
tunc certum est, solam facultatem conces-
sam ab Episcopo, non sufficere ad absolu-
endum: sufficere vero, facultatem conce-
ssam à Pontifice: Quia quando Pontifex
absolute concedit facultatem absoluendi à
reseruationis sibi, absolute videtur velle au-
ferre omnem aliam reseruationem. Sic Sua-
rez, disp. 31. se ct. 4. num. 25. Luyhus disp.
31. dub. 9. Lugo disp. 20. num. 149. ex Na-
uar. cap. 27. num. 261. Lublinus V, Iabi-
leum. num. 10 Fagundez prec. 2. lib.
8. cap. 1. numer. 7. Enriquez, §2,

Toletus, & alij, apud

ipsumi

¶

.



DISP V.

DISPUTATIO DECIMATERTIA.

*De Confessariis Solicitantibus Pœnitentes ad turpia, &
in honesta.*

QUÆSTIO PRIMA.

*Quanam exten^t Bullæ, Constitutiones, &
Decreta Pontificum, contra Confe-
ssarios Solicitantes Pœnitentes
ad in honesta, &
turpia?*



ESPONDEO: Extat in pri-
mis Bullam Pij IV. In qua con-
firmatur alia Pauli IV. Eius-
dem tenoris. Extat etiā quod
dā Decretū Clementis VIII.
In quo confirmantur litteræ
Pauli IV. & Pij IV. Extat deinde Con-
stitutio Pauli V. Et denique extat Breue Gre-
gorij XV. Quarum Bullarum, Constitutio-
num, & decretorum, quia in hac disputatio-
ne s̄epe s̄epius mentio fieri debet; necessa-
rium duxi, hæc ad integrum inserere:

BULLA PIJ IV. QVA TRI-
buitur Iurisdictio Dominis Inqui-
sitoribus in Confessarios soli-
citantes Pœniten-
tes?

VENERABILI Fratri Archiepiscopo
Hispalensi Hispan. hereticæ prauiti-
tatis Inquisitori Generali Pius PP.
IV. Venerabili Fratri, salutem &c.
Cūscut nuper, non sine animi nostri molestia
accepimus, diuersi Sacerdotes in Regni His-
paniæ, atque etiam in eorum ciuitatibus, &
Diocesibus, curam animatum habentes, sive
eam pro alijs exercentes, aut aliorum audien-
dis confessionibus pœnitentium deputati,
in tantâ proruperint iniquitatem, vt Sacra-
mento Pœnitentiæ in actu audiendi confe-
ssiones abutantur, neque illi, & qui id insti-
tuit, Domino Deo, Salvatori nostro Iesu
Christo, iniuriam facere vereantur, mulie-

res videlicet pœnitentes ad actus in honestos, dum earum audiunt confessiones alli-
ciendo, & prouocando, seu alicere, & prouo-
care tentando, & procurando, ac loco earum
per Sacramentum huius modicreatori nostro
reconciliationis, & grauiori peccatorum
mole eas onerando, & in manibus Diaboli
tradendo, in Diuinæ Maiestatis offendam, &
animarum perniciem, & Christi fidelium
scandalum non modicum. Nos in animum
inducere nequeentes, quod qui de fide Ca-
tholica recte sentiunt, Sacramentis in Ec-
clesia Dei institutis abutantur, aut illis in-
iuriam faciant, fraternitatit uæ, de cuius
eximia pietate, virtute, atque doctrina plu-
rimum in domino confidimus, per præsentes
committimus, & mandamus, quatenus perte,
vel per alium, seu alios, ate deputandum, seu
deputandos, contra omnes, & singulos Sacer-
dotes, dictorum Regnorum, ac illarum ciu-
itatum, & Diocesum, de præmissis quo mo-
dolibet diffamatos, tam seculares, quam quo-
rumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apôstoli-
ce immediate subiectorum Ordinum, Regu-
lares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus
ordiuiis, conditionis, & præminentia exis-
tant, tam super præmissis, quam super fide
Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter
inquiras; & iuxta facultatem tibi contra hæ-
reticæ concessarum continentiam, & teno-
rem procedas, ac culpabiles repertos, iuxta
excessuum suorum qualitates, pro ut iuris
fuerit punias: eos, etiam prout de iure
fuerit faciendum, debita præcedenti degra-
datione secularis iudicis arbitrio punien-
dos, tradendo, non obstantibus constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ec-
clesiarum, & Monasteriorum, nec non Ordini-
num quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes
fuerint, etiam iuramento, confirmatione A-
postolica, vel qualibet firmitate alia, robo-
ratis statutis, & consuetudinibus, priuile-
gijs quoque, indubris, & literis Apostolicis,
sib tenoribus, & formis, ac quibuscumque
clausulis, & decretis, etiam motu proprio,
aut alijs, quomodolibet concessis, etiā ite-
ratis uicibus approbatis, & innonatis. Qui-
bus omnibus, eorum tenores præsentibus pro
expresis

expressis habentes, hac vice dūtaxat specia
liter, & expresse derogamus, ceterisq, cōtra
rijs quibuscumque. Datū Romæ apud S. Pe-
trum sub Annulo Piscatoris die 16. Apri-
lis 1561. [Pontific. nostri Anno 2. Cæsar
Gloriosus. Concordat cum suo Originali.
Mattheus Vazquez.

DECRETVM CLEMENTIS
VIII Quo Bulla Pij IV. Ap-
probatur, & confir-
matur.

IN nomine Domini. Amen, Per hoc præ-
seas publicū decreti instrumentū, cunc-
tis pateat euidenter, & sit notum, quod
in generali Congregatione Officij Sā-
ctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis ha-
bita, coram Sanctissimo Domino nostro
Clemente VIII. Ac Illustrissimis, & Reue-
rendissimis DD. Iulio Antonio Sanctorio
Sancti Bartholomæi in Insula. S. Seuerinæ:
Petro S. Hieronymi Illicorni, Deza; Domi-
nico. S. Chrisostomi Pinello: Fratre Heron-
ymo Börnerio S. Mariæ supra Mineruam
Sculano: Fratre Costantino S. Petri in mō-
te Aureo Seriano, & Paulo S. Cæcilia Sfor-
zato muncupatis titulorum Presbyteris S.
R. E. Cardinalibus in vniuersa Republica
Christianæ, aduersus hæreticam prauitatem
generibus Inquisitoribus, in negotio Sanc-
tæ Inquisitionis Hispaniarū, super litteris
scelicis recordationis Pauli IV. & Pij PP.
IV. Facultatis procedendi, contra Presbyte-
ros seculares, & regulares in Sacramēto Pœ-
nitēcie, seu in actu Confessionis Sacramēta-
lis solicitantes mulieres pœnitentes ad im-
pudicitiam, seu peccata carnis, Inquisitori Ge-
nerali Hispaniarum alias concessæ, an priua-
tive, vel comulatine, quoad Superiores Reg-
ularium, dicta Inquisicio contra huiusmo-
di delinquētes procedere possint, Sanctissi-
mus Dominus noster, re diligenter, ac mature
discussa, authoritate sua Apostolica decla-
ravit, & decrevit, circa huius modi facul-
tatē procedendi, nihil esse attentandū, aut
innovidū sed Inquisitionē prædictā in omni-
bus Regnis, & Provincijs sibi subiectis, ea in-
dicialiter utri posse, & debere, sicut in aliis
causis ad Sanctissimū Inquisitionis officiū
pertinentibus, ut hancen fecit, etiā pri-
uative, quoad Superiores Regularium cuius-
vis Ordinis, & Congregationis, etiam si
Mendicantiū existant, ipsosque Regulares,

non eximi ab onere deferendi, seu denuntiā-
di huiusmodi delinquentes eidem Sancto
Officio quem admodum in alijs casibus, &
causis Sanctæ Inquisitionis, in quibus alij
Christi fideles de iure tenentur; sed ad ip-
sum, sicut alios teneri, & obligatos esse, &
ita Sanctitas sua declarauit, & decrevit, at-
que perpetuō seruandū esse, statuit omnij me-
liori modo, & forma quibus potuit, potestis;
& debet. Datū, latū, & pronūciatū fuit sup: a
dictū decretū per sup. dictū S.D.N.D. Cle-
mēte VIII. pro tribunali sedentem in solio
sue maiestatis in Generali Congregatione
dicti Sancti Officij, habita Romæ in Palatio
Apostolico, apud S. Petru, Anno à Nativitate
Domini nostri Iesu Christi, 1592. die ve-
ro tertio Mēsis Decēbris, Feria quinta. Pō-
cificatus prælibati Domini nostri Clemē-
tis, Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno
primo, ibidem præsentibus Reuerendiss. P.,
Vincētio Ordinis Fratrū, Prædicatorū Epis-
copo Appontino, & R.P.D. Anselmo Dandi-
no Eisenarenſi I. V. Doctore, vtriusque sig-
naturæ, S.D.N.P.P. Referendario, dictique
Sancti Officij Prælati, & Consultoribus
testibus, ad prædicta omnia vocatis, habitis
specialiter, atque rogatis.

BULLA PAVLI V. AD IL-
lustriſſimum D. Inquisitorem Ge-
neralem in Regnis Portu-
galix, & Algarbio-
rum.

DILECTE fili. Salutem, & Apostoli-
cam benedictionem. Cum sicut, nō
sine animi molestia, accepimus, si
Sacerdotes in Regnis Portugalix,
& Algarborum, ac eorum Civitatibus, &
Diocesibus, ac dominijs curam animarum
habentes, sine eam pro alijs exercentes, aut
alijs audiendis Confessionibus pœnitentia-
tum deputati, intantam protuperint ini-
quitatem, vt Sacramento Pœnitentia in
Sacramentali Confessione abutantur, nec
illi, qui instituit, Domino Deo, & Salvatori
nostro Iesu Christo, iniuriam facere vereā-
tur, mulieres, videlicet, pœnitentes ad aetus
in honestos, dum eatum audiunt Confessio-
nes, alliciendo, & provocando, seu allicere,
& provocare tentando, ac loco earum per
Sacramentum hujus modi Creatori nostro
reconciliacionis grauari, peccatorum mole-
cas

eas onerando, & in manus Diaboli tradendo, in Divinæ Maiestatis offensam, & animarum perniciem, ac Christi fidelium scandala non modicum, nos in animum inducere nequeentes, quod qui de fide Catholica recte sentiunt, Sacramentis à Christo Domino nostro institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, tibi per præsentes committimus, & mandamus, quatenus prout in alijs causis Sancti Officij fieri solet, per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, & illarum Civitatum, Diocesum, locorum, dominorum de præmissis, quomodolibet diffamatos, tā scœculares, quam quorumcumque Ordinum, etiam exemptorum, & Sedi Apostolicæ immediate subiectorum Regulares, cuiuscumque dignitatis, gradus, Ordinis, & præminentia existant, tam super præmissis, quam super fide Catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & iusta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quomodolibet suspectos, à Sede Apostolica concessarū continentiam, & tenorem procedas, & culpabilēs repertos, iuxta excessum suorum qualitatēm, pro ut iuris fuerit, punias, eos, etiam si, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, secularis iudicis arbitrio puniendo tradendo. Non obstantibus &c. Datum Rome apud S. Marcam sub Annulo Piscatoris 6. Septembri 1608.

BULLA GREGORII XV. Contra solicitantes in Confessionem.

Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSI Dominicī gregis curam, quamquam immeriti, cœlesti dispositione gerentes, sedulo inuigilare tenemur, ut ab omnibus prauis contagij conseruetur immunis, multoque major studio prouidire, ut omnis pestis ab his auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne, quod Euangelica scripta nos ad monent, sale in fatuato, non sit, in quo saliatur, & ad nihilum proficit ultra, nisi ut mittatur foras, & cōculetur ab hominibus. Quo

niam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quibusdam in locis, prouisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christi fideless non esse, sed neque etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos, ad sacras audiendas confessiones deputatus, Sacrofanco Penitentia Sacramento, solicitando pœnitentes ad tarpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidē portigat, & ex cœlesti medico infernalis veneficus, ex parte spirituali proditor execrabilis animarum reddatur. Id circa. Nos ea, qua his pernicioſsimis Diaboli insidijs arcendis, certis locis salubriter, constituta sunt ut nullibi desideretur, quantum ex alto conceditur, prouidendum duximus. Alias siquidem à fœlicissimæ recordationis Pio Papa IV. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet Pius Papa IV. venerabili Fratri Archiepiscopo Hispal. in Regnis Hispaniarum; & ut supra.

Igitur, ut litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbiique locorum inuiolabiliter obseruentur, Motu proprio: & ex certa, scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum præ interfatas litteras huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, Apostolica autoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiçimus, illasque non solum in prædictis Hispaniarū Regnis, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea ne in futurū de pœna, his delinquentibus imponēda, & de modo cōtra eosdē procedēdi, ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, † quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam scœculares, quā quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectorum ordinum, institutorum, societatum, & Congregationum, Regulares cuiuscumque dignitatis, & præminentia, aut quis privilegio muniti existant, qui, personas quecumque illæ fint, ad in honesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perperranda in actu Sacramentalis confessionis, siue ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis huius modi, etiam ipsa

confessione non secura, sive extra occasio-
nem confessionis, in confessorio, aut in
loco quoque, vbi confessiones Sacra-
mentales audiuntur, seu ad confessionem
audiendam electo, simulantes ibidem confe-
ssiones audire, solicitare, vel prouocare,
tentauerint, aut cum eis illicitos, & in ho-
nestos sermones, sine tractatus habuerint,
in Officio Sanctæ Inquisitionis seuerissime,
vt infra, puniantur. * Et præterea omnes
hæretice prauitatis Inquisitores, & loco-
rum Ordinarios, omnium Regnum, Pro-
vinciarum, Ciuitatum, Dominorum, & le-
corum vniuersi Orbis Christiani, in suis
quemque Diœcessibus, & territorijs per has
nostras litteras; etiam privatiue, quoad
omnes, alios specialiter, ac perpetuo Indi-
ces delegamus, vt super his, contraprædic-
tos simul, vel separatim in omib[us], provt
in causis Fidei, iuxta sacrorum Canonum for-
man, nec non Officij Inquisitionis huiusmo-
di cōstitutiones, priuilegia, consuetudines,
& decreta diligenter inquirant, & procedat,
& quos in aliquo ex huiusmodi inefarijs ex-
cessibus culpabiles repererint, in eos pro-
criminum qualitate, & circumstantijs, suspen-
dant ab executione Ordinis, priuationis
beneficiorum, dignitatum, & officiorum
quorumcumque, ac perpetuae in habilita-
tis ad illa, nec non vocis actiue, & passi-
ue, si regulares fuerint, exiliij, damnatio-
nis ad triremes, & carceris etiam in per-
petuum, absque villa spe gratiæ, aliasquæ
pœnas decernant, eos quoque, si pro de-
licti enormitate, grauiores pœnas merue-
rint, debita precedente degradatione Cu-
riæ seculari puniendos tradant. Dantes
etiam etiam facultatem venerabilibus Fra-
tribus nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ Car-
dinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne
delictum tamenorme, & Ecclesiæ Dei tam
perniciosum, remaneat ob probationum
defectum impunitum, cum difficultis sit pro-
bationis, testibus, etiam singularibus, con-
currentibus præsumptionibus, indicijs, &
alijs adminiculis delictum probatum esse

arbitrio suo indicandi, & Curiæ facula-
ri, vt præfertur reum tradendm esse
pronunciandi. Non obstantibus omnibus
quæ dictus prædecessor, in suis litteris
prædictis voluit non obstat, ceterisque
contratijs quibuscumque. Mandantes om-
nibus Confessarijs, vt suos pœnitentes,
quos nouerint fuisse ab alijs, vt supra,
solicitatos, moneant de obligatore de-
nunciandi solicitantes, seu vt præfertur
tractantes, Inquisitoribus, seu locorum
Ordinarijs prædictis: quod si hoc officium
præter missent, vel pœnitentes decue-
rint, non teneri ad denunciandum Con-
fessarios solicitantes, seu tractantes, vt su-
pra, idem locorum Osidinarij, & Inqui-
sidores illos pro modo culpæ punire non
negligant. Volumus autem, vt præsentium
transumptis, etiam impressis, manu alicui
Notarij publici subscriptis, & sigillo
alicuius personæ, indignitate Ecclesiasti-
ca constitutæ, munitis, eadem prorsus fi-
des in iudicio, & extra ubique habeatur
quæ præsentibus haberetur, si forent exi-
bitæ, vel ostensæ, quodque eadem præsentes
litteræ, seu illarum exempla ad Valvas
Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis,
ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in
a cie Campi Floræ affixa omnes ita arctent,
& afficiant, ac si vnicuique personaliter
intimatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanc-
tam Mariam Maiorem, sub Annullo,

Piscatoris Die XXX. Augusti

M. DC. XXII. Pontifi-

catus Nostri Anno

Secundo,

(5)

S. CARD. S. SVSANNÆ.



QVÆS.

QVÆSTIO II.

*An Præfatae constitutiones, & decreta,
inter se differant?*

RESPONDEO: Affirmative. Nam primo differunt in hoc; Quod in Bulla Pij IV. Et in decreto Clementis VIII. solum habetur sermo de solicitacione mulieris; ut constat ex illis Verbis: *Solicitantes mulieres pœnitentes &c.* At vero in Bulla Gregorij XV. de solicitatione cuiuslibet personæ, ut liquet ex illis Verbis: *Qui personas, quæcumque illæ sunt ad in honesta &c.*

Secundò. Diferunt, in hoc: Quod ex vi Bullæ Pij IV. & Clementis VIII. Sacerdos solicitans in Confessione, tantum veniebat puniendus, ut patet ex illis verbis: *Dum earū audiunt Confessiones alliciendo &c.* At vero ex vi Bullæ Gregorij XV. Non solum Sacerdos, qui in ætu sacramentalis Confessionis, verum etiam ille, qui extra Confessionem, ante, vel post immediate, ad illam; siue in Cōfessionario, aut loco cōfessionibus deputato, siue alibi, simulans audire Confessionem, pœnitentem solicita, aut cum eo in honesta tractans, venit puniendus; ut constat ex illis verbis: *Qui personas quæcumque illæ sunt, ad in honesta, siue inter se, siue cum alijs. quomodolibet perpetranda, in actu sacramentalis Confessionis, siue ante, vel post immediate, seu occasione, vel pretextu confessionis buiusmodi, etiam ipsa Cōfessione non secuta, siue extra occasionē, Cōfessionis in Cōfessionario, aut in loco quoctūque ubi Cōfessiones sacramentales audiūt, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel procurare tentauerint &c.*

Tertiò. Quod ex vi decreti Pij IV. & Clementis VIII. Solum tenebatur pœnitens Confessariū denuntiare. At vero ex vi decreti Gregorij XV. Ultra hoc, quod præsuponitur, præcipitur omnibus Confessarijs, ut pœnitentes de tali obligatione moneant ibi. *Mandantes omnibus Confessarijs &c.*

Quartò. Quod in Bulla Pij IV. & in decreto Clementis VIII. Solum cōmittitur cognitio huius delicti Inquisitori Generali Hispaniarum, & ab eo deputatis. At, in decreto Gregorij XV. Omnibus Inquisitoribus totius Orbis Christiani, & locorum Ordinarijs, simul, vel separatim; ibi. *Et præterea heretica prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarijs &c.*

Quinto denique. Quod Bullæ Pij IV. Clementis VIII, & Pauli V. editæ fuere solum pro Hispaniæ, Portugalia, & Algarbiotorum Regnis. At vero Bulla Gregorij XV. pro toto Orbe terrarum. Sic notant Ioan. Egid. Trullench lib. 1. in decalog. c. 3. dub. 13. à num. 7. usque ad 11, & ante illū, Castro Palao, tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 9. pun 1 à num. 4.

QVÆSTIO III.

An Bulla Gregorij XV. Sit in Hispania recepta?

NEAT Castro Palao disp. 9. cit. pun 1. num 9. pag. mibi, 558. Per hæc verba: Quod vero, ab Inquisitoribus Hispaniæ recepta non sit, mihi maxime probatur. Ita enim mihi reculit Doctor Isidorus de S. Vicente, Inquisitor Calragustanus, vir pius, & doctus, & in materijs Inquisitionis satis versatus. Cū enim, Bulla Gregorij; Inquisitores, locorū Ordinatijs æquales fiant, nolunt hanc Bullā recipere, quæ illis in hac parte derogat iurisdictioni concessæ à Pio IV. & Clemente VIII. Ut ipsi soli de hoc criminе cognoscat. Sic Castro. Cuius sententia, non audet cōtradicere Trullench loc. cit. n. 4. pag. mibi, 112. Sed solum ait; standum esse Dominorum, & prudentiorum Inquisitorum praxi.

Sed certissime Respondeo: Iam esse in Hispania receptam.

Primo. Quia id constat ex verbis Edicti, quod Inquisitores totius Hispaniæ, pro iurisdictionis executione à Pio IV. Clemente VIII. & Gregorio XV, sibi concessæ, quotannis promulgant. In quo, *sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrienda, mandatur cuilibet scienti tale crimen, ut ad Inquisitionis Tribunal deferat; per hæc verba: Si sabeis, ó aueis oido decir, que aljí Confessor, ó Confessores, Clerigos, ó Religiosos, de qualquier estado, preeminencia, ó condicion que sean, en el acto de la Confession, ó antes, ó despues, inmediatamente a ella; ó con ocasion, titulo, y sombra de Confessio, aunque en este éto no se ay a seguido la Cōfession, ó aunque sea fuera de Confessio: pero estando en el cōfessionario, ó en qualquier otro lugar donde se Confessa, ó que esté destinado, y señalado para oir de Confession fin gitdo y dando a entender, que es a Cōfessádo, o oyédo de Cōfessió, oyá solicitado, y integrado solicitar a quaiesquier persona, introducidolas y prouo á dolas a actos torpiss, y deshonestos, assi entre el Confessor, y penitente*

como es otros: O que ayā tenido cō los dichos penitentes platicas illicitas, y deshonestas. Y exhortamos, y mādamos à todos los Cōfessores amonesten a los penitentes, de quien tuuieren noticia, que ansido solicitados, en la forma dicha, de la obligacion, que tienen de venir à denunciar à este Santo officio los dichos solicitantes, adonde priuatamente toca el conocimiento dese delicto &c. Ergo ex his Inquisitorum Edicti verbis, clare constat Bullam Gregorianam, iam esse in Hispania receptam.

Secundō. Quia in Edicto, ab Inquisitoribus Inquisitionis Supremæ, expedito, die 29. Octobris Anno 1633. præcipitur omnibus Superioribus Regularibus, sub pena excommunicationis, vt singulis annis, Feria 6. post Octauam Assumptionis B. Mariæ, suis subditis, hoc Gregorianum decretum, eum non nullis alijs, aliorum Pontificum, intiment: vt vigilanti cura, & magna solemnitate, in toto Sacro nostro Ordine sit: Ergo. Sic teneant Diana 2.par. tr. 17. resol. 30. & 1.par. tr. 4. resol. 25. Hieronymus Trimarchius tract. de Confessario abutente Sacramento pœnitentia, quem citat, & tandem sequi videtur Trullench. loc. cit. num. 10. pag. mihi 113. Gaspar Hurtado de Iust. & iure. tr. de Iudicioforensi, disp. 2. diff. 7. & iā omnes.

Ad fundamentum Castrī Palao, dicendum est, vt: am esse, quod ob rationem, & causam ab ipso signata, noluerunt Inquisitores Hispanie recipere Bullā. Gregorij XV. donec ipsem fuisse Pontifex, ab eisdem met Inquisitoribus supplicatus, declaravit suam mentē, non esse, nec fuisse, quod in Hispania, de predicto solicitationis delicto, vlo modo cognoscerent locoru Ordinarij, aut alijs, præter ipsos Inquisitores. Quia declaratio facta, statim recepta fuit dicta Bulla, & publicata intota Hispania. Sic mihi restulit idemmet D. D. Isidorus de San Vicente, olim Inquisitor Cæsaragustanus, & Tolestanus, & nunc meritissimus Supremæ Sanctæ Inquisitionis Fiscalis, cum quo, serio de hac re tractavi.

QVÆSTIO IV.

Quid est ad actus in honestos solicitares?

RESPONDEO: Quod nihil alind, quam prouocare, allicere, precibus rogare, seu alio modo inuitare ad turpia, & in honesta: vel clarius. Est prouocare ad res carnales, & venereas, actib⁹, verbis, nutibus,

aut alijs signis amatorijs. Sic Rodericus de Acuña tr. de solicit. q. 1. n. 14. Bartholomæus Gyptius tr. de casib. reser. c. 15. n. 5. Sā Garellus tr. de bæret. q. 44. n. 6. Bonac. disp. 6. de Oner e denunc. q. 6 pan. 3. n. 2. Boſius in Appen. ad tr. de Iubil. n. 2. Trullench lib. 1. in Decalog, cap. 3. dub. 18. num. 12. & alij.

QVÆSTIO V.

An Denunciandus sit Confessarius solitans, si defolitatis delicto non sit infamatus; vel (quod idem est) si solicitatio, ita sit occulta, ut vni tantum sit nota?

NEGAN T tenerique, in eo casu, Confessarium denūtiare, Reginald. lib. 24. cap. 3. sect. 6. n. 50. & 57. Megala in 1. par. lib. 1. cap. 5. nu. 21. Joan. Andreas in cap. Nouiter. extra. de Iudicijs. Gundisaluu in tom. 11. tractatum par. 2. tract. de bæret. q. 10. n. 7. Repertoriū Inquisitorum: Verb. Denuntiatio. §. Generale tamē. Dacianus tr. Criminum tom. 1. lib. 5. cap. 30. num. 4. Qui citat Speculatorum, & Gloffain. Palatius in repet. cap. notab. 3. §. 26. num. 9. Angel. Felin. & Nuar. Fagund. de præcep. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 31. Quos omnes, sic citat Diana 1. par. tract. 4. resol. 1. Vbi probat, eorum sententiam esse probabilē; sed nō audet, id quod probat, dicere: Legantur Nuar. in Manu. cap. 17. num. 134. & 135. D. Anton. 3. par. tit. 9. cap. 6. Armilla Verb. Inquisitio num. 8. & Angel. verb. Denuntiatio. Sub finem.

Sed longe multo probabilius, lōge que verius Respōdeo: Etiā in dicto casu, denūtiandum esse Confessarium. Quia per vnicam solicitationem vere incurrit Confessarius in suspicionem fidei!, (vt quæst. 59. dicemus) sicut est de fide suspectus, qui semel hæresim profert: ergo per vnicam solicitationem directioni decreti Pontificis subiicitur: ergo dictus Confessarius denuntiari debet; etiam si de solicitatione non sit infamatus, nec tale delictum probari possit à Delatore. Sic Barbosa de potest. Episcopi part. 3. alleg. 96. numer. 51. Peirinus in privileg. Minim. tom. 2. confit. 9. Pauli V. 5. 2. num. 25. Homobonus de Exam. Eccles. par. 1. tract. 7. cap. 2. quæst. 14. & par. 2. tract. 1. cap. 4. quæst. 3. resol. 4. Zanard. in direct. Confessorum par. 3. cap. 31. Naldus Verb. Hæresis. num. 6. Zechius de Casibus reser- yatis casu 2. Sanctarellus de hæresi cap. 9. dub

dub. *Vnico num. 3. & 4.* Genuens. in praxi cap. 23. num. 5. Lazarus de monit. sect. 2. quæst. 11. num. 22. Bonac. de cens. disp. 2. q. 6. punt. 1. num. 9. Suarez tract. de fide. disp. 20. sect. 4. num. 7. Thomas à Iesu, Portel, Genedo, Farinac. & alij, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. & 4. par. tract. 5. resol. 1. Vbiait, Megalam (pro opposita parte citatum) suam sententiam in 2. editione, mutasse. His addi possunt Trullench lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. nu. 20. & etiam nouissime Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 28. Vbi propositis (ordine anobis proposito) his duabus sententijs, in hæc prorumpit verba: Ita se habent huius modi opiniones, ambe probabiles, secunda probabilior, & in favorem Sacramenti in illam inclinandum videtur, & magis inclino. Prima tamen, tam solidis fundamentis nititur, & tam expresse mentem legislatoris videtur cōtinere, ut illi cōtradicere, videatur audacia. Mihi non constat de præxi Dominorum Inquisitorum, & Ordinariorum in hoc negotio; quam ob rem, si de illa constiterit, illa sequenda erit: & ideo interim rem non definiō, sed meum iudicium praxi Sanctæ Inquisitionis libenter submitto, & semper submittam. Sic ille.

semper præmittēdam esse correctionem fraternalm, ante denuntiationem; eo quod præceptū correctionis sit de iure naturali, & Diuino; S. Thom. 2. 2. q. 35. art. 7. Sotus de Iust. lib. 5. q. 5. ar. 1. Siluest. Ver. Correctio. q. 5. Cano de Locis, lib. 12. cap. 9. Lopez in instruct. par. 4. cap. 54. Petrus Ledesma tom. 2. sum. tr. 4. cap. 4. concil. 24. diff. 2. Zanard. in director. Corf. par. 2. præc. 1. cap. 23. q. 13. Joan. de Cruce insum. par. 1. præc. 5. q. 2. dub. 5. concil. 2. & alij ex Deminiana Familia. Ex societate Iesu, Fagundez de præc. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 31. & lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 28. pag. mibi 81. Castro Palao de Confess. solicitat. tract. 4. disp. 9. pun. 10. n. 2. Toleatus lib. 5. cap. 57. n. 2. Reginald. lib. 24. cap. 3. sect. 6. n. 52. & alij. Ex Franciscano Ordine; Angel. Ver. Denuntiatio q. 2. Castro de hæret. punit. lib. 2. cap. 25. Portel in dub. Regul. Verb. Correctio fraternal. 1. Ortiz in sum. c. 21. n. 17. & alij. Ex alija Religiosis, Molles. tom. 1. sum. tract. 7. cap. 24. n. 25. Homobonus, Peirinus, & alij apud Dietam II. cc. Sayrus lib. 11. Clavis. cap. 4. n. 8. Nauar. cap. 18. n. 134. & cap. 18. n. 59. & cap. 25. n. 46. & in hanc sententiam inclinat tandem Trullench loc. cit. n. 23. per hæc verba: Non tamen excludo, qui in aliquo rarissimo casu, quando solicitatio est oculta, & omnibus diligenter circumspectis, quasi certe mortaliter speratur spes emendæ, possit admitti prior (hoc est, hæc) sententia, vt etiam illam admitit Anton de Sousa in Apbris. Inquist. lib. 1. cap. 34. nu. 57. addens; tunc denunciare non licere. Sic Trullench. quæst. 18. num. 14. & alij Doctores.

Ego autem in hac quæstione Respondeo: Dicendum; utrasque sententias esse probabiles. Sed hæc ultima, speculatiue probabilius; prima vero, impraxi; propter Editum Sanctæ Inquisitionis, in quo præcipitur, ut Confessorius solicitans, nulla præmissa motione, denuncietur.

Solum hic, contra Dianam, nota, quod non omnes Doctores citati ab ipso pro sua sententia, illam docent. Nam imprimis, Suarez, & Villalobos locis citatis. Solū loquuntur de hæretico; non de solicitante in Confessione. Imò Villalobos, adhuc loquendo de hæretico, innuit habere locum secundam sententiam, casu, quo certo moraliter credatur, illum esse per correctionem emendandum. Deinde, Enriquez, nullo modo docet prædictam sententiam (saltē loc. cit.) Nam in lib. 2. in quo citatur à Diana, non datur caput. 24. In libro

QVÆSTIO VI

An Ante denuntiationem, sit præmittenda correctio fraterna; casu, quo solicitator, firmiter emendandus credatur?

NEAT Diana 1. par. tr. 4. resol. 2. & par. 4. tract. 5. resol. 24. citans pro hac parte Sanctarellum tr. de hæret. cap. 9. n. 5. Sancium in selec. disp. 11. n. 56. Bonac in tract. Variar. disp. 6. pun. 3. n. 9. Silvium in 2. 2. q. 33. ar. 7. cōcl. 2. Villalob. in sum. 2. par. tr. 4. diff. 11. n. 3. Suarium tr. de fide disp. 20. sect. 4. n. 11. & 12. Azorium 1. par. lib. 8. cap. 19. q. 9. Turrian. 2. 2. tom. 1. disp. 53. dub. 3. Enricū Enriuez lib. 2. cap. 24. n. 10. in Glossa lit. C. & lib. 6. cap. 17. num. 4. in Glossa lit. L. & Simancas in Catho. Instit. tit. 19. n. 11. Quidam addi possunt Freitas, ad Acuñam q. 18. num. 30. contra insum met Acuñam, & Trimarchius de Confessore abut. disp. 11. sect. 2. nu. 15. Quos citat, & sequitur Trullench lib. 1. cap. 3. dub. 18. num. 22.

Affirmat vero è contra, in proposito casu,

autem 6. cap. 17. n. 4. lit. L. nequaquam dicit, non debere premitti correctionem, casu, quo firmiter emenda Confessarij sollicitantis speretur: sed solum, quod talis Confessarius vix emendari soleat correctione: Quod profecto, quid diuersum est. Citari tamen potest lib. 5. (seu 2. pœnit) cap. 9. n. 10. (quo loco forte voluit illum citare Diana) sed neque ibi loquitur, in casu nostræ questionis.

QUÆSTIO VII.

An Teneatur quis Confessarium sollicitantem denuntiare, si credat, iam esse emendatum?

AFFIRMAT Diana 1. par. tract. 4. resol. 3. Vbi pro se affert Sanctarellum tract. de bæresi, cap. 9. n. 11. Sanciū in sele et. disp. 11 num. 52. Bonacinam tr. Var. disp. 6. punct. 1. nu. 9. Azorium 1. par. lib. 8. cap. 19 quæst. 9. Suarium tract. de fide disp. 40. sect. 4. num. 13. Salon in 2. 2. q. 68. ar. 1. Rojas singul. 3. nu. 33. & Param. de Orig. Inquis. lib. 3. q. 8. num. 90. Iterumque, id id sumi affirmat idem Diana, 4. part. tr. 5. resol. 23. addens G. Hurtadum in manu scriptis (iam typis mandatis) tract. cit. disp. 2. diff. 7. Tenet deinde hanc sententiam, ut probabilem, Trullench lib. 1. in decalog. cap. 3. dub. 18. num. 30. Licet contraria probabilem; & in casu nostræ questionis, sequendam, in dubitanter affirmet.

Negant vero è contra; talem Confessarij esse denuntiandum; eo quod finis denuntiationis sit emendatio proximi, qua cessante, necessario debet cessare denuntiatio; Scet. lib. 3. q. 5. ar. 5. Molfes. to. 1. tr. 7. c. 24. n. 21. Genuensis in praxi c. 18. n. 6. Nald. Verbi Accusare n. 1. Victorelli in notis ad Manuale Nauarri cap. 25. n. 3 Finellus, Zanardus, Acuñ, Freitas, Megala, Portel, & Peirinus, quos citat Diana 1. par. loc. cit. Sousa, Lezana, & Castro Palao, quos ipsemet Diana addit, par. 4. loc. cit. Vbi etiam citat pro hac parte, & bene Sancium disp. 11. nu. 51. Quem àntea 1. par. male pro contraria citauerat; sicut male citat illum, Hurtado vbi supra; & Trullench, vbi infra. Tenent item hanc partem, apud Suarium, D. Thom quodlib. 12. ar. 13. ad. 3. Adrian. quæst. de correct. frater. D. Antoni. Siluest. Nauar. Aragon, Valentia, Nauarra, Sanchez, Palud, & Rojas, (quem Diana pro contraria citat) & alij. Fagundez de præcep. 2. Eccles. lib. 6. cap. 4. num. 17. & lib. 6. in Decalog. cap.

12. num. 28. Trimarchius disp. 12. sect. 3. num. 18. & in hanc, tandem, sententiam inclinat Trullench per hæc verba: Nihilominus tamen, si considerata qualitate personæ, & bene perennis circumstantijs supra dictis, emenda moraliter certa sit, poterit amplecti prior sententia, sicut dictum est quæst. super. num. 23. quando talis adest spes emendæ in correctione fraterna. Sic ille loc. cit. & num. 85.

Ego, consequenter ad nuper dicta, Respondeo: Dicendum, quod licet ambæ sententiae sint satis probabiles; probabilius tamen sit secunda, & tuto sequi possit; nisi casu, quo aliud ex mandato Inquisitorum constet. Ifsi enim ad punitionem delicti commissi, & in aliorum exemplum, & coercionem imperare possent, vt delicta iam emendata, sibi manifestentur. Tunc enim scientes, obligati essent manifestare; saltem (vt addit Castro Palao) si delictum laboret infamia, vel aliquo modo sit publicum. Sic ipse disp. 9. pun. 10. num. 1.

QUÆSTIO VIII.

Quando solicitator censebitur emendatus, ut quis, iuxta probabilem sententiam, nuper relata, non teneatur illum, ex præcepto Edicti denuntiare?

RESPONDEO: Primo. Quod, iuxta sententiam Seraphini de Freitas in Addit. ad Acuñam quæst. 3. num. 32. & 33. Ricij, par. 2. decis. 159. num. 14. Homoboni de Exam. Eccles. tract. 7. quæst. 33. Mascardi, Farinacij, & Alciati, quos affert, & sequitur Sancius in sele et. disp. 11. num. 51. pag. mibi 88. Ille censebitur emendatus, qui per triennium bene vixerit.

Secundo. Quod, iuxta doctrinam Genuensis in praxi cap. 18. num. 6. ille debet etiam emendatus censeri, qui aliquod consecutus est Jubileum.

Tertio. Quod, iuxta iudicium Felini, in cap. Testimonium. de testibus. Ille quoque debet censeri emendatus, qui ad Sacramentum pœnitentia accessit.

Quarto. Denique. Quod, iuxta Antonium de Sousa, quem sequi videtur Diana; 4. par. tract. 5. resol. 23. ille credi possit emendatus, quando solicitata mulier, iter, vel quater ad ipsum accedens, in eo libidinosum animum, & libidinis signa non reperit,

reperit. Legantur Diana lib. 11. cap. 8. & Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 28. pag. mibi 116.

QVÆSTIO IX.

An Confessarius solicitans in Confessione, non ad turpia, sed ad alia peccata, sit denuntian-

dus?

AFFIRMANT Peña in direct. Inquisit. par. 2. comment. 81. vers. Ille quoque Zechius in Sum. tom. 1. tract. de fide cap. 11. num. 5. §. Tertia suspicio. & Emanuel de Moura opusc. 1. de Ensal. & incant. sect. 3. cap. 3. num. 17. Quorum sententiam, probabilem reputat CastroPalao tom. 1. tract. 4. disp. 9. punct. 6. num. 2. Et in pra. xi. sequendam Freitas in Addit. ad Acuñam. quæst. 8. num. 17. casu, quo Confessor sollicitet pœnitentem ad eadē peccata, quæ confiteretur; veluti, si sortilegiū fateatur, & Confessarius petat ab illo, ut, se doceat illū facere.

Sed probabilius longe Respondeo: Non esse denuntiandum. Quia in decretis Pontificum, solum præcauetur solicitatio ad turpia, seu carnalia, non ad alia crimina, licet grauiora sint. Quia non est æque periculum de illis, ac de solicitatione ad venerea, quæ communiter accidere solet. In delictis autem, non debet fieri extensio. Ex cap. in pœnis. de regul. iuris in 6. Sic Paramus lib. 3. quæst. 10. num. 121. & 122. Aloysius Barilla, Scortia, Molfet. Acuña, Sanctarellus, venerus, Sancius, Peirinus, Bonac. Sousa, & Hombonus, quos refert, & sequitur Diana 1. part. tract. 4. resol. 20. & 4. par. tract. 3. resol. 17. Quibus addi possunt, Sancius disp. 11. num. 23. pag. mibi 82. Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 5. pag. mibi 112. & num. 56. pag. 121. Palao loc. cit. & ibidem punct. 1. num. 4. Fagundez, lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 15. pag. 77. & Ledesma de matrim. quæst. 56. ar. 5. & communis.

QVÆSTIO X.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui in usu Baptismi, Matrimonij, & aliorum Sacramentorum, aliquam fœminam, ad vener. & sollicitat?

AFFIRMAT Emanuel Moura, opusc. 1. de Incant. sect. 3. cap. 3. num. 17. Sed, multo longe probabilius, Ref

pondeo: Non esse denuntiandum. Quia in decretis omnibus Pontificum, supra assignatis, solum sit mentio de solicitatione in usu Sacramenti Pœnitentia. Sic Acuña quæst. 16. num. 6. & ibi Freitas num. 10. Sancius disp. 11. num. 42. Bonacina disp. 6. cit. pun. 3. num. 7. Lézana, Peregrinus, Peyrinus, & Sanctarellus, quos refert, & sequitur Diana 4. par. tract. 5. resol. 16. Trullench. loc. cit. num. 57. Castro Palao tr. 4. disp. 9. pun. 1. num. 4. & communis.

QVÆSTIO XI.

An Fœmina solicitata, teneatur sub mortali, denuntiare Confessarium sollicitantem, casu, quo, iuxta dicta, tenetur?

RESPONDEO: Affirmative. Quia res est grauis, ut aperte indicat pœna ex communicationis latæ sententia, in Edicto Inquisitionis posita. Sic Enriquez lib. 6. cap. 22. nu. 6. Rodriguez in Sum. cap. 207. num. 1. Bonacina disp. 6. cit. pun. 3. num. 10. Sancius disp. 11. num. 20. Acuña, & Sanctarellus, quos refert, & sequitur Diana 4. part. tract. 5. resol. 3. Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 17. Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 10. & communis.

QVÆSTIO XII.

An Sit denuntiandus, sub graui culpa, Confessarius solicitans ad actus, solum venialiter, in honestos?

NEGET in primis Portel in addit. ad dub. regul. verb. solicitare fœminas num. 4. Vbi docet: Quod si Confessor dicat fœminæ verba leuia, vel aliud signum, vel opus leue faciat indicatiuum amoris lasciui, quæ ad iudicium prudentis viri, nec sunt peccata mortalia, nec sufficientia ad persuadendum, talis Confessor non sit accusandus.

Negat deinde Sousa in Apboris. Inquisit. lib. 1. cap. 33. num. 4. Sic dicens: Ut solicitans puniatur, iuxta hæc decreta, necesse est, ut actus solicitationis sit peccatum mortale; quod si detur, sufficit quicumque actus in honestus. Sic ille. Qui etiam in opusc. de solidit. tract. 1. cap. 1. num. 7. probat, in talibus, non ad esse obligationem denuntiandi. Quia excommunicatio maior, posita in Edicto, non potest ferri, nisi pro mortali culpa;

nec lata pro veniali, obligat. Ita Soufa.

Negat etiam Castro Palao tract. 4. cit. disp. 9. pun. 3. num. 3. Vbi afferit: Non videri improbat, si Sacerdos pœnitentem tactibus, aliis honestis, tangat, qui ex circumstantijs, solum peccata venialia sint; & ipse pœnitens intelligat Sacerdotem, nullo modo, habere animum vterius progredendi, neque pœnitens periculum consentiendo in graue peccatum, non committi peccatum mortale contra Religionem; sicut neque contra castitatem, neque fore denuntianum, sub gravi culpa. Sic ille.

Negat tandem G. Hurtado tom. de iust. tri. de iudic. forensi disp. 2. diff. 7. pag. 299. per hæc verba. Circa peccatum solicitationis, seu pronocationis, que sit feminæ in confessione, à Sacerdote ad actum mortalem venereum, siue fiat verbis, siue factis, obseruandum est, esse obligationem in Hispania deferendi illud Inquisitoribus. Sic Hurtado.

Sed, longe multo probabilius; Respondeo. Talem Sacerdotem, sub gravi culpa esse denuntiandum. Quia, longe multo probabilius est, præfasas actæ, licet in se leues, exercitos tamen, tempore ministrandi Sacramenti, esse mortales, & damnandos, ob grauem in iuriam illatum Sacramento. Sic Acuña q. 7. num. 6. & ibi Freitas num. 33. Sancius in select. disp. 11. num. 22. Diana loc. cit. & 4. part tract. 5. resol. 3. Trullench. loc. cit. Fagundez de 2. præc. Eccl. in editione nouissimilib. 4 cap. 3. num. 52. & Anton. Nouararus in Sum. Bullar. tit. de solicit. num. 4.

QVÆSTIO XIII.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui in actu Confessionis, faciem pœni- tentis à pulchritudine laudat?

NEAT Freitas tract. de solicit. in editio. nouissima, quæst. 7. num. 44. & 45. Cuius sententiam, licet non teat (vt male putat Trullench, vbi infra) probabilem existimat Sousa relatus a Diana 4. part. tract. 5. resol. 18.

Affirmant vero, probabilius, Diana loc. cit. & apud ipsum Peirinus, Sanctarellus, Acuña, Barbosa, & Bonacina. Quibus addi potest Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 43. pag. 119.

Sed probabilius omnium, sic sub distinc-

tione Respondeo: Si Confessarius, in actu Confessionis, pœnitentis faciem laudet, animo libidinoso, & ad prouocandam ipsam feminam ad turpia, tunc denuntiandus est; Quia vere, & proprie in confessione sollicitat; & in hoc reatissime Doctores secundæ sententiae. Si vero illam a pulchritudine laudet, fine alio honesto, vel indiferenti, quam aliciendi illam ad turpia; tunc non est denuntiandus. Quia tunc, non sollicitat, & in hoc sensu, bene Freitas. Et bene cum illo, Bonacina de denuntia. disp. 6. punct. 3. n. 5. Quibus (saltem in verbis) consentit Trullench. loc. cit.

QVÆSTIO XIV.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui cum audit Confessiones, interius delectatur, aut voluntariè polluitur, & id pœnitenti aperit?

RESPONDEO: Esse denuntiandum; si id pœnitenti aperiat in Confessione, aut proxime immeditate ad illam; aut in Confessionario, simulando se Confessionem audire: Quia tunc, re vera, censetur talis Confessarius in confessione sollicitare. Secus vero dicendum; si talia pœnitens ignoret; aut si illi Confessarius, extra Confessionem veram, aut simulatam, aperiat; quia tunc non sollicitat pœnitentem in Confessione. Sic, licet non ita clare, Bonacina loc. cit. num. 3. & Trullench. loc. cit. num. 45.

QVÆSTIO XV.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui in Confessione, chartam prouocatiuam ad venerem, postea legendam, pœnitenti tribuit?

NEATIVAM sententiam esse probabilem, docet Castro Palao de Confess. solicit. tract. 4. disp. 9. pun. 5. n. 3. Ex eo quod talis charta traditio, non sit vera, & completa sollicitatio in confessione; cum ignoret pœnitens, vt supponitur, quid in charta contineatur. Idem fatetur Trullench loc. cit. dub. 18. in Summario, per hæc verba: Confessarium tradentem in Confessione chartam prouocatiuam, probabile est, non esse sollicitatorem. Sic ibi: licet in corpo-

corpore dubij num. 46. contrarium, vt certum, doceat.

Sed mihi certissime Respondeo: Esse denuntiandum. Quia prædictæ chartæ in confessione traditio, vere, & proprie est sollicitatio: ergo. Sic Sancius in select. disp. 11. num. 32. pag. mibi 84. Diana 4. par. tract. 5. resol. 2. Trullench. loc. cit. & Fagundez de 2. præc. Eccles. in editio. nouiss. lib. 4. cap. 3. num. 62.

QVÆSTIO XVI.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui in Confessione, vel proxime ad illam, suam Concubinam obiurgat.

Hispane, lapide
zelos?

RE S P O N D E O : Affirmative. Quia talis actio, vel est prouocativa ad lasciviam, vel, administrus, est signum ostensuum lascivii amoris. Quare post Bullam Gregorij XV. de hoc minus dubitari licet, vt bene notat Sancius disp. 11. num. 32. (Quid quid Freitas, relatus à Diana, maxime dubitet, & renuat concedere.) Secus tamen videatur dicendum, casu, quo Confessarius, dicatam fœminam obiurgaret, reprehendendo illam de tali peccato; vt bene aduertunt Diana 4. par. tract. 5. resol. 43. Trullench. loc. cit. num. 46. Sic ipsi, & Fagundez, relatus à Diana.

QVÆSTIO XVII.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui detinet pœnitentiam fœmina, vt domini nuda ab ipso verberaretur, & postea accidit.

RE S P O N D E O : Affirmative. Quia prædicta actio est in honesta, & censetur facta in Confessione; cū huic sit per se annexa pœnitentia. Sic Diana (ex Antonio Soufa) 4. par. tract. 5. resol. 47. & Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 46. Qui tamen addit, secus dicendum esse, casu quo, nihil de hoc accidet in Confessione; sed postea, tempore aliquo intermedio, Confessarius ad domum fœminæ accedens illam flagellaret.

QVÆSTIO XVIII.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui in Confessione instigat fœminam, vt alium in copulam admittat?

NEGAR VNT olim quidam, quos, super presso nomine, refert Diana 1. part. tract. 4. resol. 19. Quorum sententiam, probabilem reputauit Acuña, vbi infra.

Sed iam certissime Respondeo: Denuntiandum esse. Quia in proposito casu, vere interuenit solicitatio ad actus in honestos; & per accidens est, quod cum Confessario exercendi sint, vel cum alio. Sic, post Bullam Gregorianam, docet Sancius disp. 11. num. 43. Sanctarellus, Naldus, Bonac. Acuña, & alij, quos citat, & sequitur Diana 1. part. tract. 4. resol. 19. Freitas, & Castro Palao, quos refert, & sequitur Trullench. loc. cit. num. 47. & 50. Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 14. Hurtado disp. 2. cit. diff. 7 fol. 299. pag. 2.

QVÆSTIO XIX.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui sollicitat in Confessione fœminam, ad hoc ut mediet cum alia, ut in fornicationem consensiat?

NEGAR VNT olim, ante Bullam Gregorij XV. Acuña quæst. 17. num. 8. & Freitas ibi. num. 14.

Sed hodie certissime Respondeo: Esse denuntiandum. Quia Gregor. XV. clare præcipit, denuntiandos esse Confessarios, qui cum pœnitentibus, illicitos, & in honestos sermones habuerint, vel personas, ad in honesta, sive inter se, sive cum alijs perpetra da, soliciterint. Sic Sancius loc. cit. num. 44. Diana loc. cit. & 4. par. tract. 5. resol. 12. Trullench. num. 49. Castro Palao tract. 4. disp. 9. punct. 5. num. 2. & alij Doctores, quæst. præcedenti citati, & communis.

(2)

QUÆSTIO XXI.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui, solicitatus in Confessione à fœmina, solicitationi consentit?

NEGANT Acuña tract. de solicit. q. 11 num. 7. & 9. & ibi Freitas num. 24. & alij, quos refert, & quodammodo se quitur Diana 1. part. tr. 4. resol. 11. ubi sic ait: Non reticebo tamen, Sanctarellum virum doctum, in tract. de baref. cap. 46. num. 2. docere, etiam post Bullam Gregorij XV. non esse denuntiandum Confessarium, quia muliere solicitatus, eius libidini consentit. Idem etiam docet Sancius in select. disp. 11. num. 25. & 26. Peirinus, ubi infra, §. 3. num. 10. Homobonus de exam. Eccles. tom: 2. tract. 11. cap. 12. quest. 26. Bonac. in tr. variar. disp. 6. punct. 3. num. 17. Vnde hæc opinio probabilis, & tuta, etiam mihi videatur. Sic ibi Diana (licet oppositum clarè sequatur 4. par. tract. 5. resol. 4. & 42.) & Sic etiam Trullench. loc. cit. num. 53. Sousa, & alij, penes ipsum. Et nouissime Hurt. diff. 7. cit. fol. 299. col. 2. & diff. 8. Portel in addit. addub. regul. verb. solicitare fœminas num. 10. Castro Palao, quæst. sequent i cito- das, & alij.

Sed longe multo probabilius, ino. vt certum mihi, Respondeo: *Esse denuntiandum, vigore Bullæ Gregorij XV.* Quia ibi, sum. Pontifex expresse præcipit, denuntiandos esse illos Confessarios, qui cum pœnitentiibus illicitis, & in honestos sermones, sine tractatus habuerint: at Confessarius, in casu proposito, licet prius solicitetur à fœmina, habet cum illa, illicitos, & in honestos sermones in Confessione, ergo. Sic Diana 4. part. II. co. & penes ipsum, Fagudez de præc. Eccol. in 2. edit. præc. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 56. & 57. de quo adhuc infra quæst. 42.

Nunc vero notandum, Idem, à fortiori, esse dicendum, in casu, quo fœmina prouocet Confessarium ad Sodomiam; ipse vero, ad naturalem congressum reproducet; vel contra. Tum ob dicta. Tum etiam, quia in hoc casu, Confessarius absolute inducit ad aliquid turpe, ad quod, non est à pœnitente fœmina, prouocatus. Sic DD. citati: necnon Sancius loc. cit. n. 27. Trullench. num. 25. & penes ipsum, Castro Palao. Diana loc. cit. resol. 13. & com- munis.

QUÆSTIO XXI.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui, solicitatus ad congressum à fœmina, renuit; intendens tamen, solum taetibus suo blectare, & ad eos provocare fœminam?

NEGANT Castro Palao de Confes. soli cit. tract. 4. disp. 9. punct. 5. num. 4. & Trullench. loc. cit. num. 51. pag. 120. Quia in hoc casu (inquit) non centetur Confessarius solicitare ad malum, sed solicitationi factæ à fœmina, consentire.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: *Iam esse denuntiandum.* Quia etiam in hoc casu, agit Confessarius cum pœnitente, in auctu Confessionis (ut supponimus) de rebus illicitis, & in honestis: ergo ex vi Bullæ Gregorianæ, Confessarius denuntiari debet. Sic Sancius disp. 11. nu. 28. pag. 84. (licet minus consequenter, quam Castro, & Trullench.) quem refert, & sequi videtur Diana 4. par. tract. 5. resol. 13.

QUÆSTIO XXII.

An Sit denuntiandus Confessarius, casu, quo ipse, & fœmina ad iniucem sollicitent; à fœmina tamen primo, & à Confessario deinde?

NEGANT etiam Acuña quæst. 11. num. 11. Peirinus tom. 2. in priuile. Minimi confit. 4. Gregorij XV. §. 3. num. 10. Castro Palao tract. 4. cit. disp. 9. punct. 5. num. 4. & Sancius loc. cit. num. 26. Quia nec hæc actio (aiunt) est prouocatio, aut solicitatio ex parte Confessarij; sed continuatio solicitationis factæ à fœmina.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: *Etiam esse denuntiandum: ob rationem, quæst. 20. & 21. assignatam.* Sic Sousa, & Freitas, quos citat, & sequitur Diana tract. 5. cit. resol.

QVÆS.

QUÆSTIO XXIII.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui, ad audiendam Confessionem mulieris ægrotantis, vocatus, & ab ea, minas sua- dente, solicitatus, solicita- tioni consen- tit?

NEGLANT esse denuntiandum, si metus grauis causa; vel ob vitandam infamiam, solicitationi consentiat, Sancius disp. 11. num. 30. per hæc verba: Sivocatus Confessarius ad ægrotantis foeminæ Confessionem, ab ipsa solicitaretur, minas super addente, se exclamaturam, vim sibi ab illo inferri, nisi consentiat, sicquè ipse, ob vitandam infamiam actui impudico consensum præstet, non erit locus constitutioni. Acuña quest. 9. num. 9. Graffis de poenit. & remis. consil. 7. num. 1. Hucusque Sancius. Quem sequuntur Diana 4. part. tract. 5. resol. 15. Peyrinus tom. 2. cit. constit. 4. Greg. XV. §. 3. num. 9. Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 53. Freitas quest. 11. num. 36. & alij.

Alij vero Respondent: Esse denuntiandum, si solicitatio, & consensus in illam, sit facta in Confessione, vel proxime ad illam; (secus vero si alias, ut statim dicam.) Ratio sit. Qyia metus grauis infamia, non tollit, in dicto casu, quin Confessarius, solicitationi consentiens, irroget irreuerentiam poenitentia in Sacramento; sed, ob hanc vitandam, & coercendam, imponitur ab Inquisitoribus, sub poena excommunicationis, obligatio de nuntiandi Confessarios solicitantes poenitentes in actu Confessionis, aut cum eis illi citos sermones habentes: ergo præfatus Confessarius, ex vi Bullæ Gregorianæ, denuntiandus veniet. In hanc sententiam videtur inclinare Sousa in Aphons. Inquisit. lib. 1. cap. 34. num. 28. & in opusc. de Confess. sollicit. tract. 1. cap. 17. à num. 8. Quatenus docet, quod si prædictus Confessarius denuntiaretur, deberet ab Inquisitoribus puniri arbitaria, & extraordinaria poena, sine abiectione tamē. Ego autē huic sententia magis adhærerem, nisi ex pia intentione DD.

Inquisitorum, crederem, nolle eos, in dicto eventu, ut prædictus Confessarius ad suum Tribunal defe- ratur.

QUÆSTIO XXIV.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui à foemina petit, ut se tali hora, ad Confessio- nem audiendam vocet, & ipse posse cum illa, aliquos actus, ex pro- bibilitis, exerceat?

AFFIRMAT Fagundez lib. 6. in De- catalog. cap. 12. num. 17. per hæc verba: In proposito negotio, idem est oc- casio, atque opportunitas ex Confessione sumpta ad sollicitandum, siue præsumit fuerit à Confessario, eam opportunitatem pos- se contingere in Confessione, & ob id foemina ad Confessionem inducat; aut ab ea petat, ut se tali tempore, & hora, & loco, ad Confessionem audiendam, vocet: siue non fuerit præsumit, sed casu, oblata illa oppor- tunitate Confessionis, aliquem, aut aliquos actus ex prohibitis, cum poenitente foemina, vel masculo, exerceat. Sic Fagundez; & ante illum, Sancius disp. 11. num. 63. in fine.

Sed probabilius Respondeo: Non esse de- nuntiandum. Sic docet, ex Freitas, Diana 4. part. tract. 5. resol. 37. Sic dicens: Negati- um sententiam, & merito, docet Freitas de Confess. sollicit. in nouiss. edit. quest. 15. num. 44. Vbi sic ait: Si Confessor domum vecetur, sub prætextu Confessionis, veluti ut Præla- tū Confessor decipiat, cū tamen ex præce- dente tractatu, tam Confessor, quam foemi- na intentionem habeant venereorum agendo rum, puto Breui non esse locum, eo maxime, quia in casu Sancij, non proponitur solicita- tio ex parte Confessoris in Sacramento poe- nitentia, vel proxime, sed tractatus remotus ex vtriusque placito, quia tractatus præce- dens nihil ad rem facit, siue simuletur, siue non, Confessio. Opinio ergo Sancij defendi tantum potest, quando in ipsa domo, & loco ad Confessionem deputato, & sub Confessio- nis figura, ut ita dicam, simulet Confessor ad in spectantes illudendos Confessionem au- dire, & si ab ipso non incipiat solicitatio, nec præcedat inter eos tractatus: simulatio namque ipsa per se sufficit. Ita Freitas. Ig- tur prætextus Confessionis, de quo agit con- titutio Gregoriana, debet esse proximus, nō autem remotus à loco, & statu Confessionis. De quo videndum est Sousa de Confess. sollicit. in addit. num. 10. Hucusque Diana: Quem citat, & sequitur Tru- llench. loc. cit. num. 72.

QVÆSTIO XXV.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui in Confessionario, aut sub prætextu Confessionis, solicitat pœnitentem, casu, quo non sequatur Confessio?

NEAGAVIT Portel in addit. ad regul. verb. solicitare fœminas num. 11. ex eo quod prædius Confessarius, nullo modo solicitauerit in Sacramento.

Sed iam certissime Respondeo: Esse denuntiandum. Quia id expresse decreuit Gregorius XV. in sua Bulla, illis verbis: *In actu confessionis, vel ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis, etiā ipsa confessione non secuta*: ergo, iuxta hoc decretum, non est opus, ut præcedat, vel sequatur ipsa Confessio. Quod, probabiliter loquendo, necessum erat in terminis decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. cū per illud, solum prohiberentur solicitationes factæ, aut Confessione non secuta. Sic Scortia, Vener, Bellochius, & Acuña, quos citat, & sequitur Diana 1. part. tract. 4. resol. 13. & 4. part. tract. 5. resol. 30. Sancius disp. 11. num. 41. Trullench. loc. cit. num. 64. pag. 122. Fagundez loc. cit. num. 16. pag. 77. Hurtado loc. cit. fol. 199. pag. 2. & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui, non in actu confessionis, sed paulo ante, vel post, fœminam sollicitavit?

NEGARVNT olim (& quidem probabiliter, ut diximus) Portel loc. cit. num. 6. Fagundez de præc. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. & alij.

Sed iam certissime Respondeo: Esse denuntiandum. Quia id statuit Gregor. XV. in sua constitutione, ut constat ex eius verbis, nuper relatis. Et sic, post dictam constitutionem, tenent Fagundez in 6. præc. Decalog. lib. 6. cap. 12. num. 16. pag. 77. Sousa in annot. ad Breue Gregorij XV. n. 10. fol. 264. Sancius disp. 11. num. 48. pag. mibi 86. & 87. Diana 1. part. tract. 4. resol. 14. pag. mibi 108. Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 64. pag. 122. Immo, & ante constitutionem Gregorij XV. fore denuntiandum dictum Confessarium, vigore decreti

Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. decreverunt, & probabiliter, Enriquez lib. 6. cap. 17. num. 4. Bonacina de matrim. quest. 4. pun. 16. propos. 5. num. 7. Villalobos tom. 2. tract. 9. diff. 36. num. 20. Petrus Ledesma cap. 19. de pœnit. Riccius, Acuña, Rodriguez; Molfes. & alij apud Dianam loc. cit. fol. 299. pag. 1. & alij.

QVÆSTIO XXVII.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui accedenter fœminam ad Confessionem præuenit, ut Confessionem in aliud tempus differat, mutatoque confitendi animo, tunc eam solicitat?

NEGATIVAM sententiam docete Antonium Sousa, ait Trullench. Vbi in fr. Sed immerito profecto id illi imponit. Nam Sousa, solum id docuit loquendo iuxta decretum Pij IV. & Pauli V. ut notat Diana: non vero loquendo in terminis, seu vigore Bullæ Gregorij XV. nam iuxta hanc, oppositum docet, ut aduertit Fagundez, statim citandus.

Certissime ergo Respondeo: Esse denuntiandum hodie. Quia id aperte continetur in Bulla Gregoriana, illis verbis: *In actu Confessionis, vel ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu Confessionis, etiam ipsa Confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones Sacra mentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam eleto, simulantes ibidem confessiones audire, solicitare, &c.* Ergo cum prædicta solicitatio fiat in Confessionario, & confessarius, dum solicitat, simulet confessionem audire, vere denuntiandus erit. Sic Freitas quest. 14. ad Acuñam, num. 16. Diana 4 par. tract. 5. resol. 30. 39. & 46. & sequitur Trullench. dub. 18. cit. num. 67. & 68. Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 16. & penes illum, Sousa in annot. ad Breue Greg. XV. num. 10. fol. 264. col. 1. Sancius disp. 11. num. 49. pag. 87. & alij. Ex quo colligitur: Idem dicendum esse in casu, in quo fœmina, sub signo Crucis, velit peccata detegere, & à confessore interrupitur ad turpia sollicitante. Et in casu, quo filiam spiritualem, ex præcedentibus Confessionibus notam, ante signum Crucis præoccupet Confessarius solicitans. Sic DD. citati: Legatur Diana 4 par. tract. 5. resol. 30. & 39.

QVÆS.

QVÆSTIO XXVIII.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui post auditam Confessionem mulieris, accedit ad illius domum, & ibi, aut in itenere, eam solicitat?

AFFIRMAT Peyrinus in priuilegiis. *M. 2. n. 10. 2. const. 4. Greg. XV. Schol. 2. n. 2. & pœnes ipsum, Graffius, Lezana in Sum. qq. Regul. cap. 19. num. 34. & Hurt. de matrim. disp. 18. diff. 1. nu. 4. pag. mibi. 337. pér hæc verba; Addimus tamen peccatum luxurij Confessarij, cum foemina poenitente commissum in ipsa confessione, aut intra viginti & quatuor horas post Confessionem, addere malitiā sacrilegij contra reuerentiam Sacramenti poenitentiae; quia prohibitum est intuitu reuerētiae illius; immo reseruatum est Inquisitoribus. Sic ille. Sed saltem, hoc utrumque, quod addit; nempe, peccatum luxurij Confessarij commissum cū poenitente in ipsa Confessione, &c. Reservatum esse Inquisitoribus; falsissimum est, vt ipsemet vidi postea, & idēo ablatum ab eo in editione Plantiniana, ex corpore difficultatis citata, licet non ex indice rerum, ob incuriam Typographi.*

Sed longe probabilius Respondeo: Non esse denuntiandum. Quia Confessarius, in hoc casu, nec in actu Confessionis, nec sub praetextu, aut occasione confessionis, nec in loco confessionis solicitat, vt patet. Nec solicitat denique, immediate post confessionem, in quo potest esse difficultas. Nam (vt bene Sancius, Freitas, Castro Palao, & Trullench, vbi infra) illa solicitatio dicitur fieri immediate ante, vel post confessionem, quando inter solicitationem, & confessionem nit aliud mediat; ita vt, neq; confessarius, neq; foemina ad extraneos actus se diuenterint. Vel (vt Clarius, ait P. Hurtado tom. de iust. disp. 2. de accusatore. diff. 7. fol. 299. pag. 2) illa solicitatio, dicitur facta proxime, seu immediate ad confessionem, sive ante, sive post, quando inter confessionem, & solicitationem, nec poenitens, nec confessarius diuertitur ad aliud loquendum, vel faciendum. Ergo si, absolutione impensa, confessarius (vel poenitens) ad extraneos actus se diuenterit, & sic diuersus dictam foeminam sollicitet, non dicetur immediate post confessionem sollicitare: at totū hoc contingit in casu proposito, vt constat: ergo. Sic Trullench. dub. 18. cit. n 63. pag. 122. Hurtado (iā sibi contrarius) loco proxime citatus, Sancius disp. 11. n. 49

Freitas q. 5. n. 20. Paramus lib. 3. q. 10. n. 74 Diaua 1. p. tr. 4. resol. 14. Vbi sic ait: Reijcienda est tanquam falla opinio illa Narrati, quam adducit Paramus, dicentis, posse Inquisidores animaduertere aduersus confessarium, post longum tempus, extra confessionem foeminam sollicitantem. Vnde recte notauit Rod. Acuña tr. de sollicit. q. 5. n. 15. confessarium non esse denuntiandum, cui pœnitentem litteris a matorijs, lenonibus, & intencionis sollicitat. Neque (vt notat Molfes. in Sum. to. 1. tr. 7. c. 24. n. 32.) si accedit, post auditam confessionem ad donum mulieris, & ibi illa sollicitaret. Quod etiam docet Scortia in Bulla Pont. Epitome 77. Theor. 197. Sic Diana, & bene ibi. Nam 4. p. tr. 5. resol. 7. propositis his duabus opinionibus, & omnino oblitus sententiae, quam tenuerat, loco nuper citato, ne a suo more discedat, resolutionem his verbis conccludit: Sed ego in hac quæstione, de meo nihil asserere volo. Sic ille.

QVÆSTIO XXIX.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui facit minam dicentem sibi, se velle crastinando non habere, confiteri, illam sollicitat?

NEGLANT Sanctiis disp. 11. num. 49. Castro Palao tom. 1. trac. 4. disp. 9. dub. pun. 8. num. 4. & Trullench. dub. 18. cit. num. 64. Quia talis solicitatio, non est proxima Confessioni facienda, sed proxima conuentioni de illa agendæ: ergo Confessarius, non delinquit, in hoc casu, in confessione, nec proxime ad illam, & consequenter, non erit denunciandus.

Affirmat vero Diana 4. par. tract. 5. resol. 6. Vbi sic ait: sed in terminis Bullæ Gregorij XV. contrariam sententiam tenendam esse puto: Quia hæc solicitatio efficitur in Confessionario, & Confessarius dum poenitentem sollicitat, simulat eius confessionem audire; ergo includitur dicta Bulla, & ideo est denunciandus. Et ita hanc sententiam tenet Fagundez de præc. Eccles. in edit. nouis. præc. 2. lib. 4. cap. 3. n. 49. Huc usque Diana contra quæ nota; Quod hic, duo requirit, ad hoc, vt Confessarius sit denuntiandus; nempe, & quod sollicitet in Confessionario; & quod id faciat, simulando Confessionem audire. Qui tamen, primum sufficere, infra resol. 38. constanter tenet.

Ego vero clarius sic Respondeo: Si prædicta solicitatio fiat in Confessionario, & con-

confessarius dum pœnitentem solicitat, simulat eius confessionem audire, tunc vere est denuntiandus; ut bene probat Diana. Si vero prædicta solicitatio, non fiat in confessionario, aut in loco ad audiendas confessiones deputato, aut si in illo fiat, non sub simulata, aut sub figura confessionis, tunc non debet denuntiari: *Quia non includitur in dicta Bulla Gregoriana, ut statim amplius constabit* Fagundez loc.cit. Imo & Sancius, & Palau, &c. non aliud intendunt.

QVÆSTIO XXX.

An Sit denuntiandus Confessarius, qui sedens in Confessionario, & loquens cum fœmina, stante, vel sedente, ante Confessionarium, illam solicitat?

AFFIRMAT Diana 1. part. tract. 4. resol. 18. & 4. part. tract. 5. resol. 38. ex quodam decreto Pauli V. Cuius tenor est hic. Feria 5. die 10. Iulij 1614. in Generali Congregatione Sanctæ Rom. & Vniuers. Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis eorum SS. D. N. D. Paulo Divina prouidentia Papa V. &c. Facta relatione, quod multi Confessarij tractant cum mulieribus in Confessionali, extra occasionem Confessionis de rebus in honestis, Sanctissimus decreuit, ut contrabuiusmodi Confessarios procedatur in Sancto Officio. Sic ibi. Ergo cum in his verbis, (inquit Diana) nulla efficiatur mentio de simulatione Confessionis; licet Confessarius, non simulet Confessionem, dummodo solicitet fœminam in Confessionario, denuntiandus erit. Sic Diana (iam sibi, ut nuper vidimus contrarius) quem citat, & sequi videtur Trullenchi lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 73. pag. 124. Qui tamen, etiam sibi, in eodem loco, est contrarius.

Sed probabilius Respondeo: Talem Confessarium, non esse denuntiandum. Ratio est. Quia non quilibet solicitatio in Confessionario facta (ut putat Diana) cauetur decreto Gregorij XV. (Quod idde omnino est, ac decrevum Pauli V.) sed solicitatio illa, quæ simulationem Confessionis trahat; ut constat ex illis verbis: *Simulantes ibidem Confessiones audire.* At in prædicta solicitacione, nulla adest simulatio audiendi Confessiones: ergo non includitur in dicto decreto; ergo non erit denuntiandus dictus Confessarius. Sic Freitas loc. cit. in nouis. edit. q. 15.

num. 49. per hæc verba: Stando in terminis Bullæ Gregorij XV. Si confessor in Confessionario solicitet, extra Confessionis occasionem, non simulando audire Confessionem, sed alloquendo foeminam stantem, vel sedentem, qui compositionis modus, à con muniter accendentibus Confessionis actum, & speciem excludit, non incurrit poenas. Ita ille, & post illum, nouissime Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 19. Sic dicens: Ut tamen solicitantes, & in honesta loquentes in Confessionario, vel in quocumque alio loco, iuxta tenorem huius nouæ constitutionis Gregorij XV. puniatur, necesse est, ut Confessio simuletur, ut sequentia verba constitutionis ostendunt: *Simulantes ibidem Confessiones audire: quod eueniet, si mulier flexis genibus, more eorum, qui peccata sua expiare volunt, siue prius signo Crucis se muniat, siue non muniat, coram Confessario ad audiendum applicato constituantur; ita ut actu ille ab assentib⁹, & circumstantib⁹, confessio credatur.* Ita Fr. Antonius de Souza in annot. ad hoc diploma Gregorij XV. fol. 265. num. 13. Huc vsque Fagundez. Castro Palao tom. 1. sr. 4. disp. 9. pun. 8. nu. 4. Lezana in Sum. qq. Regul. cap. 19. num. 34. Sancius statim citandus, & Hurtadolos. cit. fol. 299. pag. 2. & alij Recentiores.

Ad fundamentum Diana dicendum: quod Gregor. XV. per suam constitutionem; aut declaravit illud decretum Pauli V. aut restinxit ad terminos simulationis, ut putat Freitas loc. cit. vel, ut ait Sancj. disp. 11. n. 66. uterque Pontifex, invtroque decreto, idem decrevit. Ergo ex vtriusque decreto, ut Confessarius denuntietur, requiritur, quod simulans in Confessionario Confessiones auscultare, loquatur lascive cum foeminis poenitentibus, aut cum illis, illicitos sermones, seu tractatus habeat.

QVÆSTIO XXXII

An Saltem, denuntiandus sit Confessarius, qui sedens in Confessionali, extra occasionem Confessionis, solicitat fœminam, coram ipso flexis genibus, constitutam; casu, quo ipse Confessarius, ex parte sua, non simulet se audire illius Confessionem?

AFFIRMANT Diana 1. part. tract. 4. resol. 18. & 4. part. resol. 38. cit. Trullenchi num. 73. Fagundez num. 19. cit. Castro Palao num. 4. & alij. Eo quod in pro-

proposito casu, reperiatur solicitatio in confessionario, sub simulata confessione; cum confessarius sit in loco ad audiendas confessiones deputato; & fœmina coram ipso flexis genibus assistens, quæ omnia sunt signa, quæ ex se demonstrant confessionem ibi fieri: ergo ex vi decreti Gregoriani, dictus confessarius denuntiari debet.

Nihilominus tamen negatiuam sententiam sequentibus argumentis probare quis posset.

Primo. Quia licet in proposito casu, reperiatur solicitatio facta a confessore in confessionario, non tamen facta in confessione, aut sub figura, seu simulatione confessionis: ergo talis confessarius nō venit denuntiandus; consequentiam cœidunt Castro, Fagundez, Freitas, Lezana, & Sancius, & ex dictis questione præcedenti, constat. Antecedens vero, nēpe, quod in casu proposito, nō inueniatur simulata confessio, aut simulatio confessionis, probatur. Quia ad hoc, ut detur simulata confessio, debet dati aliquod signum expressum confessionis, quo posito; assistentes intelligent confessionem ibi fieri, vt Castro, Fagundez, & Freitas concedunt; sed sic est, quod ex eo precise, quod fœmina sit coram confessore, flexis genibus constituta, nequaquam existentes iudicant, aut iudicare recte, & firmiter possunt, confessionem ibi fieri: ergo, &c. Minor probatur. Quia fœmina, saepè sepius accedit, bono animo ad confessionarium, ad alia negotia à Confessione, cum confessore tractanda, ut notū est apud omnes videntes, si quidem hoc ipsum, illis passim accidit: at hæc minime tractant, nec commode aliter tractare possunt, (maxime in confessionarijs, quibus plures Religiones in Hispania vntuntur) nisi flexis genibus: ergo præcisissima genuflexio fœmina coram confessore, etiā in confessionario existente, non est signum expressum, quo posito, videntes cognoscant confessionem ibi fieri.

Confirmatur Primo. Nam ex actione ad plura indifferenti, nequit colligi vnum determinatum; ut constat; at genuflexio mulieris coram confessore, etiam in confessionario existente, est actio indifferentis ad plura; nempe ad petenda à confessore consilia, ad tractanda alia conduceantia ad bonum spirituale, vel temporale, ad explicanda in confessione peccata, &c. Ergo ex illa actione præcise, nequit colligi vnum determinatum, nempe, confessionem ibi fieri.

Confirmatur Secundo. Nam optime potest Sacerdos cum fœmina de rebus in honestis in confessionario tractare, quin simulatio vlla

sit confessionis audienda; ut expresse oīcēdit Palao, & debent, Fagundez Freitas, & Sancius: At sic est, quod ad hanc, & aliā qualcumque retintra stationem, semper p̄cē supponitur genuflexio fœmina coram ipso confessore; ergo præcise, hæc genuflexio p̄cē nitētis; nō est satis ad simulandā cōfessionē.

Secundū, & principaliter, probatur hæc sententia. Nam ad simulandum cōfessionem fieri, non solum debet concurrere pœnitentia, sed etiam, principaliter, & meo videri necessarius, ipse confessarius; cum hic sit, qui audiat confessionem, & (consequenter) qui simulare possit confessionem audire; & cum quo solum loquatur Pontifex, ut constat ex illis verbis: Simulantes confessiones audire, sollicitare, vel procurare tentaverint, aut cum eis illicitos, & in honestos sermones, siue tractatus babuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissime; ut infra puniantur. Ergo si confessarius, nullo modo significet, vel simulet confessionem audire (ut supponit casus) parum resert ad propositum, quod genuflexio pœnitentis illam simulet, dato, quod per genuflexionem præcisus ipsius, aliquo modo simuletur.

Confirmatur hoc ipsum, & declaratur amplius. Nam licet pœnitens possit simulare, se confessionē facere, aut explicare sua peccata confessori; non tamen potest simulare se confessionem audire (quod requirit, verbis adductis, Pontifex) cum hoc proprium sit confessoris: ergo ultra simulationem, seu fictionem pœnitentis, debet necessario concurrere factio confessarij, qua simulet vultu, voce, aut aliqua alia actione se confessionem audire; aut dicere pœnitenti, ut simulet, aliqua externa actione, se confiteri.

Confirmatur Secundū. Et efficaciter, a similili. Nā ideo, in cōmuni fere omniū sententia, pœnitēs solicitans in actu confessionis cōfessariū, non venit denuntiandus: quia de cōfessoria Pontificiū, solum loquuntur de cōfessoribus solicitantibus, nō de pœnitentiibus, ut cōstat ex verbis decreti Gregoriani, nuper adductis: Simulantes, &c. Sed sic est, quod in eisdēmet decretis, eodēmet tenore verborū, solum fit mētio de cōfessarijs sollicitatibus simulando cōfessionē audire, & nullo modo fit mētio de pœnitētibus: ergo si cōfessarij non simulent audire confessionem, quantumuis pœnitentes simulent, se confiteri, non venient denuntiandi ex vigore Gregoriani decreti.

Confirmatur Tertiū. Nā in primis si confessarius, non sedens in confessionario, sed

stans, aut cubans, aut ridens in illo, solicitaret fœminam, coram ipso genuflexam, extra occasionem confessionis, nullo modo esset denuntiandus; quia nullo modo solicitaret illam, simulando, se confessionem audire: è contra, si confessarius sedens in confessionario, & applicatus, sicuti ad audiendam confessionem, solicitaret fœminam, coram ipso sedentem, re vera esset denuntiandus, cum re vera solicitaret in confessionario, & simulando confessionem audire: ergo, non ad genuflexionem, aut aliam actionem pœnitentis, qua simulet, se confiteri; sed præcipue ad actionem confessoris, qua denotet, aut possit notare, aut significare circumstantibus, se confessionem audire, est attendendum, ut dicatur ibi dari, aut interueniri simulata confessio: ergo, illa cessante, non debet confessarius denuntiari, quamvis in confessionario sollicitet. Propter hæc ergo argumenta, quam plures docti Moderni, tam ex Complutensi, quam Salmanticensi Academia, de hoc facto casu, à me consulti, prædictam negatiuam sententiam, stando verbis Pontificis, probabilem esse, affirmarunt.

Sed ego, re mature considerata, sic sub distinctione Respondeo: Si confessarius sit in confessionario patenti, vel in loco confessionis, vbi ab assistentibus videri possit, & ibi, non simulans audire confessiones, sed potius suis actibus, gestibus, & actionibus designans, non excipere illas, sollicitet pœnitentem coram ipso genuflexum, minime veniet denuntiandus, vt efficaciter probat secundum argumentum principale cum suis confirmationibus. Si vero confessarius sit, & audiatur confessiones in cōfessionario, ex parte sua, occulto, vbi ab assistentibus nequeat videri, ibiq; assistens, sollicitet fœminam coram ipso genuflexam; tunc denuntiandus erit: quia tunc sola genuflexio fœminæ sufficiens videtur, vt ab assistentibus iudicetur ibi confessionem fieri.

QVÆSTIO XXXII.

*An Sit denuntiandus confessarius, qui fœminæ volenti secum aliquid, bonafide, extra confessionarium communicare, dicit:
veni ad confessionarium; &
ibi eam solicitat?*

AFFIRMAT Trullench loc. cit. num. 74. Quia in tali casu (inquit) re vera confessarium fœminam solicitauit in loco confessionis, & illam audire simu-

lans. Et in hoc bene Addit tamer (quod certe non intelligo) scimus dicendum esse, casu, quo extra confessionem, & confessoriū iuncte rebus illicitis an bo trahent, sed vt liberiū de eis agere possint, conueniunt, vt eant ad confessionarium, vbi, vt peccatum dissimulent, & insipientes decipiāt, sacramentaliter audire simulant, signa faciunt, absolutionis actus, & alia, quæ in verâ sunt confessione, simulantes. Ita ille. Et ante ipsum Castro Palao. loc. cit. pun. 8. num. 1. 2. & 4. pag mibi 563.

Sed, certissime fere, Respondeo: In utroque casu, talem Sacerdotem esse denuntiandum. Quia in utroque casu, agit confessarius cum fœmina de rebus illicitis, & in honestis, in loco confessionis, & simulans confessionem audire, præcipue in secundo casu: ergo in utroque, ex vi decreti Gregorij XV. venit denuntiandus. Nec obstat, quod in secundo casu, sit mutua solicitatio, & ideo non propria Sacerdotis, potius, quam pœnitentis. Quia id nil refert, vt denuntiandus confessarius sit, vt constat ex dictis quæst. 20. Sic Diana 4. par. tract. 5. resol. 10. & penes illum, Sancius disp. 15. num. 3. in impressione Matrit. Sed certe Sancius, nil habet ibi ad propositum.

QVÆSTIO XXXIII.

*An Sit denuntiandus confessarius, qui, proxime ad confessionem, aliqua arte, in somnum induxit fœminam,
& tunc sopitam cognovit?*

AFFIRMANT Sancius disp. 11. num. 31. & 32. & Trullench. lib. 1. in De calog. cap. 3. dub. 18. nu. 54. Addunt tamen, contrarium esse dicendum, in casu, quo fœmina, non arte, aut maleficio confessarij, sed paraxismo, aut morbo aliquo, fuisse somno sopita, & tunc à confessario cognosceretur; quia in hoc casu, confessarius, non solicitator, sed fornicator cœsetur: ergo non venit denuntiandus; quia decreta Pontificium, non decernunt pœnas confessarijs fornicantibus proxime ad confessionem; sed solicitantibus.

Sed, ex vi decreti Gregorij, tam in secundo, quam in primo casu, esse talem confessarium denuntiandum, certò Respondeo. In primo, patet. Quia ibi confessarius, vere solicitauit fœminam in confessione, aut proxime ad illam, licet non verbis, opere. In Secundo, etiam constat. Quia in illo confessarius,

rius, & si proprio non solicitauit fœminam, habuit tamen cum illa tractatus in honestos, saltem opere, quod quidem eodem tenore est prohibitum per Constitutionem Gregorij XV. ergo.

QVÆSTIO XXXIV.

An Sit denuntiandus confessarius, qui adolescentem in Confessione solicitauit?

RESPONDEO: Affirmative. Est responsio hodie certissima. Nam constitutio Gregorij XV. personas utriusque sexus comprehendit; ait enim: *Omnes & singuli Sacerdotes, qui personas, quamcumque illæ sint, ad in honesta sollicitare, &c.* Ex quibus liquido constat, esse etiam denuntiandum, confessarium, virum ad turpia prouocatum. Sic omnes Doctores post dictam Constitutionem:

An vero, ante dictam Constitutionem denuntiandus etiam esset praedictus confessor vigore decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. negarunt probabiliter Diana 1. part. tr. 4. resol. 22. in principio, & Fagund. de prec. Eccles. 2. prec. lib. 4. c. 13. n. 31. & lib. 6. in Decalog. cap. 12. n. 12. Vbi sic ait: *Ex vi constitutionū Pij IV. Paul. V. & Clem. VIII. solū solicitatores fœminarū denuntiandi erant. Solum enim illæ comprehendunt solicitatores fœminarum, non virorum, aut puerorum, ut diximus in nostro primo tomo, in quinq. præcepta, &c. Sic ille, & alij apud Dianam.*

Sed probabilitas longe, imo certissime, Respondeo: Affirmative, nō ideo, quia lex extendenda sit, ad casum, vbi eadem est & maior ratio, vt vult Sancius disp. 11. a num. 12. Sed quia (vt refert Freitas quæst. 6. ad Acuñam num. 26.) Ita declarauit Paulus V. 29. Nouembris anno 1612. sub sua constitutione de hac re edita, comprehendi, videlicet, in prefata Bulla, etiam solicitantes marres. Sic tenent Acuña, & Freitas II. cc. Riccius, Coriolan Rodriguez, Cherubinus, Molfes, Megala, Quaranta, & Scortia, apud Dianam loc. cit. Sancius, & Castro Palao, quos citat, & sequitur Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 12. num. 40. dicens, contrariam sententiam sustineri non posse, post dictam declarationem Pauli V. Et ita nostram sententiam etiam sequitur Diana 4. par. tract. 5. resol. 33. de qua optime Sancius in se. Eb. disp. 11. num. 12. agit.

QVÆSTIO XXXV.

An Sit denuntiandus confessarius, qui statim post confessionem ducit ad cubiculum puerum, ut scedula confessio- niis tradat, illumque ibi solicitat.

RESPONDEO: Affirmative. Quia iste casus, ratione dependentia, includit confessionem. Sicut (vt supra quæst. 19. et habitum) includit ille, in quo confessor, foeminæ sibi confessæ penitentiam imponit, vt ab ipsomet confessore, nuda verbetur, & de facto manu propria, aut scutica vadulat ab ipso: aut ille in quo confessarius studeat foeminæ, vt ipsi eo loco verenda ostendat, quæ ipsa in eadem confessione morbo affecta habere, dixit. Sic Diana 4. par. tract. 5. resol. 11. ex Anton. Sousa in aphoris, inquis. lib. 1. cap. 34. num. 39.

QVÆSTIO XXXVI.

An Mandans confessario, ut sollicitet professi pœnitentem sit denun- tiandus?

AFFIRMANT Riccius in præcipi par. 3. resol. 65. num. 2. & Homobonus de exam. Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 12. quæst. 26. resol. 4.

Sed probabilius Respondeo: Non esse denuntiandum. Quia, constitutiones Pontificum, id non statuunt demandante; sed de confessario sollicitante: lex autem, quando non solum facientem, sed & mandantem vult punire, id explicat. Sic Diana 1. par. tract. 4. resol. 22. Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 48. & alij.

QVÆSTIO XXXVII.

An Denuntiandi sint laici, qui, singunt se Sacerdotes, & confessiones excipien- tes, pœnitentes soli- citant?

RESPONDEO: Probabilius; non esse denuntiandos (ex decretis saltem datis contra solicitantes.) Quia cumna loquantur de Sacerdotibus, vt patet ex illis verbis: *Omnes ac singuli Sacerdotes, aut alijs audiendis confessionibus pœnitentium*

stium, deputati & ex illis: Qui Sacramento pœnitentiae in actu audiendi confessiones ante, vel post immediate abutuntur. Vnde nec denunciandi veniunt Subdiaconi, aut Diaconi. Sic Acuña quæst. 13. num. 1. & 5. Sancius in select. disp. 11. num. 36. Bonacina de oblig. denunc. disp. 6. punet. 3. num. 8. Castro Palao tr. 4 cit. disp. 9. pun. 9. nu. 5. Sousa in Arboris. Inquisit. lib. 1. c. 34. n. 13. Quos omnes citat, & sequitur Trullench. supr. num. 81. pag. 125. Diana 1. par tract. 4. resol. 15. & penes ipsum Portel, Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 22.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Saltem prædicti Laici, Subdiaconi, aut Diaconi, qui se Sacerdotes simulant, & confessiones excipiunt, non tamen absoluunt, denunciandi sint, ex alijs decretis Pontificum?

AFFIRMANT Anton. de Sousa de solicit. tract. 1. cap. 9. num. 3. & Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 22. Quis refert pro sua sententia Rodericum de Acuña de solicit. quæst. 13. num. 31. eo quod sic decreuisse videantur, Gregor. XIII. in Constitutio. edita die 6. Aug. 1574. Clemens VIII. in alia, edita die 1. Decem. 1601. & Paulus V. in altera, quas referunt Laertius tom. 2. nouæ collect. Apostol. constit. pag. 387. & Aldrete lib. 2. de Religiosa discipl. cap. 21. num. 14.

Sed æque probabiliter Respondeo. Non esse denunciandos casu, quo absolutionem non impendant. Quia id clare constat ex verbis Gregorij XIII ibi Et confessiones audi re, ac absolutionem impertiri. Nam particula, ac cum copulativa sit, coniunctionem requirit: ergo Domini Inquisitores, solum pos sunt procedere contra prædictos laicos, &c. Quando fingentes, se Sacerdotes esse confessiones audiunt, & simul absolutionem impendunt. Sic Rodriguez tom. 2. qq. regul. q. 28. art. 2. & in Summatom. 2. cap. 83. num. 3. Sancius disp. 11. nu. 36. pag mibi 85. Quos sequi videtur Diana 1. part. tract. 4. resol. 16. Trullench. lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. n. 81. pag. 125. & 126. Qui pro hac parte refert Castro Palao tract. 4. disp. 9. pun. 9. num. 5. Et etiam Rodericum de Acuña, quem pro contraria citauit Fagundez.

Fateor tamen, aliunde, & ex vi aliarum constitutionum, posse ab Inquisitoribus puniri prædictos laicos, &c. Fingentes, se Sacer-

dotes, & confessiones audientes, etiam si non absolvant. Quia sunt de fide suspecti, ut tenet Salzedo in tract. crimin. & communis.

QVÆSTIO XXXIX.

An Ex vi dictarum Constitutionum, denunciandus sit Sacerdos, qui, iurisdictione carens, Confessiones excipit, & in eis pœnitentes sollicitat?

AFFIRMANT Acuña quæst. 14. num. 5. & Freitas ibi, num. 13. Diana 1. par. tract. 4. resol. 17. & part 4. tract. 5. resol. 8. Castro Palao de confessore solicit. tract. 4. disp. 9. pun. 9. nu. 1. & Sancius disp. 11. num. 38. Quos omnes refert, & sequitur Trullench. loc. cit. num. 77. pag. 125. dicens, id nemini posse esse dubium, post Bullam Gregorio XV.

Sed æque probabiliter, Respondeo. Non esse denunciandum, ex vi dictarum Constitutionum, licet aliunde, ex vi aliarum, ab Inquisitoribus puniri possit. Huius responsionis secunda pars ab omnibus conceditur. Prima vero, probatur. Quia Gregor. XV. in sua Constitutione, & Pius IV. Clemens VIII. & Paulus V. sui Prædecessores, in suis, solum intendunt, confessariorum abusus, & in honestas solicitationes à Sacramento Pœnitentiae excutere, & ex terminare: ergo contra illos solum loquuntur, qui officio confessoriorum funguntur.

Nec contra id obstant verba Gregorij XV. Omnes ac singuli Sacerdotes, &c. Quia hæc, per illa verba antecedentia, His delinquentibus, explicantur. At hæc verba referunt ad delinquentes illos, de quibus præcedentes Constitutiones Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. loquuntur; & quorum excessus ad Summi Pontificis notitiam peruerterunt, qui fuerunt solum excessus Sacerdotum Confessoriorum, seu expositorum, & habentium iurisdictionem ad audiendas confessiones: ergo. Sic Sousa in annot. ad constit. Gregor. XV. num. 4. & Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 21.

¶ 24.

(4)

QVÆS.

QVÆSTIO XL.

An. Sit denuntiandus Confessionis interpres, qui in actu Confessionis, ante, vel immediate post, pœnitentes ad in honesta sollicitat?

AFFIRMAT Freitas in Addit. ad Acuñam quæst. 13. num. 27. & 28. Sed longe probabilius Respondeo: Non esse denuntiandum, ex vi prædictarum constitutionum, etiam si interpres sit Sacerdos. Quia interpres, absolute loquendo, non est Confessarius, contra quos tantum, prædictæ Bullæ sunt latæ. Sic Sancius disp. 11. num. 10. & 37. Castro Palao loc. cit. pun. 9. num. 6. Diana 4. par. tract. 5. resol. 9. Fagundez de præc. Eccl. in edit. nouiss. par. 2. lib. 4. cap. 3. num. 78. & lib. 6. in Decal. cap. 12. num. 23. Soufa de Confessariis solicit. tract. 1. cap. 10. num. 3. & Trullench, loc. cit. num. 82. pag. 126.

Consulto dixi: *Ex vi prædictarum constitutionum. Quia aliunde, dictum interpretem, vere subjici iudicio Dominorū Inquisitorū eo quod, & iniuriam faciat Sacramēto, & suspectus videatur in fide, certissimum puto cum Fagundez num. 23. citato.*

QVÆSTIO XLI.

An Fœmina solicitans Confessarium, sit ab ipso, vel ab alijs, qui hoc sciunt; denuncianda?

AFFIRMANT Bellochius de casib. per. 2. quæst. 9. num. 51. & Paramus de Origine Inquisit. lib. 3. q. 10. in fine. Sed, longe multo probabilius, imo, & mihi certo, Respondeo: Non esse denuntiandum. Quia Constitutiones Pontificum, solum contra Confessarios solicitantens sunt editæ: Sic Sancius disp. 11. num. 24. per hæc verba: Si fœmina inducat Confessarium ad carnale flagitium; non tenebitur ipse fœminam denunciare: quia Breue tantum in Confessarios solicitationi incumbentes fuit editum: Acuña q. 6. n. 3. & 6. in præcip. par. 3. resol. resol. 67. n. 20. Diana 1. par. tract. 4. resol. 23. &c ad vnguem, ex illo, Trullench lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. n. 33. pag. 117. (Quamvis hic num 35. oppositum neruose affirmet.) Soufa de Confessor. solicit. tract. 2. cap. 7. nu. 4.

QVÆSTIO XLII.

An Confessarius solicitans, teneatur denunciare se ipsum?

REPOÑDEO: Negative. Quia in hoc (saltem) & in simili casu, nemo tenetur prodere se ipsum, ut ex cap. Aliquando. de pœnis. diff. 1. docent Diana 1. par. tract. 4. resol. 8. & penes ipsum, Sanctarell. Homobonus, Acuña, Portel, Mofes. Megala, & alij Trullench loc. cit. & com. munis.

QVÆSTIO XLIII.

An Casu, quo fœmina, solicitata à Confessore, consentiat, teneatur illum denunciare?

NEGANT Suarez tract. de file disp. 20. se et. 4. num. 18. & penes ipsum, Peña, & Simacas, Portel in addit. ad dub. regul. verb. Denuntiatio nu. 10. Vbi sic ait. Complex delicti, nunquam tenetur denunciare, ex vi editi, in quacumque materia fuerit complex. Vnde potest colligi, quod si fœmina fuit solicitata ab aliquo Confessore in Sacramento Confessionis, & ipsa consentit ibi cum actibus turpibus, talis fœmina non tenetur denunciare de illo Confessore. Ita ille, & Nouissime Hurtado disp. 2. cit. diff. 8. per hæc verba: Et quia fœmina in confessione solicitata, quæ Confessario sollicitanti consentit in actibus turpibus imminent damnum graue in fama: quia prudenter timeri potest Confessarium in tribunali confessurum, se actus in honestos cum ea non repugnante habuisse: ideo plures Doctores eam tunc probabiliter excusant à delatione peccati dictæ solicitationis. Et, ob similem rationem, etiam excusant à delatione heresis eum, qui fuit Socius in eo crimine. Ita illæ. In quorum sententiam videntur inclinare Sayrus in Clavi Regia, lib. 12. cap. 14. num. 26. & 32. & Castro Palao tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 9. Quos citat, & sequitur Trullench lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. n. 33. pag. 117. (Quamvis hic num 35. oppositum neruose affirmet.) Soufa de Confessor. solicit. tract. 2. cap. 7. nu. 4.

Sed longe multo probabilius, & in præc. certissime Respondeo: Teneri prefaram scemnam denunciare Confessarium; quamvis non teneatur proprium consensum in

solicitationem Inquisitoribus manifestare (imo, non ab his, possit interrogari) quid quid dicat Freitas ubi infra in noviss. edit. num. 40. & casu, quo foemina ipsa vellet suum consensum Inquisitoribus manifestare, non debet scribi in actis, tanquam res, non specie etans ad Tribunal Inquisitionis. Sic Acuñi quae est. 10. num. 5. 6. & 10. Freitas ibi, nn. 13. Bonac. disp. 6. cit. pun. 3. num. 10. Peirinus in privileg. Minim. tom. 2. const. 4. Gregorij XV. §. 3. num. 11. & 22. Sanctarell. tract. de heres. cap. 44. dub. vno. num. 12. Quos assert, & sequi videtur Diana, 1. par. tract. 4. resol. 9. & clarius par. 4. tract. 5. resol. 31. Vbi refert quamdam Epistolam Card. Millini dilectam ad Federicum Cardinalem Borromeum Archiep. Mediolan. in qua continentur ita fuisse declaratum inquam Congregatione S. R. V. Inquisitionis. Die 25. Iulij 1624. Hieronymus Trimalchius de Confessore abutente disp. 4. secl. 6. num. 39. & 66. Vbi ait: sententiam Portel esse improbabilem, & secundum aliquos scandalosam, & contra ius naturale, & contra Bullas Pontificias, & contra decretum editum demandato S. D. N. Papæ Urbani VIII. ut habet Peirinus loc. cit. Trullenc loc. cit. num. 35. pag. 117. & communis.

Ad fundamentum autem oppositæ sententiæ, dicendum est; quod, dato casu, quod Confessorius ille, aperiat consensum foeminae in actibus turpibus, non ideo huic graue immineat infamie damnum; Quia non est fides Confessario adhibenda, sed credendum id facere ad iudicium evadendum; vel ob minuendam, quam timet, pœnam.

QVÆSTIO XLIV.

An Pœnitens excusatetur ab huiusmodi denuntiatione, si ex illa timeat aliquod graue damnum in vita fama, aut bonis temporibus?

NEGLIGANT Bonac. disp. 6. cit. punct. 2. num. 6. & pun. 3. n. 11. Quia existimat, teneri pœnitentem ad denunciandum Confessarium solicitantem cum graui incommodo, eo quod ad id possint praecpta humana obligare ratione cōunitatis, & Religionis. Huic sententiæ fauet satis Freitas loco supra citato.

Sed probabilius Respondeo: Excusari. Quia præcepta humana non obligant, cum documento graui. Sic Sanchez lib. 4. de ma-

trim. disp. 4. num. 9. Actua quæst. 19. per totam. Sancius disp. 11. num. 55. pag. mibi 89. Sanctarell. tract. de heres. cap. 9. n. 16. Homebonus de casib. reseru. par. 2. cap. 1. Peirinus tom. 2. cit. corfis. 4. Greg. XV. §. 9 num. 28. Fagundez de præc. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. & alij, quos refert, & sequi videtur Diana 1. par. tr. 4. resol. 7. & par. 4. tract. 5. resol. 19. & 36. Hurtado disp. 2. cit. diff. 8. fol. mibi 229. pag. 2. Trullenc lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. n. 26. Vbi docet, pœnitentes excusari diuina denunciatione, ob iustum timorem cadentem in virum constantem. Per iustum autem timorem (aut ipse) intelligitur metus mortis, vel mutilationis alicuius membra, vel granis corporis cruciatus; metus seruitutis, vel capititatis, carceris diuturni, grauis exilio, amissionis status, honoris: tum etiam infamie, tum iuris, tum etiam facti, cui facile occurri non potest. Item timor amissionis bonorum in notabili quantitate, de quibus Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 4. & 5. Et sufficit, ut hic metus sit, & cadat in virum constantem; ut timeatur in propria, vel aliena persona, coniuncta tamen fama, & quod sint probabiliter eventua. Unde iustus erit timor, si prædicta mala, vel aliquid ex his, minentur filijs, aut parentibus ipsius foeminae, ascendentibus, & descendantibus, consanguineis, & affinibus, ex copula tamen licita, usque ad quartum gradum. Anton. de Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 1. cap. 34. nn. 58. & 59. Item viro ipsius foeminae, aut alii cui persona, ipsi solicitatæ arctissima amicitia coniunctæ. Sanchez sup. disp. 4. Qui id extendit ad familiares, & domesticos, si inde grauis iniuria sequeretur domino, aut aliud simile damnum. Igitur si aliquid ex his malis probabiliter à foemina timeatur, non tenebitur denuntiare: modo tamen fidei honestum ex omissione denuntiandi, non periclitetur. Anton. de Sousa sup. num. 60. Huc usque Trullenc. Quod idem docet Hurtado loc. cit. fol. 300. & alij penes ipsum.

QVÆSTIO XLV.

An Etiam excusatetur ab obligatione deripiandi, ille, qui ab aliquo, sub secreto naturali, scivit, foeminae a tali Confessorio fuisse solicitatam?

AFFIRMAT Fagundez de præc. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. Ex eo, quod huiusmodi secretum, ex una par-

te, nonvergat indetimentum proximi; & ex alio, obligatio illius sit de iure naturae: denuntiatio vero, tantum sit de iure positivo, & humano: ergo fortius viculum iuris naturæ, præualere debet minus fortis.

Sed mihi certissime Respondeo: Non excusari. Quia obseruari non debet hoc naturale secretum, quando eius obseruatio cedit in damnum communem: sed non denuntiare solicitantem, præcipue non emendatum: vergit in damnum Sacramenti Pœnitentia, & in illuc accendentium, quibus venenum, logo medicinæ paratur: ergo. Sic Castro Palao tract. 4. cit. disp. 9. punct. 10. num. 5. Diana 1. par. tract. 4. resol. 24. & 4. par. tract. 5. resol. 32. & Trullench. dub. 18. cit. nu. 90. Qui bene cum Trimarchio disp. 6. sect. 1. & 2. id limitat casu, quo solicitatio manifesta sit alicui viro docto, consilij petendi causa: Quia in hoc casu, tenetur ille secretum seruare, eo quod alias, fideles non auderent consilium petere. Sic ipse & ante illum Sancius disp. 11. num. 57. pag. mibi 90. & Hurtado disp. 2. cit. diff. 7. Sic dicens: Tertio ob eamdem rationem non obligamur edicto, quando sub secreto, causa auxiliij, vel consilij, nouiuus crimen, ut contra Sotum docent communiter Doctores: Quia oppositum est rationi, & humano coniunctui dissuum; nisi delatio necessaria sit ad vitandum damnum publicum, aut priuatum ex crimine immensu: quia tunc contra rationem esset seruare secretum, quamuis iuratum. Sic ille.

QVÆSTIO XLVI.

An Excusetur à denuntiatione Inquisitoribus facienda, qui Episcopo solicitantem detulit?

AFIRMATIVAM sententiam omnino amplectendam esse, post Bullam Gregorij XV. docent Diana 1. par. tract. 4. resol. 29. & penes ipsum, Sandarellus tract. de barasi cap. 44. num. 11. & 12. Acuña de Confessore solicit quæst 2. per totum. Peirinus super priuileg. Minim. tom. 2. cnst. 4. Gregor. XV. §. 6. num. 20. & Bonac. disp. 6. de denuntiat. punct. 3. num. 23. Quibus addi possunt, Sousa in Aphor. Inquisit. lib. 1. cap. 34. num. 47. & de sollicit. tract. 2. cap. 1. num. 8. & in addit. num. 18. & 19. Fagundez de præc. 2. Eccles. lib. 4. cap. 3. num. 21. & lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 11. Portel in Addit. ad dub.

regul. verb. solicitare. num. 11. & Trimarchius de Confessore abutente disp. 10. sect. 2. num. 13. Quia id, clare conitat ex illis verbis dictæ Bullæ Gregorij; Mancant obligati denuntiandi solicitantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs prædictis, &c. Ergo hoc crimen deferriri potest, post prædictam Bullam, vel Inquisitoribus, vel Ordinarijs, seu Episcopis: Ergo ille, qui detulit Episcopo, non tenebitur deferre Inquisitoribus, si ille acceptet denuntiationem.

Sed oppositam sententiam, in praxi tenetam esse Hispania, certissime Respondeo: Primo; Quia in illa, etiam post constitutio- nem Gregorianam, hæc est praxis fidelium, qui hoc crimen, non ad Episcopum, sed ad Inquisidores deferunt. Secundo. Quia in Hispania ex priuilegio Pôtificio, nequeunt Episcopi, absque Inquisitoribus, de rebus ad fidé spectantibus, cognoscere. Tertio, tandem. Quia Gregorius XV. noluit per suam constitutionem, derogare iurisdictioni Inquisitoribus Hispaniæ, à suis Prædecessoribus concessæ, vt ipse met Pontifex supplicatus, declarauit (vt habitum est supra quæst. 3.) sed ante prædictam constitutionem, non poterat Ordinarij cognoscere de crimine solicitationis: ergo, in Hispania, nec post illam: ergo nullo modo excusabitur Hispanus à denuntiatione facienda Inquisitoribus, etiam in casu, quo solicitantem Episcopo detulerit.

Notanter dixi, in Hispania. Quia excusari in alijs, ab Hispania, Regnis, vbi consti- tuto Gregorij XV. omnino, & sineulla declaratione recepta est, non dubito: cum clare constet ex verbis Bullæ citatis. Sic sentiunt Castro Palao tract. 4. cit. disp. 9. punct. 10. num. 4. Diana 4. par. tract. 9. resol. 52. & Trullench lib. 1. in Decalog. cap. 2. dub. 18. num. 93. pag. 127.

An autem Episcopi, vbi non est Inquisitio Hispaniæ, possint separatim ab Inquisitore proferre sententiam, Alij affirment: Alij negant. Omnes probabiliter. Legantur

Castro Palao disp. 89. punct. 3. Diana 4. parte tract. 5. resol. 53. & 54. Trullench loc. citato.

(?)

QVÆSTIO XLVII.

An excusetur fœmina sollicitata à denuntiatione facienda, si sciat, Confessarium iam esse ab alijs denuntiatum, & punitum?

NEGANT Bonac. tract. de denuntiat. disp. 6. punct. 3. nū. 15. Diana par. 4. tract. 5. resol. 49 & Trullench lo. cit. num. 31. pag. 116. existimantes; tene-ri adhuc ad denuntiandum, eo quod talis Cō-fessarius, non censetur sufficiēter punitus, cum graniōres pœnas pro pluribus delictis, quam prouno, rependere debeat.

Alij vero, econtra affirmant, in eo casu vere excusari fœminam à denuntiatione. Quia putant neminem teneri denuntiare Confessarium solitantem, casu quo, hunc emendatum credit: at confessarius ab Inquisitoribus iam punitus, vere præsumitur emē-datus: ergo. Ita tenent Sancius disp. 11. nū. 52. Peirinus. loc. cit. 5. 9. num. 32. & Freitas ad Acuñati quest. 3. num. 34. Quos retu-lit, & secutus fuit Diana 1. par. tract. 4. resol. 26. vt ipse 4. par. tract. 3. resol. 21. fate-tur. Quibus addi possunt Authores prosecun-da sententia quæst. 7. 61.

Ego vero, iuxta ibidem dicta, Respondeo: Dicendum. Quod, licet utraque sententia sit probabilis; probabilior tamen sit hæc se-cunda, nisi, vel casu, quo (vt diximus) aliud, demandato Dominorum Inquisitorum con-sitet, vel casu, quo Confessarius postquam de-nuntiatus fuerit, adhuc in solicitatione per-seueret; quia in his casibus proculdubio de-nuntiandus erit. Legatur Diana resol. 21. citata.

QVÆSTIO XLVIII.

An Sacerdos possit absoluere pœnitentem, ante quam Inquisitoribus denuntiet Confessarium, qui solici-tant?

NEGAT absolute, Auila de cens. paro. 2. cap. 7. dub. 7. Quia, sic (inquit) præcipitur in edito Dominorum Inquisitorum.

Affirmat vero è contra, Sanctarellus tr. de heres. cap. 9. dub. unico. n. 16. (ex Nauarro testante de praxi Sacrae Pœnitentiarie) docens, sufficere faltem, propositum firmum denuntiandi, ad hoc, vt pœnitens absoluatur ante quam denuntiet. Idem docent Freitas, quæst. 21. num. 25. & Ortiz, in sum. cap. 3. q. 1. nū. 9. fol. mibi 219. per hæc verba: X-

assi es muy justo, que cada qual assi folici-tada denuncie, y no la puedan absoluere, sino denuncia, y auilla al Comissario que vbiere de la Inquisicion. Y aunque por la Bulla In-bileo puede ser absuelta de la Excomuni-cion, que ha incurrido con tal que vaya à denunciar, y satisfacer à la Inquisicion. Sic Ortiz.

Sed ego absolute Respondeo: Non posse illum absoluere, antequam denuntiet; nisi adsit iusta causa differendi denuntiationem: nam tunc optimè poterit Confessarius pœnitentem absoluere, antequam dictam denuntiationem faciat. Iusta autem causa erit, si necessitas communionis vrgeat, & Tribunal longe distet, & persona sit timorata consciē-tis, & promittat, data opportunitate, quām quærente tenetur, se denuntiaturam. Sic Zanard. in director. Thelogorum par. 2. prece. 2. cap. 11. Rodriguez tom. 2. cap. 34. num. 6. Peirinus 5. 9. cit. num. 24. Acuña quest. 21. num. 9. Diana 1. par. tract. 4. resol. 27. & par. 4. tract. 5. resol. 35. & Trullench, loc. cit. num. 94. & 95. Videantur etiam Sanchez lib. 2. sum. cap. 13. à num. 17. Sancius in sels. et. disp. 11. num. 62. & 63. & alij Recentiores.

QVÆSTIO XLIX.

An Fœmina, quæ ob negligentiam denun-tiandi, excommunicationem iam incurrit, possit aquocumque Confessario virtute Ban-lla, à dicta excommunicatione absoluiri, si denuntiationis præceptum adim-pleat aut si obligatio denun-tiandi omnino sit ex-tincta?

RESPONDÉO: Posse. Quia satisfacta parte ab omnibus censuris potest quis absoluiri, virtute Bullæ; à quo-cumque Confessario, & virtute priuilegio-rum, à Mendicantibus: ergo, & dicta fœmina ab excommunicatione contracta ob omni-ssam denuntiationem, si præceptum denun-tiandi adimplevit, aut si obligatio denun-tiandi sit omnino extinta, veluti, si Confe-sarius sollicitans mortuus fuit. Sic Trullench loc. cit. n. 96. & Sancius loc. cit. nū. 64. Qui bene notat, quod in dicto casu, nō indigebit fœmina fateri Inquisitoribus in Confessione, aut extra, se negligentem fuisse in delatione; cum illi, ad Confessionem faciendam coram ipsis, non constringant.

QVÆS.

QUÆSTIO L.

An Episcopus solicitans, sit Inquisitoribus denuntiandus?

RESPONDEO: Negative. Quia Episcopus non est Inquisitoribus subiectus: vt habetur in cap. Inquisitores, de heresi. in 6. & in Trident. sess. 24. c 5. de reformatio. Nomine autem Episcopi, in praesenti, veniunt Episcopi titulares. Item Episcopi electi, à sede Apostolica approbati, etiam si consecrati non sint; (non vero si solū sunt electi.) Deinde Nuncij, seu Legati Sedis Apostolicae, & eiusdem Officiales. Et ideo nulli horum denuntiandi sunt Inquisitoribus, aut Ordinariis. Quia non subduntur illis in ullo, etiam grauissimo, delicto. Sic Molina tom. 6. de iust. tract. 5. disp. 23. num. 19. & 20. Farinac. de heresi. quæst. 186. Decianus tom. 1 crimin. lib. 5. cap. 23. num. 10. Acuña quæst. 12. num. 5. 7. & 12. & Freitas ibidem. 31. Quos omnes citat, & sequitur Sancius disp. 11. num. 33. 34. & 35. Castro Palao disp. 9. cit. pun. 9. num. 2. & Trullench loc. cit. num. 78. Qui notant, illos vocari delegatos Sedis Apostolicae, seu Ministri, aut Officiales ipsius, qui nomine Sedi Apostolica ad negotium eiusdem sedis pertinens, tractandum mittuntur: non autem illi, qui ad causas particulares, inter alios iudicadas, ac dirimendas, quotidie à sede Apostolica mittuntur. Hi enim, non negotium Sedi Apostolicae, sed personarum particularium autoritate tamen Sedi Apostolicae, agunt.

Secundo hic nota. Quod, licet prædictæ persona, scilicet, Episcopi &c. Denunciandi non sint Inquisitoribus, ut ab ipsis puniantur, & corriganter, possint tamen Inquisitores (si denuntiatio eis fit) depositiones testium excipere Apoloticæ Sedi remittendas: & si timeatur fuga, dictos Episcopos detinere, dum ad Sedem Apostolicam, vel ad Superiorum legitimum, eorum delicta deferantur. Sic Sancius num. 34. Acuña quæst. 12. num. 9. & 10. Castro Palao num. 4. & Trullench. n. 89.

(4)

QUÆSTIO LI.

An Inquisitor solicitans, sit Inquisitori Generali denunciandus?

RESPONDEO: Negative, si cum Encyclico lib. 3. diret. Inquisit. quæst. 30. & Peña Schol. 39. Affirmemus, predicos Inquisitores annumerandos esse inter Delegatos Sedis Apostolicae, & eius Officiales, ut ex nuper dictis constat. Affirmative vero, si cum Simancas, dicamus predicos Inquisitores, solum esse Subdelegatos, ac Commissarios Inquisitoris Generalis. Quia iuxta hanc sententiam, non alteri Inquisitori, sed Supremo Senatu, vel Inquisitori Generali, cui omnes subduntur, denuntiandi sunt. Sic tenet cum Molina, & Castro Palao, Trullench loc. cit. nn. 79. pag. 125.

QUÆSTIO LII.

An Huiusmodi solicitationis crimen, sufficienter per testimonium duarum foeminarum probetur?

AFIRMANT Paramus de Origine Inquisit. lib. 3. quæst. 10. nn. 158. 159. & 165. & Cantero in quæst. crimin. cap. de vera probatione num. 47. Ille. duas foeminas ad probationem huius delicti requiriens; hic vero solum unam.

Sed probabilius Respondeo: Negative, cum Sanctarelio tract. de heresi. cap. 44. dub. unico num 6. Peirinus loc. cit. § 8. nn. 23. Bonac. tract. de denuntiat. disp 6 pun. 3. num. 26. Sancius disp. 11. num. 46. Quos omnes citat, & sequitur Diana 1 par. tract. 4. resol. 28. & par. 4. tract. 5. resol. 55.

Quot ergo sufficient testes, ad probandum hoc delictum? Respondet Ortiz in sum. cap. 24. num. 11. Sufficere, ad requiri testimonium trium foeminarum. Acuña quæst. 23. num. 11. testimonium foeminarum quatuor. Sousa vero, opusc. de Confessore solicit. tr. 2. cap. 12. concl. 4. num. 12. quatuor testes adhuc non probare sufficienter, & plene hoc delictum existimat.

Mihi autem Respondendum videtur, omnia haec remittenda esse iudicio Dominorum Inquisitorum, qui inspicere debent qualitatem, & mores foeminarum deferentium delictum, scrutarique, an Diuinus Spiritus, Zelus, non odium, nec quævis alia iniqua causa

causa, ad denunciandum inducat. Præterea, qualitates, & mores Confessariorum denuntiatorum, & alia huiusmodi debent aduertere, ut bene aduertit Sancius loco citato n. 47. & post illum, Diana loc. cit. & Trullenbach loc. cit. num. 98. Tandem hic notandum venit id quod docet Acuña quest. 23. cit. num. 9. apud Sancium; & apud Dianam, 27. nempe, duarum fœminarum testimonium non sufficere, ad capturam Confessarij. Legatur Sancius.

QVÆSTIO LIII.

An Non solum pœnitens solicitatus, sed etiam quis alius id sciens, teneatur denuntiare solicitantem sub pena excommunicationis latæ sententia?

NE GAT Homobonus, in Consult. moral. to. 1. par. 4. respons. 51. docens, solum pœnitentem solicitatum generi ad denuntiationem faciendam

Sed certissime Respondeo: Verumque ad denunciandum teneri, intra sex dies naturales viginti quatuor horarum. Quia id clare constat ex verbis Edicti S. Inquisitionis; relatis ab Egidio Trullenbach, quæ sic se habent: Y sopena de Excomunion latæ sententia, tria Canonica monitione præmissa, mandamos a todos, y qnalesquieras de vos, que supieredes, o vbi eredes echo, visto, o oydo decir, que alguna persona aya echo, dicho, tenido, o affirmado algunas cosas de las arriba dichas, y declaradas, o otra qualquiera que sea contra nuestra Santa Fè Catholica, y que lo tiene, y predica nuestra Santa Madre Iglesia Romana, así de viuos presentes, como difuntos, sin comunicarlo con persona alguna (porque así conviene). Vengais, y paretzcais ante nos personalmente, dentro de seis dias primeros siguientes, despues, que esta nuestra carta fuere leida, y publicada: o como della; parte, supieredes en manera alguna; con apercibimiento, que os hazemos, que pasado el dicho termino, lo suyo dicho no cumplido, demás, que aueis incurrido en las dichas penas, y censuras, procederemos contra los que reueldes, e inobedientes fueren, como contra personas; que maliciosamente callan, y encubren las dichas cosas, y sienten mal de las cosas de nuestra Santa Fè Catholica, y Censuras de la Iglesia &c. Sic Edicti verba. Et sic Trullenbach. loc. cit. num. 14.

& ante ipsum Suarez de Censur. disp. 20. sect. 1. num. 14. Enriquez lib. 13. cap. 18. num. 6. Acuña quest. 21. num. 4. Sancius disp. 11. num. 57. 60. & 65. Diana 4. par. tract. 5. resol. 41. & omnes communiter.

QVÆSTIO LIV.

An Dies, pro termino, in Edicto assig-nati, numerari debeant, à die, & hora publicationis Edicti?

AFIRMANT Paramus lib. 3. quest. 5, & Suarez, qnos affert, & sequitur Hurtado loc. cit. diff. 9

Sed æque probabilitate Respondeo: Non à die publicationis; sed à die immediate sequenti, eadem hora, numerari debere. Quia hæc est praxis, ut affirmat Enriquez lib. 3. cap. 18. num. 6. sic ipse. Trullenbach loc. cit. Diana resol. 41. cit. Vbi (ex Freitas) sic ait: Quando per Edictum iubentur scientes denuntiare, intra sex primos dies, inter eos non numerantur dies primus publicationis. Vnde cum dies naturalis 24. horarum spatio circumscribatur, incipit terminus à sequenti die, & hora, qua edictum in precedentem promulgatum fuit: ac subinde, dum edictum publicatur in Dominica, finitur publicatio sequenti Dominica in eadem hora. Sic Diana. Immo Abbas, Clavis Regia, & Lazarus addunt; quod si ultimus dies termini præfixi incidat in diem festum, terminus præfixus differatur in sequente diem non festum! Quod probabile censet Bonac, disp. 6. cit. pñ. 1. §. 7. Vbi nostrā docet sententiam.

QVÆSTIO LV.

An Fœmina solicitata, ignorata Inquisi-tionis editi, teneatur denun-tiare statim ac sciuerit?

AFIRMAT Sancius in Select. disp. 11. num. 59. pag. mibi 90. Quem citat, & sequi videtur Diana 4. par. tract. 5. resol. 26. Quamvis contrarium insinuet, rejol. 41.

Sed probabilitate Respondeo: Non teneri denuntiare statim ac sciuerit, sed intra dies præscriptos in edito. Primo. Quia, ante illos dies, nolle Inquisidores obligari, ex suavi illorū procedendi modo, credi potest. Secundo. Quia non debet esse peioris conditio-

tionis ille, qui ignorauit edictum, quā ille, qui notitiam eius habuit, illico ac fuit publicatum: sed iste, potest per sex dies differre denuntiationem: (nam ad id præfigitur terminus iste, ut usque ad illum, & non ultra, liceat differre delationem) ergo & ille. Sic Acuña, Suarez, Enriquez, Trullench, II. cc. Fillinc. I. tom. tract. I. 4. cap. 2. num. 42. Sa. ver. denuntiare. n. 1. & V. Excommunicatio. n. 22. Hurtado disp. 2. cit. diff. 10. Bonac. disp. 6. pun. 1. §. 7. & alij. Addentes, idem dicendum esse de eo, qui post publicationē Edicti, incipit esse subditus illius, qui illud tulit, nempe, quod terminus assignatus incipiat illi, à die, in quo fit subditus.

QVÆSTIO. LVI.

An Saltim fæmina solicitata; Edictique conscientia, impedita tamen ad denuntian- dum, teneatur denuntiare statim ac commode possit?

AFFIRMAT Sancius loc. cit. & (apud ipsum) Suarez, & Sa. II. cc. Diana 4. par. tr. 5. resol. 26. & 41. & alij.
Sed & que probabiliter Respondeo: Non teneri denuntiare statim ac cōmode possit, sed posse differre denuntiationem per alios sex dies, sicut potest illa, quæ fuit editi ignara. Quia eadem est utriusque ratio. Sic Trullench lib. I. in Decalog. cap. 3. dub. 13. num. 14. pag. 114.

QVÆSTIO. LVII.

An Teneatur denuntiare solicitantem ille, qui a fæminis leuibus. & non fide dignis, fuisse talem, audiuit?

AFFIRMAT Diana 4. par. tratt. 5. resol. 38. Quia in edito Inquisitionis, absolute, & sine distinctione precepitur, ut si quis scuerit, vel audiuerit delicta in illo contenta, denuntiet. Cum Diana tenent Thomas à Iesu, & Octavianus Spatarius, ut ipse ait.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri. Sic Trullench loc. cit. & cap. 2. dub. 6. nu. 23. pag. 65. per hæc verba: Denique excusat a denuntiando hereticum ille, qui leuiter suspicatur aliquem esse hereticum, vel a leuibus, & parum fide dignis, accepit, qui se dicunt ab alijs accepisse. Ita in hoc casu Nauar lib. 5. consil. tit. de heret. conf. 3. n. 1. & generaliter de omni edito ipse Nauar.

in Man. cap. 25. num. 46. & in cap. Inter. verb. concl. 6. coroll. 66. num. 388. 389. 390. & 391. Corduua in sum. quæst. 64. casu 6. Sayrus in Clavi Regia lib. 12. cap. 14. num. 33. Ratio est: quia, ut docet Nauar d. cors. 3. Edicta, quibus iubemur demonstrare aliqua, quæ sciuntur, non ligant eos, qui sciunt illud per visum, vel alium sensum corporeum, vel per confessionem eius, qui fecit illud, vel quod habetur pro indubitate, vel quod audivit ab aliquo fidelidigno. Quare (ait Nauar.) non suto reæ facturum, qui ob leuem suspicionem, & ob signa, quæ facile facere possunt, denuntiarer, aliquem tanti criminis reum. Infertur enim, & damnum sibi ipsi, qui lenitatis notaretur; & rec. qui ob id rigidius traetatur, & fortassis iniuste. Vnde tacere debet, quia in hoc casu, non censetur delictum scire. Quo in casu, Corduua. d. casu 6. infine, & Enriquez lib. 13. cap. 18. num. 3. lit. Z. aduertunt; Sanctius esse, ut ipsum, à quo audiuit, inteat ad Inquisitorem. Neque expedit reuelare eos, qui dixerint, si fide digni non sint, ut tenet Lefius, lib. 2. cap. 30. dub. 6. num. 7. Quia res exponeretur periculo iniusta infamia, & pœna. Sic Trullench. Et ante illum, Rodriguez tom. 2. qq. regul. quæst. 6. artic. 7. Fagundez de præc. 2. Eccles. lib. 4. cap. 3. nu. 31. Portel in Addit. ad dub. regul. verb. solicitare. num. 22. & Hurtado disp. 2. cit. diff. 8. fol. mihi, 300. pag. 1. dicens, id est communis

QVÆSTIO. LVIII.

An Edictum Inquisitionis annuale, duret per integrum annum?

NEAT in primis Armilla, Verb. ex communicatio. I. num. 34. docens, obligationem Edicti finiri, finito termino præfixo. Sed hæc sententia omnino falsa est. Quia terminus editi, non præfigitur ad obligationem finiendam, sed ad finiendam licentiam non denuntiandi peccatum.

Negat deinde, Enriquez lib. 13. cap. 18. n. 4. lit. M. per hæc verba: At dum Inquisitor visitat pro causa favorabili fidei, ut habet maius territorium, ita obligatio denuntiandi longiori tempore durat. sed non præcepto Edicti, non intendit obligare pro toto anno, & prudens perpèdet, quātū reperire duret nota obligatio, dum promulgat Edictū per præcipias Parochias. Peña, & Recet. Negant.

negant obligare pro toto anno. Ita Enriq. in cuius sententia, sc̄mina, solicitata, non s̄eneretur denuntiare Confessariū solicitatum, in decimo mēte anni, post edictum publicatum.

Sed certissime Respondeo: Prædictum Edictum, durare (administrus) per totum integrum annum. Quia hæc videtur intentio Inquisitorum, & praxis fideliū; cum hi, in quocumque tempore anni, denuntient dicta delicta Sic Sancius in select. disp. 11. num. 61. & 62. Suarez de file, disp. 20. sect. 4. num. 11. Auila de cens. 2. par. cap. 5. dub. 5. Diana 4. par. tract. 5. resol. 27. & 41. Trullenc lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. nu. 14. pag. 114. Fagundez de præc. Eccles. præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. & Hurtado disp. 2. cit. diff. 10. dicens, sententiam Enrici, esse falsam.

QVÆSTIO LIX.

An Si Edictum non publicetur ab Inquisitoribus teneatur fœmina, sub pœna excommunicationis, denuntiare Confessarium sollicitantem?

NEAT teneri denuntiare sub pœna excommunicationis, licet concedat teneri, sub pœna peccati mortalis. Freitas in nouiss. editione. quæst. 21. num 44. & 58.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Teneri, etiam sub pœna excommunicationis. Quia Confessarij solicitantes sunt de hæresi (altè leuitate) suspecti ut infra quæst. 62. & 63. dicimus: sed sic est, quod datur præceptum, & perpetuum, Sacra vniuersalis Inquisitionis Romanæ datum sub die 3. Iannuarij 1623. de hæreticis seu de hæresi suspectis judicialiter propalandis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: ergo. Sic Diana 4. par. tract. 5. resol. 3. & 41. Ubi refert dictum decretum. Et ante ipsum, Peirinus de priuileg. Minim. tom. 2. Const. 9, Pauli V. §. 2. num. 27. Trullenach loc. cit. & à fortiori, omnes, qui docent, non solum præceptum iniunctum ab Inquisitoribus perpetuum esse; verum etiam excommunicationis pœnam, ut sunt Rodriguez in addit. ad §. 9. nu. 69. & Sancius loc. cit. num. 62. pag. m̄bi 91. & innuit Hurtado diff. 10. cit. Qui contra Bonacinam §. 9. addit: eum, qui hoc crimen non detulit, intra sex dies præfixos, non toties incurrire excommunicationem in-

edito impositā, quoties potest cōmode deferre, & nō defert. Quia, quānis multoties peccet contra editū, toties videlicet, quoties moraliter discontinuatur omissione delationis: excommunicatio tamen, semel tantum incurritur, quoties violatio præcepti, ob quam imponitur, est materialiter una; quamvis cō discontinuationem aduentiarū, aut aliud requisiti ad malitiam peccati, discontinuitur moraliter, seu, in esse peccati. Sic Hurtado, cum communī.

QVÆSTIO LX.

An Fœmina conscientia publicationis Edicti, teneatur denuntiare, ante impletos sex dies publicationis, casu, quo ipsa iter agat, ante adimpletionem illorum ad Oppidum, ubi non est opportunityas denuntiandi?

NEANT, teneri talem fœminā præuenire denuntiationem ante impletionem termini designati per Edictum; eo quod lex non obliget denuntiare nisi intra illum terminum, ac pro inde, nec præuenire denuntiationem. (sicut non teneatur quis præuenire tempus annuæ confessio- nis, & communionis, aut recitationis Officij ante terminum determinatum per leges, quamvis sciat ille, qui non præuenit, reddendum impotentem ad non implendas leges.) Aliqui Recentiores. Quorum sententiam esse probabilem, loquendo ex vi præcepti positivi, licet non ex vi naturalis, si inde timeretur damnum reipublicæ, ait Sancius, ubi infra.

Sed ego certissime Respondeo: Teneri in prædicto casu denuntiare ante impletum terminum Edicti. Id est, ante adimpletos sex dies per edictum assignatos. Quia in præfato casu, iam instat præceptum, & ligat fœminam ad denuntiandum intra illos sex: ergo tenetur, ante adimpletionem illorum, si postea non possit, ad denuntiandum. Sic tenent ipse Sancius disp. 11. num. 60. pag. 91. Fagundez, Suarez, & Sylvius, quo sc̄iat, & sequitur Diana, 4. par tract. 5. resol. 29. Legantur dicta anobis quæst. 11. disp. 3. buius tractatus. (§:)

QUÆSTIO LXI.

An Ecclesiastici, qui intersunt sententijs, contra Confessarios solicitantes, tenantur sub mortali, non manifestare personam delinquentem?

AFFIRMAT Sotisa de Confess. sollicita tract. 2. cap. 16. num. 8. Quia infamia (inquit) huius criminis, limites Tribunalis Inquisitionis non excedit. Ergo intra illius limites finiri, & concludi debet.

Sed probabilius Respondeo: Non teneri sub mortali, non manifestare delinquentem unius, vel alteri, maxime Ecclesiastico; nisi casu, quo Domini Inquisitores pœnam ex cōmunicationis imponant intervenientibus, ne personam delinquentem alijs manifestent, aut declarent. Sic ex Seraphino, Freitas, Diana 4. par. tract. 5. resol. 44.

QUÆSTIO LXII.

An Confessarius, solicitans in Confessione ad turpia, sit de hæresi suspectus?

RESONDEO: Affirmatiue. Quia id habetur expresse in Bullis Pij IV. Pauli V. & Gregorij XV. Sic Acuña tract. de solicit. quæst. 24. num. 12. Sanctarellus, & Menochius, quos citat, & sequitur Bonac. disp. 6. de Onere denunt. q. 6. pun. 3. num. 28. Diana 4. par. tract. 5. resol. 41. & tract. 7. resol. 7. Trullench loc. cit. dub. 18. num. 12. & omnes.

QUÆSTIO LXIII.

An Confessarius, solicitans in Confessione ad turpia, sit de hæresi vehementer suspectus?

AFFIRMAT Peñia in director. par. 27. comm. 81. Madius de Sacris Ordinis cap. 27. num. 6. Anton. Genuens. in præci Archiepiscop. cap. 66. num. 2. Aloysius Bariola, tract. de solicit. & Inquisicio Romana, ut testatur Diana, ubi infra.

Sed probabilius Respondeo: Tantum esse de hæresi leuiter suspectum. Quia ex solicitatione facta, non colligitur, nec fere semper, nec, ut in plurimum, ut solicitantes sint heretici. Sic Acuña q. 2. n. 20. & q. 8. n. 9. Freitas ad dictam q. 2. pu. 45. Param. de Q-

rig. Inquisit. lib. 3. q. 10. n. 115. Ioseph Sesse tom. 4. decis. 449. n. 3. & decis. 450. n. 9. & decis. 454. num. 6. Scoula de Confess. sollicit. tr. 1. c. 5. nu. 6. & Castro Palae tom. 1. tr. 4. disp. 9. punct. 6. num. 1. Ques omnes citat, & sequi videtur Diana 4. par. tr. 5. & sol. 51. & tr. 7. resol. 7. Trullench l.c. nu. 101. & 102. Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 12. n. 35. & 27. & Inquisitio Hispanica.

QUÆSTIO LXIV.

An Confessarius solicitans, debeat abjurare de vehementi?

AFIRMANT Authoris primæ sententia nuper adducti, & præcipue Inquisitio Romana, qua existimans, Confessarios solicitantes esse vehementer suspectos de hæresi, illos torquet, & abiurare de vehementi facit.

Sed probabilius Respondeo: Solum debe re abiurare de leui. Quia probabilius est, supra dictos solicitantes, tantum esse leuiter de hæresi suspectos: ergo tantum abiurare de leui debent. Sic tenet praxis Inquisitionis Hispanicæ, ut testatur Diana 4. p. tr. 5. resol. 52. & tr. 7. resol. 7. & sic tenent ipse, ll. cc. & alij Doctores nuper adducti.

Solum hic, pro maiori horum intelligentia, volui ad notare cum Torreblan. lib. 13. p. tract. cap. 14. Quod abiuratio, nihil aliud sit, quam rei alicuius cum iuramento negatio; & sic accipitur pro solemni hæresis detestatione cap. Berengarius. de Consecrat. dist. 2. & cap. Ad abolendam. debareticis. Vnde abiurare tenetur in primis, omnis hæreticus pœnitens, qui ad Ecclesiā redire vult. Item ille, qui de hæresi est vehementer suspectus, etiam si confessus, aut cōuictus non sit. Item credentes, Receptatores, & fauthores hæreticorum. Suspecti autem vehementer de hæresi, tenentur abiurare hæresim, quam profensi sunt, vel de qua sunt suspecti expresse, & nominatim, & omnes alios errores fidei Catholicæ contrarios, & eortiti authores, & confiteri Catholicam fidem veram esse, confiteri, & protestare, se in tali fide decessuros, & id iure iurando assuerare.

Tandem abiurare de leui tenetur, qui leuiter de fide suspectus est; leui autem suspicione laboranti, solum indicitur in specie illius criminis, vel hæresis de qua suspectus est. Vnde qui de leui abiurauit, etiā, si iterū in illam, vel aliam incidat, non est, ut relap-

sus puniendus; cum hic nec ex probatione, nec ex iuris fictione, reputetur hereticus. Ab iuratio, autem tam de vehementi, quam de leui, siue publice, siue priuatim, fiat, debet fieri investitu publica pœnitentia, & per scripturam publicam, vel priuatam scriptam, vel saltem subscriptam manu abiurantis, quæ contineat detestationem erroris, & veræ fidei Confessionem. Idquæ debet verbis claris, perspicuis, simplicibus, non conditionatis, aut ambiguis profiteri.

QVÆSTIO LXV.
An Confessarius, qui propter solicitacionem factam, de leui abiurauit, remaneat, eo ipso inhabilis ad dignitates Ecclesiasticas?

NEGANT Acuña quæst. 24. num. 22. & ibi Freitas num. 70. Enriquez, lib. 12. cap. 56. n. 1. in Glosalit. K

& Garcia de benef. tom. 2. par. 1. c. 10. n. 87. Ex eo quod nullus sit textus talem inhabilitatem inducens: nec illa, ex abiuratione de leui, contrahatur.

Sed sub distinctione, sic Respondeo: Si Confessarius praefatus non sit Regularis, nullo modo manet ipso iure inhabilis ad dignitates Ecclesiasticas, ut bene probant autores citati. Si vero, Confessarius regularis sit, tunc priuatus manet; Quia ita decrevit S. D. N. Urbanus VIII. Anno 1626. Unde, nisi per Sanctissimum, aut per Illustrissimos Inquisidores Sacrae Congregationis, ad dignitates dictas obtainendas, nequit rehabilitari. Sic Bariola, Barbosa, Perinrus, Tamburinus, quos affert, & sequitur

Diana 4. par. tract. 5. resol. 48. ¶
tract. 8. resol. 64. Trullench. loc.

citat. numer. 103.

pag. 1293

(?)

DISPVATATIO DECIMA QVARTA

De Indulgencij, & Suffragijs.

QVÆSTIO PRIMA.

An In Ecclesia sit potestas concedendi Indulgencias?



EGARVNT Vbaldenses, qui vixerunt, circa annum Domini 1070. & post illos, Vbiclefus, Husita, Lutherus, Calvinus, & alij nostri temporis haeretici, vt referunt Bellarm. 3. tom. lib. 1. de Indulgencij. cap. 1. Suarez, disp. 49. Enriquez lib. 7. de indulg. & alij.

Sed certissime de fide Respondeo: Esse in Ecclesia talem potestatem. Sic definitum fuit in Concilio Lateranensi, Vienensi, Lugdunensi, & Constantiens, vt refert Granado ubi infra, in Cœcilio Trident. seff. 25. in decreto de Indulgencij; Cuius hæc

sunt Verba: Cum potestas concedendi Indulgencias à Christo Ecclesia concessa sit; atque adeo huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus, illa usafuerit. & est. Sic Concilium, & sic omnes Doctores Bellarm. Suarez, & Enriquez, ll. ce. Granados Controuer. 12. tr. 1. disp. 3. per totam. Lugo disp. 27. sect. 1. Nauar. de Indulgencij. Bonac. disp. 6. punct. 1. & Molfes. 1. par. sum. tract. 7. cap. 26. n. 24. & alij.

QVÆSTIO II.

An Concessio Indulgenciarum, sit actus potestatis Ordinis?

AFIRMANT Durand. in 4. dist. 20. q. 5. Vbi in concedente Indulgencias, omnino exigit Ordine Sacerdotale cui facit satis Molfes. loc. cit. num. 26.

Sed certissime Respondeo: Non esse actum Ordinis, sed iurisdictionis. Quia, vt constat ex vsu Ecclesie, Cardinales non Presbyteri, ex commissione Papæ concedunt Indulgencias. Sic S. Thom. in additio. quæst. 25. ar. 20. ad 1. Caiet. tom. 1. opusc. tract.

15.

15. cap. 20. Sotus dist. 21. quest. 1. ar. 4. Corduba, lib. 5. quest. 3. & 12. Suarez disp. 49. sect. 3. Granados loc. cit. disp. 4. num. 2. Lugo, disp. 27. num. 2. Lublinus, Verb. Indulgentia. num. 2. Addens, posse etiam Laicum, ex commissione Pontificis Indulgentias concedere. Trullench, *in expositio* Bull. lib. 1. §. 1. dub. 14. ex Nauarro, de *Indulgencij notabili* 31. num. 3. & com- munis.

QVÆSTIO III.

An Indulgentia, sit actus spiritualis iurisdictionis, quo peccator liberatur à reatu pœnae temporalis, extra Sacramentum, ex applicatione Thesauri Ecclesie, per liberalem Popæ, huius erarij diuini dispensatoris, condonatio-
nem?

RESPONDEO: Affirmative; Prædicto namquæ modo optime definitur Indulgentia, ut colligitur ex doctrina, quam tradunt Enriquez lib. 7. cap. 1. num. 2. Toletus, lib. 6. cap. 21. Moure, *in examine Theologiae Moralis par. 3. cap. 7. §. 2.* & alij.

At si mavis cum Granado, sic Indulgentiam definire, etiam poteris: *Indulgentia est pœnae temporalis, peccatis actualibus debite relaxatio, seu absolutio extra Sacramentum ex Thesauro Eccl. Cum Lugo, vero ita: Extremissio pœnae temporalis debita ob peccata remissa quoad culpam, non facta virtute Sacramentorum, vel martrij, sed per satisfactionem Christi Domini, & Sanctorum, nobis applicatam ab habente potestatem. Cum alijs tandem aliter valebis Indulgentiæ describere. Legantur Lublinus, & Trullench, ll. cc. Nauar. in §. Leuitico. Vinaldus in suo Candelabro aureo, de Indulgencij, num 2. Bonac. loc. cit. pun. 1. num. 1. & alij pœnes ipsos.*

QVÆSTIO IV.

An Facultas concedendi Indulgencias concessa sit Ecclesia, Iure Diuino?

RESPONDEO: Affirmative. Sic enim definitum fuit à Tridentin. Verbis. quest. 1. relat. Concessa namquæ fuit hæc potestas Ecclesiæ à Christo Domi-

no, quando post Resurrectionem, dixit Petrus. Ioan. 20. Pasce oves meæ. Sic Vinald. loc. cit. num. 3. Lugo, loc. cit. num. 2. Granados loc. cit. disp. 3. à num. 2. & omnes.

QVÆSTIO V.

An Confessio Indulgencie, sit essentialiter, mera solutio; an vero, absolutio?

AFFIRMANT, esse meram solutionem pœnae debitæ pro peccatis ex Thesauro Ecclesie, Durand. in 4. dist. 20. quest. 3. ar. 2. & Silvester. verb. Indulgentia. num. 3. Vbi sic ex S. Thom. in 4. dist. 2. quest. 1. ar. 3. quest. 1. art. Ita, qui Indulgentiam suscipit, non absolvitur, simpliciter loquendo, à debito pœnae, sed datur sibi, vnde debitum soluat. Est ergo Indulgentia, Ecclesiastica donatio alicuius sumpti de Thesauro spirituali Ecclesie, facta peccatori, ut inde satisfaciat Deo pœnarum creatori. Sic ille. Et ante illum, Palud. apud Cordubam lib. 5. quest. 2.

Alij vero econtra affirmant, Indulgenciam essentialiter in absolutione, seu relaxatione pœnae debitæ, consistere. Sic Caiet. tom. 1. opusc. tract. 15. cap. 2. Soto, dist. 21. q. 1. art. 2. Angel. ver. Indulgentia. num. 1. ve refert Lugo vbi infra. Torreblanca lib. 14. tract. cap. 13. nū. 15. & pœnes ipsum, Nauar. Ricardus Petrus Soto, & alij.

Sed probabilius Respondeo: Concessio Indulgencie, respectu viitorum, in utroque consistere, nempe, in solutione, simul & absolutione. Quia Pontifex, quando Indulgentiam concedit viuis, non solum solvit pro pœna debita applicando ex Thesauro Ecclesie, partem satisfactionis Christi, & sanctorum ad hunc effectum necessariam, verum etiam, ut iudex absolvit debitorem: ergo essentia Indulgencie in utroque consistere debet. Antecedens prebat. Quia Pontifex, cum Indulgentiam concedit, offert pretitum ex Thesauro pro debito pœnae, & tunc ipsemet, nomine Dei, cuius Vicarius est, acceptat solutionem illam, & virtute illius liberat debitorem: solvit ergo quatenus habet Thesauri claves, & absolvit quatenus est Vicarii Dei cuius nomine, acceptat solutionem illam. Sic Sua. disp. 49. sect. 3. & 4. Balarm. lib. 1. de Indulg. cap. 5. Lugo disp. 27. num. 4. Qui num. 6. bene probat Indulgenciam concessam delunctis in sola solutione cō-

sistere. Idem sentiunt in re Granados *tract. 1. disp. 5. num. 4.* & apud ipsum, *etiam Caietanus.* & Sotus *ll. cc. Corduba loc. cit. Valentia pun. 1. & Enriquez lib. 7. cap. 1. n. 1.*

QVÆSTIO VI.

An Detur Thesaurus Ecclesiae, vnde Papa Indulgentias concedat?

NEGLANT in primis Lutherus, apud Roffensem *art. 17.* & alij hæretici; nec non ex chatolicis Franciscus de Maironis *in 4. dist. 19. quæst. 2.* Nam, licet iste Author, concedat in Ecclesia potestatem concedendi Indulgentias; negat tamen earum fundamentum esse Thesaurum Ecclesie. Eandem sententiā innuere Tapper. *ar. 6.* ait Enriquez, *lib. 7. cap. 2. num. 1. lit. H.*

Sed certissime deside Respondeo: Esse, & extare in Ecclesia Thesaurum, vnde Papa Indulgentias concedere valeat, & defacto concedat. Sic habetur *in extrauag. unigenitus. de pœnit.* & *remissio.* & definitus Leo X. in Bulla ad Caietan. quam refert, idem Caiet. *3. par. quæst. 48. ar. 5.* & docent omnes Catholici. S. Thom. *quæst. 25. art. 1. Caiet. loc. cit. & tom. 1. opusc. tr. 16. quæst. 1.* dicens: Rem hanc, non esse vertendam in dubium. Corduba *lib. 5. quæst. 5.* dicens: Probabilius sibi videri, contrarium doctrinam esse hæreticam. Suarez *disp. 51. se ct. 1.* Affirmans, contrarium esse hæreticum. Enriquez *lib. 7. cap. 2. num. 2. lit. M.* Granados *tract. 1. disp. 2. num. 18.* Lugo *disp. 27. num. 33.* & Bonacina *disp. 6. punct. 1. num. 5.* & Enriquez *loc. cit. & lit. M.* Voçans oppositum, hæresim.

QVÆSTIO VII.

An Unicus sit Thesaurus Ecclesiae, ex quo Papa Indulgentias concedat?

NEGLANT Fabius Incarnatus *in suo Scrutinio Sacerdotali tract. 5. secunda partis. pag. mibi. 529.* Vbi sit, quatuor esse Thesauros Ecclesiae, vnde diminant Indulgentia. *Primus,* qui reconditur ex superabundanti merito Passionis Christi. *Secundus* ex meritis Dei Genitricis Mariae. *Tertius* ex meritis Ioannis Bap-

tistæ, & Sanctorum Apostolorum, & omnium Martyrum. Et *Quartus,* ex meritis Sanctorum Confessorum, Virginum, & omnium electorum. *Vnde* non bene refert hunc authorem Viualdus, dicens: *Tres diuersos facere Thesauros,* cum his, etiam quartum addat.

Sed certissime Respondeo unicum dunt taxat esse Ecclesie nostra Thesaurum. Quia sic clare colligitur *ex extrauag. Unigenitus.* & tenent communiter Doctores præcipue, Viualdus *de Indul. num. 4. pag. mibi. 141.* & apud ipsum, S. Thom. Nauar. & Silvester, Moure *3. par. sum. cap. 7. §. 1. num. 3.* & alij statim citandi.

QVÆSTIO VIII.

An Thesaurus Ecclesiae, solum ex meritis, & satisfactionibus Christi Domini, coadunetur?

AFIRMAT Durandus *in 4. dist. 20. quæst. 3.* proqua parte refert etiam Viualdus *loc. cit. Angelum. Verb. Indulgentia. nu. 9.* & Franciscum Maironium. Sed male profecto, ut ex dictis nuper constat. *Vnde.*

Certissime Respondeo: Non solum ex meritis Christi Domini, verum etiam ex satisfactionibus superabundantibus, eius Genitricis, & aliorum Sanctorum defunctorum, & Iustorum Viventium Thesaurum Ecclesie constare. Sic habetur *in extrauag. cit. istis verbis:* *Ad cuius quidem Thesauri cumulum, Beata Dei Genitrix, & omnium electorum, a primo Iusto usque ad ultimum, merita adminicula praestare noscuntur.* Et ratio est; Quia, non solum Christus Dominus, verum etiam alij, quam plures Sancti, habuerunt plurimas satisfactions, quibus ipsi tunc non indigebant, eo quod, vel nunquam peccauerint, ut Beatissima Virgo; aut si peccarunt, maior fuit satisfactione, quam debitum: Ergo cum Deus, nullum meritum condignum, absque præmio, relinquat, & illis operibus, ut satisfactorijs, nullus effectus correspondisset, congruensime illa opera in Thesauro sue memoriarum reliquit, ut saltem in alijs indigentibus, aliquando effectum possent habere; cuius Thesauri claves, & Dispensationem Summo Pontifici, cōmisit. Sic omnes Doctores, supracitati Enriquez, Suarez, Belarmi, Viualdus, Nauarrus, Bonac.

Grana-

Granados; Lugo, & alij ll. cc. Moisés. nam.
45. Maldonatūs quæst. 2. de indulgentijs
Ægid. disp. 12. à num. 2. Torreblanca lib.
14. cit. cap. 13. à num. 21. Candidus dis-
quisitio. 24. art. 69. num. 28. & communis.

QVÆSTIO IX.

*An In lege antiqua, fuerit Thesaurus,
ex satisfactionibus superfluis
electorum cons-
tans?*

REPO N D E O; Fuisse (vt indicauit Clemens VI. in extrauag. cit. verbis nuper relatis) non tamen aper- tum, sed clausum. Quia tunc, non fuit data potesta s alicui homini, aperiendi dictum Thesaurum, & illum distribuendi, si- cut postea fuit data Petro, & eius successoribus. Vnde modo iam dispensatur Thesaurus, etiam prout constat ex satisfactionibus superabundantibus antiquorum Patrum; vt Iusti Abel Patientis Iob; Ioannis Baptiste, ab utero matri, sancti, & aliorum electorum, qui ante Christum Dominum floruerunt. Sic Alexand. 4. par. quæst. 23. num. 2. ad 3. Corduba lib. 5. quæst. 7. Suarez disp. 51. sect. 2. num. 19. Enriquez lib. 7. cap. 2. num. 4. & cap. 3. num. 2. Quos omnes citat, & sequitur Granados tract. 1. cit. disp. 2. num. 40. pag. 1428. Bonacina disp. 6. punct. 1. nu. 6. Numus quæst. 25. art. 1. concl. 2. Lugo disp. 27. num. 46. & omnes.

QVÆSTIO X.

*An In Thesauro Ecclesiæ reponantur satis-
factiones superflue, etiam iustorum
reproborum?*

AFFIRMANT Viguerius cap. 16. §. 4. vers. 9. Faustus lib. 2. de indulgent. in communi quæst. 10. Et Enriquez lib. 4. de pœnit. cap. 16. num. 4. & lib. 7. de indulg. cap. 2. num. 3. Quos citat, & sequitur Candidus disquisitio 24. art. 69. num. 26. & 27 pag. 199. Vbi sic ait. Merita, & opera satisfactoria iustorum, quæ semel in Thesauro Ecclesiæ sunt reconditi, desperdi non possunt; sed ibi semper permanent, quâ- uis ille, qui fecit ea, ruat postea in peccatum mortale, & cum eo ex hac vita discedat: ex quo infertur, etiam opera satisfactoria eorum, qui sunt in inferno, in thesauro Eccle- gie conseruari, dummodo illa in gratia sint

facta. Sic Candidus omnino ex Enriquez cap. 2. cit. qri, & citat Adrianum 4. de clau- bus quæst. de indulgent. post 3. concl. & omnes Magistros in publico actu Salmant. contra Sotum.

Sed multo probabilius Respondeo: Repo- ni in thesauro Ecclesiæ satisfactiones, etiam reproborum iustorum, dum sunt in hac vita, deleri tamen omnino, post eorum mortem. Sic Lugo disp. 27. num. 47. pag. 610. Vbi sic dicit. Post eorum mortem, non manent in thesauro, satisfactiones reproborum: dum autem sunt in hac vita, vtrorumque sa- satisfactiones (hoc est electorum præ- destinatorum, & reproborum iustorum) sunt in Thesauro, quamdiu sunt in statu gra- tia; neutrorum dum sunt in peccato, etiamsi fuerint positæ in statu gratia. Ratio est: quia satisfactiones imitantur merita: quare si- cut merita iusti postea per peccatum morti- ficantur; sic etiam satisfactiones & sicut me- rita per pœnitentiā reuiniscunt, sic & satis- factiones. Vnde quando homo moritur in peccato, omnes eius satisfactiones, sicut & merita pœnititus delentur, nec sunt amplius in Thesauro: quomodo enim nunc Deus con- donaret alicui pœnā intuitu satisfactionis, quam Iudas habuit, dum erat in gratia? non- ne hoc esset aliquomodo retribuere præ- premium, & remunerare opera Iuda? cum tamen ipse, modo non sit in statu, quo præmium, vel remunerationem condignam aliquam possit recipere, quia omnem dignitatem per pec- catum, & condemnationem perdidit. Huc us- que Lugo, omnino contra Candidū, licet ip- sum nullomodo (imo nec alium authorem) pro contraria parte citet.

QVÆSTIO XI.

*An Pontifex, aliunde, quam ex thesauro
prædicto, concedere indul-
gentias, possit?*

AFFIRMANT Mairo. in 4. dist. 19. quæst. 2. & Medina de indulgentijs disp. 8. cap. 40. 41. & 42. docētes: posse Pon- tificem remittere, etiam immediate, poenā debitam peccatis remissis, absque villa cō- pensatione, & applicatione, thesauri Chris- ti, & Sanctorum, sed omnino gratis; & ita va- lide posse Papam, pro sua voluntate, absoluere re omnes fideles viuentes ab omni pœna (quâ- uis peccaret absque idonea causa, sic indul- gens) consequenter putant.

Sed certissime Respondeo; Non posse
Rg 4 aliun-

aliunde, quam de thesauro Ecclesiæ indulgentias concedere, hoc est, remissionem pœnae debitæ. Quia solus Christus Dominus retinet potestatem excellentie, ut pro voluntate sua possit sine Sacramento, & indulgentia, remittere gratis culpas, & pœnas. Qui tamen, non remisit Petro, Magdalena, & Lætroni sine applicatione satisfactionis eiusdemmet Christi. Sic Enriquez lib. 7. cap. 4. num. 2. Lugo disp. 27. num. 49. pag. 61 i. dicens: Oppositam sententiam esse contra communem Theologorum. Granados tract. 12. tract. 1. disp. 5. num. 11. Suarez disp. 51. sect. 3. num. 14. & communis.

QVÆSTIO XII:

An Quoties de facto indulgentia conceditur, toties dispensetur thesaurus, etiam prout continet satisfactiones Sanctorum?

NEAT Suarez loc. cit. num. 17. pag. mihi 1095. Quatenus docet, id omnino pendere ex voluntate concedentis indulgentiam; cum optime possit concedere illa, vel ex solis satisfactionibus Christi; vel ex solis satisfactionibus Sanctorum.

Sed probabilius Respondeo: Regulariter loquendo, etiam prout continet satisfactiones Sanctorum dispensari. Quia aliter fieri, non dependet ex voluntate Pontificis concedentis indulgentiam, sed ex voluntate Dei. Nam licet Pontifici data sit dispensatio thesauri absolute, & sine limitatione ad hanc, vel illam satisfactionem; non tamen videtur data, distributio ita libera, ut possit nunc ex hac parte thesaurei concedere, nunc ex illa; alioquin etiam posset nunc ex satisfactione sancti Francisci concedere indulgentias; nunc ex satisfactione sancti Antonij. Et sic de alijs: quam facultatem nunquam in se agnoverunt Pontifices; nec expedire videbatur eius concessio, cum eis sufficeret facultas distribuendi ex thesauro, Deo approbante, & sumente partem, quam vult. Sic optime Lugo loc. cit. num. 34. pag. 612. & ante illum Granados tract.

1. citato disp. 2. num.
38. pag. 1427.
(?.)

QVÆSTIO XIII:

An Thesaurus Ecclesia, etiam prout continet satisfactiones Sanctorum, possit aliter, quam per indulgentias dispensari?

AFFIRMAT apud Suarez, Mafilius in 4. quæst. 12. docens: non solum per indulgentias; sed etiam per absolutionem Sacramentalis de facto distribui, & dispensari.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Nullo modo posse dispensari thesaurum, prout continet satisfactiones Sanctorum, nisi per indulgentias; bene tamen prout continet satisfactiones Christi Domini; Quia sic etiam per Sacraenta dispensatur, ino etiā extra Sacraenta, quoties extra illa, remittitur aliqua culpa, vel etiam pœna, absque condigna satisfactione. Sic Suarez disp. 51. sect. 4. Lugo disp. 27. num. 56. & ante illos, D. Thom. 3. par. quæst. 48. art. 5. ad 3. Caiet. ibidem. Enriquez lib. 7. cap. 2. num. 5. lit. E. Candidus disquitio. 24. art. 69. num. 32. & communis.

QVÆSTIO XIV:

An Papa possit pro tota Ecclesia indulgentias concedere?

RESPONDEO: Posse. Et iure divino: Quia Petro, & eius successoribus dixit Christus Dominus, Matth. 16. Quodcumq; solueris super terram erit solutum, & in Cœlis. & Ioan. 20. Pasche oves meas. Sic omnes Doctores. Ex Concil. Lateran. & habetur in cap. cū ex eo. Et cap. nastro. de pœnit. & remis. Legantur Suarez disp. 49. sect. 1. & disp. 55. sect. 1. Mofes. tract. 7. cap. 26. num. 24. & 25. & alij Recentiores.

QVÆSTIO XV:

An Etiam Concilium Generale, possit Iure Divino, indulgentias concedere?

AFFIRMANT Sotus dist. 21. quæst. 1. ar. 4. concil. 1. Navarr. 4. in leuitico notabili 31. num. 2. Valentia quæst. 20. pun.

20. pun. 3. Enriquez lib. 7. cap. 31. num. 3. vbi sic ait: Concilium Generale, dum sine auctoritate Papæ congregatur legitime (ut tempore schismatis) habet à Christo potestatem ligandi per excommunicationem, & solvendi per indulgentias. Sic ille; & sic etiam Corduba lib. 5. quæst. 12. propositio. 8. cum Panormitanus, & Felino; ita etiam Ioannes de la Cruz in Summa quæst. 8. de pœnit. dub. 2. concil. i. Vbi ait: Quod, qui concedere debet indulgentias, debet esse Papa, aut Concilium Generale pro tota Ecclesia, & Episcopus pro sua Diocesi. Solis enim istis (inquit) datur à Deo, posse dispensare Thesaurum indulgentiarum. Sic ille. Et Torreblanca loc. cit. num. 40.

Sed probabiliter Respondeo: Non posse Iure Divino, imo neq; humano. Non Divino; Quia soli Petro dixit Christus: *Quodcumque solueris super terram: Neque humano; Quia nullibi reperitur, talē potestatem fuisse concessam Concilio, ab aliquo Summo Pontifice: ergo ex nullo iure potest. Sic Bellarm. lib. 1. de indulgentijs cap. 11. dub. 1. Suarez disp. 55. sect. 1. Qui pro hac parte refert D. Tho. D. Bonavent. Durand. Palud. Ricard. & Alens. Granados tr. 4. disp. 1. n. 3. & 4. Lugo disp. 27. num. 132. & alij.*

QVÆSTIO XVI.

An Saltē Episcopi possint, Iure Divino, concedere indulgentias suis subditis?

AFFIRMANT Sotus diff. 211. quæst. 1. ar. 4. Corduua quæst. 12. propositio. ne 2. Valentia pun. 3. Medina lib. de indulg. disp. 5. & 6. c. 27. & 30. P. Sot. lect. 3. de indulg. Iloan. de la Cruz 1. cit. Palud. Ledesma, & alij apud Enriq. vbi infra. Et in haec partem videtur inclinare Molfes. tract. 7. cap. 26. num. 30.

Sed probabiliter Respondeo: Non posse Iure Divino. Quia Christus solum Petro, & eius successoribus dedit Thesauri claves. Deinde, quia si Episcopi à Christo Domino haberent concedendi indulgentias potestatem, non potuissent Summi Pontifices, ita illam limitare, ut fere totam eis adimerent, ut de facto fecerunt: ergo. Sic Suarez disp. 55. sect. 2. & apud illum, D. Thom. Palud. Durand. Ricard. & alij. Enriquez lib. 7. cap. 31. num. 3. Bellarm. loc. cit. Granados loco cit. disp. 2. num. 2. Lugo loc. cit. Bonacina disp. 6. quæst. 1. pun. 4. 2. num. 1. & 2. Qui citat pro hac parte Nuñus, Aegidi, & Toletū.

QVÆSTIO XVII.

An Episcopi, iure Ordinario humano, possint indulgentias concedere?

NEGLANT aliqui, quos referunt Palud. loc. cit. & Suarez loc. cit. sect. 3. existimantes, solum Papam posse concedere indulgentias, nemir emque alium praeter ipsum, ad hoc recipere potestatem. Sed certissime Respondeo: Posse iure Ordinario humano. Quia id constat ex cap. cum ex eo. de pœnit. & remissio. & dicit Suarez, Enriquez, Bellarm. Granado, Bonacina, Lugo, Torreblanca, & alij ll. cc.

QVÆSTIO XVIII.

An Potestas concessa Episcopis ad indulgentias concedendas, sit cum limitatione concessar?

RESPONDEO: Affirmative Solum enim habent de facto facultatem concedendi indulgentiam quadraginta dierū; & in ipsa dedicatio ne Ecclesie, vnum annum. Sic habetur in cap. cum ex eo. cit. 10. Et in cap. Nostro, & in cap. Quod autē eo. tit. vbi notatur, non posse Episcopos, has adhuc indulgentias concedere, nisi subditis. Sic DD. nuper cit. & communis.

QVÆSTIO XIX.

An Si Episcopus plures dies indulgentias ultra sibi præscriptos, concedat, non solum peccet, sed etiam sit nulla concessio?

NEGARUNT aliqui Canohistæ cum Glossa indicato cap. cum ex eo verb. à pluribus. Ut refferrunt Nauar. de indulg. notabili. 31. num. 16. Suarez disp. 55. sect. 3. num. 11. & alij.

Sed iam certissime Respondeo: Non solum peccare. Verum etiam nullam esse concessionem. Quia sic colligitur ex cap. Nostro, & ex cap. cum ex eo. cit. & constat ex declaracione Bonifacij VIII. in cap. ultimo, de pœnit. & remissio. in 6. & tenent omnes Theologi, Nauar. & Suarez ll. cc. Reginald. Riccius, & Nuñus, quos citat, & sequitur Bonac. disp. 6. q. 1. pun. 3. n. 3. Granad. tract. 4. disp. 2. n. 5. Lugo n. 134. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Si Episcopus concedat sexaginta dies, (v. g.) indulgentia, valeat ad minus concessio, usque ad quadragesimam?

NE GANT adhuc valere, Suppl. Gabrieli in 4. dist. 4. q. 3. art. 2. Geminianus, & Calderinus in cap. ultimo, de pœnit. & remissio. apud Suařiū, loc. cit. & Ioannes Monachus Ibidem, vt refert Nauar. loc. cit.

Sed longe multo probabilius Respōdeo: Valere. Quia utile per inutile, non vitiatur; regula iuris in e. sic communiter Doctores Archidiac. Ioan. Andreas, Abbas, & alij quos citant, & lequuntur Nauar. & Suarez loc. cit. Bonacina etiam, Granados, Molfes. Torreblanca, Lugo ll. cc. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An Episcopi possint concedere indulgentias pro defunctis?

AFFIRMAT Suppl. Gabrieli in 4. dist. 4. q. 3. art. 2. propositio. 6. Vbi contendit D. Thomam, & Paulum, esse huius sententia. Fauet alius qualiter Corduba in veteri impressio. q. 13. quatenus ait, attendendam esse proximam, & postea refert Siliceum Archiep. Toletanum, anno 1551. concessisse Bullam pro defunctis.

Sed certissime Respōdeo: Non posse; nisi ex expressa, & speciali commissione Papae, quia nullo iure conceditur eis. Sic Nauar. de indul. notabili 22. n. 4. dicens, esse sententia bonorum, præsertim Innoc. IV. & Cardinalis. Corduba, & Medina, & alij, quos citat, & sequitur Suarez disp. 55. se ct. 3. nu. 9. Bonacina, Granados, Lugo ll. cc. Enriquez lib. 7. c. 32. nu. 2. Sa, verb. indulgentia nu. 18. & alij apud ipsos.

QVÆSTIO XXII.

An Episcopus, non consecratus, possit indulgentias concedere?

RESPONDEO: Posse. Sufficit enim quod sit electus, & confirmatus. Quia actus concedendi indulgentias, non est actus

tus ordinis, sed iurisdictionis. Vnde etiam illas poterit concedere in statu peccati, non tamen, si sit excommunicatus, denunciatus, seu vitandus; nec carens iurisdictione, seu subditis, etiam si sit consecratus. Sic Beraci na disp. 6. q. 1. punc. 3. num. 6. 7. & 8. & apud ipsum Grassius, Enriquez, Suarez, Valentia, Sa, Reginald. Corduba, & Nuñus, Lugo disp. 27. num. 135. & communis.

QVÆSTIO XXIII.

An Vicarius Generalis Episcopi, & Capitulum, Sede vacante, possint indulgentias concedere?

AFFIRMANT, loquendo saltem de Capitulo, Zerola in praxi Episcop. verb. indulgentia. num. 2. pag. mibi 440. & apud ipsum Silvester. verb. Capitulum num. 10. & Selua de benef. 2. par. qu. 11. num. 4. ita etiam Lazarus apud Bonacinam ybi infra.

Sed multo probabilius Respōdeo: Non posse. Absque speciali facultate Summi Pontificis. Quia illis non competit absolute dignitas Episcopalis, cui facultas concedendi indulgentias reseruata est. Et idem dicendum est de Abbatibus, etiam iurisdictionem, quasi Episcopalem, habentibus, & de Generalibus, & alijs Prælatis Religionum (quidquid dicat Medina, posse scilicet, indulgentias concedere, ratione dignitatis) nisi alias id habeant ex priuilegio sui ordinis, vt possint concedere indulgentias suis subditis. Sic Nauar. de indulg. notab. 31. num. 6. Suarez disp. 55. se ct. 4. num. 4. & 5. Bonacina, Nuñus, Lugo, & Granado ll. cc. Enriq. lib. 7. c. 31. n. 4. vibilit. N. citat pro hac parte, Seluam, loco eodem, quo à Zerola pro contraria, citatur. Bonac. disp. 6. q. 1. punc. 2. n. 22. Sotus, Ledesma, Corduna, Armilla, & alij apud ipsos. Et communis. Pœnes Molfes. loc. cit. num. 31. & seqq.

QVÆSTIO XXIV.

An Episcopus possit delegare suo Vicarii facultatem hanc, concedendi indulgentias?

NE GAT Antonius Roselli. tract. de indulg. num. 391. Quia existimat, non posse delegare hanc facultatem sacer-

Sacerdoti simplici, eo quod sit iurisdictio annexa dignitati Episcopali.

Sed verissime Respondeo: Posse; & non solum suo Vicario, verum etiam cuicunque Sacerdoti, seu Clerico. Quia facultas, quæ alicui, iure ordinario, competit, potest alijs delegari. Sic Henriquez, & Nauar. II. cc. Bona cina loc. cit. num. 11. & apud ipsum, Sa, Reginald. Valentia, Corduba, & Nuñus, Suarez disp. 55. sect. 6. num. 5. Sic dicens: unde censio posse Episcopum potestatem hanc delegare Vicario suo, etiam si Sacerdos non sit, dummodo sit Clericus; quia ille est capax, & aliunde nulla inuenitur iuris prohibitio. Sic ille. Et communis.

QVÆSTIO XXV.

An Summus Pontifex possit, de plenitudine sua potestatis, delegare Laico potestatem concedendi indulgentias?

NE CARE videtur Molfesius tract. 7. cap. 26. num. 26. quatenus, necessario requirit in concedente indulgentias, potestatem ordinis.

Sed probabilius longe Respondeo: Posse. Quia actus concedendi indulgentias est iurisdictionis, non ordinis, actus: at Laicus est capax iurisdictionis. Ergo. Sic Suarez disp. 55. sect. 6. num. 3. & sequent. Nuñus, & Reginald. quos refert. & sequitur Bonacina loc. cit. num. 13. Granados tract. 4. disp. 4. nu. 2. & alij. Qui, secus dicendum, de Episcopo putant; quia, cum hic nequeat in fure communi dispensare, nequibit etiam Laico huiusmodi potestatem demandare.

QVÆSTIO XXVI.

An Confessor, in foro Confessionis, possit indulgentias concedere?

AFFIRMANT posse (dicendo, scilicet, pœnitenti, in impositione pœnitentiae; dispenso tecum super residuo pœnitentiae simior esset tibi imponenda). Silvester, verb. indulgentia num. 11. Rossella, & Angel num. 5. Armilla num. 3. Cardinal. Abbas, Innocent. IV. Bernard. Archid. Marsil. & Castro, quos refert, & ex parte sequitur Vinald. de indulgen. num. 6. & 7. pag.

142.

Sed verissime Respondeo: Nullo modo

posse. Quia potestas concedendi indulgentias, nō est adstricta muneri Sacerotali, aut Confessariorum, vt constat: Sic S. Thom. quem refert, & sequitur Nauar. not. bili 31. num. 7. Suarez disp. 55. sect. 4. num. 7. vbi vocat sententiam contrariam, improbabilem. Granados controv. 12. tract. 4. disp. 3. num. 2. & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An Requiratur aliqua pia causa, ut licite concedat Pontifex indulgentias?

RESPONDEO: Requiri. Quia indulgentia est dispensatio, seu applicatio Thesauri Ecclesiaz fidelibus: at omnis dispensatio debet fieri cum causa legitima. Ergo. Sic omnes Theologici, vt testantur Granados tract. 3. disp. 1. num. 2. Lugo disp. 27. num. 138. Bonacina disp. 6. quæst. 1. punct. 4. n. u. 1. Suarez disp. 54. se. 1. & Molfes. num. 47. Maldonatus quæst. 4. de indulgentijs. & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An Requiratur causa pia, non solum, ut quæ concedit indulgentias, non peccet, sed etiam, ut concessio valida, & rata sit?

NE G A V E R V N T aliqui, quos, suppresso nomine, refer Palud. in 4. dist. 12. Quorum sententiam, non nulli trubuunt Maiori, sed falsoprofecto, cum ipse etiam dist. 12. quæst. 2. illam sententiam referat, & falsam esse affirmet, vt bene nota Suarez.

Certissime ergo Respondeo: Requiri piam causam, etiam ad valorem, & substantiam indulgentiarum. Quia Papa, non est Dominus thesauri, sed dispensator: at dispensator non potest dispensare, sine causa, de rebus Domini: ergo. Confirmatur. Quia alias posset uno verbo, liberate omnes animas Purgatorij, singulis diebus; quæ potestas, non videtur credibilis: ergo. Sic Suarez disp. 54. sect. 2. num. 2. dicens, esse sententiam omnium doctorum, tam Teologorum, quam Canonistarum, Bonacina, Granados, & Lugo II. cc. Egid. disp. 12. num. 30. Reginald. lib. 7. num. 126. & alij.

QVÆS.

QVÆSTIO XXIX.

An Qualibet causa pia, sufficiat ad valorem indulgentia, etiam plenissimam?

AFIRMAT S.Thom. in add. quæst. 25. art. 2. per hæc verba; Quæcumque causa ad sit, quæ in utilitatem Ecclesiarum, & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi, & ideo dicendum, quod indulgentia simpliciter, tantum valeret, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas. Sic S. Doctor. Et sic etiam Durand. in 4. diff. 20. q. 4. S. Anton. 1. par. tract. 10. cap. 3. §. 1. Silvester, V. indulgentia. quæst. 3. D. Bonau. Ricard. Palud. Angel. Michael de Medina, & Suppl. Gabrielis, quos refert Suarez disp. 54. sect. 3. num. 1. Quibus addi possunt Valentia disp. 7. quæst. 20. punct. 4. 3a, verb. in indulgentia. num. 1. Bonacina disp. 6. quæst. 1. punct. 4. num. 5. qui etiam refert pro sua sententia Reginaldum lib. 7. cap. 12. num. 132. Graffium in appendice lib. 2. cap. 2. num. 44. & 47. & Enriquez lib. 7. cap. 14. Sed ex ijs authoribus, Enriquez, adminus, ab alijs, pro opposita sententia etiam citatur; nec mirum, quia iam in unam, iam in aliam, videtur se insisterere, partem.

Sed probabilius Respondeo: Non sufficeret; sed requiri necessario ad valorem indulgentia, equalitatem causæ; non secundum quantitatem, sed secundum proportionem; ita ut, quo maior plenior ve, sit indulgentia, eo maior causa, maioriisque momenti requiratur necessario, alioquin concessio erit nulla. Ratio est quia, tam dissonum estimationem, pro parua causa, concedere magnam indulgentiam, quam pro nulla causa concedere parvam; sed hæc secunda concessio, non est valida, vt omnes concedunt: ergo nec prima. Sic Suarez loc. cit. num. 6. & 8. cui pro hac sententia refert etiam D. Bonau. Ricard. Albert. Magnum, Caiet. Adrianum, Corduanum, & Augustinum de Ancona. Quibus addi possunt, Aegidius disp. 12. dub. 6. num. 31. Bellarm. lib. 1. de indulg. cap. 12. Navar. de indulg. notabili 15. Sotus diff. 21. quæst. 2. art. 2. Quos citat, & sequitur Granados controver. 12. tract. 3. disp. 2. num. 5. Qui etiam citat Enriquez loco à Bonacina, pro sua sententia, citato. Nuñus quæst. 25. art. 1. difficult. 1. ad 12. & diff. 2. consl. 1. Lugo disp. 27. n.

141. pag. 628. Binsfeldins in suo Enchirid. par. 1. de indulg. cap. 14. §. 9. pag. mibi 120. concl. 3. & 5. Vbi Sic concludit: Hinc inferatur, indulgentias, minima de causa, concessas, non tantum valere, quantum sonant: quia causa, non commensuratur quantitatibus indulgentiarum. Deinde sequitur, sen per esse utile querere indulgentias, cum semper valeant secundum proportionem causæ. Sic ille. Diana 5. par. tract. 12. resol. 10. Qui etiam citat pro hac parte Enriquez lib. 7. cap. 14. num. 13. (Sed illud caput, non habet nisi quinque numeros, unde num. 3. citari debet) Laymanum lib. 7. tract. 7. cap. 5. num. 1. Præpositum in 3. part. quæst. 14. de indulg. dub. 8. num. 62. Tannerum tom. 4. disp. 6. quæst. 8. dub. 4. num. 85. Fillinicum tom. 1. tract. 8. cap. 5. num. 113. Ludovicum à Cruce in Bulla Crucifera disp. 1. cap. 8. dub. 9. num. 11. Sylvium in add. ad 3. part. quæst. 2. art. 2. quæst. 2. Philippum de Cruce in thesauro Ecclesiæ tract. 1. §. 6. num. 5. & Philippum Fabrum in 4. diff. 19. quæst. unica, disp. 38. cap. 9. num. 287. & est communis.

QVÆSTIO XXX.

An Quando re ipsa, causa non est sufficiens, nec proportionata, estimatur tamen talis à concedente indulgentias, sit valida concessio?

NECONANT aliqui Sed probabilius Respondeo: Esse validam: Quia non est verisimile, Christum concessisse hanc potestatem cum tanta limitatione, vt si, in re ipsa, non attingat veram equalitatem non operetur totum, quod intendit. Sic Suarez loc. cit. num. 11. & apud ipsum, Sotus, Corduua, Caiet. & Germon. Enriquez loc. cit. num. 3. in principio, & in fine, & apud ipsum D. Thom. Silvester, & alij. Granados loc. cit. num 9. pag. 1455. & Lugo disp. 27. num. 145. dicens, id esse probabile, & plimum. (8)

QUÆSTIO XXXI.

*An Si causa non sit proportionata ad totum,
quod conceditur; concessio sit valida
quoad partem, ad quam datur
causa proportionata?*

REPOÑDEO: Affirmative. Quia concedens indulgentiam vult ponere illam remissionem in quantum potest; ergo si non potest totam, ponet partem, quam potest. Sic Lugo loco citato ex Suario loco citato n. 9. Binsfeldius loco citato & apud illum, Nauar. Cajet. Gabr. & Felinus. Moifes. num. 53. dicens: sic sentire omnes. Reginaldus lib. 7. num. 130. Egidius disp. 12. num. 31. & alij.

QUÆSTIO XXXII.

An Eleemosyna duorum Iuliorum, seu argenteorum, quæ in subsidium Bullæ Cruciatæ datur, sit sufficiens causa ad tot tantasque indulgentias concedendas?

REPOÑDEO: Esse, si simul fiant alia opera, quæ talis Bulla præscribit. Quia inde hostes Ecclesie reprimuntur, & fideles animantur, ut fiant in gratia, & ad susceptionem Sacramentorum Pœnitentiarum, & Eucharistiarum, & profiterentur Sanctorum merita, authoritatem Papæ, & Purgatorium, quod (principue in hac tempestate) immensum frumentum affert. Sic Vivaldus de indulgentia nro. 10. pag. mibi 143. & communis. Legantur Lugo disp. 27. num. 144. pag. 629. & Granados tract. 3. disp. 3. per totam, ubi varias causas, ad concessionem indulgentiarum sufficienes, enumerant.

(3)

QUÆSTIO XXXIII.

An reperiatur iusta, & pia causa, quando conceditur indulgentia habenti aliquod granum, vel imaginem benedictionis?

NEAT, haud obscure Sotus diff. 21. quæst. 2. (non 1. vt Vivaldus habet) artic. 2. per hæc verba: Nostris enim temporibus, vñque adeo piorum clementia, erga animas, quæ in purgatorio cruciantur, succreuit, vt importunis supplicationibus à Summo Pontifice concessio fuerit exorta, vt quæ tangendo quemdam benedictum calculum, Ave Maria, vel Pater, recitaret, animam inde, quantocumque tempore cruciari deberet, eriperet, vt protinus libera euolaret. Hanc ergo, non dicam, piam fraudem, quia hereticorum verbum est, sed tamen, citra religionis iniuriam, posset hoc populo dissuaderi. Primum; quia hæc nulla interest causa pia in communem utilitatem Ecclesie, &c. Sic Sotus. Sed non belli:

Respondeo Ergo, Reperiri quidem piam, & iustum causam in concessione indulgentiarum habenti dictum granum. Quia non conceditur, intuitu solum illius grani, vel imaginis, sed principaliter in cultum alicuius sancti, vel ob alicuiam necessitatem, vel ob merita ægregia alicuius Principis Christiani erga Ecclesiam. Deinde, quia ipsum etiam granum, multum conductit ad pietatem: quia conseruando, & venerando illud, eo ipso, possumus, & veneramur autoritatem Summi Pontificis, a quo mediate, vel inmediate granum illud fuit benedictum. Sic Lugo disp. 27. num. 130. pag. 626. Et ante illum, Vivaldus loco citato. Nauarr. notabili 15. num. 6. 10. & 15. Enriquez lib. 7. cap. 14. num 1. in marg. lit. H & num. 3. in marg. lit. B. & apud illum, Corduba lib. 5. quæst. 21. ad finem. Et Michael de Medina de indulg. Granados tract. 5. disp. 1. num. 2. Suarez disp. 52. se Et. 1. num. 10. & sequent. & communis.

QVÆSTIO XXXIV.

An Qui lucraturus est indulgentias, necessario debeat esse homo viator baptizatus, & ratione utens?

RESPONDEO: Affirmative. Quia Pontifex requirit dispensare thesaurum, nisi ijs, qui ad onile, cuius est Pastor, pertinet Sic Suarez loc. cit. num. 1 & 2. Granados loc. cit. Lugo disp. 27. num. 79. Bonacina disp. 6. quæst. 1. pun. 5. num. 1. & comm. unis.

QVÆSTIO XXXV.

An Cathecumeni, qui fidem, & charitatem habent, sint capaces in indulgentia, antequam baptizentur?

NE GANT Suarez disp. 52. sect. 1. & disp. 53. sect. 4. num. 8. Bonacina loc. cit. num. 2. Nauarr. in addit. quæst. 27. art. 3. Egid. disp. 12. dub. 10. infine. Præpositus in 3. part. quæst. 14. de indulgen. dub. 3. num. 28. Sanchez lib. 4. Summa cap. 37. num. 37. Filliuc. tract. 8. num. 214. Lauorius de iubil. part. 2. cap. 14. num. 13. & alii.

Sed probabilis Respondeo: *Esse capaces indulgentia, illisque posse concedi, non per modum absolutionis, sed per modum suffragij.* Sic Nauarr. de indulgent. notabili 31. ad finem, & notabili 32. num. 8. Enriquez lib. 7. cap. 18. num. 3. (non 1. vt citatum innenies apud Dianam) Granados controu. 12. tract. 5. (non 15. vt citat ipse Diana) disp. 1. num. 4. & disp. 6. num. 2. in fine. Lugo disp. 27. num. 77. & 79. Diana 5. par. tract. 12. resol. 9. & Faber. Layman, & Villalob. apud ipsum. Immo non defunt, qui sentiant Cathecuminis viuentibus, & defunctis existentibus in gratia, prodeesse indulgentias, non solum per modum suffragij, sed etiam eas, quæ fidelibus viuis per modum absolutionis conceduntur. Pro hac sententia, quam, vt probabilem, deffendit Bossius de iubil. sect. 4. casu 22. num. 19. citat ipse, Nanarum loco à nobis citato, Zerolam de iubil lib. 1. cap. 15. dub. 21. 56.

& 72. Emanuelem Sa, ver. indulgentia num. 2. Leonem, Polachum, Bottonum, & alios.

QVÆSTIO XXXVI.

An Illi, qui post usum rationis in amentiam incidit, possit contedi indulgentia?

NE GANT apud Lugum, Rodriguez, & Trullench, vbi infra. Sed longe probabilius, Respondeo: Posse. Quia, de facto, Pontifex, sape indulgentiam, & benedictionem moribundo, iam sensibus destituto, concedit; ergo, & potest illi, qui post usum rationis in amentiam incidit. Sic Lugo disp. 27. num. 80.

QVÆSTIO XXXVII.

An Lucretur indulgentias ille, qui illas ignorat; si alias, faciat omnia opera iniun-

ctat

NE GANT Rodriguez in expressit. Bullæ Cruciatæ, §. 8. num. 9. Trullench, in eandem Bullam lib. 1. §. 6. num. 5. pag. mibi, 171. Alfonsus de Leonne de iubileo, par. 2. num. 135. Corduna de indulg. quæst. 25. Vega tom. 2. cap. 7. casu 2. & Bossius de iubil. sect. 4. casu 10. num. 4. Quia existimant, quod, lucraturus indulgentiam, necessario debeat habere intentionem, saltem virtualem, faciendo opera iniuncta, animo consequendi dictam indulgentiam: at qui nescit, quod (v.g.) in recitatione Ave Maria ad tria signa campanæ, post soles occasum, cum vers. Angelus Domini, &c. Ecce ancilla Domini, &c. Et Verbum caro, &c. Concedatur indulgentia plenaria, nequit habere intentionem, adhuc virtualem, eam consequendi: ergo non poterit eam lucrari.

Sed probabilius Respondeo: *Lucrari.* Quia optime potest Pontifex, si velit, indulgentias hoc modo (scilicet, quod lucentur eas ignorantibus) concedere: ergo valde verisimile est, id velle de facto. Sic Portel in addit. ad dubia regularia; verb. indulgentia num. 7. Vbi testatur; se hanc sententiam à Patre Ludouico Molina accepisse; Diana 4. part. tract. 4. resol. 24. & 5. par. tract. 12. resol. 6. & apud ipsum, Sanctarel. de iubil. c. 15. dub. 4. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 6. n. 5. Villalobos tract. 26. diff. 13. num. 9. Qui hunc ego addo Lugum, disp. 27. num. 81.

pagi-

pagina 618. & Salas, apud Bossum, loco omissu-

QUÆSTIO XXXVIII.

An Lucretur indulgentiam, qui, v.g. visitat Ecclesiam, principaliter ob recreacionem; aut ieunat ex causa non expendendi in emendis cibis, &c. Si dum hoc facit, habeat simul intentionem lucrandi indulgentiam?

NE GANT Corduua, Rodriguez, & Vega ll.cc. Quia existimant, quod opus iniunctum pro acquirenda indulgentia sit necessario faciendum, intentione principali, aut æque principali ad illam lucrandam. Explicant autem tunc esse finem principaliter intentum, quando, illo non existente, opus non heret.

Sed probabilius Respondeo: Lucrari. Quia probabilius est, non requiri, quod operaria iniuncta efficiatur potissimum, propter consequendam indulgentiam; sed satis est, propter eum finem executioni mandari, licet alius finis intendatur, æque, aut magis principaliter. Sic Suarez disp. 52. sect. 6. num. 5. Granado tract. 5. disp. 4. num. 10. pag. 1473. Quos refert, & sequitur Diaz na 5. part. tr. 12. resol. 7. & 6. infine.

QUÆSTIO XXXIX.

An Lucrari possit indulgentias excommunicatus contritus, si nequit obtinere absolutionem, aut si est impotens ad soluenda debita, ob quem est excommunicatus?

NE GANT, Suarez, Vgolinus, Siluester, Nuñus, & Sotus, quos refert, & sequitur Faustus de iubile lib. 3. quest. 55. Fillius tract. 3. cap. 6. num. 136. Layman lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 2. num. 2. Pollachus de iubile sect. 4. num. 22. Lanarius de iubile part. 2. cap. 14. num. 51. Sanctarellus de iubile cap. 15. dub. 14. Nuñus in addit. quest. 17. art. 1. & Mourre part. 3. cap. 7. §. 4. num. 2. Quos omnes citat, & sequitur Diana loco citato resol. 13. Quibus ego addo Bonacina disp. 6. quest. 1. punct. 3. num. 3.

Sed æque probabiliiter Respondeo: Posse lucrari. Quia valde probabile est, hanc esse pietatis matris Ecclesie intentionem, Quæ, scilicet, non vult priuare huiusmodi suffragijs filios obedientes, & quantum est ex se omnino a contumacia recedentes. Sic Enríquez lib. 7. cap. 13. num. 2. & ante ipsum, Nauarr, notabili 18. num. 14. per haec verba. Quinto, eum, qui contritus voluit quidem confiteri, non tamen potuit, vel ob defectum confessariorum, vel ob ægritudinem, vel etiam ob excommunicationem, vel aliâ legitimam causam, acquisitum esse indulgentiam, pœnitentibus, & confessis concessam. Quod satis exprimit Angel. ubi supra: quoniam ex mente videtur suisse concedentis, quod est valde quotidianum. Sic Nauar. & sic Emanuel Sa, ver. indulgentia. num. 2. A Iphonsus de Leone de iubile par. 1. num. 197. & Bossum de iubile se Et. 4. casu 22. §. 1. num. 12. & apud ipsum Zerola de iubile lib. 1. cap. 15. dub. 60. Enríquez lib. 7. cap. 18. §. 2. & hanc sententiam vocat Diana loc. cit. satis probabilem, & piam.

QUÆSTIO XL.

An Susceptor indulgentiarum, necessario debeat esse in gratia?

NE GANT Mairon, in 4. dist. 19. q. 2. & Rubion quest. 1. docentes, professe posse indulgentiam viatori existenti in mortali.

Sed certissime Respondeo: Debere esse necessario in gratia, saltem in eodem tempore, seu instanti, quo ponitur ultima conditio requisita ad consecutionem indulgentiae. Quia, qui non est in statu gratiae, propter peccatum mortale meretur, ut nulla satisfactio acceptetur pro illo. Sic S. Thom. quest. 27. art. 1. Nauar. notabili 19. Sotus dist. 21. quest. 2. art. 3. Bellarm. lib. 1. cap. 13. Suarez disp. 52. sect. 2. Enríquez lib. 7. cap. 9. num. 3. Siluester Coduua, & Valentia, quos refert, & sequitur Granados tract. 5. disp. 2. Bonacina loc. cit. punct. 5. num. 4. & apud illum, Nuñus, Reginal. Sa, Toletus, Viuald, Graff. Egidius, Fillius. &

jam omnes,

(4)

QVÆSTIO XLI.

An Requiratur status gratiae, pro toto tempore, quo sicut omnia opera, ad consequendam indulgentiam, præscriptas

AFFIRMANT Caiet. tom. I. opuscul. tract. 15. cap. 9. Comitolus in responsio. moral. lib. I quæst. 37. num. 2. Conradus in responsio moral. part. I. quæst. 204. Fabrinus de iubileo cap. 33. & alij apud ipsum. Affirmant etiam, auid Enriquez, vbi infra. Petrus Soto de indulgentijs leit. 6. Armilla ver. indulgentia, § 14. Cano in lectura, & olim (non nunc) Nauar. notabili 17. num. 11. & notab. 19. num. 6. & Adrian. de indulg.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri pro toto eo tempore; sed satis esse, hominem esse in gratia, tempore operis finalis, quo posito, conceditur effectus indulgentiae. Quia hæc, absque dubio, est intentio Pontificis, ut docet praxis Ecclesiæ, si quidem, quando ad indulgentiam exigit ieiunia, & confessionem, supponit, hanc, non præmitti, sed subsequi ieiunia; & consequenter hæc, frequenter, non fieri in statu gratiae. Sic Enriquez lib. 7. cap. 9. num. 5. Qui bene citat Nauarrum pro hac parte, illam namque sequitur (mutata sententia) in nouâ editione, non notabili 18. vt citat Enriquez, sed 19. n. 16. 19. & 22. & notab. 32. num. 46. & 49. Sotus distinet. 21. quæst. 2. artic. 3. Corduua quæst. 24. Valentia disp. 7. punct. 5. Suarez disp. 52. sect. 5. Quos citat, & sequitur Granados controvèrsi. 12. tractat. 5. disp. 2. num. 9. Qui etiam, sed male, citat Nauarrum pro opposito. Sanctellus, Lauorius, Pollachus, Layman, Filiucius, Faustus, & Fernandez quos affert, & sequitur Diana 5. part. tract. 12. resol. 4. Corduua etiam, Graffius, Bottonus, Bonacina, & alij, quos citat, & sequitur Angelus Bossius

de iubile o sect. 4. casu
11. nu. 12. pag.
mibi 356.

(i)

QVÆSTIO XLII.

An Si quis non fuerit consecutus effectum indulgentiae, eo quod omnia opera ad id requisita, præsiterit in peccato; postea, quando transacto illo tempore, iustificatur, effectum indulgentiae recuperaret?

AFFIRMANT Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. Silvester, ver. indulgentia quæst. 7. & 9. (non 10. vt citat Granados, num. 20. & 32. & apud ipsum Panorm. Joann. Andreas, & Cardin. Enriquez lib. 7. cap. 9. num. 3. (non 2. vt citat Diana) affirmat etiam Granados tract. 2. disp. 2. num. 5. casu, quo Pontifex non petat in forma indulgentiae cōfessionem, vel contritionem, & Diana 5. part. tract. 12. resol. 4. licet hic Author contrarium docuerat, vbi infra.

Sed verisimilius Respondeo: Non recuperare postea effectum indulgentiae. Quia verisimilius est intentionem Pontificis, non esse differre, neque effectum, neque indulgentiam, sed eam statim concedere; ergo si inuenit subiectum incapax, carebit effectu. Sic optime Nauar. notabili 17. num. 2. Vbi sic ait: Secundo infertur, nimia fiducia dictum videri, id, quod ait Silvestri. (loto citato) scilicet, eum, qui, in effectus culpa mortali, facit, id, quod indulgentia querenda exigit, eam querere, non pro illo tempore, sed pro eo, quod in gratiæ fuerit statu, eo quod intentio concedentis videtur esse, vt indulgentia proficit ad eam requisita facienti, quam optimo modo possit. Quod etiam nobis aliquando vixum fuit probabile; sed nunc perpendo id esse contrarium, non solum communis sententia, sed etiam, huic notabili, & prædictæ extravaganti; vnde id elicetur, quatenus habeat; hunc thesaurum dispensandum esse solum vere pœnitentibus, &c. Et infra. Non obstat ratio Silvestri de intentione concedentis, quia contrariam esse illi, appareat, ex eo quod Extrang. prædicta, declaret thesaurum hunc, solum vere pœnitentibus esse cōmunicandum. Hęc, meus Nauar. & post illum Suar. disp. 52. sect. 2. n. 13. & seqq. Caiet. tom. I. opus. tr. 15. c. 9. Sotus dist. 21 quæst. 2. artic. 3. S3, ver. indulgentia, num. 2. Egidius disp. 12. dub. 7. num. 37. Reginaldus lib. 7. cap. ultim. num. 169. Zerola in præagi Episcop. part. 2. ver. indulgentia.

gentia, num. 9. Lauorius de iubileo part. 2.
cap. 14. num. 69. Sanctarellus de iubileo
cap. 7. dub. 2. Leo de iubileo part. 1. num.
86. Bonacina disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num.
13. Nuñus quæst. 27. art. 1. ad finem. Lugo
disp. 27. num. 34. Diana part. 4. tract. 4. re-
sol. 94. sibi postea contrarius loc. cit. Bonaci-
na de iubileo sect. 4. casu 11. num. 3. Polla-
chius, & alij, apud ipsum. Filiuc. tract. 8.
cap. 6. num. 141. & est communis.

QUÆSTIO XLIII.

An Si opera, ad indulgentiam prescripta,
fiant, non solum in peccato, sed cum pec-
cato, quia vitiantur aliquo fine
malo, profint ad indul-
gentiam?

NEGLANT absolute Nauar. notab. 19.
num. 6. & notab. 32. num. 44. verb.
deuotè, & apud ipsum, Adrianus. Et
Sylvius in 3. part. D. Thom. quæst. 27. artic.
1. conclus. 2. docentes. Quod si quis ex va-
na gloria visitet Ecclesias, iejunet, det ele-
mosynam, &c. Nullo modo consequatur in-
dulgentiam, quamvis in hoc, non nisi venia-
liter peccet.

Negat etiam Faber dis. 19. quæst. uni.
disp. 38. cap. 7. num. 214. casu solum, quo
prædicta opera fiant cum peccato mortali.
Cui ex parte fauent, Bellarm. lib. 1. indulg.
cap. 13. quæst. 2. Nuñus quæst. 27. art. 3.
dub. 5. & Layman lib. 5. tract. 7. cap. 6. num.
4.

Sed probabilius Respondeo: Prodesse;
dummodo fiant opera, cum intentione lu-
crandi indulgentiam, & in fine vltimi ope-
ris, sit iam homo constitutus in gratia. Sic
Suarez disp. 52. sect. 6. num. 3. Enriquez lib.
7. cap. 9. num. 5. Filiuc. tract. 8. cap. 6. nu.
158. & 159. Ludovicus à Cruce disp. 1. cap.
8. dub. 3. num. 5. Granado, tract. 5. disp. 4.
num. 10. & Præpositus, quos omnes refert, &
sequitur Diana 5. part. tract. 12. resol. 5.
Quibus addo Cordunam quæst. 15. & Lugum
disp. 27. nu. 85. pag. 618. & Bossium
loc. cit. casu 12. num. 14.

¶ 15.
(?)

QUÆSTIO XLIV.

An Requiratur status gratiae, ut unus
alteri applicet indul-
gentiam?

AFFIRMANT Caiet. Opusc. de indul.
quæst. ultima ad 2. & post illum;
Philippus de la Cruz in thes. Ec-
cles. tract. 1. §. 12. num. 1. pag. 844
& apud illum, Angel. ver. indulgentia, §. 211;
& Villalobos tract. 26. diff. 15. num. 3.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri.
ri. Vnde si Pontifex concederet indulgen-
tiam, hac lege, vt si quis faciat aliquod bonum
opus relaxetur ipsi certa quantitas pœ-
næ, vel alteri, cui voluerit applicare, faciens
illud opus bonum; tunc quidem, licet vere
requireretur status gratiae in eo, cui indul-
gentia applicaretur, (vt constat ex supra di-
ctis quæst. 40.) non tamen, in eo, qui faceret
bonum opus, vt alteri indulgentiam applica-
ret. Quia tota ratio, quare requiritur gra-
tia in eo, qui fruitur indulgentie, est, quia
sine gratia nō est capax satisfaktionis; ergo
si satisfactio non applicetur ei, qui facit
opus, sed alteri; in isto sufficiet status gra-
tiae. Sic omnino Granados tract. 5. disp. 21
num. 12. pag. 1470. & ante ipsum, Suarez
disp. 52. sect. 7. num. 4. & apud ipsum, So-
tus, & Adrianus.

QUÆSTIO XLV.

An Sit de necessitate indulgentiae, ut con-
cedatur sub conditione alicuius pri-
operis faciendi ab illo, tui indul-
gentia concedi-
tur?

RESPONDEO: Negative. Quia cau-
sa pia, quæ ad concessionem indul-
gentiae requiritur, non alligatur ad
solum opus pium faciendum, cum possit es-
se causa iusta ex titulo gratitudinis, remu-
nerationis, solatij, medicinæ, &c. Deinde
id constat ex vlo Pontificum, qui sape con-
cedunt indulgentiam moribundis (& nihil
pro hora mortis benignissime concessit
§. D. N. Urbanus VIII.) non quæsto alii
quo bono opere. Sic Suarez disp. 52. (non
55. vt citatum innenies apud Granados)
sect. 4. num. 3. & seqq. Lugo disp. 27. n. 86.
Granados controvers. 12. tract. 5. disp. 3.
Sl 3 num.

num. 1. & Bonac. disp. 6. quæst. 1. punct. 4.
num. 6. & apud ipsum Valentia, Reginald.
Ægidius, & Nuñus, & communis.

QVÆSTIO XLVI.

*An Opus pium, quod ad lucrandum in-
dulgentiam, frè semper requi-
ritur, debet semper esse
opus exter-
num?*

A FFIRMAT D. Bonac. in 4. dist. 20. par. 2. art. 1. quæst. 4. Sed certissime Respondeo: Negati ve. Quia certum est quod pia opera exter na sunt magis proportionata ad dictum effectum; nihilominus optime potest Pontifex concordare Indulgentiam propter opus mere internum, imo, & de falso, hoc modo solet concedere ijs, qui singulis noctibus examen conscientie, cum actu contritionis faciunt; & ijs, qui in mortis articulo, nomen Iesu, si ore non possint, corde protulerint: Sic Suarez loc. cit. sect. 5. num. 5. & 6. Lugo loc. cit. Bonacina disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 28. & communis.

QVÆSTIO XLVII.

*An Ad lucrandum indulgentiam debet quis, perse ipsum, opera præse-
cripta adimple-*

R ESPONDEO: Debere regulariter lo quando (nisi alias in Bulla exprimitur, ut possit opus præscriptum per alium fieri). Vnde si iniungitur iejunium, aut oratio, non potest quis facere, ut aliis loco ipsis iejunet, aut oret. Quia facere quod aliis iejunet, vel recitet, non est iejunare, vel recitare. Sic Suarez disp. 52. sect. 7. nu. 3. Lugo loc. cit. Bonacina loc. cit. num. 24. & apud ipsum Nauar. Enriquez lib. 7. cap. 10. num. 5. Filliucius 1. part. tract. 8. cap. 6. num. 26. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 5. Leo de iubil. part. 2. num. 127. & 149. Homobonus, Benzonius, & alij quos citat, & sequitur Bossius de iubil. sect. 4. casu 8. nu. 7.

QVÆSTIO XLVIII.

*An Quando in concessione Indulgentiae pe-
titur eleemosyna, sufficiat illam
per famulum
dare?*

R ESPONDEO: Sufficere (nisi alias informa iubilei exprimeretur, ut fieret per propriam actionem) Quia per accidens est, quod eleemosyna detur per manus proprias, vel alienas. Sic Bonacina, & Lugo il. cc. Suarez num. 2. & Bossius num. 17. & 18: Enriquez, Rodriguez, Layiran, Filliucius, Leo, & Sanctarell. & alij apud ipsum.

QVÆSTIO XLIX.

*A Si quis præberet eleemosynam famulo,
ut illam daret; consequatur indulgen-
tiam, famulo eleemosynam
non præben-
te?*

A FFIRMAT Sa. ver. Indulgentia, nu. 4. Sic dicens: Si quis iussit famulum dare (eleemosynam scilicet) & non dedit, quidam negant consequi indulgentiam; ego id non diverim. Sic Sa. & certe satis probabiliter. Tenent etiam Vega 2. tom. Sum. cap. 7. casu 24. Rebulloso ab eodem relatus, quos affert, & sequi videatur Bossius loc. cit. num. 19.

Sed adhuc probabilius Respondeo: Non consequi. Quia in effectu non præstat opus præscriptum ad consequendam indulgentiam cum, famulo non dante eleemosynam, nondum sit translatum illius Dominum in pauperem. Sic Bonacina disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 22. Homobonus de iubile lib. 4. quæst. 53. Leo, de iubile, part. 2. quæst. 14. sect. 6. num. 175. Philippus de Cruce, in Thes. Eccl. tr. 1. §. 11. n. 3. fol. mibi 70. & Diana 5. part. tract. 12. resol. 31. Lugo disp. 27. pu. 122. Qui idem ait, in calu, quo mittetur eleemosyna tempore Iubilei ad pauperem distantem, ad quem non posset pervenire, intra illam hebdomadam:

(• 2 •)

QVÆSTIO L.

An Quando in concessione Indulgentiae præscribitur absolute, & indeterminate eleemosyna, bæc facienda sit secundum qualitatem personæ?

AFFIRMANT Corduua de Indul. lib. 5. quæst. 22. Lauorius de Iubileo par. 1. cap. 21. num. 46. Reginald. lib. 7. c. ultimo nu. 137. Philippus de la Cruz in thes. Eccles. tract. 1. §. 10. n. 9. infine. & §. 19. n. 6. & Nauar. notabili 31. n. 34. Vbi sic ait: Indulgentia, quæ datur danti, vel facienti aliquid indeterminatum; puta manus adiutrices porrigenti, vel orati, ab illo solo queritur, qui dat facit vobis, prout personæ congruit; pauperi quidem danti, parum, diniti vero, danti multum, & tamen minus, quam decet, dat, aliquid ex ea querit, et si non totum, secundum omnes. Sic Nauarrus, qui tamen, nec D. Thomam, nec D. Anton. nec alium authorem pro sua parte citat, ut male Philippus dicit, citat tamen Bossius pro hac parte D. Thomam in 4. dist. 20. quæst. 2. ad 3. Siluestrum, Lauorium, & alios.

Sed probabilius Respondeo: Non esse necessario faciendam, secundum qualitatem personæ, sed sufficere quamcumque eleemosinam minimam, & parvam, etiam à diuine persona datam, ad lucrandas Indulgentias. Quia ad uerificandam veritatem propositionis, indifinitæ id sufficit. Sic Suarez disp. 52. sect. 8. à num. 3. Filliuci, tract. 8. e. 6. num. 166. Rodriguez in Bulla Cruciatæ §. 7. nu. 4. Faustus, Sanctarellus, & Leo, quos citat, & sequitur Diana 5. par. tract. 12. resol. 14. & 31. Quibus addi possunt Enriq. lib. 7. cap. 10. Bonac. disp. 6. quæst. 1. pun. 5. num. 18. Sa, ver. Indulgentia, num. 4. Lugo dis. 27. num. 114. pag. 623. Bossius, sect. 4. casu 21. num. 35. & alij.

QVÆSTIO LI.

An saltem, facienda sit eleemosyna, secundum qualitatem personæ, quando in Bulla id præcipitur?

NEGLANT adhuc aliqui apud Cæsarrem Bottonum in obseruat. super Bullam Sixti V fol. 196. asserentes, etiam in eo casu sufficere ad lucrandas

Indulgentias, dare eleemosynam minimam, etiam diuites, & id esse probabile ait Angelus Bossius, vt refert Diana loc. cit.

Sed probabilius Respondeo: Affirmative. Quia, cum id expresse exigatur in Bulla, necessario debet executioni mandari. Sufficiet tamen, vt detur eleemosyna cōpetens viuis cuiusq. personæ qualitat, inxta eleemosinā, quā hemines talis qualitatis cōmuniciter solēt facere extra Iubileū. Sic Bossius, quem citat, & sequitur Diana 11. cc. & ante illos D. Tho. quē refert, & sequitur Suarez, disp. 52. sect. 8. num. 5. & tenent omnes Doctores protraque sententia, Quæsiōne præcedenti, adducti.

QVÆSTIO LII.

An Ad lucrandas Indulgentiam, sufficiat eleemosyna spiritualis, quæ comprehendit hoc versu: Consule, caſiga, ſolare, remitte fer, ora?

AFFIRMAT Zanardus (vt refert Diana) in direc. Thol. par. 1. de pœnit. cap. 21. quæst. 26. Cui addi possunt Graffius lib. 2. append. cap. 5. num. 58. & apud ipsum, Felinus, & Alex. de Ales, Lauorius etiam de Iubil. 1. par. cap. 19. num. 12. id ipsum docentes; casu quo fit Religiosus: nam iste (inquit) satisfaciet prædicando, audiendo confessiones &c. loco eleemosynæ.

Sed certissime Respondeo: Non sufficere, sed debere absolute locuendo esse realem, & temporalem. Quia hæc tantum est proprie eleemosyna. Sic Diana 5. par. tract. 12. resol. 31. Bottonus, & Leo, quos affert, & sequitur Bossius de Iubil. sect. 4. casu 21. num. 1. pag. mihi, 445. & num. 10. pag. 446. Qui etiam, pro hac parte, citat Lauorium, quem non vidi.

QVÆSTIO LIII.

An Pauperes, qui ad lucrandas Indulgentias non possunt dare eleemosynam, egeant commutatione in aliud opus piutum?

AFFIRMANT Sanctarellus de Iubileo. cap. 7. dub. 1. Leo de Iubileo par. 2. num. 72. Lauorius de Iubileo. cap. 19. num. 6. & Bossius loc. cit. nu. 3. & dicit probabile Diana loc. cit. resol. 15.

Sed

Sed probabilius Respondeo: Non indigere commutatione. Sed absque villa commutatione in aliud opus ipsum, si cetera adimpleat, lucrari Indulgentiam. Quia mens Papæ non videtur esse talis, ut velit obligare ad eleemosynam erogandam eum, qui nihil habet, vel est impotens ad illam faciendam. sic Enriquez lib. 7. cap. 10. nu. 6. lit. N. Vbi sic ait: Pauperi non habenti, non opportet eleemosynam commutari in aliud opus. Nauarr. de Oratio. Missell. 60. num. 226. Quod clariss explicit Gregor. XIV. in Jubile Anno. 91. Huc usque Enriquez, & scilicet etiam Faustus de Jubile lib. 4. quæst. 55. Fernandez, & Graffius, quos assert, & videtur sequi: Diana loc. cit. & resol. 31. licet addat, securius fore pauperes in tali casu petere commutationem in aliud opus pium, vel facere sibi ipsis à confessatio applicari eleemosynam, quam pro olucranda indulgentia tenerentur. Sic ille, & bene. Dicunt etiam esse probabilem nostram sententiam, Homobonus, Sanctarellus, Leo, & Bossius locis citatis.

QVÆSTIO LIV.

An. Si nolit Superior pro Religiosis eleemosynam dare, possint isti, aliquid, è monasterijs bonis, in scio Superiore, pro eleemosyna largiri, ad lucrandum Iubileum?

AFFIRMAT Diana par. 5. tract. 122 resol. 31. Quia in eo casu (inquit) Superior est irrationabiliter inuitus, & subditus operatur ex licentia Superioris debita. Idemque affirmat de vxoriibus, filiis familiae, Servis, Monialibus &c. Faust Diana, Bossius ubi sup. nu. 14. licet num. 15. doceat, melius fore in tali casu, Religiosum commutationem eleemosynæ petere.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia in tali casu, vel dicendum est Religiosos, etiam nouitios, qui non habent proprium, & non possunt aliquid dare; absque eleemosyna lucrari Indulgentias concessas, sub onere eleemosynæ, ut nuper diximus de paupere, & tenet Graffius lib. 2. append. cap. 5. num. 58. vel quod faciliori, & tutiori via, possint Indulgentias, & Iubileum lucrari commutationem eleemosynæ in aliud opus, petendo. Sic Homobonus de Jubileo. lib. 4. quæst. 57. ut refert idem Diana Bo-

ssius loc. cit. num. 10. & 15. Bottonus, & Leo apud ipsum. Addo etiam cum Lugo bene posse Religiosum dare eleemosynam per alium; ut si amicus secularis, pro eo det: nam tunc interuenit duplex contractus, alter quo secularis dat Religioso illam pecuniam; alter, quo religiosus per seculariem dat illam pauperi, licet ad utrumque etiam requiratur licentia Prelati. Sic Lugo, & ante ipsum Bossius loc. cit. nu. 18. & seqq. legatur.

QVÆSTIO LV.

An Ipsem, qui lucraturus est Indulgentias Bullæ, aut Iubilei, debeat necessario eleemosynam perscribam dare?

RESPONDEO: Negative. Nam sat erit, quod alter nomine illius det illam. Sic Lugo disp. 27. nu. 87. Per hæc verba: Difficultas posset esse circa hoc. Quando aliquis sumit Bullam Cruciatæ pro alio amico, cui illam dat, cuo modo iste cui datur Bulla obtineat Indulgentias, cum ipse, nullo modo, det illam eleemosynam, quod est opus invenitum ad illam indulgentiam? Respondeatur, illum, qui Bullam pro me inscio, accepit, dedisse eleemosynam, meo nomine, quasi utilem regetij mei gestorem: quod ego postea ratum habeo, & debitor sio illius eleemosyna, meo nomine, data, quod debitum ille, benevolè causa, mihi remittit; atque adeo, iam ego censor illam eleemosynam dedisse. Sic Lugo, & ante illum Philippus de Cruce in thes. u. Eccles. tract. 1. §. 12. nu. 2. fol. 84. S. Ver. Indulgentia num. 4. Cerduba, Larcius, Rosella, quos refert, & sequitur Bossius n. 5. & 18.

QVÆSTIO LVI.

An Ad lucrandas Indulgentias sufficiat dare eleemosynam, die Dominico, etiam post communionem?

NEGAT Philippus de la Cruz in ibid. Eccles. tr. 1. §. 11. nu. 4. fol. 72. & Clarius §. 18. num. 5. fol. 134.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere. Quia ita fuit declaratum à Gregorio XIII, ut testatur Leo de Jubile par. 2. quæst 14. sect. 5. num. 174. sic ipse, & ante ipsum Enriquez lib. 7. cap. 10. num. 6. Graffius, Filiiuc.

Ilie, quos citat, & sequitur Diana 5. par.
tr. 12. resol. 31. Rodriguez in Bulla Cru-
ci. §. 7. dub. 1. num. 7. Bossius sect. 4. casu 8.
num. 14. & casu 21. nu. 21. pag. mibi 447.
& alij.

QVÆSTIO LVII.

*An Quando in Bulla præcipitur tribus die-
bus fieri eleemosynam; necessariofa-
cienda sit, ijsdem diebus, vt
Indulgentiam confe-
quatur?*

AFFIRMANT Sanctarellus de Iubileo.
cap. 7. dub. 1. Leo, de Iubileo par. 2.
num. 146. Lauorius de Iubileo. par.
1. cap. 21. num. 8. Reginaldus, lib. 7. cap.
ultim. num. 184. & Filliuc tract. 8. nu. 255.
quos omnes refert Diana par. 5. tract. 12.
resol. 22. Quibus ego addo Philippum de la
Cruz in Thes Eccles. tract. 1. §. 11. num. 4.
pag. 72. & §. 19. n. 4. pag. 139. & Doctissi-
mum meum Nauar, de Oratione. Miscellan.
58. num. mibi 128. & 129. fol. 337. &
alios, apud ipsos. Et licet hæc sententia ab-
solute loquendo sit longe verior, & proba-
bilior.

Nihilominus tamen probabiliter Res-
pondeo: Non esse, in omni casu, de necessi-
tate Indulgentiarum, quod fiat eleemosyna, ijs-
dem diebus à Bulla præscriptis. Sic te-
net Nauar. loc. cit. Vbi sic ait: Qui per pro-
bablem ignorantiam, obliuionem, vel in-
cogitantiam, sive inaduertentiam, absque
alia culpa, & negligenter, omittet orare,
& eleemosynam facere, usque ad Sabbathū,
& tunc haberet Orationem, & facheret eleee-
mosynam notabiliter maiorem, quam tri-
bus diebus facere tenebatur, ex quadam æ-
quitate, & tacita indulgentis intentione,
quereret illam. Quia rem, que culpa caret,
in damnum vocari non conuenit cap. 2. de
Constitutio. Et quia quædam glosa singula-
ris, & recepta l. tale pactum. §. final. ff. de
pactis, dixit pro tacite statuto habendum
id, quod verisimiliter statutum fuisset, si ab
statuente quæsumum fuisset. Et verisimile est
Papam, si de hoc casu interrogatus fuisset,
ita pro sua maxima pietate, & æquitate res-
ponsum. Hucusque Nauar & post illū, imo,
& ex illo omnino, Bossius de Iubileo sect. 4.
casu 8. nu. 9. & Diana loc. cit. resol. 22. Ve-
ga etiam tom. 2. cap. 27. casu 48. & Philip-
pus de Cruce tr. 1. §. 11. num. 4. & Clarius
§. 18. num. 5. fol. 134.

QVÆSTIO LVIII.

*An Ad lucrandum Iubileum sufficiat dare
eleemosynam, ei, cui alias, ex obliga-
tione præcepti naturalis, vel
voti, debetur?*

NEGET absolute Silvest. Ver Indul-
gentia quest. 6. quatenus docet,
nullo modo sufficere ad lucrandam
Indulgentiam opus pium, alias ex præcepto
faciendum, etiā si illud Pontifex iniungat.
Sed in hoc excessit hic author. Quia si Pon-
tifex potest (vt supra est habitum) sine vlo-
pio opere Indulgentias concedere, à for-
tiori poterit iniungendo aliquod pium opus,
alioqui ex præcepto faciendum.

Negat etiam Granados contro, 12. tract.
5. disp. 4. num. 13. casu quo Pontifex: salte
impliçite, non declarat sufficere ad Indul-
gentias opera alioquin ex præcepto facien-
da. Citat pro hac parte Sotum, Nauar. Vic-
toriam, & Suarium.

Sed probabilius. Respondeo: Sufficere:
Quia ex praxi constat, sufficenter latifieri
oneri operum implendorum in Iubileo, per
opera alias debita; sive ex obligatione
præcepti naturalis, vel Ecclesiastici, vel voti.
Sic Bossius de Iubil. sect. 4. casu 9. num.
3. & casu 21. num. 22. quem citat, & sequi-
tur Diana vbi infra, & Enriquez lib. 7. c. 10.
num. 6. Vbi sic ait: Satis est eleemosynam
dari ei, cui debet de præcepto, vt parenti,
aut extremè indigenti. Sic ille. Pollachus,
Sanctarellus, Fernandez, Comitolus, & Lay-
man, quos citat, & sequitur Diana 5. par.
tract. 12. resol. 31. & 54. Lugo disp. 27. nu.
110. pag. 623.

QVÆSTIO LIX.

*An Etiam sufficiat dare eleemosynam
pauperi credito, qui re vera
dues est?*

NEGANT Aliqui, & quidem probabi-
liter.

Sed æque probabiliter Respon-
deo: Sufficere. Quia non est de substantia
eleemosynæ, quod detur vero pauperi, sed
quod detur ad inbilenandam miseriam ino-
pis. at in nostro casu vere datur ex tali fine:
ergo. Adde quod Bulla moderna, non dicit:
quod eleemosyna dentur pauperibus, sed so-
lum quod siant eleemosynæ. Sic omnino Lu-
go.

go. disp. 27. num. 113. pag. 623. Vbi etiam aduertit, quod in his elemosynis, vere sit animus transferendi dominium illarum, pauperi credito.

QUÆSTIO LX.

An In ieunijs ad Iubileum impositis, possit ieunans vescoouis, & laeticinij sibi admittens. Bullam habeat

Cruciatæ?

NEAT Nauar. lib. 3. consilior. tit. de obseruat Iiui. in ultim. editio. cōfol. 5 fol. mibi 263. Quia priuilegiū Bullæ, solum concedit facultatem comedēdi oua, & laeticinia in diebus ieuniorū Ecclesiasticorum. Negat etiam Graffius in dcis. tom. 1. par. 1. lib. 2. cap. 37. nu. 60. Couar. lib. 4. variar. cap. 20. num. 75.

Sed, longe multo prob abilius, Respondeo: Posse. Quia non aliter Pontifex imponit ieunium iubileo quam lege Ecclesiastica indicitur: sed huic ieunio, satis fit edēdo oua, & laeticinia cum Bulla: ergo etiam satis fit ieunio ad Iubileum imposito. Sic Angles, Metina, Lopez, & Petrus de Ledesma, quos citat, & sequitur Sanchez, lib. 4. Summe cap. 11. num. 49. pag. mibi 367. Nuñus, Moure, Leo, Vega, Portel, Villalobos, Filiuc. Molfessius, Enriquez, & Sancius, quos affert, & sequitur Diana 1. par. tract. 9. resol. 17. & tract. 11. resol. 3. pag. mibi, 264. Ludouicus de Cruce, quē refert, & sequitur Trullench in expositio. Bullæ lib. 1. §. 4. dub. 8. num. 2. pag. mibi, 150. Lugo disp. 27. num. 103. pag. 622. Bonac. loc. cit. pan. 3. num. 16. & apud illum, Gaiet, & Medina.

QUÆSTIO LXI.

An Si predicta ieunia incident in Quadragesima, possint lucrantes Iubileum satisfacere illis, vescendo laeticinijs, etiam sine Bullaz.

NEANT aliqui, quos tacite referunt Sanchez, & Lugo vbi infra, & expresse Præpositus, & Alexander in cap. Denique dist. 4. num. 6. Dominicus in cap. Rogationes. de consecr. dist. 3. & Couar. lib. 4. resol. cap. 20. num. 15. existimantes; non solum in quadragesimali ieunio, sed etiam in ieunijs extra quadragesimam, iure companni, prohiberi oua, & laeticinia.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Satisfieri. Quia probabilius opinio est, nec iure, nec consuetudine, interdicti laeticinia in ieunijs, extra quadragesimam; sed solum abstinentiam carnium. Sic Sanchez, Lugo, & Turench, ll. cc. S. Thom. 2. 2. q. 147. ar. 8. Sancius in select. disp. 4. n. 19. Diana, 1. par. tr. 11. resol. 3. & Clarius in addit. resol. 20. & tr. 9. resol. 17. & apud ipsos, Vazq. Suar. Portel, Villalob. & Ludouicus à Cruce, Bossius. etiam de Iubileo. select. 4. casu. 18. num. 19. Bottonas, Lauorius, Leo, Bonac. Azor, & alij apud ipsum. Et nouissime D. Didacus Narbona anno 60. quest. 3. nu. 5. pag. 621.

QUÆSTIO LXII.

An Si dicta ieunia incident in Quadragesima, possit etiam ille, qui non habet Bullam, satisfacere illis, edendo oua, & laeticinia?

NEANT Enriquez, & Rodriguez, apud Sanchez loc. cit. num. 50. & nouissime Trullench, loc. cit. n. 5. pag. mibi 152. & alij; & quidem satis probabiliiter.

Sed non minus probabiliter, Respondeo: Posse satisfacere; nisi alias Pontifex in iubileo, vsum laeticiniorū interdicteret. Quia non minus probabile est, quod præceptum ieunij, etiam quadragesimalis, non obliget ad laeticiniorū abstinentiam; & quod hæc abstinentia distinctum sit præceptum, à præcepto ieunij essentialis. Vnde, licet in exposito: peccaret contra præceptum Ecclesiæ, qui laeticinia ederet, satisfaceret tamen ieunijs iubileo impositis. Sic Sanchez loc. cit. num. 53. Lugo, disp. 27. num. 108. Ludouicus à Cruce in expositio. Bullæ disp. 1. cap. 5. dub. 14. num. 12. & alij.

QUÆSTIO LXIII.

An Satisfaciat Iubileo per ieunia, aliunde debita ex voto?

NEATIVAM partem insinuant siluestr. verb. Indulgentia quest. 6. Taberna quæst. 10. & Armilla nu. 16. Sed certissime Respondeo: satisfieri. Alias qui ex voto tenerur ieunare omnibus ferijs sextis, non posset obtinere iubileum; quod est plusquam falsum. Sic Lugo, num. 110. Diana, 5. par. tract. 12. resol. 54. & apud ipsum, Pollachus, Sanctaellus,

rellus, Fernandez, Layman Comitus, & alij supra quæst. 35. adducti. Quibus addi potest Bossius de iubil. sect. 4. casu 9. num. 3. & casu 18. num. 8. & communis.

QUÆSTIO LXIV.

An Oratio, quæ debet fieri in Ecclesijs pro lucranda indulgentia Bullæ, aut Iubilei, necessario debeat esse vocalis?

AFFIRMANT Rodriguez in exposito. Bullæ Cruci. §. 7. num. 2. Ludonicus à Cruce in expositio Bullæ disp. 1. cap. 8. dub. 13. (sibi contrarius dub. 11. num. 2.)

Sed probabilius Respondeo: Non debere necessario esse vocalem: sed sufficere esse orationem mentalem. Quia in Bulla solum petur, ut orient pro necessitatibz ibi expressis: orare, autem indifferens est ad orationem mentalem, & vocalem: ergo. Sic Trullench in expositio. Bullæ lib. 1. §. 6. dub. 1. num. 7. pag. mibi 171. quæ citat, & sequitur Diana 5. part. tract. 12. resol. 44. & ante illos, id docuit Doctiss. meus Nauar. §. in loco uitico. notab. 32. versu. præces. nu. 48. Lugo disp. 27. num. 111. pag. 623. Bossius de iubil. sect. 4. casu 17. num. 12. & apud ipsum, Zerola lib. 2. de iubil. cap. 13. quæst. 9. Cesar Botton. Filliuc. Pollachus, Lauorius, Homobonus, & Cirullius Francus, & communis.

QUÆSTIO LXV.

An Pro obtinenda indulgentia, sufficiat quæcumque, etiam minima, & brevis oratio?

NEGLANT Pollachus de iubilei sect. 42. num. 57. & Egidius disp. 12. n. 34. atq; expresius Nuñus, in expos. Bullæ, §. 9. dub. 2. pag. mibi 760. Et nō improbare reputat Layman lib. 5. tract. 7. cap. 5. num. 2.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere, nisi alias in Bulla iubilei præscribantur certæ præces. Sic Bossius in tract. de iubil. sect. 4. casu 17. num. 15. & 20. & ex illo Diana 5. part. tract. 12. resol. 33. docentes, Quod quando in Bulla non præscribuntur certæ præces (sicut nō præscribuntur in Bulla Crucifixæ) sufficiat fundere pro lucro iubilei

quælibet præces, etiā breves, & quacumque lingua Latina, Hispanica, Gallica, vulgari, &c. Sic etiam apud ipsos, Leo de iubile o. 1. cap. 18. num. 8. Filliuc. tract. 8. cap. 6. nu. 164. & 165. Suarez tom. 4. disp. 52. sect. 8. num. 5. Nauar, notab. 31. num. 35. & notab. 32. num. 48. Enriquez lib. 7. cap. 10. num. 7. Bonacina disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 19. Rodriguez in Bullam, §. 7. num. 4. Fabrinus cap. 33. Lauorius de iubil. par. 1. cap. 18. n. 8. & Cesar Bottonus, pag. 203. Quibz ego addo Egidium, Trullench lib. 1. cit. §. 6. dub. 2. num. 6. Vbi ait, Quod pro lucranda indulgentia Bullæ, sufficiat ad singula altaria, semel orationem Dominicam, & Angelicam fundere.

QUÆSTIO LXVI.

An Pro lucranda indulgentia, satisficit fundere præces, alias ex obligatione voti, aut pœnitentia, &c. debitæ?

NEGLANT, ex Bonau. Silvester. Tabiesa, & Granados locis supra, quæst. 58. & q. 6. 3. cit. Nuñus in expositio. Bullæ, §. 9. pag. mibi 760.

Sed probabilius Respondeo: Satis esse: Quia ad lucrandum iubileum non requiriuntur opera aliunde indebita. Sic Authores, vbi supra, pro nostra sententia citati, & expresse Bossius loc. cit. num. 1617. & 18. addens, quod posse quis etiam orare unam cum socio recitando alternatim præces, & hoc sedendo, stando, & etiam operto capite. Sic quoque Diana, & alij Doctores nuper citati.

QUÆSTIO LXVII.

An Sufficiat, extra portam Ecclesie, orare, ad consequendam indulgentiam concessam illam visitantibus?

NEGLANT Glossa in Clement. dereliquæ & vener. sanct. & Zanardus in director. Theolog. par. 1. tract. de pœnit. cap. 20. quæst. 40. Pinellus de indulg. Portel in Sum. verb. indulgentia, in addit. num. 8. existimantes: Quod quando indulgentia datur visitantibus talem Ecclesiam, vel in ea orantibus, sit necesse corporaliter ingredi Ecclesiam, in illaq; orare, nec sufficere orare ante ianuam, etiamsi ob necessitatem, vel

ob multitudinem hominum, quis ingredi non possit.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere. Quia, qui, predicto modo, orat, visitare moratur Ecclesiam dicitur; cum re vera, in favorabilibus, nomine Ecclesiae, cæmeterium comprehendatur. Sic Suarez disp. 52. secc. 1. nro. 7. Nuñus in 3. par. tract. de Bulla, §. 10. Bonac. aisp. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 26. Diana 1. part. tr. 11. resol. 103. Lugo disp. 27. num. 97. & apud ipsos, Leo, Rodriguez, Graffius, Villalobos Moure, Filliac. & Sanctarellus. Quibus addi possunt Trullench in expositio. Bullæ lib. 1. §. 6. dub. 2. num. 3. & Bossius secc. 4. casu 14. num. 10. & casu 17. num. 2. & apud ipsum, Armilla verb. indulg. nro. 19. Zerola de iubil. lib. 1. cap. 16. quæst. 4. & 11. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 3. num. 4. Lauotius de iubil. part. 1. cap. 17. nro. 29. & alij.

QVÆSTIO LXVIII.

An Quando ad lucrandum indulgentiam exigitur visitare quinque altaria in aliqua Ecclesia sufficiat, etiam extra portam, illam visitare?

AFFIRMANT Moure in examine Theol. moral. 3. par. cap. 9. §. 7. num. 5. pag. mibi 330. & apud ipsum, Roelilia verb. indulgentia, §. 22. Corduba de indulg. quæst. 21. & Rodriguez in Bullam, §. 8. dub. 7. & Villalobos tom. 1. tract. 27. claus. 8. nro. 7.

Negant vero & contra, Nuñus, loc. cit. Diana 1. part. tract. 11. resol. 103. qui refert pro hac parte, Moure, Villalobos, Sanctarellum, Filliac, Leonem, Bonacinam, & alios. Sed profecto ex ijs, oppositum dicunt Moure, & Villalobos. Tenent tamen hanc partem Lugo loc. cit. num. 98. & alij.

Sed probabilius cum distinctione Respondeo: Non sufficere quidem nisi casu, quo a foris possint videri quinque alteria, ut sic possit, qui lucraturus est indulgentiam, illa visitare. Sic Trullench in expositio. Bullæ, lib. 1. §. 6. dub. 2. num. 3. in fine, & Ludouicus à Cruce in expositio. Bullæ disp. 1. cap. 8. dub. 13. num. 5. Sic etiam Doctorus Bossius casu 14. cit. num. 14. Vbi ex Zerola lib. 1. de iubil. cap. 16. quæst. 11. nostræ questioni ita respondet: Si altare illud, vel capella sit tam intus Ecclesiam, vt à valuis Ecclesiae non possit videri, tunc si quis non ingreditur; & visi-

tet altare illud, aut capellam, non lucratur indulgentiam; quia non adimpleat opus, & rationem cur non adimpleat, dicere, quia in tali casu, non censetur moraliter præsens. Respondet secundo, quod si a valuis, seu iannua Ecclesiae, appareret tale altare, vel talis capella, & propter multitudinem, non posset quis adire ad illud, vel ad illam, tunc videntio illud, vel illam, faciens orationem a porta acquiri indulgentiam, eo quia non requiritur tactus, vel osculum Altaris, vel capellæ. Sic Bossius ex Zerola.

QVÆSTIO LXIX.

An Ad lucrandam indulgentiam concessam visitantibus quinque altaria, requiriatur motus corporalis, quo aliquis singula adeat?

AFFIRMAT absolute Garnica in explicatio. Bullæ, §. Item se concede. Et Rodriguez, casu, quo commode fieri id possit, §. 8. dub. 7. num. 12. alias, si ob ægritudinem, aut aliam causam, loco dimoueri non possit, requiri, negat. Ita etiam Trullench loco cit. num. 4. & Bossius loc. cit. num. 16.

Negant vero absolute Bonac. disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 25. Azor, Enriquez, Sá, Graffius, Philippus de la Cruz, & alij, quos citat, & sequitur Diana 1. part. tract. 11. resol. 102. & in addit. resol. 25. & 5. part. trac. 12. resol. 16. Vbi sic ait: Dico igitur, quod in tali casu, non oportet moueri loco, sed satis est, vt uno loco fixus preces fundat versus quinque altaria; quare sufficit moueri corde ab uno Altari in aliud, etiam quando nullum adest impedimentum. Sic ille. Qui etiam pro sua sententia citat Ludouicu de la Cruz disp. 1. dub. 13. n. 4. (descio an bene, nā Trullench, pro opposita illum refert.) Machado tom. 1. lib. 3. p. 2. tr. 4. doc. 6. nro. 4.

Sed probabilius Respondeo: Non requiri absolute motum corporalem, quo singula adeat Altaria; requiri tamen aliqualem motum corporis, vel capitum ad singula altaria. Vnde non sufficit esse intra Ecclesiam, & animo conuerti ad tale altare; etiam si quis sit in loco apto, vt in medio Ecclesiae; sed debet aliquo gestu, vel conuersione capitum, vel corporis significare conuersionem animi ad singula altaria: nam exigitur visitatio sensibilis; hoc est, talis actio, quæ exterius significat orationem fieri ad tale Altare. Sic Lu-

Solos ci num. 98. pag. 628. Anton. Fernandez in medula par. 3. cap. 7. §. 10. num. 3. & alij.

QVÆSTIO LXX.

An Quando quis unum tantum Altare quinque visitat; teneatur etiam, qualibet visitatione si vita, corpus, vel caput inclinaru in signum distincti visitationis?

NEGRANT etiam Doctores nuper, pro prima sententia, citati, præcipue Diana 5. par. loc. cit. Rodriguez, & Ludouicus de la Cruz apud Trullench, vbi infra.

Sed æque probabiliter Respondeo: Etiā teneri. Sic i. inuit Lugo, & tenet expresse Trullench lib. 1. cit. §. 6. dub. 2. num. 2. pag. mibi, 169. & n. 4. pag. 171. & innunt Bofsius, & Fernandez, ll. cc.

QVÆSTIO LXXI.

An Vbi reperiuntur quinque Ecclesiæ, sufficiat, ad obtinendam Indulgentiam Bullæ, visitare quinque altaria in eadem Ecclesia, vel in diversis?

RESPONDEO: Affirmative. Quia id clare colligitur ex contextu Bullæ, & ex communī praxi fidelium; qui, ex tentibus quinque Ecclesijs, solum quinque Altaria visitant. Sic Rodriguez §. 8. num. 9. & in addit. §. 8. num. 1. Diana 4. par. tr. 11. resol. 102. Trullench loc. cit. nu. 3. Machado vbi infra docum. 6. & alij. Quiadūnt, quod casu, quo quinque Altaria non reperiuntur, sufficiat, & debeat unum Altare quinque visitari, & est communis. Legatur Enriquez lib. 7. cap. 10.

QVÆSTIO LXXII.

An Quando in unica Ecclesia sunt tria, vel quatuor Altaria, sufficiat unum quinque visitare?

NEGRANT Trullench, in expositio. Bullæ lib. 1. §. 6. dub. 2. num. 3. per hæc verba: At, si sunt duo, tria, vel quatuor Altaria, non videtur sufficiens, unum quinque visitare, sed tenetur visitare Altaria, quæ reperiuntur, & loco Altarium, quæ deficiunt, alia, vel aliud Altare visitare vi-

cibus, quæ de sunt, vsque ad quinquies, hoc enim, magis menti Pontificis accedit. Sic ille.

Sed probabilius Respondeo: Sufficere; imo, & esse melius, unum altare quinquies visitare: Quia id est magis secundum literam, & contextum Bullæ. Sic Nuñus tom. 2. in 3. par. in exposito. Bullæ §. 10. pag. mibi, 761. & ex illo Diana 1. par. loc. cit. Ludouicus de la Cruz, in expositio. Bullæ disp. I. cap. 8. dub. 2. num. 3. & tere omnes Salmanticæ DD. & Magistri. & Machado l. c. n. 3.

QVÆSTIO LXXIII.

An Posset quis lucrari Indulgentiam Bullæ, visitando quinque Oratorium suum, ab Episcopo, pro Missa celebranda, approbatum?

NEGRANT Quidam junior, quem, tacito nomine, refert Trullench, vbi infra, nisi casu, quo ille, qui lucraturus sit Indulgentiam, sit infirmus, aut in oppido, in quo non sunt quinque Altaria.

Sed probabilius Respondeo: Posse absoluere. Quia Oratorium, in iure censetur Ecclesia. Sic Enriquez lib. 7. cap. 10. num. 1. lit. B. Vbi habet: Satis est visitare Oratoriū designatiū pro celebratione Missæ, licet arā non habeat; quia in iure censetur Ecclesia. Sic ille; & Rodriguez §. 8. addit. nu. 1. Trullench, dub. 2. cit. num. 2. Ludouicus de la Cruz, Vbi supra num. 2. Diana 5. par. tr. 12. resol. 43. Machado loc. cit. doc. 5. nu. 4.

QVÆSTIO LXXIV.

An Indulgentiam Bullæ possit quis multoties, eadem die, lucrari?

NEGRANT Paludanus in 4. diff. 20. quest. 4. col. 6. & olim, Nauar. notab. 15. de Indulg. ad finem. Cordoba de Indulg. quest. 20. Lopez cap. 8. pag. 840. col. 1. & Ludouicus de la Cruz disp. I. cap. 8. dub. 13. num. 10. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia Bulla, absque limitatione, hanc Indulgentiam concedit. Sic Angelus ver. Indulgentia §. 4. Nauar. notab. 32. num. 47. Rosseilla verb. indulgentia §. 12. Vbi ait, esse proxim. Tabiena §. 15. quos omnes refert, & sequitur Enriquez lib. 7. cap. 10. numer. 2.

T t litt.

Vitt. F. Villalobos tract. 27. clausula 8. n. 3. Rodriguez § 8. num. 15. Diana 1. par. tract. 11. resol. 104. & 5. par. tract. 12. resol. 45. Nuñus § 10. pag. mibi, 761. Trullench lib. 1. § 6. dub. 3. nu. 2. pag. 173. Machado tom. 1. lib. 3. par. 2. tr. 4. doc. 5. n. 5. & alij.

QVÆSTIO LXXV.

An Hanc Bullæ Indulgentiam possit quis incurari pro animabus Purgatorij, vel pro defunctis sibi bene visos?

RESPONDEO: Posse. Imototies, quoties potest pro se, iuxta ea, quæ nuper diximus; sicut etiam poterit pro se temel, visitatione una; & altera visitatione, pro defunctis, Indulgentiam conseqni. Sic colligitur ex illis verbis Bullæ: *Tam pro se, quam per modum suffragij pro defunctis, pro quibus visitauerint, consequantur.* Et sic Rodriguez §. 8. num. 13. Villalobos tom. 1. tract. 27. clausula 8. num. 8. Diana 1. par. tr. 11. resol. 104. Thrullench lib. 1. §. 6. dub. 4. & communis.

QVÆSTIO LXXVI.

An Adluerandas Indulgentias Iubilei, aut Bullæ teneatur confiteri, qui non habet conscientiam peccati mortalis?

AFIRMANT Sanchez de matrim. lib. 8. aifsp. 15. num. 19. & in summa tom. 1. lib. 4. cap. 54. nu. 41. Nuñus in addit. quæst. 27. art. 3. dub. 2. Floronius de casib. referu. par. 1. c. 6. §. 6. n. 3. Acosta in Bulla quæst. 14. dub. 2. Pollachus de Iubileio sect. 41. num. 20. Lauorius de Iubileio par. 2. cap. 14. nu. 85. Fernandez in me duilla cas. par. 3. cap. 7. §. 8. num. 8. Homobonus de cas. referu. cap. 5. obseru. 5. & Vega in Sum. tom. 1. cap. 54. nu. 41. quos omnes refert Diana 1. par. tract. 11. resol. 107. & 5. par. tract. 12. resol. 30. Quibus addi etiā rossunt, Adrianus in 4. tract. de Indulg. Corduba, de Indulg. quæst 25. Rodriguez in Sum. cap. 184. num. 12. & Granados Controu. 12. tract. 5. disp. 4. num. 16. Lublinus ver. Indulgentia, num. 29. Sotus in 4. diff. 21. quæst. 2. Durand. diff. 20. quæst. 4. Caiet. tom. 1. opusc. tract. 15. cap. 10. Et hanc sentiam esse tuiorem, dicit Bossius, ubi infra. Sed probabilius Respondeo. Non ten-

ri. Quia usus Ecclesiarum est, ut quando praecipit Confessionem, intelligatur de mortali bus, ut constat, ex cap. omnis & triusq; sexus, Et ex illo, id docent Suarez di sp. 52. sect. 3. num. 5 Zanard. in Director. Confess. par. 1. de Sacram. pœnit. cap. 21. quæst. 24. Loricinus in Thesauro Theologiae, verb. Jubilei. num. 21. Comitol. in respons. moral. lib. 1. quæst. 39. Reginald. lib. 7. cap. vlt. nu. 173. (non 147. vt habet Diana 5. par. ubi infra) Bellarm. de Indul. lib. 1. c. 13. q. 3. Graffius, par. 1. lib. 4. cap. 15. num. 19. Egidius disp. 12. dub. 7. num. 38. Filliuc. tract. 8. cap. 6. n. 145. Enriquez lib. 7. cap. 12. num. 2. Bonac. disp. 6. de pœnit. quæst. 1. punct. 5. nam 7. Molfes. tom. 1. sum. tract. 7. cap. 26. num. 79. Ludouicus à Cruce in Bulla disp. 1. cap 8. dub. 7. num. 12. Benzonius de Iubileio lib. 5. cap. 1. Leo, de Iubileio par. 1. num. 75. Fabrinus de Iubileio cap. 35. dub. 6. Sanctarellus de Iubileio cap. 14. dub. 2. & 4. Laymæ lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 7. Bottonus de Iubileio Sixti V. fol. 182. & 183. Portel in dub. regul. verb. Iubileio num. 6. Zerola de Iubileio lib. 1. cap. 15. dub. 16. Faustus de Iubileio lib. 4. quæst. 36. & Villa lobos tract. 26 diff. 24. numer. 11. quos omnes sic refert, & sequitur Diana, locis ubi supra citatis. Quibus adhuc addi possunt Lugo disp. 27. num. 100. Doctissimus Navarrus notab. 18. num. 1. & 17. & notab. 30. num. 6. Trullench, in Bulla lib. 1. §. 1. dub. 15. num. 9. Philippus de la Cruz, in Thesauro Ecclesiæ tract. 1. §. 10. num. 6. Lublinus verb. Iubileum num. 13. (iam sibi contrarius) doctus Bossius de Iubileio se & 4. casu 19. §. 3. numer. 39. pag. mibi, 432. Qui pro hac nostra, & sua sententia, citat etiam Homobonum, 2. par. exam. tract. 11. cap. 12. quæst. 29. requisitio. 5.

QVÆSTIO LXXVII.

An Teneatur confiteri ad consequendam Indulgentiam, qui commisit culpam mortalem, quam non est Confessus?

RESPONDEO: Non teneri; dum modo in Bulla non exprimatur Confessio. Ratio est. Quia existēs in gratia per cōtritionē, est capax consequēdi Indulgētias: ergo si Superior cōcedēs illas non requirat Confessionē, nullo modo erit

erit necessaria. Sic Nauar. notab. 18. Suarez, Bonac. Granados, & alij, infra citandi, & communis.

QUÆSTIO LXXVIII.

An. Si in Bulla exigatur Confessio, (vt si dicatur omnibus vere pœnitentibus, & confessis; seu contritis, & confessis, qui hoc, vel illud fecerint, concedimus plenariam Indulgentiam) necessaria sit Confessio illi, qui commisit mortale post Confessionem

NEGLANT adhuc esse necessariam Confessionem actualēm: sed sufficere veram, & perfectam contritionem, cum Confessione in voto; aut cum proposito confitendi tempore debito secundū statutum Ecclesie, Suarez disp. 50. sect. 3. n. 4. & disp. 52. sect. 3. n. 12. & 13. Enriquez lib. 7. cap. 12. n. 1. Filliuc. tr. 8. cap. 6. n. 148. Ludouicus à Cruce in Bulla disp. 1. c. 8. dub. 7. num. 5. quos citat, & sequitur Diana par. 5. tr. 12. resol. 30. Qui etiam citat, pro hac parte, Emmanuel Sa, verb. Indul. n. 3. & Egidium de Sacram. disp. 12. dub. 7. nu. 38. Sed utrumque male, vt infra. Tenent tamen illam etiam, Palud. diff. 20. q. 4. ar. 2. & Siluest. ver. Indulg. q. 7. & vt probabilem sequitur Lugo disp. 27. n. 94. pag. 620. Ita etiam apud Bossium, Abbas, Ioan. Andreas, Cardin. Palud. & alij.

Sed probabiliter Respondeo: Necessaria est illi actualēm Confessionem de peccatis mortalibus commissis non dum Confessio, & tunc temporis, quando cuius intendit lucrari Indulgentiam, seu Jubileum; neque sufficere solam contritionem cum voto, seu proposito confitendi, tempore ab Ecclesia statuto. Quia id clare exigitur in Bulla. Sic Egidius, & Sa, locis à Diana, pro sua sententia citatis. Nam Egidius hæc dicit verba: *Dubitant etiam Autores, virum quando conceditur Indulgentia contritis, & confessis; conscienti peccati mortalitatem, necessaria est actualis Confessio? Contritione enim sufficere multi probabile putant. Sed contrarium est longe securius. Sic Egidius. Et Sa, Sic. Cum ad Indulgentiam requiritur Confessio, sufficere quidam putant contritione cum proposito confitendi tempore debito ex precepto, Palud. 4. diff. 20. ar. 2. Panorm. cap. Omnis utriusq. sexus de penit. n. 212. & quidam alij. Ego non puto. Anton. 1. par.*

tit. 10. c. 3. §. 2. & 5. Angel. n. 17. Cajetanus opusc. de Indulg. ad Iultum, cap. 10. Adrian. Nauar. not. 18. & alij, nisi forte in eo, qui non potest cōfiteri. Sic Sa, in etrag. editione. Victorellus in add. ad eumā. Bellarm. lib. 1. de Indulg. cap. 13. q. 3. Corduba q. 27. Acosta in Bulla Cruc. q. 14. Lauorius de Iubil. par. 2. cap. 10. n. 51. Sanctarell. cap. 14. dub. 3. Leo, par. 1. de Iubil. n. 65. Zerola de Iubil. lib. 1. cap. 35. dub. 3. n. 51. & 55. Layman lib. 5. tr. 7. cap. 6. nu. 7. Bonac. disp. 6. quæst. 1. pun. 5. num. 5. Villalob. in Summa tr. 26. diff. 11. n. 4. Granad. Contro. 12. tr. 5. disp. 4. num. 2. Reginald. Durand, Grafius, & alij apud ipsos. Bossius sect. 4. cit. casu 19. §. 3. num. 44. & clariss. §. 6. n. 54. & pud ipsum etiam, Cajet. Nauar. Corduba, & alij plures.

QUÆSTIO LXXIX.

An. Qui, intra tempus à Jubileō præscriptum, confitetur, sed int̄ bebatimā finem (in quo consequitur Indulgentiam) ineedit in mortale, teneatur iterum confiteri

AFIRMANT Suarez disp. 52. sect. 3. num. 7. Filliuc. tract. 8. cap. 6. nu. 187. Villalobos tract. 26. diff. 11. num. 2. Sanctarellus de Iubileō. cap. 14. dub. 4. & Graffus lib. 2. Append. cap. 5. num. 9. & Bossius sect. 4. casu 19. §. 2. num. 22. Sed probabiliter Respondeo: Non teneat iterum confiteri; sed sufficere tunc habere contritionem ad Indulgentiam lucrandam. Quia in Jubileō, sollempniter exigitur unica Confessio: sed hec iam ab illo fuit facta; ergo. Sic Granados loc. cit. num. 8. Præpositus in 3. par. quæst. 14. de Indulg. dub. 10. num. 84. & Nuñus in addit. quæst. 23. ar. 3. dub. 4. quos citat, & sequitur Diana, 5. par. tr. 12. resol. 1. Quibus addi posunt Lugo disp. 27. num. 101. pag. 621 & Bonac. loc. cit. nu. 9. Qui idem affirmant dicendum, casu quo quis alicuius obliniscatur peccati; aut ex causa inculpatè peccatum aliquod in Confessione omittat. Et bene, quidquid adhuc cum Graffio loc. cit. congradicat Bossius n. 23.

. pag. 430.

(§)

QVÆSTIO LXXX.

An. Si quis fecit intra hebdomadam, confessionem sacerilegam, sufficiat ad effectum Iubilei, babere contritionem, ante finem hebdomadae?

AFFIRMAT Diana 3. par. tract. 4. resol. 148. Qui etiam assert propter Patrem Enriquez lib. 7. cap. 9. num. 5. Fernandez in examine Theolog. Moral. par. 3. cap. 7. §. 8. num. 1. & Bartholomaeum à S. Fausto de Iubileo lib. 4. quest. 146. Sed non bene, quia ex his, quos citat authoribus, solus Faustus docet hanc sententiam, ut bene notat Lugo, ubi infra.

Sed certissime fere Respondeo: Non sufficere habere contritionem, sed debere iterum valide confiteri. Quia confessio sacerilega, quam fecit, non fuit confessio, sed iteratio: ergo, ut ille lucretur indulgentiam Iubilei, iterum debet valide confiteri. Sic Sanctarellus, Petrus Prost, Zanardus, & Alphonsus de Leone, apud Dianam, loc. cit. Lugo disp. 27. num. 103. pag. 621. Suarez disp. 52 sect. 3. num. 6. insine, & alij.

QVÆSTIO LXXXI.

An Ad lucrandum Iubileum, sufficiat confiteri Dominica sequenti?

NEGLIGANT Filiuc. tract. 8. cap. 10. n. 272. (Vbi ait, ferri, ita respondisse Clementem VIII. licet concesserit Pœnitentiariis Sancti Petri, ut etiam, die Dominica, à reseruatis absoluenter, Portet verb. Indulgent. 2. nu. 6. Alphonsus de Leone, & alij, quos assert Diana 2. par. tr. 15. resol. 28.

Sed longe probabilius Respondeo: Sufficere confessionem, fieri Dominica sequenti. Quia indulatum est posse illa die communicare: ergo & confiteri; nam confessio communionem commitatur. Sic Nauar. notab. 19. num. 19. Eniq. lib. 7. cap. 10. nu. 8. Socio dist 21. q. 2. ar. 3. Rodrig. §. 2. dub. 5. quos citat, & sequitur Acosta in expos. Bull. q. 14. dub. 3. Reginald. lib. 3. cap. ultim. num. 173. Villalob. tract. 26. diff. 11. num. 17. Sanctarellus de Iubil. cap. 7. dub. 1. Bonac. disp. 6. q. 2. punct. 5. num. 34. Sa, verb. Indulgentia num. 13. Vega tom. 2. cap. 7. casu 5. Molfessius, tom. 1. cap. 16. tract. 7. nu.

43. quos omnes, sic refert, & sequitur Diana loc. cit. Sed ex his authoribus, id non docet Sa, docet tamen illam alij; quibus etiam addi possunt Lugo disp. 27. n. 107. Graffius lib. 4. cap. 15. num. 39. & Bossius sect. 4. casu 19. §. 4. num. 47. & apud ipsum, Zerola, Bottonus, Corduba, & alij, Lublinus verb. Iubileum. num. 17. & communis.

QVÆSTIO LXXXII.

An Ad lucrandum Iubileum, sufficiat etiam Confiteri, ipsa die Dominica, qua solet promulgari?

NEGAVIT Pater Ioannes de Salas, de hac re consultus, ut refert Lugo loc. cit. num. 106. pag. 622.

Sed certissime Respondeo: Sufficere. Quia id praxis testatur. Si quidem ipsa Dominica die, qua promulgatur Iubileum, virtute illius, Confessarij, absque ullo scrupulo, à reseruatis absoluunt. Sic Filiuc. & lo, Lugo ll. cc. & omnes.

QVÆSTIO LXXXIII.

An, Qui tempore Iubilei ob impotentiam physicam, vel moralam, non potest Confiteri, possit lucrari Iubileum, si alia opera prescripta faciat?

NEGAT; Diana 5. par. tract. 12. resol. 29. referens pro se. Suariū disp. 52. sect. 3. num. 6. Bartholomaeum à Sancto Fausto de Iubileo lib. 4. q. 41. Filiuc. tr. 8. c. 6. n. 146. Iano-rium, Homobonum, & Alphonsum, & Franciscum de Leone. Quibus addi possunt Bonac. loc. cit. nu. 17 & Victorellus in addit. ad Sa, verb. Indulgentia subfinem. & apud Bossiam, Sanctarell. de Iubil. c. 14. dub. 12.

Sed æque probabiliter Respondeo: Posse lucrari. Quia ex pia mente Pontificis presumi debet in tali casu sufficere contritionem. Sic Enriquez lib. 7. c. 10. n. 6. in Glos. lit. II. & cap. 12. n. 12. in Glos. lit. H. Reginald. lib. 7. cap. vlt. n. 172. & 185. Layman lib. 5. tr. 7. c. 6. n. 7. Fernandez, in Medulla cas par. 3. c. 7. §. 8. n. 3. Zanard. in direct. Theol. par. 1. de pœnit. cap. 21. q. 20. Vega par. 2. sum. c. 7. casu. 21. & Zerola de Iubil. lib. 1. cap. dub. 13. & 60 quod omnes citat Diana loc. cit. & secutus fuerat 3. par. tr. 4. resol. 150. licet postea, sententiam muta-

mutaverit. His addi etiā possunt Navar. notab. 13. n. 14. Sa. ver. Indul. n. 3. Unde male citat illum Bonac, pro sua sententia, (forte voluit citare Victorem.) Bosius se cō. 4. casu 19. §. 1. num. 17. dicens, iuxta hanc nostram sententiam, affirmandum esse, quod ille, qui contritus voluit confiteri, & ob defectum Confessarij; vel ob ægritudinem gravem; vel ob multitudinem pœnitentium confluentium, vel ob oblinionem inuencibilem, non potuit confiteri, vel ob malitiā, aut rigorem Confessoris, obtinere absolutionē, lucretur indulgentiam. Sic infert Bosius ex Navarro, Zerola, Enriquez, Curiel, & ex alijs.

QVÆSTIO LXXXIV.

An Religiosi, qui Iubileum lucrari volunt, teneantur eligere Confessarium ab Episcopo loci approbatum?

AFFIRMANT Suarez tom. 4. disp. 28. sect. 6. num. 11. Enriquez lib. 6. cap. 6. num. 4. & lib. 7. cap. 22. num. 5. Fagundez de præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 12. Reginald. lib. 1. num. 175. Faustus de Iubileo. lib. 4. quæst. 88. His accedunt Fillius tract. 8. cap. 10. num. 273. Polachus de Iubileo, se cō. 43. num. 63. & Lezana in qq. regul. cap. 19. num. 19. casu, quo in Bulla Iubilei dicatur; confitendum esse cum Confessario approbato ab Ordinario loci; secus vero, si dicatur, confitendum esse cum approbato ab Ordinario. Bosius (vbi infra) num 7. pag. mihi 323. & apud ipsum, Valentas, verb. absolutio, diff. 1. num. 21. Naldus verb. Iudicantur, num. 9. & alij.

Sed absolute, & probabilis, Respondeo: Non teneri: sed sufficere Religiosis eligere Confessarium ab ipsorum Superiori tantum modo approbatum. Sic optime Bonac. loc. cit. num. 25. Zerola, Sorbus, Coriolanus, Homobonus, Zanard. Sanctarellus, quos citat, & sequitur Alphonsus de Leone de Iubileo, par. 2. num. 212. & id est satis probabile, & tutum, docent Bosius (de Iubileo se cō. 3. casu. 3. num. 10. & Diana 5. par. tract. 12. res. 37. Tenent etiam Graffius lib. 4. decisi. cap. 15. nra. 12. Bottonus, Ioannes de la Cruz, & Lauorius apud ipsos. (•?)

QVÆSTIO LXXXV.

An Tempore Iubilei possit Regularis; sine sui Superioris licentia, confiteri cum Confessarijs approbatis, extra suum Ordinem?

NEGLANT posse; nisi alias in Bulla Iubilei contineatur clausula derogatoria priuilegiorū, Fillius, Polachus, & Molfes. quos refert Bosius, vbi infra.

Sed probabilius Respondeo: Posse: dum modo in Iubileo detur generalis facultas eligendi Confessarium specificè comprehendens etiam Religiosos. Sic Bosius loc. cit. casu 4. n. 17. Leo. loc. cit. n. 209 & Diana loc. cit. Quinimo addunt, nec posse Superiorē, in eo casu, prohibere suis subditis, ne confiteantur Sacerdotibus secularibus, vel Regularibus alterius Ordinis.

QVÆSTIO LXXXVI.

An Etiam Moniales, tempore Iubilei, possint eligere quoscumque Confessarios ab Ordinario approbatos?

NEGLANT posse, sine expressa licentia Ordinarij ipsarum Monialium, Faustus, Molfessius, Leo, Ioannes Suarez, quos affert, & sequi videtur Diana, 3⁴ par. tract. 4. resol. 154.

Sed probabilius Respondeo: Posse; si in Iubileo concedat Pontifex, sive expresse, & specificè Monialibus, vt tempore Iubilei possint eligere Confessarium approbatum ab Ordinario loci; sive etiam generalem facultatem omnibus utriusque sextus fidelibus, etiam regularibus, sumendi sibi Confessarij ab Ordinario approbatum. Sic Bonac. loc. cit. num. 22. infine. Bosius, & Laurentius de Peyrinis, quos citat, & credo, quod, mutata sententia, sequitur Diana 5. par. tract. 23. resol. 12.

QVÆSTIO LXXXVII.

An, Qui partem operum adimpleret in prima bebaomada, & partem in secunda, lucretur Iubileum, quando in eo prescribuntur due habendomadæ?

AFFIRMANT Bonac. loc. cit. num. 34. Molfessius in sum. tract. 7. cap. 16. n. 49. & 50. Naldus in sum.

ter. *Indulgentia num. 14.* Layman, lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 10. & *Pripositus in 3. par. D. Thom. q. 14. de Indulg. dub. 10. nu. 87.* quos omnes affert, & sequitur Diana 3. par. tract. 4. resol. 153. & 5. par. tr. 12. resol. 24. Quia (inquiunt) non constat debere omnia opera, intra vnam, & eamdem hebdomadam, fieri.

Sed probabilius longe Respondeo: Non lucrari. Quia longe probabilius est, non posse dividere opera, inter duas hebdomadas; Nam, hoc est contra fidelium praxim, contra Doctorum mentem; imo & contra verba ipsius Bullæ, ut bene probat Lugo, *disp. 27. num. 105. pag. 622.* Sic ipse; & ante ipsum, Enriquez *lib. 7. cap. 13. n. 2.* Vbi sic ait: Si quis prima hebdomada ieunauit, & dedit eleemosynas, non satis est, vt in secunda hebdomada, solum communicet, sed omnia opera intra vnam hebdomadam expleri debent. Sic ille. Nauar *notabili 34.* Nusus in add. quæst. 27. ar. 3. dub. 15. Vgolinus de potest. Episcopi *cap. 41. §. 4. nu. 5.* Moure in exam. Theolog. moral. par. 3. cap. 7. §. 3. n. 5. Leo, Sanctarellus, Zerola, & Lauorius apud Diannam, 5. par. loc. cit. Philippus de Cruce in *Thesauro Ecclesiæ tract. 1. de Iubile. §. 18 num. 3. pag. 132.* & apud ipsum, Angelus, & Rosella, & communis. Imo, & Molfes. loc. cit. à Diana pro contraria sententia, nostram docet, absolute *num. 50.* licet oppositam, esse valde probabilem, & piam, affirmet *num. 49.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

An. Qui Iubileum lucratus est prima hebdomada, possit illud in secunda iterum lucrari, & a reservatis absoluiri?

AFFIRMANT Enriquez *lib. 6. cap. 16. num. 3.* & *lib. 7. cap. 11. num. 1.* Reginald, *lib. 8. cap. 5. sect. 2. nu. 64.* Graffius in appendice ad suas decis. *lib. 2. cap. 5. num. 23.* Vega *cap. 7. easu 19.* Molfes. *in summa tom. 1. tract. 7. cap. 16. num. 45.* Floronius de casib. reservatis *par. 1. cap. 6. §. 5. num. 2.* Moure in examine Theolog. par. 3. cap. 7. §. 8. nu. 4. Zanard. in direct. Confess. *par. 1. de pœnit. cap. 21. quæst. 30.* Naldus in *Sum. verb. Indulgentia. num. 4. & 5.* Leo, de *Iubil. par. 2. num. 183.* Sanctarellus de *Iubil. cap. 5. dub. 4.* Lauorius de *Iubile. par. 1. cap. 21. nu. 65.* Zerola de *Iubil. lib. 1. c. 16. q. 20.* Benzonius de *Iubil.*

lib. c. 15. dub. 23. Quos omnes citat, & sequitur Diana, 2. par. tract. 17. resol. 49. & 3. par. tr. 4. resol. 151. & 5. p. 12. resol. 28. His addi adhuc, possunt Nauar. de *Iubil. 32. n. 46.* Rodrig. *in sum. cap. 183. n. 17. pag. 604.* Philippus de *Cruce loc. cit.* & apud ipsum, Angel. & Rosella, Bossius de *Iubil. sect. 1. easu 40. n. 8.* & apud ipsum, Hieronymus Pharao de *Sacram. pœnit. sef. 8. cof. 8.*

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia verba Bullæ id significant; dum solum concedunt indulgentiam plenariam, altera ex duabus hebdomadis. Sic S. Thom. in addit. q. 25. art. 2. ad 4. Palud. *dist. 24. q. 4. Corduba lib. 5. q. 23.* Imo, & Nauar. *notabil. 31. n. 63.* Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 16. n. 16.* Sanch. *lib. 4. sum. c. 54. n. 30.* Bonacina *disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 2. n. 17.* Raphael de la Torre *to. 1. in 2. 2. q. 88. ar. 12. disp. 6. n. 8.* Filliuc. *tr. 8. c. 10. n. 261.* & *nu. 278.* Vbi refert Clementem VIII. ita respondisse; & Sacram Congregationem Concilij, ita declarasse mense Maio anno 1620. Portell in addit. ad dubia regul. verb. *Iubil. n. 10.* & ver. *Indulg. n. 16.* Faustus in *Thes. rel. lib. 4 q. 61.* Lugo *disp. 27. n. 122. pag. 624.* Candidus *disquis. 24. ar. 69. dubit. 57. pag. 205.* Layman *lib. 5. tr. 7. cap. 8. num. 8.* & alij.

QVÆSTIO LXXXIX.

An. Si quis Matriti lucratus sit Iubileum, & postea veniat Complutum, ubi idem Iubileum celebratur, possit illud secundo lucrari, & a reseruatis absoluiri?

AFFIRMAT Alphonsus de Leone de *Iubile. par. 2. quæst. 17. num. 196.* apud Diannam, 3. par. loc. cit. Cui sententia necessario fauere debent Doctores, nuper pro prima sententia adducti.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia est idem Iubileum: ergo, non potest quis secundo illud lucrari. Secus esset dicendum, Si Matriti noluisset illud lucrari; nam tunc optime posset postea Compluti, illud consequi. Sic Lugo loc. cit. *num. 122.*

Diana loc. cit. & apud ipsos, Vgolinus, & Sanctarellus.

QVÆS.

QVÆSTIO XC.

An Qui, tempore publicationis Iubilei, est in Civitate, sed statim compulsus est ex ea discedere, possit postea, perfecto itinere, Iubileum consequi?

RESPONDEO: Posse. Nam facultas datur naniqntibus, & iter facientibus ita faciendi. Vult enim Pontifex, ut unusquisque habeat duarum hebdomadrum spatium, in quo cum quiete, & deuotione posset se præparare; quare licet in loco publicationis fuisset per totam primam hebdomadam: & in dimidio secundæ, iter agat, poterit, finito itinere, illud lucrari. Sic omnino Lugo *disp. 27. num. 123. pag. 623.* & credo communem.

QVÆSTIO XCI.

An Qui, tempore publicationis, est in Civitate, possit ibi incipere opera à Iubile præscripta, & prosequi in itinere, & in ipso lucrari Iubileum?

RESPONDEO: Posse. Quia non requiritur, quod omnia opera in eodem loco faciat. Poterit ergo, postquam quis visitauerit Ecclesiæ designatas, alibi confiteri, communicare, iejunare, elemosynas facere, & cætera. Sic Layman lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 11. quem citat, & sequitur Diana 5. par. tract. 12. resol. 53. & Lugo *loc. cit. num. 124.* hæc addens verba; Hinc autem probabiliter colligitur, quod possint omnia, etiam extra illum locum fieri: cur enim magis requiretur unum, quam aliud? solum posset esse difficultas de visitaione Ecclesiæ designatae in tali promulgatione pro tali loco: sed hoc opus, posset ratione itineris commutari, sicut, ob alia impedimenta, vel certe facile possent, ante ipsum iter, Ecclesiæ designatae visitari. Ratio autem à priori est, quod per præsentiam in loco, ubi promulgatur Iubileum, omnes ibi præsentes aequirunt ius ad illud lucrandum; omnibus enim præsentibus intimatur, & offertur illud privilegium: acquisto autem iure, possunt frui omnibus facultatibus ibi concessis. Sic optime, ut solet. Lugo.

(i)

QVÆSTIO XCII.

An Si quis, initio promulgationis Iubilei, non fuerit præsens, possit postea adueniens, ibi Iubileum lucrari?

RESPONDEO: Posse. Quia per præsentiam, statim acquirit idem ius, cum promulgatio temper perseveret. Unde licet adueniret feria quinta, posset facere commutare sibi iejunum feriæ quartæ in aliud opus, & prosequi faciendo alia opera requisita; quod etiam verum crederem, licet ipso Sabbatho adueniret: quia tunc potest, comutatis iejunis, subrogare alia opera, & visitare Ecclesiæ, ac confiteri: & die sequenti Eucharistiam sumere. Sic, etiam ad unguem, Lugo *loc. cit. num. 125.* ex parte, contra Lauorium, & Rodriguez infra citandos.

QVÆSTIO XCIII.

An Ad lucrandum Iubileum, sufficiat, quod fiat Sabbatho commutatio iejuniorum, & aliorum operum, que diebus precedentibus fieri debuissent?

NEAT Lauorius *de iubil. part. 1. cap. 21. num. 35.* ut refert Diana (ubi infra) qui etiam citat pro hac parte Emmanuel Rodriguez in *Sum. tom. 1. cap. 265.* (mibi 133.) Sic dicentem: Se ha de notar que la comutacion del ayuno, y de las demás cosas, se ha de hacer por el Confesor, no en el Viernes, ó en el Sabado, sino en el Miércoles, &c. Sic Rodriguez. Sed certe melius potest citari, pro opposita parte, quam pro ista. Nam post verbare lata, hæc addit verba: Mas es de aduertir, que aun que esta opiniones de hombres Doctos, tengo la contraria por muy probable, y aun verdadera; atento que en las grandes ciudades, no se puede hacer esta comutacion con facilidad en el Miércoles, ó antes del. Y mas, que no solamente puede ser comutandolo por hacer, mas aun lo que se auia de hacer, y no se hizo. Sic ille.

Probabilius ergo Respondeo: Sufficere commutationem iejuniorum, &c. Fieri in Sabbatho. Quia in Bulla iubilei, non restringitur, quoad hoc, facultas commutandi. Sic Enriquez *lib. 7. cap. 10. num. 6. & 8.* Pollachus *de iubil. sc. Et. 42. num. 66.* Leo de in-

bil. part. 2. num. 153. Bossius de iubil. sect. 1. casu 33. num 8. Filiuciis tom. 1. tract. 8. num. 271. Quos omnes refert, & sequitur Diana 5. part. tract. 12. resol. 25. Philippus de Cruce in thes. Ecclesia tract. 1. de iubil. §. 19. num. 2. infine. Quamvis in principio, in primam inclinasset parte, Lugo disp. 27. num. 120. Vega tom. 2. cap. 7. (non 27. ut citatur à Philippo) casu 48. & apud ipsum, Orellana, & Rodriguez. Et teneat alij mox citandi.

QVÆSTIO XCIV.

An Etiam, si ex malitia, quis omisit opera prescripta in iubileo, possit ultimo die illud lucrari, si dicta opera (quæ fieri debuissent) in alia à Confessario communitur?

NEGLANT Prepositus quest. 14. de indulg. dub. 10. num. 88. Vega, & Philippus de Cruce locis citatis, & alij non pauci.

Sed adhuc, probabiliter æque, Respondeo: Posse. Quia facultas commutandi opera Iubilei, se extendit ad præterita opera, non solum ob legitimam causam ægritudinis, impotentia, &c. omissa, vt concedunt citati Doctores, sed etiam ad opera omessa ex malitia. Sic Filiuc. num. 268. & 272. Pollachus, Leo, & Sanctarellus, quos affert, & sequitur Diana loc. cit. resol. 26.

QVÆSTIO XCV.

An Non solum ieunia, eleemosyne, &c. Sed etiam ipsa communio, & Confessio, possint quandoque in alia opera commutari à Confessario.

NEGAT Lugo loc. cit. num. 123. pag. 624. attendendo ad verba modernæ Bullæ, licet id affirmet, loquendo, iuxta formulam antiquæ.

Sed certe, etiam nunc, probabiliter Respondeo: Posse. Quia nec in Bulla moderna id absolute, aut explicite negatur; ergo, sicut olim, sic etiam nunc, communio, ac confessio commutari possunt. Sic Enriquez lib. 7. cap. 10. nu. 8. Vbi sic ait: Ultimo etiam die commutari posset confessio, communio vero infirmis posset commutari, quibus deferri

commodè non petet Eucharistia, & pueris, qui per statem ad iubilem admittuntur, vel patienti vœmitum: aut qui ex obliuione, & incuria bibit die designato cœmunionis. Sic Enriquez. Graffus, & Sanctarellus, qros ciitat, & sequitur Diana 5. part. tract. 4. resol. 152. de quo supr. disp. 12. quest. 52.

QVÆSTIO XCVI.

An Confessarius, qui commutationem operarum, per iubileum iniunctorum, aut votorum, debet facere, sit solus ille, cui pœnitens confitetur
vel confiteri
solet?

AFIRMARET debent Sayrus in clavi regialib. 5. cap. 60. num. 10. & lib. 6. cap. 11. num. 105. Lopez 2. part. instruct. conf. Vbi de clavibus, cap. 9. col. 8. Vega 2. tom. Sum. cap. 129. casu 34. Rodriguez in Bulla Cruc. §. 9. nu. 113. Sorbus in comp. privileg. mendicantū, ver. votum notab. 7. & Beia, insuis responso, 2. part. casu 9. Quia existimant, prædicam commutationem, necessario debere fieri in actuali Confessione.

Sed probabilius Respondeo: Non debere esse necessariò solum illum; sed quemlibet Confessarium posse esse. Vnde lucratuins Iubileum, optime poterit petere commutationem votorum, aut dictorum operum, ab uno Confessario, & postea confiteri cum alio. Quia probabilius est commutationem diuina, posse fieri extra Sacramentalem Confessionem, vt statim dicam; ergo sufficiens erit ad dictam commutationem facerdam quilibet Confessarius ex approbatib. ab Ordinario. Sic Enriquez loc. cit. Vbi sic ait: ijs, qui premissa omnia implete nec uiverint, commutari in alia ab Episcopo, vel Parocho, aut à Confessario, virtute Iubilei elecio, quamvis postea pœnitens huic non Confiteatur, sed alteri Sacerdoti, aut multis successione per eos dies Iubilei. Sic ille Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. num. 17. Laborius de Iubileo part. 1. cap. 25. num. 37. Diana 5. part. tract. 12. resol. 50. Qui citat etiam, pro hac parte, Vegam tom. 2. Sum. cap. 7. casu 19. Sed male profecto, quia ibi, nihil ad propositum dicit, & oppositum innuit loc. cit. Lugo loc. cit. num. 120. & alij.

QVÆS-

QVÆSTIO XCVII.

An Confessorius possit commutare vota virute Iubilei, Bullæ Cruciatæ, aut alterius priuilegij, extra Confessionem?

NE GANT (apud Diana^m) Moute in examine Thœolog. mor. part. 3. cap. 9 sect. 2. §. 17. num. 4. Rodriguez in Bulla, §. 9. num. 113. regula 9. Vegatom. 2. e. 129. casu 34. Peregrinus in sebolijs ad priuilegia sui Ordinis, tit. commutatio, §. 3. & in add. q. 12. Et apud Bossium, ubi infra, negant etiam, Corduba in Sum. quæst. 152. Beja 2. par. respons. casu 9. Sayrus lib. 6. clavis cap. 11. nu. 105. Sanctarellus de Iubil. cap. 8. dub. 3. & idem tenet Suarez 2. tom. de Religio. lib. 6. cap. 16. num. 4. casu, quo Bulla, seu priuilegium dicat, ut commutatio votorum fiat: *in foro pœnitentia, vel audita confessione*. Tenent etiam alij, nuper propria sententia, adducti.

Sed probabilius Respondeo: Posse, etiam quando in Bulla, seu priuilegio, ad sit dicta clausula, *auditis confessionibus; vel, in foro pœnitentia, seu Sacramentali*. Quia commutatio votorum, nullo modo indiget confessio ne. ergo. Sic Enriquez lib. 7. cap. 10. nu. 8. & cap. 30. num. 6. Sanchez loc. cit. num. 15. 16. & 17. Homobonus de examine Eccles. par. 1. tract. 5. cap. 6. quæst. 40. & part. 2. tract. 8. cap. 7. q. 22. Villalobos in Summ. tom. 1. tract. 27. clausula. §. 3. nu. 3. & tom. 2. tract. 34. diff. 29. num. 7. Tamburinus de iure Abbatum tom. 2. disp. 19. quæst. 2. nu. 5. Sancius in selectis disp. 14. num. 2. Layman lib. 4. tract. 6. cap. 10. num. 21. Faustus in Thes. Rel. lib. 4. quæst. 55. num. 2. & 3. Lauorius de Iubil. par. 1. cap. 27. num. 56. Bossius de Iubileto sect. 2. casu 28. nu. 2. & 7. Philippus de la Cruz in Thes. Eccles. tract. 1. §. 11. num. 10. Sanctarellus de Iubil. cap. 8. dub. 8. Polachus de Iubileto sect. 42. num. 66. Quos omnes refer, & sequitur Diana 1. part. tr. 11. resol. 45. & 2. part. tr. 2. resol. 9. & 2. part. tract. 5. resol. 25. & 4. tract. 4. resol. 8. & 5. par. tract. 12. resol. 36. Sed ad uerte, quod ex his, quos citat Authoribus: In prima parte loc. cit. citat Sanctarellum (quem non potui videre) pro contraria sententia, in 5. vero parte, loc. cit. pro nostra. Sed certe Bossius pro opposita sententia illum citat, ut vidimus. Tenent etiam nostram sententiam Bonac. quæst. 2. de voto puncto 8. §.

3. nu. 16. & Trullench lib. 1. Bullæ, §. 7. cap. 3. dub. 3. & lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 47. & alij.

QVÆSTIO XCVIII.

An Qui tempore Iubilei habebat votum, & noluit, pro tunc, illud sibi commutari; possit, transactio Iubileo, petere illius voti commutationem?

NE GANT Regius in Summa resol. casu 21. & apud ipsum, Graffius, & Beja, Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. num. 14. & 15. Bonac. tract. de legib. disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 3. num. 14. & Filliuc. tract. 26. cap. 10. num. 302.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia pœnitens, qui Iubileum, ut supponimus, consecutus est, acquisiuit ius ad hoc priuilegium, ut posset postea petere dicti voti commutationem. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 17. Vbi sic ait: Quamuis opera in Iubileo præscripta, ad eius assecutionem alligentur tempore designato in eo, itaut, eo tempore transactio fieri nequant: at ijs factis in illo tempore, consequens Iubileum comparat priuilegium, ut absoluatur ab omnibus reservatis, & in quibusdam secum dispensetur, & ut commutentur ei vota, usque ad Iubilei tempus emissa, &c. Sic Sanchez, & idem docet ibidem, n. 18. & disp. 32. n. 2. & in Sum. disp. 54. libri 4. nu. 39. & 40. Enriquez lib. 7. cap. 11. num. 4. Sayrus lib. 6. clavis Regie cap. 12. num. 17. Leisius lib. 2. cap. 40. dub. 16. num. 109. Portel, verb. indulgentia pro Iubileo, num. 18. & Bossius de Iubil. sect. 2. casu 47. pag. mibi 252. Quos omnes refert, & sequitur Diana 2. par. tract. 16. resol. 11. & 5. part. tract. 12. resol. 40. Quibus addo Fagundez lib. 2. in Decal. cap. 50. num. 17. cuius verba, quæstione sequenti, referemus.

QVÆSTIO XCIX.

An Transactio Iubileo, possint, commutari vota Pontificis reservata, quorum quis immemor, commutationem non petijt?

NE GANT Suarez loc. cit. num. 4. Filliuc. tract. 8. nu. 279. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 9. Lauorius

*de Jubileo part. i. cap. 14 num. 94. Polla-
cibus de Jubileo se^t. 42. num. 69. & alij.
Sed probabilius Respondeo: Posse; si tem-
pore Iubilei, ille à Confessario petierit, &
obtinuerit generalem commutationem, &
dispensationem votorum reseruatorum Ponti-
fici, concessam in Bulla, & Iubileo. Quia
tunc, clare cōstat censeri sublatam reserua-
tionem votorum reseruatorum oblitorum,
& transacto Iubileo posse commutari à quo-
cumque Confessario. Immo idem dicendum
puto, etiamsi intra tempus à Iubileo prae-
scriptū, nulla facti fuerit à Confessario dis-
pensatio, aut commutatio generalis voto-
rum reseruatorum, sed, aut nullavota pœni-
tentis sunt commutata, vel ea sola in specie,
qua ab eodem pœnitente fuerunt Confessa-
rio detecta, quia tunc etiam vota oblita po-
terunt tempore Iubilei elapsa ab alio Con-
fessario commutari, si pœnitens vere lucra-
tus fuerit Iubileum. Sic Sanchez lib. 8. de
matrim. disp. 15. nu. 16. & 17. & in Sum-
lib. 4. cap. 54. num. 37. & 39. Enriquez lib.
7. cap. 11. num. 4. Sanctarellus de Iubil. cap.
8. dub. 3. & cap. 13. dub. 1. Leo de Iubil.
part. 2. num. 200. & 201. Bossius loco citato
casu 44. Quos omnes citat, & sequitur
Diana 5 par. tract. 12. resol. 40. Ita etiam,
Fagundez loco citato. Vbi sic ait: Siquis tem-
pore Iubilei per oblinionem, vel alia de cau-
sa, non curavit vota sua commutari, aut dis-
pensari, potest id postea curare, & fieri, etiā
post annum, si ipse, intra tempus Iubilei, ope-
ra, ad Iubilei comparationē Pontifice, as-
signata, peregit. Sic ille.*

QVÆSTIO C.

*An Confessarius, qui virtute Bullæ, aut Iu-
bilei, potest commutare, & dispensare vota,
possit etiam commutare, & dispensare
iuramenta, circa eamdem mate-
riam votorum, soli Deo
facta?*

NEGLANT Nauar. cap. 27. num. 275.
& lib. 2. consil. 2. num. 6. Valentia
tom. 3. disp. 6. quæst. 6. punct. 4. Bo-
naci na in decem præc. disp. 4. quæst. 2. pun-
7. nu. 32. Azor lib. 11. cap. 10. quæst. 2. Les-
sius lib. 2. cap. 42. dub. 12. num. 60. & 62.
Petrus de Ledesma in Sum tom. 2. tract. 11.
cap. 4. diff. 4. & Barthol. 3. Santo Fausto in
Tbes. Relig. lib. 4. quæst. 41. num. 1. & alij.
Quia iuramenti vinculum (inquit) est spe-
cie distinctum à voto; ergo priuilegium con-

cessum ad commutanda, & dispensanda vota,
non debet extendi ad commutanda, & dispen-
sanda iuramenta.

Sed probabilius Respondeo: Posse etiam
commutare, & dispensare iuramenta soli
Deo facta. Quia licet vinculum iuramenti
sit distinctum in specie à voto; omnino tam-
en equiparantur; cum tota obligatio, & ma-
teria utriusque vinculi ordinetur ad solum
Deum; ipseque solus sit eius obligationis de-
bitor. Vnde communī fidelium existimatio-
ne, huiusmodi iuramenta, tamquam vota re-
putantur; ergo facultas circa vota, ad hanc
extenditur iuramenta. Sic Enriquez lib. 7.
cap. 30. num. 5. Sa, ver. iuramentum num.
32. Aragon 2. 2. quæst. 86. art. 9. & quæst.
88. art. 12. Viuald. 3. part. candel. cap. 14.
num. 8. Rodriguez in Sum. tom. 1. cap. 192.
num. 30. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap.
14. & nu. 6. Sayrus in clauiregialib. 5. cap.
8 num. 9. & alij, quos refert, & sequitur
Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 18.
& in Summa lib. 4. cap. 53. num. 8. Moure
in exam. Theolog. part. 3. cap. 9. se^t. 2. §. 17
num. 2. Filliuc. tract. 26. nu. 254. Leo trac.
de Iubil. part. 2. quæst. 12. & num. 68. Mol.
fessius in Summa tom. 1. tract. 11. cap. 156
num. 203. & Villalobos tom. 1. tract. 27.
claus. 9. §. 3. num. 29. Quos citat, & sequitur
Diana 1. part. tract. 11. resol. 41. & 3. par.
tract. 5. resol. 25. & 4. part. tr. 4. resol. 19.
& 5. part. tract. 12. resol. 57. Fagundez
lib. 2. in Decalog. cap. 51. num. 13. pag. 483.
Egidius Trullench, in expositio. Bullæ lib.
1. 8. 7. cap. 3. dub. 2. num. 3. Candidus tom.
2. disquisitio. mor. disquis. 25. art. 4. dubit.
1. & disquis. 26. art. 15. dubit. 1. Layman
lib. 4 tract. 3. cap. 11. num. 3. Bossius de Ju-
bil. se^t. 2. easu. 9 num. 21. pag. nibi 175. Ba-
silius Pontius de matrim. lib. 8. cap. 11. nu.
4. & 5. & communis.;

QVÆSTIO CI.

*An Confessarius, virtute Bullæ, aut Iu-
bilei, habens potestatem commutandi, & dis-
pensi vota, possit etiam commutare,
& dispensare vota iuramen-
to confirmata?*

NEGLANT absolute Enriquez lib. 7.
cap. 30. num. 5. Azor lib. 11. cap.
10. quæst. 2. Lessius lib. 2. cap. 40.
dub. 11. num. 94. Sayrus loco citato Aragon
2. 2. quæst. 88. ar. 12. dicto 4. Valentia tom.
3. disp. 6. quæst. 6. punct. 4. & alij, quos ci-
tat

tat Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 2. num.
23. & in Summa lib. 4. cap. 53. num. 17.

Alij vero, id, nō absolute, sed subdissin-
tione, negat. Dicunt enim, quod si iuramē-
tum præstetur, ad voti emissi confirmatio-
nem, vt si voureas eleemosynam, & istius voti
memor, iures tale votum seruaturum; tunc,
qui habet priuilegium commutandi, & dis-
pensandi vota, potest etiam commutare, &
dispensare ea, etiam si iuramento sint mun-
ta. Si vero iuramentum, non præstetur in vo-
tum confirmationē, sed independenter ab il-
lo, & tantū concomitanter; vt si voureas ele-
emosynam, & postea iddem iures, non quasi vo-
tū confirmans, sed, vel eius immemor, vel om-
nino independenter ab illo; tunc Confessari-
rius virtute Bullæ, aut Iubilei, habens facul-
tatem commutandi, & dispensandi vota, nul-
lo modo poterit commutare, & dispensare
vota iurata, aut quod idem est, votum, & iu-
ramentum simul concurrentia, circa eamdem
rem, & materiam. Ita Sanchez loc. cit. & apud
Ipsum, Rodriguez. Quibus addi possunt Ludo-
uicus à Cruce in expositio. Bullæ disp. 1.
cap. 6. dub. 6. num. 6. Candidus, disquis. 26.
cit. art. 15. dubit. 11. & Bonac. tom. 2. disp. 4.
quæst. 1. punit. 17. num. 11. Fagundez lib. 2.
in Decalogum, cap. 50. num. 14 pag. 484.

Sed probabilius sic Respondeo: Ille, qui
potestatem delegatam dispensandi in votis,
vel illa commutandi, habet, virtute Bullæ,
aut Iubilei, optime potest etiam, dispensare,
& commutare vota iuramento confirmatae,
etiam casu, quo iuramentum, & votum eiusdem
materiæ concomitanter se habeant, &
alterum factum sit Deo, sine cognitione alterius.
Quia parum refert ad obligationis vim
in ordine ad Deum, siue uno modo, siue altero,
iuramentum fiat; Sic Suarez de Religio.
tom. 2. lib. 6. cap. 14. & num. 19. Basilius Pon-
tius lib. 8. de matrim. cap. 11. num. 5. Quos
citat, & sequitur Diana 1. part. tract. 11. re-
sol. 43. & 3. part. tract. 5. resol. 24. & 5.
part. tract. 12. resol. 57. Quibus addo Regi-
dium Trullench loc. cit. dub. 3. num. 4. pag.
358. & lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 41.
Bossium loco citato Emanuele Sa, Ver. vo-
tum Vbi de voterum irrit. num. 16. Imo &
Sanchez II. cc. & Fillinc. tom. 2. tract. 26.
cap. 9. num. 256. Hanc sententiam, esse val-
de probabilem, & tutam, affirmant; &
pro illa, refert Fagundez loc. cit.

Aragonum, vbi supra dict. I,

Sed non ita be-
ne.

QVÆSTIO CII.

An Facultas delegata ad commutanda vo-
ta, extendatur ad iuramenta adiecta con-
tractui, in quo est turpitudo, aut iniur-
titia; vt ad iuramentum factum
homini, soluendi usuras, aut
extortum metu,

&c.

NEGLIGANT extendi Sanchez lib. 1. de
matrim. disp. 32. nu. 17. & in Sum-
ma lib. 4. cap. 53. num. 13. Suarez
tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 14. num. 13. &
tract. de iuramento cap. 41. num. 13. Bartho-
lomæus à Sancto Fausto. Sanctarellus, & Mol-
fessius, quos citat, & sequitur Diana 1. par-
tract. 11. resol. 41. Ludouicus à Cruce, in ex-
positio. Bullæ loc. cit. disp. 1. cap. 6. dub. 5-
num. 13. Laymantom 2. lib. 4. tract. 3. de iu-
ram. cap. 11. num. 8. Candidus, disquisitio.
26. art. 15. dubit. 13. ver. Dico vigesimo
sesto, & alij.

Sed probabiliter æque Respondeo: Exten-
di facultatem prædictam ad commutanda
prædicta iuramenta. Quia per hæc iuramen-
ta, nullum ius, homini illi, cui fiunt, acquiri-
tur: sed soli Deo: ergo rationem voti indu-
cunt, non aliter, quam si soli Deo iu-
ramentum fieret: sed sic est, quod potestas concessa
per Bullam, & Iubileum ad commutanda vo-
ta, se extendit ad commutanda iuramenta,
qua rationem voti inducunt, vt supra est ha-
bitum, ergo. Sic Barthol. de Ledesma in Sum-
ma Sacramentorum tract. de matrim. dub.
13 post. 3. concl. Rodriguez 1. tom. Summ.
in 2. editio. c. 44. n. 4. & cap. 189. n. 9. &
cap. 231. n. 4. Trullench in Bull. loc. cit. c. 3.
dub. 2. n. 7. pag. 354. (& in Decalog. 521.)
Quos citat, & iam illos sequitur, Diana 4.
p. tr. 4. resol. 19. & clariss. 5. p. tr. 12. resol.
56. Bosius de Iubileo se et. 2. casu 6. nu. 4.
pag. mibi 177. & Aragon 2. 2. q. 88. art. 12.
& si quis autem, & alij.

QVÆSTIO CIII.

An Ille, cui conceditur generalis facultas
ad omnia vota commutanda, possit, vi-
buius indulti, commutare vota Re-
ligionis, & Caſtitatis?

RESPONDEO: Non posse. Quia, ob spe-
cialiem, & antiquissimam reserua-
tionem, & materiæ grauitatem, non ve-
niunt

nunt, concessa predicta vota, in generali concessione, illa commutandi, vel dispensandi. Sic Sanchez lib. 4. Sum. cap. 50. num. 15. Suarez lib. 6. cit. cap. 25. Sotus lib. 7. de iustitia & iusta. 4. art. 3. Rodriguez tom. 2. Summ. c. p. 97. num. 1. Bonac. Filiuc. Layman. Bassilius Pontius, & alij, quos refert, & sequitur Bossius loc. cit. casu 8. n. 20.

QUESTIO CIV.

An Saltem, in illa generali concessione ad vota commutanda, comprehendantur, vota referuata, Peregrinationis in Hierusalem; ad limina Apostolorum Petri, & Patuli; & ad inuisendum D. Jacobum Compostellatum?

AFFIRMANT Sotus loc. cit. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 9. num. 2. Malde rus in 2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 10. Quos refert, & dicit probabile, Diana 5. part. loc. cit. resol. 58. Quibus addi potest Rodriguez loc. cit. Quia horum votorum referuatio, non est ita antiqua, nec tanti momenti, sicut referuatio voti castitatis, & Religionis; ergo comprehendendi debent in generali concessione commutandi, aut dispensandi omnia vota.

Sed probabilius adhuc Respondeo: Non comprehendendi illa tria dicta vota referuata, in illa concessione generali. Quia haec tria vota, etiam sunt Papae referuata, sicut sunt ati a duo, nempe, Religionis, & castitatis; at haec, non clauduntur in concessione generali commutandi vota: ergo neque haec claudi debent. Sic, mutata sententia, docet Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 40. n. 16. Suarez loc. cit. cap. 25. n. 4. Filiuc. tom. 2. tr. 26. n. 274. Layman lib. 4. tr. 4. c. 8. n. 7. Lauorius de Iubileo part. 2. c. 27. n. 6. Diana loc. cit. & Bossius loc. cit. n. 22. pag. 136. Qui tamen primam sententiam valde probabilem vocat. Et Trullench lib. 2. in Decalog. c. 2. dub. 41. n. 6.

QUESTIO CV.

An Ille, cui Papa concederet facultatem commutandi, vel dispensandi vota referuata, posset etiam commutare, vel dispensare. Quinque vota enumerata; nempe Castitatis, Religionis, Peregrinationis Romanae, Hierosolimitanae, & Compostellanae?

RESPONDEO: Posse. Quia satis exprimuntur; explicata referuatione; cum ratione illius tantum, speciali ex-

presione indigeant. Sic Sanchez loc. cit. n. 17. Suarez num. 5. & Diana, Bossius, & Trullench locis citatis.

QUESTIO CVI.

An Confessarius, cui virtute Iubilei datur facultas commutandi vota, exceptis Castitatis, & Religionis; possit commutare iuramenta ingrediendi Religionem, & obseruandi Castitatem?

AFFIRMANT Tabiena, in Summa veriarare, quæst. 20. num. 21. Petrus de Ledesma in Summa tom. 2. tr. 11. de voto. cap. 4. dub. 2. post. 5. consol. & insinuat Nauar. lib. 2. consil. de iure iurando, consil. 1. (alias consil. 3.) num. 24. & 5. & alij; dummodo dicta iuramenta non sint facta in favorem, & utilitatem proximi.

Sed probabilius longe Respondeo: Non posse. Quia, vel est iuramentum Deo factum; & sic includit votum: ergo si votum est Papæ referuatum, vt est castitatis, & Religionis; etiam erit referuatum iuramentum factum de Religione ingredienda, & servanda: Castitate: vel est iuramentum Religionis, & Castitatis, absolutum, & nullam promissionem Deo factam includens, sed solam obligacionem iuramenti continens (vt cum eius comminatore sibi ipsi iurat, se ingressurum Religionis, & Castitatis. ergo. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 13. num. 4. & in Summa lib. 3. cap. 19. num. 6. & lib. 4. cap. 54. num. 21. Caiet. 2. 2. quæst. 89. art. 9. Sotus de iust. & iure quæst. 1. art. 9. Rodriguez in Sum. tom. 2. cap. 100. num. 3. Toletus lib. 4. cap. 13. num. 2. Azor. lib. 11. cap. 10. quæst. 3. Quos omnes citat, & sequitur Trullench in exppositio. Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. n. 4. & lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 47. n. 6. Layman lib. 4. tr. 3. c. 11. n. 4. Valentia to. 3. disp. 6. q. 7. punct. 4. Aragon 2. 2. q. 88. ar. 12. Basilius de matrim. lib. 8. cap. 11. n. 3. Quos affert, & sequitur Diana 4. par. tr. 4. resol. 69. & 5. par. tr. 12. resol. 59. Luyfius Turrianus in suis sole etiis centur. 2. dub. 92. dicens (sed immerito) contrariū, esse improbabile. Bossius de Iubileo sect. 2. casu 9. num. 5. Fagundez lib. 2. in Decalogum cap. 42² num. 1. & communis.

QUÆSTIO CVII.

An Virtute Iubilei possit Confessarius commutare vota Religionis, & Castitatis emissa, metu leui, ab extrinseco incusso, ad extorquentiam votum?

NEGLANT Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto cap. 26. num. 4. & 5. Lauorius de Iubileo. 2. part. cap. 27. num. 187. & ante eos, Silvester verbo, votum, 4. quæst. & num. 4.

Sed probabiliter Respondeo: Posse. Quia non cœlatur Pœnitus velle, quasi iniuriam illam fouens, reseruare huiusmodi vota emissa per metu leuem, ab extrinseco incussum: ergo bene poterit, vi Iubilei, illa Confessarius commutare. Sic Angelus ver. votum, 4. num. 4. Taberna ver. dispensatio, quæst. 9. num. 11. Nauar. cap. 12. num. 69. Rodriguez cap. 243. num. 14. Enriquez lib. 11. cap. 15. num. 8. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 106. Quos omnes citat, & sequitur Sanchez in Sum. cap. 40. lib. 4. num. 30. Bonacina, Leo, & Layman, quos refert, & sequitur Diana 1. par. tract. 11. resol. 73. & 5. par. tract. 12. resol. 61. Bossius loc. cit. casu 14. num. 4. pag. 209. & apud ipsum, Leo de Iubil. par. 2. quæst. 13. sect. 1. num. 97. Trullench cap. 3. cit. dub. 15. num. 27. in ultima editione. Candidus disquisitio. 25. art. 8. dubit. 6. Barthol. à Sancto Faustio lib. 3. de votorum commutatio. quæst. 5. & communis. Imo aliqui ex predictis Authoribus, probabile putant, (& merito,) dicta vota emissa, ex metu leui, esse irrita, & nulla; elegantur Nauar. Sanchez, Trullench, & Diana. Et Bossius II. 66.

QUÆSTIO CVIII.

An Virtute Iubilei, possit Confessarius commutare votum vouchendi Castitatem, seu Religionem?

RESPONDEO; Posse. Quia tale votum, non est reseruatum; cum non sit votum Castitatis, seu Religionis, sed illud promittendi. Sic Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 40. num. 70. Suarez lib. 6. cit. cap. 21. num. 7. Diana 1. par. tract. 11. resol. 76. Trullench in Eulla lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 15. num. 24. & Bossius loc. cit. casu

17. pag. 210. Malderus, Layman, Leo, & alij apud ipsum, & communis.

QUÆSTIO CIX.

An Votum non fornicandi, non committendi peccatum molitiae, non tangendæ mulierem libidinosæ, possit, vi Iubilei, commutari?

RESPONDEO; Posse. Quia nullum ex assignatis, est perfectæ Castitatis votum. Quia contra primum, & secundum, non delinquitur inueniendo matrimonium, nec contra tertium, se polluendo, absque desiderio coitus cum feminâ: ergo. Sic Nauar. lib. 3. consil. tit. de voto, consil. 42. alias 22. num. 21. nico Sanchez loc. cit. num. 67. Lessius lib. 2. cap. 40. num. 105. Graffis 1. par. de cis. lib. 2. cap. 31. num. 30. & 31. Barbosa, Moure, Molfelsius, Portel, Vgolinus, & Reginaldus, quos citat, & sequitur Diana loc. cit. resol. 61. Trullench loc. cit. num. 24. pag. 421. Candidus disquisitio. 25. art. 8. dubit. 9. & 14. Bossius de Iubileo sect. 2. casu 204 num. 1. & alij apud ipsum, & est communis.

QUÆSTIO CX.

An Votum non nubendi, possit vi Baillia, aut Iubilei, commutari?

NEGLANT Calet. tom. 2. opusc. trahido 11. de voto, quæst. 1. Valentia tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct. 9. concl. 4. & apud Gutierrez, & Sanchez, vbi infra, (ve refert Diana) Angel. & Nauar. Quia existimant, votum non nubendi esse reseruatum Papæ, & reduci ad votum Castitatis.

Sed probabiliter Respondeo: Posse commutari. Quia cum non sit simpliciter Castitatis votum, sed tantum, votum partis Castitatis, cum per fornicationem non violetur, non est reseruatum. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 11. & lib. 4. Summa cap. 40. num. 66. Qui, pro hac parte, citat plusquam 26. Authores; inter quos, sunt Nauar. in Man. Latino cap. 12. num. 76. & cap. 22. num. 85. (quamvis etiam pro contraria illum citat in Sum. Hispana, eodem cap. 12. num. 76.) Valentia (etiam pro contraria ab ipso loc. cit. relato) 2. 2. disp. 6. punct. 7. col. 10. Y4 Gutier

Gutierrez qq. Canon. lib. 2. cap. 22. num. 49. Sa. ver. votum. vbi de irrit. num. 11. Enriquez lib. 7. cap. 30. n. 6. Sayrus lib. 6. cap. 11. num. 47. Petrus Ledesma 2. tom. Summa tract. 10. cap. 3. dub. 7. Suarez tom. 2. de Relig. tract. de voto lib. 6. cap. 21. num. 9. & Azor tom. 1. lib. 11. cap. 19. quest. 5. Sic etiam Barbosa de potest. Episcopi, part. 2. alleg. 37. num. 17. Portel, Vgolinius, Ioan. de la Cruz, & alij, quos citat, & sequitur Diana 1. par. tract. ii. resol. 59. Ludouicus à Cruce in Bulla disp. 1. cap. 6. dub. 14. num. 4. Trullench loc. cit. num. 23. & lib. 2. in Decalog. cap. 3. dub. 49. num. 22. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 3. Candidus disquisitio. 25. art. 8. dub. 12. Bosius loc. cit. num. 2. & apud ipsum, Homobonus, Leo, Lauorius, Faustus, Laymam, Malderus, Bonacina, & alij.

QVÆSTIO CXI.

An Virtute Bullæ, aut Jubilei, possit commutari votum Castitatis, aut Religionis emissum pro tempore limitato, ut ad annum?

RESPONDEO: Posse. Quia votum, quod in Jubileis excipitur, est simpli citer votum Castitatis, vel Religionis; de cuius essentia est, quod sit perpetuum: ergo cum illud non sit perpetuum, nullo modo erit Pepe reservatum. Sic Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 9. num. 6. & disp. 15. num. 4. & in Summa lib. 4. cap. 40. num. 43. & apud ipsum, D. Thom. Caiet. & Lopez. Diana loc. cit. resol. 60. Trullench loc. cit. num. 22. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 1. pag. 447. Bosius de Iubil. sed. 2. casu 20. num. 5. & 6. Rodriguez, Lauorius, Leo, & alij apud ipsum.

(3)

RESPONDEO: Non posse. Quia tale votum censetur perpetuum, cum vita hominis non presumatur amplius dura: ergo non poterit commutari virtute Iubilei. Sic Sanchez in Summa loc. cit. num. 49. Trullench, & Candidus, Bosius loc. cit. & communis.

QVÆSTIO CXII.

An Virtute Bullæ, aut Jubilei, possit commutari votum virginitatis seruandas?

RESPONDEO: Non posse: nisi casu quo, expresse noluerit vobis, se ad Castitatem obligare, sed ad solam corporis integritatem seruandam; consistet in abstinentia a primo actu luxurie, per quem virginitas deperditur; quia quando haec expressa intentio, non reperitur, est votum absolutum Castitatis; ac proinde incom mutabile, vi Bullæ, aut Jubilei. Sic Sanchez de matrim. loc. cit. num. 4. & in Summa loc. cit. num. 65. & apud ipsum, Sayrus, Azor, & Lessius. Candidus loc. cit. dub. 10. & 11. & apud ipsum, D. Thom. Caiet. & Lopez. Diana loc. cit. resol. 60. Trullench loc. cit. num. 22. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 1. pag. 447. Bosius de Iubil. sed. 2. casu 20. num. 5. & 6. Rodriguez, Lauorius, Leo, & alij apud ipsum.

QVÆSTIO CXIV.

An Virtute Bullæ, aut Jubilei, fit commutabile votum Castitatis coniugalis?

RESPONDEO: Esse commutabile. Quia hoc votum, non est totius Castitatis, sed partis; cum sic vobis, possit inire matrimonium. Sic Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 6. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 4. & in Summa lib. 4. cap. 40. num. 50. Diana loc. cit. resol. 62. Trullench loc. cit. num. 10. & apud ipsum, Ludouicus à Cruce, & lessius. Candidus disquisitio. 25. art. 9. dubit. 1. Bosius sed. 2. casu 20. num. 1. & apud ipsum, Lauorius. cap. 12. num. 76. Barbosa

bosi de potest. Episcop. part. 2. alleg. 27. num. 15. Filiuciustrati. 26. num. 264 Lay munib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 3. Lauorius, Leo, Maldemus, & alij. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 42. num. 9. & communis.

Notat tamen Trullench, ex Sanchez, hoc intelligendum esse, casu, quo votum Castitatis coniugalis, non sit annexum, auctoritate Pontificia, statui Religioso, ut est hodie statutum Equitum Ordinum Militarium (præter equites D. Ioannis, qui absolutam castitatem vovant) quia in tali casu, nec virtute Bullæ, aut Iubilei, poterit Confessarius commutare dictum votum Militarium, illud in sua professione emittebant.

QVÆSTIO CXV.

An Virtute Bullæ, aut Iubilei, possit commutari votum, quo alter Coniux, absque alterius liveness, promisit, se non petiturum debitum?

RESPONDENS Posse; etiam si ex alterius Coniugis licentia, tale votum missum sit. Imo, si vterque, ex licentia alterius, aut communni consensu, votum non peterdi, nec reddendi, nec fornicandi, mississet. Quia nullo modo est votum perfectæ Castitatis. Sic Sanchez de matrim. disp. 9. num. 8. & in Summ. loc. cit. num. 51. Diana loc. cit. resol. 58. Trullench loc. cit. num. 11. Candidus loc. cit. dubit. 2. Fagundez loc. cit. à num. 10. usque ad 13. Dossius loc. sis. & alij communiter.

QVÆSTIO CXVI

An Votum Castitatis missum ab uno Coniuge post consummatum matrimonium, sine consensu alterius, possit virtute Bullæ, aut Iubilei, commutari?

NEGANT Lopez 1. part. instructo- rij, cap. 47. in fine, & expressius Sayrus in clavi regia lib. 6. cap. 11. num. 25. & alij Neotherici.

Sed multo probabilius Respondeo; Posse commutari. Quia hoc votum, non est omnimo de Castitatis, cum ad non reddendum debitum obligare nequeat. Sic Sanchez lib. 8. de matri m. disp. 11. num. 4. & apud illum, Stirnica, Rodriguez, & Gutierrez. Ludouicus à

Cruce in Bulla disp. 1. cap. 6. dub. 14 num. 1. Trullench lib. 2. in Decalog. cap. 1. dub. 39. num. 15. & in exposito. Bullæ loc. cit. num. 12. pag. mibi, 414 Candidus, disquisitio. 25. art. 9. dubit. 3. & apud illum, Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 3. dub. ultimo, & Diana loc. cit. resol. 82. Fagundez nu. 14. & alij communiter, qui idem dicunt; quando Coniux, absque alterius licentia, continentiam vovisset.

QVÆSTIO CXVII.

An Votum Castitatis emissum ante contractum matrimonium, possit virtute Bullæ, aut Iubilei, commutari à Confessario, ut possit vocans petere debitum?

AFIRMAN T Viualdus in suo cas delabro par. 3. cap. 14. num. mibi 41. pag. 79. & apud Candidum, vbi infra, Sanctarellus de Iubileg. cap. 9. dub. 8. & 9. Quia Episcopus, inquit, potest dispensare in tali voto ad petendum debitum, ut docent Angelus, Tabiena, Enriquez, Valentia, Rodriguez, & alij, apud Diana 1. par. tr. ii. resol. 66. ergo etiam poterit Confessarius virtute Bullæ, aut Iubilei.

Sed certissime Respondeo. Non Posset virtute Bullæ, aut Iubilei, aut privilegiorum Religionis. Quia cum Castitatis votum sic Pontifici reservatum, eidem, ipsius obligatio, quæ est, ne Coniugis debitum petatur, reseruata est.

Vnde ad argumentum factum, bene respondebit Diana, quod, scilicet, quamvis Confessarius possit, vi Iubilei, commutare vota, quæ potest Episcopus, id intelligendum est, de votis, quæ potest Episcopus commutare iure Ordinatio, & ex natura reservationis, non autem de votis, quæ iure speciali, aut per consuetudinem (vt in casu nostro contingit) dispensare, aut commutare potest. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 9. & in Summa lib. 4. cap. 54. num. 20. Diana loc. cit. Trullench loc. cit. num. 19. pag. 419. & Candidus disquisit. 25. art. 9. dub. 8. Qui bene, ex Soto, notat, quod licet Episcopus possit cum tali vovente, ex iusta causa, dispensare ad consummandum matrimonium, & petendum debitum, tamen hæc commutatio solum durat, durante matrimonio, nam illo soluto, tenetur seruare votum simplex Castitatis.

QVÆSTIO CXVIII.

An Vi Bullæ, aut Iubilei, possit commutari votum Castitatis, quod eterque Coniux emisit, communis consensu, per modum contractus; facio, ut facias; vouco, ut voueas, &c.

AFIRMANT Maior in 4. distinct. 32. quæst. 2. col. 2. in solutio. ad 2. contra secundam conclusionem Vera cruz, Sa, & Palud. apud Sanchez, vbi infra.

Sed certissime Respondeo: Non posse. Quia hoc votum, est absolutæ, & integræ Castitatis. Vnde, neque Episcopus potest dispensare cum his coniugatis, ut matrimonio tantum, siue petendo, siue reddendo; nisi quando esset incontinentia periculum in alterutro, nec commode Pontifex, aut habens priuilegium ab ipso dispensandi, in hoc casu, adiri posset, præ paupertate; aut quia esset periculum in mora; quia tunc posset Episcopus dispensare, solum ad petendum, & reddendum debitum. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 11. num. 10. & lib. 4. Summa cap. 40. num. 57. & seq. Nauar. cap. 12. num. 59. Enriquez lib. 11. cap. 15. num. 8. Rodriguez, Vega, Sayrus, & alij apud Sanchez. Diana loc. cit. resol. 82. Trullench num. 16. Candidus art. 9. cit. dubit. 22. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 42. num. 21. & sequent. & alij communiter. Legatur Sanchez.

QVÆSTIO. CXIX.

An Vi Iubilei aut Bullæ, possit commutari votum assumendi Ordines Sapientie.

NEAT Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 5. art. 3. corollario. 1. Quia exiliat, votum hujusmodi esse idem quod votum Castitatis.

Sed certissime Respondeo: Posse. Quia votum hoc, non est Castitatis; sed votum assumendi statum, cui adnexa est Castitatis; ideoque etiam potest ab Episcopo dispensari. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 13. & in Summ. lib. 4. cap. 40. num. 69. Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 6. Sa. ver.

votum num. 30. Valentia, Azor, Rodriguez, Aragon, Vega, Lopez, Graffis, & Vinaldus apud Sanchez, Bonacina, Filliucius, Lanarius, Leo, Zerola, Nauar, Homobonus, Barbosa, & alij, quos refert, & sequitur Bossius sect. 2. casu 20. num. 9. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 6. Suarez 2. tom. de Relig. tract. de voto lib. 6. cap. 21. num. 7. & cap. 24. num. 2. Petrus de Ledesma 2. tom. Summ. tract. 10. cap. 8. Diana 1. part. tract. 11. resol. 64. Trullench lib. 2. in Decalog. cap. 1. dub. 39. num. 25. & in Bulla lib. 1. 6. 7. cap. 3. dub. 15. num. 26. Candidus disquisitio. 25. art. 8. dub. 13. & alij communiter. Vnde colligitur, quod diuersus voulens, non esset sacrilegus, fornicando; & si matrimoniū iniret, peccaret contra votum, at posset petere debitum. Sic citati DD.

QVÆSTIO CXX.

An Vi Bullæ, aut Iubilei, possit commutari votum ingrediendi Ordinem Milites, aut Maltes, siue D. Ioannis Hierosolimitani?

AFIRMARE possent, qui affirmantr predictos Milites, non esse proprie Religiosos. Hi sunt Graffis, Gonçalez, Sarmiento, & alij apud Dianam, vbi infra.

Sed certissime Respondeo: Nullo modo posse. Quia certissimum est predictos Milites esse vere, & proprie Religiosos, cum tria solemnia vota, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ emittant: ergo cum vota vera Religionis, vi Bullæ, aut Iubilei, commutari non possint, neque hoc poterit votum. Sic Nauarrus lib. 3. consil. de conuers. coniugat. cons. 2. Sanchez de matrim. loc. cit. num. 16. & in Summa loc. cit. nu. 73. Diana loc. cit. resol. 77. Trullench loc. cit. dub. 16. num. 6. Candidus loc. cit. art. 14. dub. 1. Rodriguez in Bulla §. 9. num. 122. Lopez part. 2 vbi de clauibus cap. 9. ad finem Bossius de Iubileo sect. 2. casu 19. num. 9. & apud ipsum, Leo, etiam Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 11. & communis.

QVÆ-

QVÆSTIO CXXI.

An Vi Iubilei, aut Bullæ, possit commutari votum ingrediendi Religionem militum Alcantarae, Calatravae, D.

Iacobi, S. Stephani, vel S. Mauritij?

NEAT expresse Lopez loc. cit. & negare possent, qui affirmant dictos milites esse tigrosoe, & vere Religiosos, ut afferunt Couarrub. in 4. decret. 2. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 18. Sanchez II. cc. & de statu Relig. lib. 7. cap. 29. nu. 105. Ramirez in tract. de fundatio. Ordinis S. Iacobi cap. 1. fol. 18. Rodriguez qq. regul. tom. 1. q. 1. ar. 8. Gregorio Lopez, Minchaca, Ayala, Vega, Mota, & alij, quos citat, & sequitur Sancius in selectis disp. 49. nu. 11. Basilius Pontius de impedim. matrim. causa 27. q. 2. §. 4. Medina, & alij, quos refert, & sequitur Diana i. par. tract. 11. resol. 78.

Sed probabiliter Respondeo: Posse commutari. Quia probabile est (licet probabilitus oppositum) prædictorum Ordinum militarium Equites, non esse in rigore Religiosos, ut defendunt Molina de iustitia; & iure tom. 1. tr. 2. disp. 141. & tom. 3. disp. 623. Valentia tom. 3. disp. 10. q. 4. pun. 2. Sayrus in clavi regia lib. 6. cap. 9. nu. 10. Alcozer, Azor, Aragon, Nauar. & alij apud Sancium loc. cit. nu. 12. Truillench loc. cit. & apud ipsum, Ludouic à Cruce, Bossius loc. cit. n. 11. & apud ipsum, Moneta de sonciu. c. 10. nu. 380. Sanxarellus cap. 10. dub. 3. Barbosa, & alij. Sed sic est, quod, ad hoc, quod virtute Iubilei possit commutari votum aliquod, sufficit, quod sit sub opinione; an sit reseruatum, necnon; ergo. Sic expresse tenent Sancius, Diana, & Truillench II. cc. Sotus etiam lib. 7. de iustitia q. 5. ar. 3. Candidus loc. cit. ar. 14 dubit. 10. & debent docere omnes, qui affirmant, dictos Ordines militares non esse proprie Religiones, ut affirmant. Autores non perrime citati. Legatur Fagundez loc. cit.

QVÆSTIO CXXII.

An Vi Bullæ, aut Iubilei, possit commutari votum assūmendi habitus fœminarum, quas vulgo Beatas, vocant?

RESPONDEO: Posse. Quia hic status non est Religionis, & ita etiam Episcopus potest in dicto voto dis-

penfare. Sic Sanchez de matrim. loco citato num. 15. & in Summa num. 71. Enriquez lib. 7. cap. 30. nu. 6. Aragen 2. 2. q. 38. art. 12. Viuald. 3. par. cap. 14. nu. 44. Rodriguez 2. tom. Sum. cap. 96. nu. 5. Suarez loc. cit. cap. 21. num. 8. Sayrus cap. 11. cit. num. 64. Truillench loc. cit. num. 4. Candid. loc. cit. dub. 11. & 14. Fagundez loc. cit. cap. 43. num. 10. & alij, qui idem dicunt de voto ingrediendi Religionem non approbatam à Sede Apostolica, quia hæc, non est vera Religion, & sequenter dictum votum, non est Religionis.

QVÆSTIO CXXIII.

An Vi Bullæ, aut Iubilei, possit commutari votum ingrediendi Religionem ad probandum, num sibi placeat?

RESPONDEO: Non posse. Quia id vere & propriè est votum Religionis; cum votum ingrediendi Religionem, ex dispositione iuris humani, hanc tacitam conditionem includat; si bona fide vobis Religionem, ingrediens illam intra annum probationis deprehenderit; eam sibi congrueret; ergo vi Iubilei commutaritale votum non quit. Sic Candid. disquis. 25. art. 14. dub. 13.

QVÆSTIO CXXIV.

An Virtute Iubilei, aut Bullæ possint commutari vota Paupertatis, & Obedientie, in sæculo, vel in Religione non approbata, emissa?

RESPONDEO: Posse. Quia non sunt vota Religionis; nec statui Religioso annexa, cum sint facta extra statum Religiosum verum, & approbatum. Et ita potest etiam Episcopus in illis dispensare. Sic Lessius lib. 2. de iustitia cap. 40. num. 123. Suarez lib. 6. de voto cap. 21. num. 8. & 9. Nauar. de regular. in capit. non dicatis num. 21. Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 6. in Glossa lit. F. & alij apud ipsum Truillench in Bulla lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 14. num. 5. Candidus loc. cit. dub. 12. Sanchez lib. 4. Sum. cap. 40. num. 72. Malederus, & Filiiue. quos citat, & sequitur Bossius ubi supra, num. 13.

QUÆSTIO CXXV.

An Vi Iubilei, aut Bullæ, possit commutari votum, quo quis promisit, ingredi in Religionem strictiorem; ut laxiorem ingrediatur?

NEANT Navar. in Comment. 4. de regul. ar. num. 10. fol. mibi 70. & Lopez 2. part. instruct. vbi de clauibus cap. 9. ad finem.

Sed probabilius Respondeo: Posse commutari ab Episcopo, & consequenter virtute Bullæ, aut Iubilei, à quocumque Confessario. Quia tunc, non dispensatur in substantia Religionis, cum maneat h̄ic obligatus ad illam, sed tantum in quadam eius circunstancia, seu excessu viiis ad alteram, qui non est Pontifici reservatus, & poterit suppleri per erogationem alicuius eleemosynæ in subsidium belli, additis alijs eleemosynis, orationibus, ieunijs, & alijs pijs operibüs. Sie Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 17. & disp. 15. num. 5. & in Sum. lib. 4. cap. 40. n. 74. & apud ipsum, Rodriguez tom. 2. Sum. cap. 89. nu. 4. & tom. 1. qq. regul. quæst. 25. art. 6. Enriquez lib. 7. cap. 22. nu. 7. Petrus de Ledesma tom. 2. Summa tract. 10. cap. 7. dub. ultimo Sayro lib. 6. cap. 11. num. 63. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 8. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 105. & alij. Diana tract. 11. cit. refol. 55. Trullench in Bullalib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 16. num. 7. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 12. & communis.

QUÆSTIO CXXVI.

An Votum pœnale Castitatis, vel Religionis absolute emissum, sit dispersabile ab Episcopo, aut vi Bullæ, aut Iubilei?

RESPONDEO: Non esse dispensabile. Sic Trullench loc. cit. dub. 6. num. 8. pag. mibi 377. per hæc verba. Quoniam vota pœnalia sunt absolute emissa, nullo modo dependent ab aliqua conditione, licet non ex ipsorum affectu emitantur, sed sint valde odiosa, & fere iniuste eligantur ad vitandum dedecus, vel consequendos honores, non possunt per Bullam commutari: v.g. si quis in pœnam, aut supplicium vitij admissi a se, promittat absolute Religionem;

aut si quispiam eo quod præbendam, cuī se opposuerat, amiserit, præ indignatione, & desperatione, ne ignominiosam vitam ducat, eamdem voueat. Probatur; Quia Episcopus non potest talia vota, et si pœnalia dicantur, dispensare, vt docet Sanchez lib. 8. de matr. disp. 10. num. 9. & lib. 4. Sum. cap. 40. num. 87. & dixi in Decalogo lib. 2. cap. 2. dub. 40. num. 2. Nam licet in causa impellenti, ad vouendum reperiatur aliqua imperfectio; talia vota in se absoluta sunt; & ex nullo euentu pendentia, & voluntas tenet in materiam promissam. Sic Trullench. ex Sanchez. Suarez tom. 2. de Religio tract. de votis lib. 6. cap. 23. num. 11. Bossius, vbi infra, num. 31. & communis.

QUÆSTIO CXXVII.

An Vi Bullæ, aut Iubilei possit commutari votum Castitatis, emissum in pœnam peccati, quod quis h̄eri admisit; vel nunc propono ad misurum, sisuit, vel est mortale?

RESPONDEO: Non posse. Quia conditio de præterito, aut de præsenti, nō suspendit consensum, nec impedit votum esse vere absolutum, si conditio tunc vera sit, siue vouens sciat, siue ignoret conditionem extare: ergo neque ab Episcopo, neque à Confessario, virtute Bullæ, aut Iubilei, potest tale votum commutari. Sic Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 10. num. 14. & lib. 4. Sum. cap. 40. num. 88. Suarez loc. cit. cap. 23. num. 9. Trullench loc. cit. cap. 3. dub. 6. pag. mibi 378. Bossius de Iubil. sect. 2. casu 10. num. 19. & 30. Bonac. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 4. num. 17. & communis.

QUÆSTIO CXXVIII.

An Vi Iubilei, aut Bullæ possit commutari votum conditionale, pœnale Religionis, seu Castitatis?

NEANT Aliqui, quos tacito nomine, refert Philiarcus de officio Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 22. & ipse, ex parte, sequitur, docentes; nec Episcopum, nec Confessarium virtute Bullæ, aut Iubilei, posse commutare, aut dispensare in dicto voto, etiam ante impletam conditionem.

Negant etiam Alij, non ita absolute, sed sub

sub distinctione, dicentes: posse tale votum commutari ante adimpleram conditionem, non vero post. Sic Sotus lib. 7. de iustitia q. 2. art. i. ad 4. & quæst. 4. art. 3. col. 5. Couar. cap. Quamvis pactum par. 6. 3. num. 12. de pacis in 6. Azor lib. 11. institutio. cap. 10. quæst. 3. & cap. 29. quæst. 13. Graffis, 1. par. lib. 2. cap. 28. num. 3. Lessius lib. 2. cap. 40. num. 106. casu 7. Angles, Gutierrez, Rodriguez, & alij, quos refert Sanchez ubi infra. Basilius de matrim. lib. 8. cap. 9. num. 10. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse prædicta vota pœnalia commutari ab Episcopo, aut vi Bullæ, aut Iubilei & Confessario, non solum ante impletam conditionem, sed etiæ post, siue (quod idem est) pœna nondum incursa sit, siue iam sit incursa: siue vœatur sola pœna, & non illius euitatio; vt si lusero, vœuo Religionem, vel Castitatem; siue vœatur utrumque simul; vt vœuo non lusurum sub pœna ingrediendi Religionem, aut Castitatem seruandi. Quia huiusmodi vota, tunc non sunt emissa ex amore, & deuotione ingrediendi Religionem, aut seruandi Castitatem; sed potius imponuntur à vœante, tamquam odii, & tamquam pœnæ pro Indo, vel alio peccato vitando; at Summus Pontifex solum reseruat sibi illa vota, quando procedunt ex amore, & deuotione ad castitatem, vel ad Religionem: ergo ante, vel post impletam conditionem, id est siue ante, siue post, quam quis luserit (stando in exemplo positio) poterit Episcopus; & vi iubilei, aut Bullæ, Confessarius, illa vota commutare. Sic Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 6. Metina lib. 1. Summa cap. 14. §. 6. Lopez 1. par. instr. cap. 44. col. 2. Viuald. 3. par. candelab cap. 14. à num. 50. Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 12. Beia in suis responsio. casu 28. Rodriguez (mutans sententiam, quam tenuerat in Bullæ, §. 9. num. 124.) tom. 1. quæst. regul. quæst. 63. art. 7. Antonius Gomez in Bulla claus. 10. num. 99. Vega 2. tom. Summa cap. 129. casu 10. 99. & 114. Sa, ver. votum, ubi de irritatio. nu. 11. Toledo lib. 4. Summa cap. 18. num. 11. Sayro in clavi Regial lib. 6. cap. 11. num. 72. Petrus de Ledesma tom. 2. Summa tract. 10. cap. 8. in 3. part. post dictum 4. Suarez tom 2. de Religio lib. 6. cap. 23. num. 1. & 6. Quos omnes, & alios quosdam refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 10. num. 8. & lib. 4. Summa cap. 40. num. 91. Quibus 2. di possunt Natus in 3. part. 10. 2. tract. de Bulla, §. 11. Ioannes dela Cruz in sua Summa par. 2. de proce-

2. art. 2. dub. 10. concl. 4. Moore par. 3. Summa cap. 9. sect. 2. §. 17. num. 9. Villalobos tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 42. Quos citat, & sequitur Diana 1. par. trac. 11. resol. 53. Ludouicus à Cruce in Bulla disp. 1. cap. 6. dub. 9. num. 10. Trullench lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 40. num. 3. & in Bulla lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 6. nu. 13. Candidus disquis. 25. art. 6. dubit. 7. & 10. Bossius de Iubil. sect. 2. casu. 10. num. 29. & apud ipsum, Layman, Barbosa, Tamburinus, Bonacina, Hombonus, Leo, Sanctarellus, Lauorius, Faustus, & alij, & est communis.

QVÆSTIO CXXIX.

An Vota merita conditionalia (id est, non pœnalia) rei reservata, quando tantum apparenter conditionalia sunt, possint vi Bullæ, aut Iubilei commutari?

RESPONDEO: Non posse, etiam post impletam conditionem; Quia talia vota, vere absolute sunt. Pro cuius responsionis intelligentia, nota, quod votum mere conditionale est duplex. Primum, verum; secundum, apparenſ tantum. Conditionale votum, tunc vere est tale, quando particula, si, retinet suam naturam, quæ est impedire consensum perfectum, & illum suspendere in alicuius conditionis eventum: tunc autem est tantum apparenſ conditionatum, quando particula, si, aquila et particula, quando; itaut sensus sit, quando hoc evenierit. Tunc enim, non est verè conditio, sed determinatio temporis implendi voti, atque ita à principio est consensus perfectus, & absolutus, solaque executio differtur. v.g. vere votum conditionale est, si vœens dicat: si Deus me ab hoc peccato præseruauerit, vel si pater consenserit, promitto Religionem, vel Castitatem. Conditionale autem apparenter est, si dicat: si pater meus obierit, promitto Religionem. Sensus enim huius voti est, quando pater meus obierit, executioni mandabitur ingressus Religionis, quem ex nunc, pro tunc absolute vœo. Sic omnino Sanchez lib. 4. Sum. cap. 40. num. 82. & 93. & lib. 8. de matrim. disp. 10. num. 13. Suarez lib. 6. de voto cap. 22. num. 6. Trullench cap. 3. cit. dub. 7. num. 2. Candidus, disquis. 25. art. 7. dub. 2. Petrus de Ledesma tract. 10. cit. exp. 8. concl. 2. in 3. part. post dictum 4. & communis.

QUÆSTIO CXXX.

An Vota mere, & verè conditionalia Castitatis, & Religionis, possint, vi Iubilei, aut Bullæ commutari, saltem ante impletam conditionem?

NEGLANT Sotns lib. 7. de Iustitia q. 2. ar. 1. ad 4. Nauar. in man. cap. 12 n. 43. Corduba in sum. quæst. 152. Azor lib. 11. cap. 20. quæst. 13. Rodriguez, Lopez, Valencia, Vega, Aragon, & alij, quos refert Sanchez disp. 10. cit. nu. 11. Sanct. rellus de Iubileo, cap. 11. sub. 2. Augustinus Barbosa, de potest. Episc. alleg. 37. num. 6. & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse commutari, ante impletam conditionem. Quia, durante conditione, vota Castitatis, & Religionis, non sunt vota absolute & completa, cum non statim obligent, nisi post adimplentam conditionem appositam: Sed sic est, quod quando Pontifex vota Castitatis, & Religionis sibi referuat, intelligitur de votis absolutis, & completis, quæ statim videntur obligant; non vero, cum obligatio imperfecta, diminuta, & conditionata est: ergo. Sic Vega, Rodr. & Perez quos refert, & sequitur Sanchez loc. cit. de matrim. n. 12. & 13. & in sum. loc. cit. num. 98. & 99. Vbi refert Lelium lib. 2. cap. 40. dub. 13. nu. 106. casu 7. Sayrus in Clavi Regia lib. 6. cap. 11. nu. 77. & Suarez tom. 2 de Religio. tract. de votis lib. 6. cap. 22. num. 3. & 11. & Bonacina tom. 2. in Decalogum disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. num. 17. Filiuc. tom. 2. tract. 26. n. 269. Basilius de matrim. lib. 8. cap. 9. nu. 7. Tamburinus de iure Abb. disp. 18. quæst. 6. num. 37. Layman tract. 4. lib. 4. cap. 18. num. 70. Lazarus de Iubil. par. 2. cap. 27. n. 179. & alij, quos citat Bösius vbi infra.

QUÆSTIO CXXXI

An Prædicta conditionalia vota, possint etiam commutari, virtute Bullæ, aut Iubilei, abduc post impletam conditionem?

NEGLANT omnes Doctores pro vtræ que sententia, quæst. precedenti ciat. Quibus adde Ludouicum à Cruce in Bulla disp. 1. cap. 6. dub. 9. num. 5.

Sed probabilius Respondeo: Posse adhuc. Quia, licet prædicta vota; eorumque obligatio, finita conditione, iam sint absoluta; quia tamen initium, origo, & radix illius obligationis, fuit imperfecta voluntas à futuro carente pendens, qua semper in ipsa obligatione, quasi imbibita manet; semper enim est verum dicere; ortam esse eam obligationem ex consensu quodam imperfecto; hinc est, quod Confessorius, vi Iubilei, & etiam Episcopus, ordinaria potestate; possit in eis votis, etiam impleta conditione, dispensare. Referuatio namque, cum sit odiosa, restrigenda est ad ea Vota, quæ, quoad obligationem, & eius radicem, & initium sottiuntur perfectam voti Castitatis, ac Religionis naturam. Sic Sanchez de matrimon. lib. 8. disp. 10. num. 13. & lib. 4. summa cap. 40. num. 99. & apud ipsum, Toletus lib. 4. sum. cap. 18. num. 11. Antonius Gomez in Bulla, Clausula 10. num. 99. & Petrus de Ledesma tract. 10. cit. cap. 8. post. dictum. 4. Quibus addi possunt, Diana 1. par. tract. 11. resol. 54. Trullench in Bulla lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 7. num. 9. Candidus disquisitio 25. ar. 17. dubit. 3 & apud ipsum, Faustus lib. 2. de votorum dispensatio quæst. 111. Bösius de Iubileso Et. 2. casu 10. num. 35. Sanctarellus, cap. 21. dub. 2. Leo, par. 2. quæst. 12. sect. 1. num. 85. Malderus, Victoria, & alij apud ipsos.

QUÆSTIO CXXXII

Au. Vi Bullæ, aut Iubilei, possint commutari votum Deofactum, in utilitatem tam Tertiij; v. g. votum dandi cibicem clericui Ecclesie; dotem alicui pueræ; aut elemosynam tali pauperi, &c.

NEGLANT D. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 1. §. ultimo. Rosella verb. votum. 5. num. 6. Sarmiento lib. de redditibus Eccles. par. 4. cap. 3. num. 3. & 4. & alij, apud Sanchez, vbi infra. Quia existimant, favore causæ piaæ valere donationes, & promissiones in absentia factas; & absque acceptatione, aquiri ius ad illas, causa pia.

Sed longe probabilius Respondeo: Posse commutari. Quia longe probabilius est per tale votum non acquiri ius Ecclesie, vel pauperi, ad promissiones, & donationes ipsi factas, donec à Prælato Ecclesiæ, vel paupere, tale votū acceptetur. Sic Nauar. in man. cap.

cap. 12. num. 78. Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 5. in Goffit K & num. 6. § 2. verb. vortum. Vbi de irritatio. m. 14. Azot tom. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 12. Sayro lib. 6. cap. 11. num. ultimo Suarez lib. 6. cit. cap. 15. à num. 3. Caiet. Angel, Silvester, Armilla, Tabiena, Palacios, Angles, Graffis, Rodriguez, Petrus de Ledesma, & alij quos refert, & sequitur Sanchez lib. 4. cap. 41. num. 7. Diana tract. 11. cit. resol. 17. & apud ipsum, Filiuc. Leo, Joan. de la Cruz, & Faustus. Trullench lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 8. num. 2. & apud ipsum, Ludouicus à Cruc, Candidus disquisitio 25. ar. 4. dub. 4. & Bossius de Iubileo scđ. 2. casu 7. num. 2 pag. mibi 176 & apud ipsum, Basilius de matrim. lib. 8. c. 2. 6. 1. num. 8. & cap. 10. num. 7. Layman lib. 4. tract. 3. cap. 11. num. 7. & tract. 4. cap. 8. num. 21. Barbola de potest. Episcop. par. 2. aleg. 36. r. m. 2. 8. alij

QVÆSTIO CXXXIII.

An Etiam casu, quo tale votum sit acceptum ab Ecclesia, puer, seu paupere, sit adhuc dispensabile, aut commutabile, vi Bullæ, aut Iubilei?

AFFIRMAT adhuc Trullench los. cit. per hæc verba. Nihilominus tamen, si quis assereret, etiam post talem acceptationem posse huiusmodo vota, iusta intercedente causa, per Bullam commutari, videtur nō improbabiliter hoc dicere; quia cum votum per se fiat Deo, & creditor obligationis ex voto procedentis, sit ipse solus Deus, acceptatio ex parte hominis parum facit ad naturam obligationis ex voto procedentis. Secus autem in Iuramento, quod ex natura sua petit, vt homini præstetur, ac pro inde acceptatio in voto, etiam facta ab eo in cuius utilitatem res sub voto cædens, cedit non mutat, naturam voti alias dispensabilis, aut commutabilis. Hucusque Trullench. Et ante illum, penes Stephanum Fagundez, hanc eandem sententiam tunuerunt Caiet. 2. 2. quæst. 88. ar. 12 & Petrus Nauarra lib. 2. de restitutio. cap. 1. in noua edit. dub. 3. num. 14. Et id esse satis probabile ait Fagundez, vbi infra.

Sed certissime ferè Respondeo: Non esse dispensabile, aut commutabile in eo casu, absque consensu illius, qui votum acceptauit. Quia per acceptationem, iam est acquisitionis ius illi Ecclesiæ, puellæ, vel pauperi;

ergo, ipso iuvito, remitti nequit. Sic Sanchez loc. cit. num. 13. Vbi ait, in hoc nullum authorem ex relatis, quæst. precedentis, dubitare. Et bene hoc dicit; cum omnes id, ut certū sequantur. Imo, & ipse Agidius Trullench, hanc partem probabiliore, indicat. Et ut longe probabiliorem sequitur Fagundez lib. 2. in De ealög. cap. 49. num. 11. pag. mibi, 477. & 478. Legantur Nauar. cap. 12. nu. 78. qui id ex mente D. Thomæ probat, Suarez lib. 6. de voto, cap. 15. Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 5. & alij supra citati.

QVÆSTIO CXXXIV.

An, Vi Bullæ, aut Iubilei, possit commutari pœna pecunaria, ex fractione voti incursum?

NEGLANT Nauar. lib. 3. consil. tit. de voto conf. 32. alias 35. Graffis 1. par. decis. lib. 2. cap. 28. nu. 5. Sayro in Clavi Regia, cap. 12. num. 20. Azot 1. tem. lib. 11. cap. 13. quæst. 11. in fine, Laurius de Iubileo, par. 2. cap. 27. num. 127. & Vega 2. par. sum. cap. 126. casu 10. Quia Bulla, aut Iubileum, solius voti cōmutationem indulgentiam indulget: ergo non possit, ex fractione, debitæ.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Itaque, si quis voulit, se non lusurum, sub pœna erogandi decem aureos pauperibus, quoties luserit, & tæpe frægit, & ideo est multorum aureorū debitor, ex illa voti violatione, potest, inquam, commutari hæc pœna pecuniaria, aquocunque habente facultatem, siue Ordinariam, siue delegatam ad dispensandum, vel commutandum vota. Quia obligatio illa soluendi decem aureos, ex voto conditionali, adimpta conditione, contracta; non est maior, quam obligatio voti, quo, quis v. g. absolute, & directe voveret dare quinquaginta aureos in eleemosynam, sed potius minor: at hæc obligatio potest commutari virtute Iubilei, aut Bullæ, vt docent communiter Doctores: ergo, & illa. Sic Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 15. num. 14. & in sum. lib. 4. cap. 52. num. 10. Suarez 20m. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 20. num. 19. Raphael de la Thorre 2. 2. q. 88. ar. 12. disp. ultima num. 4. Leo de Iubileo, par. 2. num. 12. & 74. Filiuc. tract. 26. c. 10. num. 295. Malder. 2. 2. tract. 10.. cap. 5. dub. 11. Ioannes de la Cruz in sum. de præs. 2. ar. 2. dub. 10. concl. 3. Villalobos

bos tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 32. & Hombonus, quos omnes refert, & sequitur Diana tract. 11. cit. resol. 46. Trullench, loc. cit. dub. 8. n. 4. Ludouicus de Cruce in expositio. Bullæ disp. 1. cap. 6. dub. 15. n. 2. 3. Candidus disquis. 25. art. 5. dub. 2. Bonac. 20. 2. in Decalog. disp. 4. quest. 2. punct. 7. §. 4. num. 18. Iesius lib. 2. cap. 40. dub. 6. num. 108. Bossius sect. 2. casu 23. num. 2. pag. mibi, 222. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 26. Sanctarellus cap. 11. dub. 3. Faustus lib. 4. Thes. quest. 48. & communis.

QVÆSTIO CXXXV.

An Casu, quo Pontifex commutasset totam pœnaliæ debitam, vel partem remisisset, partem vero reliquisset, posset Confessarius, vi Iubilei, illam, in aliud opus pium, comutare?

NECAVNT afortiori Doctores, nū per pro prima sententia, aducti. Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia, licet youens acceptauerit Papæ commutationem, semper est illi integrum redire ad priorem obligationem, & relinquere commutationem: ergo sicut poterat prius per Bullam, aut Iubileum petere commutationem prioris obligationis, si Papa, nihil circa illam disposuisset; ita etiam postea. Deinde, quia absque reditu ad priorē obligationem, manet commutabilis illa pœna, quam Papa reliquit, vel in quam commutationem fecit, quia illa semper est pœna debita ex vi voti, non vero specialis præcepti Papæ. Vnde non implere illā, erit sacrilegium, contra votum, non autem in obediencia, vel iniustitia: ergo semper manet commutabilis per modū voti: ergo poterit commutari ab illo, qui potestatem Ordinariam, aut delegatam habet commutandi vota. Sic omnino Trullench loc. cit. num. 5. ex Suarez loc. cit. numer. 20. Sanchez, Diana, Candidus. II. citatis & communis.

(1)

QVÆSTIO CXXVI.

An Vota emissa, post promulgationem Bullæ, at Iubilei, possint commutari per talem Bullam aut Iubileum?

NECAVNT Sotus lib. 7. de Iustitia quest. 4. ar. 3. Corduba in summa quest. 149. Graffie 1. par. decis. lib. 2. cap. 30. nu. 9. Angles in fibribus 2. par. quest. vñica, de voto, ar. 8. diff. 7. propositio. 3. Lopez 1. par. instruet. cap. 50. col. 2. quos omnes refert, Sanchez in sum. lib. 4. cap. 53. num. 25. Citat etiā Diana (vbi infra) pro hac parte, Moure par 3. sui exam. cap. 9. sect. 2. §. 17. nu. 4. & Villalobos 2. tom. tract. 28. claus. 9. §. 3. num. 40. citantem propro se Nauarrū, Cordubam, & Azorium. Sed male certo, nam oppositum omnino docet Villalobos, & pro opposito, citat citatos Doctores. Puede (ait Villalobos) comutar los votos que hizo antes, y despues de la Bulla, como dicen Nanarro, Cordoua, y Azor assi como se puede absolver de los peccados referuados. Sic Villalobos, non, 2. tom. tract. 28. sed 1. tom. tract. 27. &c. cit.

Sed probabilius Respondeo: Posse per Bullæ, aut Iubileū commutari vota, siue ante, siue post Bullæ, aut Iubilei promulgatione emissa. Quia verba generaliter, & indistincte, prolatæ in privilegijs extenduntur ad futura: at verba Bullæ, & Iubilei, concedentia commutationem votorum, sunt generalia, & indefinita: ergo extenduntur ad vita etiam futura. Sic Nauar. notabil. 34. num. 4. & in sum. cap. 12. num. 80. Aragon 2. 2. quest. 88. ar. 12. Enriquez lib. 6. cap. 26. num. 3. in Glosa lit. N. & lib. 7. cap. 30. num. 5. Lopez cap. 9. de clauibus 2. tom. fol. 346. Rodriguez in Bullæ §. 9. n. 111. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 18. quest. 9. Sa, ver, votum, in fine, Petrus de Ledesma 2. tom. tract. 11. cap. 4. dub. 5. Sayro lib. 6. cap. 12. num. 16. Vinaldus 3. par. candelab. cap. 14. num. 37. Suarez lib. 6. cit. cap. 13. a. n. 4. Et inclinan Corduba in sua question. lib. 5. quest. 37. propositio. 2. Quos omnes, sic referr, & secundatur Sanchez loc. cit. num. 26. Quibus addi possunt, Villalobos loc. cit. Diana 1. par. tract. 11. resol. 50. Trullench in Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 4. num. 3. Bossius de Iubileo sect. 1. casu 14. n. 2. & sect. 2. casu 16. Et apud illum, Zerola, Sanctarell. Baſilius, Bonac,

Bonac, & Barbosa, Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 50. num. 14. Candidus disquis. 25. art. 3. dubit. 5. Qui idem dicendum purant, & bene, (quid quidetiam Rodriguez, & Lopez contra dicant) circa facultatem dispensandi in votis; eam videlicet, extendit etiam ad futura. Legantur Sanchez cit. num. 28. Suarez num. 6. & Enriquez cit. de Indulgentijs.

QUÆSTIO CXXVII.

An Vi Bullæ, aut Iubilei, aut privilegiorum Religionis, possit commutari, non solum votum principale, v.g. audiendi sacram, sed etiam votum non pertinendi commutationem illius?

RESPONDEO: Posse. Quia tale votum non est Papæ reseruatum. Modus autem commutandi hic erit, ut prius commutetur hoc secundum votum, postea vero primum, & principale. Sic Sanchez loc. cit. num. 23. Rodriguez in Bulla §. 9. num. 112. Acosta in Bulla quæst. 73. Villalobos claus. 9. cit. §. 3. num. 35. Diana loc. cit. resol. 51. Bossius vbi infra, & apud ipsum Homobonus, Vega, & Faustus, S. 1, V. Votum vbi de irrit. num. 15. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 16. Trullench in Bulla cap. 3. cit. dub. 14. n. 2. Qui cum Sayro, Enriquez, & alijs addit, & valde probabiliter, illud votum secundum, videlicet, non pertinendi commutationem, cum derogat Superioris potestati non esse validum; ac proinde, nulla egere dispensatione. Sic etiam Bossius sect. 2. casu 21. num. 4. & apud ipsum, Sanchez lib. 4. Sum. cap. 8. num. 20.

QUÆSTIO CXXVIII.

An Confessarius, si tempore Iubilei esset occupatus Confessionibus, possit vota commutare, dicendo: Ex nunc commuto tibi vota in id, quod ego postea, aut vir prudens, iudicauerit eorum mutandas?

RESPONDEO: Posse. Quia non requiriatur, quod determinatio materie, in locum voti, sub roganda, sit intratensis Bullæ, aut Iubilei. Sic Sanchez loc. cit. num. 31. & apud ipsum, Nauar Rodriguez, Vinald. Graffis, & Sayro, Trullench cap. 3.

cit. dub. 9. num. 1. Candidus disquis. 25. art. 6. dub. 4. Diana 1. par. tract. 11. resol. 52. Fagundez loc. cit. num. 16. Bossius de Iubil. sect. 2. casu 41. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 27. & communis.

QUÆSTIO CXXXIX.

An Paritens, qui hoc modo obtinuit commutationem, peccaret contra votum, si ante quam Confessor, vel vir ille doctus, illæ designaret materiam subrogandam, votum non servaret?

AFIRMANT Rodriguez in additio. ad Bullam. §. 9. num. 115. & alij apud Sanchez..

Sed probabilius Respondeo: Non peccare. Quia re vera iam fuit facta commutatio, ac proinde obligatio voti extinta circa materiam in prius promissam, & translatam in materiam, postea determinandam à Confessario, vel à viro illo prudente: ergo non peccat contra votum. Sic Sanchez num. 32. Diana, Trullench, Bossius, Fagundez, & Candidus. cc. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 16. numeri 109. & alij.

QUÆSTIO CXL.

An Confessarius possit commutare tempore Bullæ, aut Iubilei, omnia vota, quorum numerum pœnitens non meminit?

RESPONDEO: Posse. Atque eatenus valebit commutatio, ut si postea pœnitens recordetur alicuius voti particularis, alia commutatione minime indigeat. Sic Sanchez loc. cit. num. 35 & apud illum, Beja in suis responsis. 2. par. casu 9. & Sayro lib. 6. Clavis Reg. cap. 12. num. 18. Quibus addi possunt Trullench lib. 1. in Bulla §. 7. cap. 3. dub. 9. num. 4. Candidus disquisit. 25. art. 6. dubit. 1. Bossius de Iubil. sect. 2. casu 43.

Et apud illum, Sandarellus, & alij.

(. . .)

QVÆ-

QUÆSTIO CXLI.

An, Vi Bullæ, aut Iubilei; possit Confessarius commutare votum disiunctiuum, cuius sola altera pars est reservata; ut si quis voleat Castitatem, aut Ieiunium?

NEAT Ludouicus Beia 1. par. respon. casu 23. vers. unde huiusmodi votum.

Sed longe multo probabilius Respondeo: Posse commutari; si loquamur de his votis, re integra, & ante quam elegerit partem cōtinentem materiā reservatam, in quo sensu hic loquimur. Quia vōens potest eligere illā partem nō reservatam, ieiunium, videlicet, quam potest Episcopus, & etiam, vi Bullæ, aut Iubilei Confessarius, commutare: Ergo. Sic Azor tom. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 10. Sayrus lib. 6. cap. 11. num. 62. Lessius lib. 2. cap. 40. num. 106. Suarez tom. 2. de Religio. lib. 6. cap. 24. num. 1. & 2. Quos refert, & sequitur Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 14. & in summâ lib. 4. cap. 40. num. 42. Reginald. Molfessius, & Filliuc. quesitatis, & sequitur Diana 1. par. tract. 11. resol. 6. 3. & 4. par. vbi infra, Trullench. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 14. nu. 6. Candidus loc. cit. ar. 8. dubit. 2. Bossius de Iubileo. sect. 2. oſſ. 31. num. 4. & apud ipsum, Basilius lib. 8. de matrim. cap. 8. §. 2. num. 22. Leo, de Iubileo. par. 2. quæst. 13. sect. 1. num. 91. Latorius par. 2. cap. 27. num. 107. Bonac. disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. num. 18. Layman lib. 4. tr. 3. & 4. cap. 8. num. 12. Faustus, Maderus, & Tamburinus, Fagnudez, loco citato, numer. 8.

QUÆSTIO CXLII.

An Etiam possit dictum votum disiunctiuum commutare, quando pars non reservata effecta est impossibilis; ita ut vōens nequeat illam adimplere; sed tantum partem reservatam?

NEGAT Banac. tract. de legib. disp. 4. quæst. 2. pun. 7. §. 4. num. 18. Quia materia reservata est in eo casu ad implenda ex vi voti: ergo nequit Confessarius illud commutare. Quod esse probabile affirmat Leo, vbi supra, & Filliuc tract. 26. cap. 10. num. 273.

Sed probabilius Respondeo: Etiam posse. Quia tale votum perse, & ex natura sua, nūquam obligauit vōentem ad partem reservatam; sed post modum obligatio illa oritur per accidens, ex sola impossibilitate aliter in materia non reservata. Vnde si quis vōret Castitatem, aut Peregri nationē in B. V. Mariam de Guadalupe, & postea ob mortbum, aut paupertatem, fit impotens ad peregrinandum, optime poterit Confessor, virtute Bullæ, aut Iubilei, tale votum commutare. Sic Suarez num. 4. Sanchez n. 44. Trullench loc. cit. Et apud ipsum, Ludon. de la Cruz, Diana, 1. par. tract. 11. resol. 74. & 4. par. tract. 4. resol. 102. Bossius loc. cit. num. 10. pag. mibi 204. Layman, & Tamburinus, apud ipsum.

QUÆSTIO CXLIII.

An Casu, quo, quis voleat Castitatem, aut Ordinem sacrum, aut Ieiunium, disiunctiuū; & vōens eligat efficaciter Castitatem seruare; possit tale votum, vi Bullæ, aut Iubilei, Confessarius commutare?

NEANT Sanchez num. 43. & lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 14. Suarez cap. 24. cit. num. 3. Sanctarellus, & Leo, apud Dianā, vbi infra. Filliuc. tom. 2. tract. 26. cap. 9. num. 272. Trullench loc. cit. Azor ius, Sayrus, Layman, Bonac. & Faustus apud Bossium loc. cit. casu 11. num. 5. (vbi dicit hanc opinionem esse probabilissimam, & tuto rem) Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 8. & Candidus vbi sic ait: Post electionem factam de materia reservata Castitatis, nō potest Confessarius vigore Iubilei tale votum commutare. Quia cum vōens elegerit partem reservatam nēpe seruare Castitatem, non potest amplius voluntatem mutare, & eam in Clericatum commutare; nam Deus, propter tales electiones, Castitatis votum acceptauit; ergo non amplius dici potest tale votum disiunctiuum, sed absolutum, quod Pontifici reseruatur. Sic ille, & communis. Et licet hæc sententia sit probilior contraria, ideoque teñenda.

Probabiliter tamen Respondeo: Posse ad huc, illud votum, Confessarium cōmutare; dum modo de nouo, non promittat vōens illam partem, quam elegit. Quia in hoc casu, probabile est quod possit vōens variare,

& alteram partem, nempe, Ordinem Sacrum, post modum eligere: ergo poterit Confessarius etiam, tale votum commutare, vi Bullæ, aut Iubilei. Sic sentiunt Malderus 2. 2. tr. 10. cap. 5. dub. 10. Diana 1. par tract. 11. re sol. 6. 5. & Trullench loc. cit. pag. mibi. 406. Bossius loc. cit. num. 7. & alij.

QVÆSTIO CXLIV:

An Quando vota referuata, v.g. Casitatis, vel Religionis, commutantur à Papa, in materiam non referuatam, vt in Confessiones menstruas; possit Episc. vel Confessarius, vi Bullæ, aut Iubilei, dispensare, aut commutare eam materiam, in aliam?

NE G A N T Archidiaconus cap. lato rem. fine, 33 quæst. 2. & ibi Bellame ra, in fine, & alij Neotherici, apud Sanchez, infra, Zanardus in directo. Theol. par. 2. cap. 23. & Azor tom. 1. lib. 11. cap. 13. q. 11. Quia existimant, materiam, in quam votum referuatum commutatur, etiam manere referuatum: subrogatum enim sapit naturam eius, cui subrogatur, vt habetur l. unica, Ge de rei uxorio a fione.

Sed probabilius Respondeo: Posse: præcipue, si commutatio fuit facta à Papa in foro conscientiæ, & interiori. Quia votum illud, solum est reservatum, ratione materiae reseruatae: ergo cessat reseruatio, sublata obligatione circa illam materiam, & translatam in non referuatum: ergo poterit Episcopus, vel Confessarius, vi Bullæ, aut Iubilei, talem materiam dispensare, aut commutare, in aliam. Sic Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 20. & in Sum. lib. 4. cap. 40. num. 46. & apud illum, Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 5. Sa, ver. votum. num. ultim. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. Rodriguez 2. tom. Sum. cap. 96. in fine. Sayro lib. 6. cap. 12. num. 23. Lessius lib. 2. cap. 40. num. 105. Suarez lib. 6. de doce. cap. 20. num. 15. & 16. Quibus addi possunt, Filliac. tom. 2. tr. 26. num. 293. Diana loc. cit. resol. 71. Trullench dub. 14. cit. num. 7. Villalob. tract. 27. claus. 9. §. 3. num. 31. Ludovic. à Cruce in Bulla disp. 1. cap. 6. dub. 12. num. 8. Sancius in select. disp. 14. num. 14. Fagunder lib. 2. in Decalogum cap. 47. num. 18. Bossius de Iubil. sect. 2. casu 12. num. 2. & communis.

QVÆSTIO CXLV.

An, Vi Bullæ, aut Iubilei, possit commutari votum non peccandi?

NE G A T Caiet. in Quodlibetis, tom. 2. tract. 11. Qui est de voto, quæst. 1. Et in hanc partem videntur inclinare, Hostiens; Abbas, Enricus, Abulens, & alij apud Sanchez cap. 40. cit. num. 12.

Sed certissime Respondeo: Posse. Quia nullibi est reservatum. Sic Sanchez cap. 40. cit. num. 12. & apud ipsum, Sotus lib. 7. q. 1. artic. 3. Nauarr. cap. 12. num. 65. Lessius, & Bejall. &c. Azor lib. 11. cap. 14. quæst. 4. Metina, Sayrus, & Graffis. Trullench loc. cit. num. 8. Bossius de Iubil. sect. 2. casu. 22. num. 3. & Homobonus, apud ipsum, & communis.

QVÆSTIO CXLVI.

An Vota referuata, quorum commutatio conceditur per Bullam, & Jubileum, possint commutari, durante Bullæ & Iubileo, toties, quoties emissafuerint?

RESPONDEO: Posse commutari toties, quoties, ante obtentum Iubileum, à pœnitente emissa fuerunt. Quia nec Bulla, nec Iubileum limitat hanc facultatem commutandi: ergo non debet restringi ad primam vicem, sed debet intelligi, toties, quoties. Sic Enriquez lib. 6. cap. 16. num. 3. Sanchez in sum. lib. 4. cap. 54. num. 26. Trullench lib. 1. in Bulla §. 7. cap. 3. dub. 9. num. 7. & lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 47. num. 7. Filliac. tract. 8. nu. 278. Sancta-rellus de Iubil. cap. 8. dub. 4. Lauorius de Iubil. par. 1. cap. 21. num. 66. Bossius de Iubil. sect. 1. casu 15. num. 2. & sect. 2. ca- su 37. & communis.

QVÆSTIO CXLVII.

An, Vi Bullæ, aut Iubilei, possit com- mutari votum perseverandi in Religione?

RESPONDEO: Posse. Sic Sanchez, lib. 7. de matrim. disp. 15. n. 4. & in Sum. lib. 4. cap. 40. nu. 75. per hæc verba. Dedacitur: si quis promittat non tantum Religionem, sed perseveran-

riam in illa, quamvis Pontifici reserueretur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseverantiam, ita ut possit hic tempore novitatus exire, si expertus Religionis austeritates, iusta causa ad non perseverandum ducatur. Quia votum perseverandi est virtute diuersum à voto Religionis. Sic Sanchez. Et etiam Molfessius, Malderus, Sanctarellus, & Leo, quos citat, & sequitur Diana 1. part. tract. 11. resol. 79. Trullench lib. 1. in Bullam, §. 7 cap. 3. dub. 16. num. 8. Fagundez lib. 2. cit. cap. 43. num. 9. Bossius de Jubileose Et. 2. casu 19. num. 2. Faustus, & alij apud ipsos.

QVÆSTIO CXLVIII:

An Vi Iubilei, vel Bullæ, possit commutari votum Religionis, ut non adimpleatur tempore præscripto, sed aliud quandiu eius executio differatur?

NEGRAT Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. num. 11. & 12. cum quo ex parte videtur consentire Sayrus lib. 6. clavis, cap. 11. num. 65. vbi ex sententia Angles, Florib. 2. par. quæst. unica de voto, art. 8. diff. 9. concl. 4. ait; quod licet Episcopus, non possit dispensare in voto simplici Religionis, potest tamen ex legitima causa declarare differendum esse voti executionem, non solum instar priuati Doctoris, sed declaratione authentica, seu authoritate Episcopi, & ad iurisdictionem spiritualem spectante.

Sed probabilius Respondeo: Posse; dummodo, votum non adeo differatur, ut sit periculum, in eum statum incidendi, ut vicens reddatur impotens ad votum implendum. Quia hoc non est dispensare in substantia voti referunt, sed in eius qualitate. Sic Sanchez 11. loc. Molfessius, & Malderus, quos redit, & sequitur Diana loc. cit. resol. 80. Trullench loc. cit. num. 8. & lib. 2. in Decalog. cap. 1. dub. 49. num. 26. & apud illum, Ludo. à Cruce, Fagundez loc. cit. num. 13. Bossius casu 19. cit. num. 5. & communis.

QVÆSTIO CXLIX:

An Commutatione voti facta, licitum sit vouchi, omissa commutatione, servare primum votum?

NEGRANT Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 20. à num. 1. usque ad 4. Reginald. lib. 10. num. 362. & Raphael

de la Torre 2. 2. quæst. 88. art. 12. disp. 5. num. 42. Filliæ. tom. 2. tract. 26. nū. 288. & alij, casu, quo votum, commutatum sit in melius bonum; concedunt vero, quando in minus, commutatum fuit.

Sed probabilius absolute Respondeo: Licitum esse. Quia commutatio voti sit in favorem videntis; sed licitum est vnicuique cedere suo fauori: ergo licitum erit ei primum votum adimplere, etiam casu, quo commutatum fuerit in bonum melius. Sic Sanchez lib. 4. cit. c. 55. n. 26. & apud ipsum, Azor, Sayrus, & Lessius. Diana loc. cit. resol. 85. & 2. par. tr. 16. resol. 6. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 50. num. 18. Candidus disquis. 25. art. 6. dubit. 5. & alij.

QVÆSTIO CL:

An Vota emissæ, subspe certa obtinendæ Jubileum, aut ex præca confidencia Bullæ, possint Commutari?

NEGRANT nonnulli Doctores apud Aegidium Trullench lib. 1. in Bullam §. 1. dub. 9. num. 4.

Sed, longe multo probabilius, Respondeo: posse commutari. Quia longe probabilius est, quod qui peccat sub spe certa obtinendi absolutionem virtute Bullæ, aut Iubilei, potest ab illo peccato absolui, ut docent communiter DD. apud Bossium de Jubile sect. 1. casu 13. nu. 3. & nos supra, cum alij, docuimus: ergo à fortiori poterit commutari votum emissum, spe certa obtinendi Iubileum, vi eiusdem Iubilei. Sic Nauar. notab. 34. num. 6. Suarez lib. 6. cit. cap. 13. num. 6. Sanchez in Sum lib. 4. cap. 54. num. 18. Trullench loc. cit. nu. 4. & 5. Casidus vbi supra, dubit. 3. Bossius loc. cit. & se Et. 2. casu 35. Graffius, Faustus, & alij quam plures apud ipsum. Legatur etiam Diana 1. par. tr. 11. resol. 16.

QVÆSTIO CLI:

An Qui vi Bullæ, aut Iubilei potest votum commutare, possit, & illæ dispensare?

AFFIRMARE videntur Silius, ver. 62 tum, 4. q. 3. Tabiana verb. dispensatio. num. 11. vers. Nota etiam, & Toleatus lib. 4. cap. 18. num. 11. dicunt enim; quod cuius est commutare, est etiam dispensare. Iddē videtur sentire Sotus lib. 7. de iust. q. 4. vers. post hæc. vbi dicit, per Bullâ Crue, cōcedi priuilegiū dispensandi in votis, cum tamen

tamen dicta Bulla expresse tantum concedat facultatem commutandi vota, nulla saepe mentione dispensationis.

Sed, fere certissime, Respondeo: Nō posse. Quia maioris facultatis est dispensare, quam commutare votum; nam quis dispensat, omnino tollit obligationem voti; qui vero commutat, minime; sed in aliam materiam transfert; ergo cum dispensatio, non continetur sub commutatione, concessa facultate præcise ad commutandum, non censetur concedi ad dispensandum. Sic Suarez lib. 6. de voto. cap. 12. num. 4. Couar. Angles, Sayrus, & Lopez, quos refert, & sequitur Trullench lib. 1. in Bulla §. 7. cap. 3. dub. 1. n. 7. Fagundez lib. 2. in decalog. cap. 50. nu. 82. Moure, Portel, Villalobos, & Homobonus quos citat, & seqnuntur Diana loc. cit. resol. 42. Rodriguez, Aragon, Vega, Nauar. Lessius, Lanarius, Filius. Malderus, Enriq. Sanchez, Barbossa, & alij quos, refert, & sequitur Bossius de Iubil. se ct. 2. casu 4. num. 5. & communis.

QVÆSTIO CLII.

An Saltem, qui vi Bullæ, aut Iubilei, potest vota dispensare, possit, & illa commutare?

NEGLANT adhuc Nauar. in man. cap. 12. num. 79. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 18. q. 7. eol. mibi, 1408. Ludovicus à Cruce in Bulla disp. 1. cap. 6. dub. 7. num. 10. Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 6. pun. 7. Beja par. 2. casu. 9. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1. num. 15. & lib. 4. sum. cap. 53. num. 4. Moneta de commut. v/t. volunt. cap. 5. num. 576. Lauorius de Iubil. par. 2. c. 27. n. 4. Malder. de virtutibus tr. 10. c. 15. de voto, dub. 11. §. 3. inquirendum & alij.

Sed probabilius Respondeo: Posse. Quia qui potest maius, potest, & minus, sub majori contentum: at commutare est minus, quam dispensare, & continetur sub majori, nempe, dispensatione; ergo. Sic Siluest. loc. cit. Sotus lib. 7. q. 4. ar. 3. Sa, ver. votum 2. n. 19. Tolent. 1. c. Lessius lib. 6. cap. 11. n. 94. Trullench l. c. & lib. 2. in Decalog. c. 2. dub. 47. n. 1. Suar. to. 2. de Relig. tr. de voto, lib. 6. cap. 12. à n. 10. Filius. tr. 26. n. 252. Bonac. in decem præcep. disp. 4. q. 2. pun. 7. §. 3. n. 10. Layman lib. 4. tr. 4. c. 8. n. 20. Basilius Pontius de matrim. lib. 8. c. 10. n. 3. & 4. Lessius lib. 2. c. 40. dub. 11. n. 49. Barbossa, Sairus, Conrad. Arago, Enriq. & alij, quos citat, & sequitur Bossius de Iubil. se ct.

2. casu. 3. n. 4. pag. mibi 168. Fagundez lib. 2. in Decalog. c. 50. n. 7. & alij Qui, & a fortiori, idē docent de habente facultatem, & potestatem ordinariam dispensandi in votis, aut iuramentis; vt Episcopi, & Prælati Religiosorum, respectu suorum subditorum; nam hi etiā habent potestatem cōmutandi illa, vt in hoc casu concedunt etiam Authores primæ sententiae, & omnes. Legantur Fagundez l. c. n. 2. & Diana 2. par. tr. 5. Misco. ref. 25.

QVÆSTIO CLIII.

An Ad commutanda vota aut Iuramenta in melius, requiratur aliqua Superioris autoritas?

AFFIRMANT Innocent. cap. peruenit. el. 2. de Iure iurando. & ibi Ioan. Andreas, Hostiens, Antonius, Abbas, Enric, Bellemera, Felinus. Alex. de Neuo. Da Bonau. in 4. dist. 3. 8. ar. 2. q. 2. & ibi Ricard. ar. 8. q. 1. Siluest. votū. 4. q. 7. Quos omnes, & alios, refert Sánchez. in sum. lib. 4. c. 49. n. 2.

Sed, longè multò probabilius, Respondeo: Non requiri; sed quemcumque posse, propria authoritate, sic, vota, aut Iuramenta commutare. Quia, tunc tantum requiritur Superioris determinantis authoritas, quādo non constat quid Deo accepius sit; sed manifeste constat Deo gratius, & acceptius esse, id quod evidenter præstantius est; ergo. Sic Nauar. cap. 12. n. 75. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. Aragon ibidem, Azor loc. cit. q. 1. Sayrol lib. 6. c. 12. n. 5. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 7. Svar. l. b. 6. de voto cap. 18. n. 4. Petrus de Ledes. tom. 2. sum. tr. 10. c. 8. Quos, & alios visque ad 26. Dæctores, refert, & sequitur Sanchez lib. 4. sum. c. 49. n. 4. Quibus addi possunt Trullench lib. 1. in Bullam §. 7. c. 3. dub. 12. n. 1. Diana, infra citandus. Et Bossius de Iubile. se ct. 2. casu. 25. n. 1. dicens, esse certissimam, & eommunissimam sententiam, Fagundez lib. 2. in decalog. cap. 48. num. 2. & alij.

QVÆSTIO CLIV.

An Etiam commutatio voti in bonum evit denter æquale, possit fieri propriæ autoritate voluntis?

AFFIRMANT Metinalib. 1. sum. cap. 14. §. 7. Enriquez lib. 5. cap. 20. n. 5. & lib. 7. cap. 30. nu. 5. Rodriguez. 2. tom. cap. 100. num. 4. Bonacina de legib. disp. 4. ouas. 2. pun. 8. 7. §. 3. num. 7. Moure 1. part. suis exam. cap. 6. §. 11.

num. 2. Bossius loc. cit. num. 6. Leo de Iub. fo. 2. par. num. 65. & alij. Atque forte ita esse, tradunt Sotus, Lopez, & Sa, apud Sanchez, vbi infra. Sed ex his authoribus, oppositum postea tenuerunt Sotus, (vt notat Sanchez at que etiam Sa, in editione correcta, & Rodriguez in Bulla §. 9. num. 606. Dicunt etiam hanc pattem esse probabilem Diana, vbi infra. Et clare tenet eam 3. par. tr. 5. resol. 25.) Suarez, Aragon, Alcocer, & Lessius, apud Fagundez loc. cit. num. 5.

Sed probabilius Respondeo: Non posse. Quia non est certum acceptari à Deo illam commutationem, cum nulla utilitas, in ea acceptatione, elineat: ergo oportet intercedere autoritatem Prælati interpretantis, vice Dei, eam voluntatem. Sic Caet. & Petrus de Ledesma lib. cit Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 3. à num. 3. (vnde male illuminat Trullench pro opposita parte;) Toledo, lib. 4. cap. 18. nu. 10. Sotus lib. 7. de Iustit. quæst. 4. ar. 2. Azor loc. cit. quæst. 2. Sayrus, Alcozer, Couar, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez lib. 4. sum. cap. 49. num. 12. (licet aliter senserit lib. 3 sum. cap. 19 num. 9. infine, & lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 21. circa finem.) Eiliucius, Reginald, Layman, Tannerus, Molfessius, Malderus, & Raphael de la Torre, quos affert Diana loc. cit. & 2. par. tract. 16. resol. 6. Trullench lib. 1. in Bulla §. 7. cap. 3. dub. 12. num. 2. Fagundez loc. cit. num. 6. pag. mibi 472. & communis.

QVÆSTIO CLV.

An Saltem, dicta commutatio voti, possit fieri in aquale bonum, auctoritate priuati Confessoris?

AFFIRMANT, & à fortiori, authores primæ sententiaz, nuper relataz, & vtralios, Lessius lib. 2. cap. 40. n. 105. Viuald. in suo Candelabro aur. Quos citat, & viderur sequi, Diana 1. pa. tract. 11 resol. 48.

Sed probabilius Respondeo: Adhuc non posse. Quia iurisdictio ordinaria Confessoris, solum extenditur ad forum pœnitentiaz, ad quod, nec dispensandi, nec commutandi potestas pertinet, sed ad Ecclesiæ gubernationem in solo externo. Sic omnes Doctores, nuperime prò nostra parte, citati. Legendunt Sanchez, loc. cit. num. 13. Suarez, n. 6. & Diana & Fagundez locis citatis.

QVÆSTIO CLVI.

An Commutatio facta, vi Bullæ, aut Jubilei, possit fieri in aquale bonum?

NEGANT posse votum in aliquid minus commutari, sed semper commutationem debere fieri in aquale, Silvester, votum 4. q. 8. Couar. de pactis 1. par. 9. 3. n. 4. Sotus lib. 7. de Iust. q. 4. ar. 3. Navar. cap. 12. n. 63. Suarez lib. 6. de voto cap. 12. n. 6. & cap. 19. n. 7. & 8. Sayro, lib. 6. cap. 12. n. 9. Azor lib. 11. cap. 13. q. 6. Caet. Beja, Angles, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 4. sum. cap. 50. n. 4. Fagundez lib. 2. in Decalog. cap. 50. num. 10. pag. 481. Reginaldus etiam, lib. 8. cap. 22. num. 352. Ioannes de la Cruz 1. par. direct. præc. 2. ar. 2. dub. 10. concl. 2. Layman lib. 4. tr. 4. cap. 8. rum. 24. Faustus lib. 4. Thes. q. 19. n. 2. Sanctarell. cap. 8. dub. 1. & alij.

Sed, aquæ probabiliter, Respondeo. Posse fieri in paulo minùs bonum. Quia talis præsumitur voluntas Dei creditoris, qui liberalissimus, & benignissimus est; & intentio Superioris concedentis facultatem commutandi. Sic Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 12. dub. 1. Metina lib. 1. sum. cap. 14. §. 7. Toletus lib. 4. sum. cap. 18. num. penul. Sa, ver. votum. nu. 10. Enriquez lib. 7. cap. 30. n. 5. Lessius lib. 2. de Iust. cap. 40. dub. 11. n. 95. Rodrig. in Bulla §. 9. num. 107. & in sum. cap. 100. nu. 4. Angel, Viuald. & Corduba, quos omnes citat pro hac parte Sanchez loc. cit. n. 3. & pro vtraque Sayrum loc. cit. num. 19. & Alcozer in sum. cap. 16. His addi possunt; Leo, & Homobonus, quos affert, & sequitur Diana 3. par. loc. cit. & 2. par. tr. 16. resol. 10. & 1. par. tract. 11. resol. 40. Qui tamen resol. 49. Cum Sanchez ait; commutantem vota, virtute Cruciaz, absque debita aquilitatis inuestigatione, peccare mortaliter; sed certe non consequenter id dicit. Sic etiam Bonac. de legib. disp. 4. punct. 6. §. 3. num. 11. & Leo, Lauorius, Graffius, & alii, quos citat, & sequitur Bossius loc. cit. num. 15. pag. 225. Qui bene num. 16. addit vota, præfertim graniora, securius, & facilius commutari abijs, qui facultatem habent commutandi, & dispensandi simul, nempe à Regulæ, cum isti habeant priuilegium dispensandi in votis, quo possunt vti etiam tempore Iubilei.

QVÆS.

QVÆSTIO CLVII.

An Tuxta opinionem Doctorum prima sententia relate quæst. 154. Poffet, qui astricetus effet voto recitanci Coronam Virginis, hodiernam obligationem, in sequentem diem, per commutationem transferret?

AFFIRMANT Aliqui Doctores; ut testatur Pater Eugenius, nostræ Sacrae Religionis Diffinitor Generalis, & in nostro Salmanticensi Collegio Sacrae Theologiae professor, in sua pulchra Bullæ explicatione, disp. 6. dub. 5. per hac verba: Ego audiuita Petro de Ledesma, dum eius lectioni interest, obligatum ex voto recitare calculum Virginis, posse hodiernam obligationem in crastinum transferre per commutationem. Et etiam Magister Franciscus Cornejo tract. de legibus disp. 4. dub. 1. idem assert de voto Rosarij, aut ieunij; posse videlicet transferri in alterum diem, auctoritate conuentis; quia (inquit) cum sit commutatio in manefeste aquale, illicita non est. Sic, hic doctus Pater.

Sed (loquendo iuxta illorum Doctorum probabilitam sententiam) adhuc probabilius Respondeo: Non posse absolute; nisi addatur aliquid aliud in materia, propter dilationem ipsam. Quia alias non commutaretur votum Rosarij, Corona, vel ieunij in bonum euidenter aquale, sed immensus valde, ut constat. Sic prefatus Eugenius: & alij grauissimi moderni à me de hac re consulti. Et colligitur aperte ex doctrina, quam tradunt Enriquez lib. 7. cap. 10. num. 6. Sanchez in summa lib. 4. cap. 56. n. 28. & 29. Trullench in Bulla lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 18. n. 17. & 22. & Ludouicus disp. 1. cap. 7. dub. 1. num. 14. & 15. & exprefie Bossius de Jubil. sect. 2. cas. 27. num. 9. per hec verba: Quare opus, seu votum implendum certa die, non est necessario commutandum in opus aliud, eadē die implendum; cū possit esse maioris aut equalis, vel fere equalis obsequij, & consequenter magis, vel aque, aut fere & que gratum Deo, adimplere materiam sub rogata altera die: poterit ergo votum certa die implendum commutari quoad diem, & non quoad rem promissam, quo cuius erit levissima comutatio. Et nota hic, quod dum votum rei certa die promissa comutatur à confessorio, vel ab alio habente potestatem, non censetur sublata obligatione præstanti materiam subrogatam illamet-

die, nisi commutans exprimeret, vel ex materia subiecta qualitate, & adiunctis circumstantijs colligatur. Quia cum votum certa die implendum, duplice obligationem includat, scilicet, & operis promissi, & temporis determinati, & vna non habeat connectionē cū altera, sublata vna, non censetur eo ipso altera sublata, & consequenter tunc opus est, duplice commutatione, vel vna, quia virtute duas continet. Sic Bossius.

QVÆSTIO CLVIII.

An Quando, vi priuilegiorum regularium, aut alterius facultatis delegata, commutantur vota, etiam in bonum aquale, requiratur iusta causa?

NEANT Rodriguez in Bullam Crucis §. 9. num. 104. & 105. Lopez 1. par. instruct. cap. 49. ad finem. Bonacina in praepcta disp. 4. quæf. 2. punct. 7. §. 3. num. 11. Enriquez lib. 7. cap. 30. num. 5. & alij quos citat, & meo videri, sequitur Bossius de Jubil. sect. 2. casu 26. n. 2. pag. 226. Sed probabilius Respōdeo: Requiri Quia alias non censeretur commutans fidelis dispensator Domini sui, cum nulla necessitate suadente, offerret rem aqualem Domino suo. Sic namquæ, materia subrogata, non est melior; magis consetaneum est fidelitati Deo debitæ, soluere materiam promissam. Ex quo colligitur, nullæ exigunt causam ad commutandum votum in id, quod est euidenter melius; quia id potest fieri, propria auctoritate, ut supra, q. 153. est habitum, & solus ex celsus est legitima causa, cum commutans offerat Deo rem gratiorem. Sic Sanchez lib. 4. Sum. c. 50. nu. 15. Siluest, Sotus, Lessius, Suarez, Sayrus, Azor, & Ludouicus de Cruce, quos citat, & sequitur Trullench lib. 2. in Decalog. dub. 35. n. 8. & in expositio. Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 13. n. 2. Fillius, Grafius, & Maledetus, quos affert, & sequitur Dia na 2. par. tract. 16. resol. 10. & communis.

QVÆSTIO CLIX.

An Causæ, quæ ad dispensanda vota requiriuntur, requirantur etiam ad illa commutandæ?

AFFIRMANT Siluest. votum 4. qd 6. in fine Azor lib. 11. cap. 19. quæf. 3. & Sayrus lib. 6. Clavis Regia cap. 12. num. 26. & alij.

Probabilis est, eundem actum, qui est attritio, non posse fieri contritio em. ibid. 45.

Attritio sine Sacramento, non sufficit ad iustificationem. ibid. 46.

Probabilis est, ad valorem Sacramenti penitentiae, non sufficere Attritionem ordinis naturalis. 149. 47.

Certissimum est, ad effectum Sacramenti penitentiae sufficere attritionem. 236. 8. Etiam, ut talem cognitam. 237. 9. Etiamque in articulo mortis. 10.

Probabilis est, non sufficere, ad effectum Sacramenti, attritionem, qua penitens dolet, se non habere dolorem, 238. 11.

Certissimum est, attritionem, habitam, ob metum gehenna, vel ob turpitudinem peccati, sufficere ad recipiendum effectum Sacramenti penitentiae. ibid. 12. Et etiam ob metum pena Purgatorij. 13. Et etiam, ob infamiam, aut aliud malum temporale, si sit cum aliquo respectu ad Deum. 14.

Baptismus. Vide Amens.

Baptismus est triplex; fluminis; flaminis; & sanguinis. 31. 1. Ex his tamen, Baptismus flaminis, & sanguinis, tantum sunt, metaphorice Baptismus. ibid.

Baptismus aquæ, est Sacramentum regenerationis per aquam in Verbo vix. ibid. 2.

De fide est Baptismus fuisse institutum à Christo Domino. 32. 3. Et probabilis, illum instituisse, ante eius mortem. ibid. 4. Et eodem die, & hora, qua ipsem Christus Dominus Baptizatus fuit à Ioanne, & Ioannes à Christo. ibid. 5.

De fide est, esse necessarium, necessitate mendici ad salutem. 33. 6. Certissimum, non fuisse necessarium ad salutem à triennio, ante mortem Christi. ibid. 7.

Probabilis, non fuisse necessarium statim post mortem Christi. ibid. 8. Et probabile fuisse complete promulgatum, anno 40. post passionem eiusdem Christi. ibid. 9.

Baptismus est necessarius necessitate precepti Diuini. 34. 10.

Præceptum Diuinum de Baptismo, obligat omnes adultos. (Non parvulos ante usum rationis.) Et hoc, cum primum possunt. ibid. 11. & 12.

Tenentur Parentes, & Tutores, sub pena peccati mortalis, quam primum possunt, baptizare infantes. ibid. 13. Vnde probabilis est, peccare mortaliter Parentes, si absque necessitate, differant Baptismum infantibus, ultra quintum decimum diem. 35. 14.

Probabilis est, posse Ecclesiam determinare tempus præcepti diuini, quo adulti Baptizari tenentur. ibid. 15.

Certissimum est, nullo modo posse infantes

saluari

saluari ante realem susceptionem Baptismi, vel martirij. 36. 16. & 17.

Sanctificati in utero matris, tenentur ad susceptionem Baptismi. ibid. 18.

Probabilis est, non posse saluari absque Baptismo, qui nunc Baptismi legē ignorat. ibid. 19.

Baptismus characterem imprimit. 14. 15.

Baptismi Charactere reddimur potentes ad suscipienda sacramenta. 15. 19.

Baptismus, est principium externæ vita Christianæ. 34. 12.

Baptismi Materia remota.

Omnis, & sola aqua naturalis, est materia remota Baptismi; estque de fide. p. 37. q. 1..

Illa quantitas aquæ sufficit ad Baptismum, quæ pro est cūtingere corpus, & successiue fluere. ibid. 2.

Probabilis est, sufficere ad Baptismum unam, aut duas guttas aquæ. ibid. 3.

Probabilis est, verum efficere Baptismum, qui Baptizat, signo crucis, in fronte, aut in capite, impresso, digito, aut lintheo aliquo madafacto aqua. 38. 4.

Probabilis est, aquam, ex sale, niue, glacie, gelu, aut rore cœli, resolutam, esse sufficientem materiam Baptismi. ibid. 5. & 6.

Probabilis est, ipsammet glaciem, niuem, aut gelu, esse sufficientem materiam Baptismi. ibid. 7.

Aqua, quæ distillat ex vite, vel arbore, non est apta materia Baptismi. 39. 3.

Probabilis est, lixivium, Brodium, aut ius carnium, esse materiam Baptismi. ibid. 9.

Gutta aquæ, quæ colliguntur ex tegumento olla, sunt materia Baptismi. 40. 10.

Aqua, quæ exiuit elatere Christi, est materia Baptismi. ibid. 11.

Certissimum est, ceruissiam, ptisanam, lac, virginam, saliuam, sudorem, lacrimas, &c. non esse materiam sufficientem ad Baptismum. ibid. 12. Ideoque, nemo potest, adhuc in casu necessitatis, Baptizare cum huiusmodi humoribus. ibid. 13.

Aqua artificialis, non est materia Baptismi. ibi. 14. Nec instanti necessitate. 41. 15. Benetamen aqua, per artē ex vino lymphato, vel ex brodio extracta, aut de purata ex luto. 41. 16. Aut, aqua naturalis, mixta cum parua quantitate Rosaceæ, &c. ibid. 17.

Vt aqua naturali feda, vel aliquo brodio, aut alia materia dubia, abscue necessitate ad baptizandum, est peccatum mortale: non tam enī illa, & sub conditione. ibid. 18.

Baptismi Materia proxima.

Ablutio, est materia proxima Baptismi. Probabilis que est posse fieri tribus modis nempe per immersionem, effusionem, & aspersionem. 42. 19.

Certissimum est, infantem, in utero matris

existenter, non posse baptizari, per uteri ablutionem. ibid. 20.

Probabilis est, valide baptizari infantem in utero existentem, si super ipsum aqua immittatur. ibid. 21.

Probabilis est, nec posse baptizari infantem secundira pellicula contectum, nisi illa sit porosa. 43. 22. Nec posse fieri Baptismum per aspersionem vestrum illius. ibid. 23.

Probabilis est, solam capillorum aspersio nem, seu ablutionem, sufficere ad Baptismum. 43. 24. Et à fortiori, solam ablutionem cuiuscumque partis corporis, vt digiti; &c. 44. 25.

Baptismus potest sub conditione repeti baptizato in pectore, vel scapulis ibid. 26.

Potest, & debet repeti Baptismus sub conditione, illi, qui tantum, secundum capillos, manum, pedem, digitum, aspersus fuit, ibid. 27.

Probabilis est, esse validū Baptismū, si quis ob penuriam aquæ, infantem, morti proximum, proferendo formam, influmen, aut puteum projectat. ibid. 28. Qui tam enī hoc modo baptizat, peccat mortaliter. 45. 29.

Probabile est, efficere Baptismum illum, qui videns puerum, labentem in flumen, profert formam Baptismi. ibid. 30.

Probabilis est, valere Baptismum, quando quis, aquæ, defluenti è teatō, submittit puerū, verba proferens. ibid. 31.

Probabilis est, Baptismum valere post primam immersionem, quando per trinam fit; si forma iam sufficienter sit prolatæ, ante duas ultimas. ibid. 32.

Probabilis est, valere Baptismum, posita prima ablutione, etiam si minister non intendat consummare illum, nisi in tertia. 46. 33.

Baptismi Forma.

Forma Baptismi est hac: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* p. 46. q. 1.

Probabilis est, particulam, *Ego non esse de substantia formæ.* ibid. 2. Imo, & omittentem talem particulam, venialiter solū peccare. 47. 3.

Probabilis est, verum efficere Baptismum, illum, qui loco, *Ego,* diceret: *Noste Baptizamus, &c.* ibid. 5. Etiam si persona Baptizans, esset particularis. ibid. 4.

Certissimum est, verum efficere Baptismum, illum, qui diceret, *Ego Petrus, aut ego Sacerdos, Baptizo te, &c.* ibid. 5. Estque probabile, peccare tantum venialiter. ibid.

Probabilis est, non confici Baptismū, si duos simul, vnum baptizantes, vnuenique diceret: *Noste Baptizamus;* nisi in casu, cro per ly nos, intendet vnuquisque, *Ego.* ibid. 6.

Certissimum est, particulam, *Te,* esse de substantia formæ Baptismi. 48. 7.

Probabilis est, verum efficere Baptismum, qui loco, *Te,* peneret nomen proprium baptiza

ti. ibid. Immo in eo casu, probabilius est, solū peccare venialiter, ibid. 8.

Probabilius est, verum efficere Baptismum, qui baptizans vñū diceret. *Ego vos Baptizo. Peccaret tamen, ad minus venialiter*, ibid. 9.

Probabilius est, valide baptizare, qui, loco baptizo, diceret; *Lauo, abluo, intingo, immergo, aspergo*. ibid. 10. Non vero, si diceret; *Ego te linio, proiecio in aquam; te mando ab orige nali*, ibid.

Probabilius est, particulam, *in*, non esse de essentia formæ Baptismi. 49. 11. Immo, solum peccare venialiter, qui dictam particulam omittet ibid. 12.

Valide baptizaret, qui diceret: *Ego te Baptizo in nomine Patris, &c.* ibid. 13.

Certissimum est, non efficere verum Baptismum, qui diceret; *Ego te Baptizo in nominibus Patris, &c.* ibid. 14.

Probabilius est, valide baptizare, qui diceret; *Ego te Baptizo, in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti*, 50. 15.

Probabilius est, validum esse Baptismum, datum sub hac forma: *Ego te Baptizo cum nomine Patris, cum nomine Filij, & cum nomine Spiritus Sancti*; ibid. 16.

Probabilius est, non valere Baptismum, sub hac forma datum; *Ego te Baptize cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu Sancto*; Aut sub ista: *Ego te Baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto*. Bene tamen datum sub hac; *Ego te Baptizo in vñū Deum, Patrem, Filiū, & Spiritum Sanctum*. Vel, *in uno Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto*. ibid. 17.

Baptismus; datus sub his verbis: *Ego te Baptizo in virtute Patris, &c.* est valde dubius; & ideo sub conditione repetendus. 51. 18.

Longe probabilius est, non esse validum Baptismum, sub his verbis datum, *Ego te Baptizo in nomine Sanctissimæ Trinitatis*; vel, *In nomine vnius, & Trini*; vel, *In nomine trium personarum*. ibid. 19.

Longe probabilius est, non valere Baptismū hoc tempore, sub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Iesu Christi*. ibid. 20.

Probabile est, nunquam fuisse administratum Baptismum, sub prædicta forma. 52. 21.

Probabile est, validum (non licitum) fore Baptismum, sub hac forma datum; *Ego te Baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis*. ibid. 22.

Probabile est, validum esse Baptismum, sub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Verbi, & Spiritus Sancti*. ibid. 23.

Probabilius est, validum esse Baptismum, sub hac forma: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus Sancti*. 53. 24.

Probabilius est, non esse validum Baptismū,

sub hac forma collatum; *Ego te Baptizo in nomine Patris, ego te Baptizo in nomine Filii, ego te Baptizo in nomine Spiritus Sancti*. 53. 92.

Probabilius est, non esse validum Baptismū sub his verbis datum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. ibid. 25.

Validus est Baptismus, sub hac forma datus: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, *ego te Baptizo*; vel, *In nomine Patris, ego te Baptizo, & Filii, & Spiritus Sancti*. ibid.

Longe probabilius est, valere Baptismum, sub hac forma: *Ego te Baptizo in nomine Filii, Patris, & Spiritus Sancti*. ibid. 27.

Probabilius est, esse invalidum Baptismum, sub hac forma datum: *Ego Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. 54. 284.

Probabilius est, illam particulam, *Et, non esse de essentia formæ Baptismi*. ibid. 26. Immo, & probabilius, solum peccare venialiter illum, qui eam omitteret. ibid. 30.

Longe probabilius est, particulam *Amen* non esse de substantia formæ Baptismi. ibid. 31. Licet probabilius sit, esse de precepto formæ, & ita, qui illam omitteret, peccaret, ad minus, venialiter. 55. 32.

Probabilius est, non esse de necessitate praecipi, quod forma Baptismi, latino sermone, à Sacerdotibus proferatur. ibid. 33. Quamvis, secundum aliquos Doctores, peccarent venialiter, sic illam proferentes. ibid.

Validus est Baptismus, si eius forma, ab Idiotata corrupte proferatur. ibid. 34.

Validum efficeret Baptismum, qui ex imponentia, aut imperitia diceret: *Ego te Baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritus Sæcta*; vel, *Ego te aptizo*, vel, *Batizo in nomine &c.* ibid.

Validum efficeret Baptismum, qui etiam, ex industria, aut ioco, corrumperet verba formæ, si intentionem seruer Ecclesiæ. 56. 35.

Probabilius est, esse validum Baptismum, sub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatoe Marie, & omnium Sanctorum*. ibid. 36.

Valide Baptizat, qui, cum parua interruptione, verba formæ profert. Secus vero, si cum magna. ibid. 37.

Probabile est, valide Baptizare illum, cui postquam dixerit: *Ego te Bap: propter tuum, & sit respirationem paululum quiescit, & deinde addit, tizo in nomine Patris, &c.* ibid. 38.

Longe probabilius est, non esse validum Baptismum, datum pueru, qui postquam Sacerdos dixit: *Ego te Baptizo in nomine Patris moritur*. 57. 39.

Probabile est, non fuisse validum Baptismum, datum pueru, qui in eo instanti, in quo finita fuit ultima syllaba formæ è vita defecit. ibid. 40.

VI.

Index Sententiarum.

Probabilis est quod non sit necessaria, simul etas physica forma Baptismi, & ablutionis: sed sufficiat moralis. *Ibid. 41.*

Certissimum est, non esse validum Baptismum, datum per signa, aut nutum. *57. 42.*

Forma conditionalis Baptismi, qua debemus vti, quando Baptismus est incertus, vel dubius, est huc: *Si non es Baptizatus, ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij &c. 58. 43.*

Probabile est, debere baptizari sub conditione Infantes expositos, etiam casu, quo tales Infantes in scriptum ferant, fuisse Baptizatos; si nomen testis non prodatur. *Ibid. 44.*

Probabile est, posse sub conditione rebaptizari Infantes, qui ob aliquam causam domi, ab Obstetricibus, Parentibus, aut alijs laicis, baptizati sunt. *59. 45.*

Vere peccaret mortaliter, qui vere Baptizatum, iterum sub conditione baptizaret. *60. 46.*

Probabilis est, solum venialiter peccare illum, qui non Baptizatum, sub conditione baptizaret. *Ibid. 47.*

Forma Baptismi apud Graecos, secundum aliquos Doctores, est huc: *Baptizetur Seruus Christi N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Secundum alios, huiusmodi: *Baptizetur Seruus Christi N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Vtraque vera. *Ibid. 48.*

Latini, Baptizati sub forma Graeca, vere essent Baptizati: licet Latinus, sic baptizas, grauiter peccaret. *Ibid. 49.*

Baptismi Minister.

Triplex est Baptismi Minister; Necesitatis, Solemnitatis, & Ex commissione. *p. 61. 1.*

Angelus non potest, secundum communem legem Baptizare, bene tamen ex dispensatione divina. *Ibid. 2.*

Probabilis est posse hominem beatum, ex lege communi, baptizare valide. *Ibid. 3.*

Certissimum est, posse Paganum valide baptizare. *62. 4.* Et Hæreticum: Rudioremque hominem. *23 q. 13.* Et etiam posse quemlibet, in necessitate, valide, & licite baptizare. *Ibid. 5.*

Longe probabilis est, peccare mortaliter non Sacerdotem, extra necessitatem, et iam absque solemnitate, baptizantem. *Ibid. 6.* Idem que dicendum de Sacerdote, absque necessitate, extra Ecclesiam baptizante. *Ibid.* Nisi tempore pestis. *Ibid.*

Probabilis est, peccare mortaliter Laicum, aut non Sacerdotem, qui etiam in necessitate, & absque contemptu, coram Sacerdote, baptizat. *Ibid. 7.*

Probabile est, solum venialiter peccare non Diaconum, qui in necessitate, praesenti Diacono, baptizat. *64. 8.*

Probabilis est, solum etiam peccare venialiter, foeminam, in praesentia viri; aut virum Laicum: in praesentia Clerici, aut Clericum in

minoribus, in praesentia Subdiaconi, in necessitate baptizantes. *Ibid. 9.*

Probabilis est, non incurere irregularitatem Laicum, sine necessitate primitam baptizantem; bene tamen, si solemniter baptizet. *Ibid. 10.*

Certissimum est, nemine posse se ipsum baptizare. *65. 11.*

Certissimum est, posse unum, unica aspersio ne, plures valide baptizare. *Ibid. 12.* Et probabile sane, venialiter solum peccare, qui simul plures, absque necessitate, baptizat. *Ibid. 13.* Et certum, in predicto casu, plura esse Baptismata, & Sacraenta. *Ibid.*

Possunt plures simul, unum baptizare, dummodo intentio unius non dependeat ab intentione alterius. *66. 14.*

Probabile est, quod, etiam si partialiter concurrent, valide baptizent. *Ibid. & q. 16.*

Plures absque necessitate, unum baptizantes, peccant mortaliter. *66. 15.*

Probabile est, quod in casu necessitatis, possint duos diuidere ministerium Baptismi, ita ut unus applicet materiam, alter formam. *Ibid. 16.*

Soli Sacerdotes sunt, ex officio, ministri Baptismi. *67. 17.*

Religiosi, stando iuri Canonico, non possunt baptizare, bene tamen stando iuri Divino, vel ex licentia Episcopi, vel Parochi. *Ibid. 18.*

Religiosi, sine predicta licentia, aut necessitate, baptizantes, peccant mortaliter; sed non incurunt irregularitatem, secundum probabilitatem sententiam. *Ibid. 19.*

Clericus, non Sacerdos, solemniter, absque necessitate Baptizans, peccat mortaliter, & incurrit irregularitatem. *68. 20.*

Probabilis est, Clericu[m] n[on] Sacerdotem baptizantem aliquem, sine necessitate (etiam non solemniter) prohibente Parochio, non incurere irregularitatem; licet mortaliter peccet. *Ibid. 21.*

Diaconus, non ex officio, sed ex concessione Parochi, est Minister Baptismi. *Ibid. 22.*

Parochus, vel alius Sacerdos, baptizans solemniter puerum alterius Parochie, extra necessitatem, peccat mortaliter, licet non incurrit irregularitatem. *Ibid. 23.*

Minister baptizans debet necessario habere intentionem, saltem virtutalem. *Ibid. 24.*

Longe probabilis est, non suppleri à Deo intentionem Ministeri, necessariam ad Baptismum, quoad effectum gratia. *69. 25.*

Qui per modum ioci baptizat, valide baptizat. *Ibid. 26.*

Probabilis est valide illum baptizare, qui eum, quem baptizat, putat esse Petrum, cum sit Paulus; & esse foeminam, cum sit mas. *Ibid. 27.*

Probabilis est, Laicum, existentem in mortali, & excommunicatum, in necessitate baptizantem, non peccare mortaliter. *70. 28.*

Probabilis est, Sacerdotem excommunicatum

Index Sententiarum.

VII.

tum, baptizantem in necessitate, sine solemnitate, non peccare mortaliter. ibid. 29. Bene tamen, si solemniter baptizet. ibid. 30.

Certissimum est non priuari iure petendi debitum, Patrem, qui in necessitate, nullo alio praesente, baptizat filium suum, ex legitimo matrimonio. 70. 31. & 83. 11.

Non potest ducere in uxorem, matrem filij sui, ex fornicatione habiti, Pater, qui in necessitate illum baptizat. 71. 31. & p. 84. q. 12.

Probabilis est, Patrem, legitimum filium suum in necessitate, baptizantem, etiam presentibus multis, non priuari iure petendi debitum. 71. 32. & 83. 11.

Probabilis est teneri Obstetrices, sub mortali, formam Baptismi, & modum baptizandi scire. 71. 33.

Baptismi Subiectum.

De fide est, omnem, & solum hominem, sive adultum, sive infantem, esse subiectum capax Baptismi. 71. q. 1.

Satyri, vel concepti ex foemina, & Bruto, non sunt capaces Baptismi. ibid. 2.

Probabile est, monstrum, genitum ex vero homine, & Bruta foemina, esse capax Baptismi. 72. 3.

Baptizandum est absolute monstrum, genitum ex vero homine, & foemina. ibid. 4. Quomodo autem. ibid.

Baptizandum est, tantum sub conditione, monstrum, quando dubitatur, an habeat animam rationalem. ibid. 5.

Probabilis est, valere Baptismum, infantibus collatum, sine consensu Parentum infiduum. ibid. 6.

Valide, & licite possunt Baptizari filii Hæreticorum, etiam casu, quo sub cura Parentum sint, si timeatur periculum peruersonis eorum. 73. 8.

Probabilis est, non posse baptizari infantes infiduum, non seruorum, inuitis Parentibus. 73. 9.

Probabile est, posse baptizari infantes in infiduum seruorum Christianorum, inuitis Parentibus. ibid. 10. Immo, & probabilis, quod eorum Domini teneantur, sub mortali, hoc facere. ibid. 11.

Filii infiduum, nullo modo Christianis subditorum, non possunt, inuitis Parentibus, baptizari. 73. 12.

Filii infiduum, politice Christianis subdorum, possunt licite, inuitis Parentibus baptizari, si sint in articulo mortis, aut extra paternam potestate. 74. 13.

Filius cuiuscumque infidelis, usum habens rationis, Baptismum petens, debet, inuitis Parentibus, baptizari. ibid. 14.

Etiam si dubitetur, utrum puer usum rationis polleat, si complevit septenarium, & Baptis-

mum petierit, potest, inuitis Parentibus, baptizari. ibid. 15.

Potest filius, infidelis, licite baptizari, si unus ex Parentibus consentiat. ibid. 16.

Nulla requiritur dispositio in infante baptizando, nec in Amentibus adultis. 75. 18. Ad receptionem validam Baptismi, requiritur consensus Baptizati. ibid. 19.

Probabilis est, ad valorem Baptismi, in adultis, requiri positivum consensum. ibid. 20.

Possunt valide, & licite, baptizari Dormientes, vel Amentes, si ante somnum, & amentiam, petierint Baptismum. ibid. 21.

Sub conditione possunt baptizari, etiam sine coniectura de petitione Baptismi. ibid. 22.

Non est baptizandus Amens, qui ante an eniatim, Baptismū petiit, dum modo cōsulet, cum, post petitionem Baptismi, in peccato iacuit se. ibid.

Non requiritur in adulto fides supernaturalis ad recipiendum Baptismum, quoad Charakterem: bene tamen ad recipiendum cum fructu, & gratia. 76. 23.

Regulariter loquendo, requiritur in adulto fides, explicita Mysterij Trinitatis, & Incarnationis, vt Baptismum recipiat, quamvis, in articulo mortis, possit, talia non credenti mysteria, Baptismus ministrari. ibid. 24.

Certissimum est, non teneri adultum sua confiteri peccata ante Baptismi receptionem ibid. 25. Et probabilis est, sufficere ei attritionem de illis habere. ibid. 26. Etiam, vt tacitam cognitam. 77. 27. Debereque esse necessario supernaturale. ibid. 28. Nec sufficere ei attritionem naturalem, existimatā supernaturalem. ibid. 29. Bene tamen ei sufficere habere in generali, attritionem de omnibus suis peccatis. ibid. 30.

Baptismi Effectus.

Certissimum est, Baptismum, omnia peccata, tam actualia, quam originale, delere. 78. 1. Immo, & omnem penam, pro dictis debitatā, peccatis. ibid. 2. Non tamen auferre omnes penae iustitiae, quæ peccatum Adami, & originale, in nobis contractum, sequuntur ibid. 3.

Baptismus confert gratiam iustificanteri, &c. ibid. 4.

Probabilis est, Baptismum conferre, aequali omnibus parvulis gradum gratiae. 79. 5.

Nullo vero modo, adultis; sed iuxta corum dispositionem ibid. 6.

De fide est, Baptismum Characterem imprimeri. ibid. 7. Nec iterari posse ibid. 8.

Probabilis est, non incurrire irregularitatem, qui sub conditione rebantizat. 80. 9. incurrat tamen, si absolute. 79. 8.

Præter gratiae collationem, alios habet effectus Baptismus. 80. 10.

Baptismus, per se, non liberat seruum à ser-

VIII.

Index Sententiarum.

virtute per accidens, maxime, ubi hoc recipitum est ibi. 11.

Filio in Baptismo impedit eius effectus. Ibid. 12. Recedete tamē fictione, cōfert gratia. Ibid. 13. Baptismi Patrinus.

Quamvis, iure Ecclesiastico, sit necessarius in Baptismo Patrinus, non tamen est de essentia eius. pag. 81. q. 1.

Probabilis est Parochum, solemniter baptizantem sine Patrino, mortaliter peccare. Ibid. 2.

Probabilis est, non esse necessarium Patrium in priuato Baptismo. Ibid. 3.

Iure antiquo, unus tantum Patrinus debebat esse; iure tamen novo, duo possunt. Ibid. 4.

Quando duo sunt Patrini, debent esse vir, & feminina. 82. 5. Neque in hoc potest Episcopus dispensare. Ibid.

Probabilis est, peccare mortaliter Parochum, vel parentes, plures, quam duos Patrinos in Baptismo assignantes. Ibid. 6.

Pr. probabilis est, tenentes in Baptismo infantem, nomine alterius, non voile, saltem licite, esse plusquam duos. Ibid. 7.

Probabilis longe est, quemlibet, rationis capacem, posse esse Patrinum. Ibid. 8.

Probabilis est, omnes, simul tangentes baptizatum, casu, quo nulli assignentur Patrini, contrahere cognitionem spiritualem. 83. 9. Si vero, non omnes simul, sed successive teneant, aut tangant, probabilis tunc est, non omnes cognitionem contrahere, sed solum illum, qui primo suscepit. Ibid. 10.

Non baptizatus, nequit esse Patrinus. 84. 13. Etsi fiat, probabilis est, non contrahere cognitionem spiritualem. Ibid. 14.

Monachi non possunt esse Patrini. Ibid. 15. Quod si de facto fiant, vere contrahunt spiritualem cognitionem. Ibid.

Probabile est, Religiosos, non Monachos, non prohiberi esse Patrinos. 85. 16.

Probabile est, Abbatem, vel Monachum, Patrini munus exercentem, solum venialiter peccare. Ibid. 17.

Probabilis est, in casu necessitatis, non extra, post Parentes, esse propriæ sobolis Patrinos. Ibid. 18.

Probabilis est, non primari Parentes, si in casu necessitatis, propriæ sobolis sint Patrini, iure petendi debitum. Ibid. 19. Maxime vero, si extra casum necessitatis. Ibid.

Probabilis est, duos coniuges posse, absque villo peccato, esse alienæ prolis Patrinos ibi. 20.

Probabilis est, patrinum contrahere spiritualem cognitionem in Baptismo priuato. 86. 21.

Probabilis est, nec procuratorem, puerum à fonte levantem, nec principalem, cum mitentem, contrahere cognitionem spiritualem. Ibid. 22.

Probabilis est, necessarium esse, quod Patrinos puerum tangat dum baptizatur, aut aliter statim ac baptizatus est, ipsum levet è sacro fonte, ad hoc, ut contrahat spiritualen cognitionem. Ibid. 23.

Probabilis est, non esse necessarium, ut patrinos contrahat spiritualem cognitionem, quod nomine infantis respondeat, eolo, abrenuntio. 87. 24.

Absque dubio, non contrahit cognitionem spiritualem, qui tenet infantem, dum suppletur solemnitates Baptismi. Ibid. 25.

Probabilis est, esse peccatum mortale omnem solemnites in Ecclesia, quando puer dominum, sine illis, baptizatus est. Ibid. 26.

Longe probabilis est, teneri Parochum, sub mortali, in Baptismo, exercitos, ad fugandos demones, adhibere. 88. 27.

Probabilis est, eum, qui per errorem lenat in Baptismo filium Patris, putans esse filium Pauli, contrahere cognitionem spiritualem. Ibid. 28.

Cum tribus tantum personis contrahit patrinus cognitionem spiritualem. Ibid. 29.

Probabilis est, omnes patrinos, etiam si sint plures, quam duo, contrahere cognitionem spiritualem. Ibid. 30.

Probabilis est, teneri patrinum sub mortali, instruere puerum in rebus fidei. Ibid. 31. Excusari tamen ab hac obligatione, quando probabilititer credit alia via id fieri. Ibid.

Baptizans, contrahit cognitionem spiritualem, cum Baptizato, & Patre, & Matre eius. 89. 32. Etiam cum masculo baptizato. Ibid. 33.

Beatus.

Beatus homo potest, ex lege communī validē batizare. 61. 3.

Beneficium.

Qui habuit Beneficium Parechiale, & iam non habet, potest, virtute Bullæ, eligi in Confessarium, absque noua Episcopi approbatione. 390. 65.

Beneficiatus.

Probabilis est, Beneficiatum, in sacris constitutum, omittentem Officium Divinum, unum tantum peccatum committere. 369. 20.

Bestialitas.

Qui bestialitatem committit, non tenetur explicare species animalium; nisi sit bestia infernalis. 275. 30.

Blasphemia.

Probabilis est, non esse necessarium in confessione explicare qualitates, aut modos blasphemiarum contra Deum, nisi alios essent hereticales, aut ex odio Dei præuenientes. 270. 14.

Probabilis est, debere explicari, an Blasphemia fuerint, contra Deum, aut contra Sanctos. 271. 15. An etiam, contra Beatam Virginem. Ibid. 16.

Blasphemia cōtra Deum, contra Beatom Virginem,

Index Sententiarum.

IX.

ginem, & contra Sanctos, probabilius est, quod
differt specie. *Ibid.*

Bulla. Vide, Edictum Inquisitionis. Indul-
gentia, & Votorum Commutatio.

Probabilius est, posse quem multoties, ea-
dem die, indulgentias Bullæ lucrari. 493. 74.

Eadem potest quis, pro animabus Purgato-
rij, vel pro defuncto, sibi bene viso, Indulgen-
tias, eadém die lucrari. 494. 75.

Probabilius est, per Bullam Cruciatæ, lucra-
ri quem, in diebus stationum, omnes Indulgen-
tias, etiam plenarias, vrbis Romæ. 526. 171.
Vide Regularis. Religiosus. Iubileum.

Bona Ecclesiastica.

Furari bona immobilia alicuius Beneficij,
vel decimas, est sacrilegium. 287. 20.

Casus reseruati.

Vide Episcopus. Potestas reseruandi casus.
Confessarius. Confessionis Minister.

Probabilius est, peccata impuberum subdi re-
seruationibus Prælatorum reseruantium. 416. 5.

Probabilius est, peccata venialia, & mortalia
semel rite confessa, non posse, nisi a solo Summo
Pontifice, reseruari. *Ibid.* 6.

Fere certum mihi est, peccata, omnino inter-
na, reseruari posse. 417. 7. Nulla tamen de fac-
to, quidquid alij dicant, sunt iure reseruata;
nec Pontifex, nec Episcopi ea reseruare solent.
Ibid. 8.

Probabilius est, quando reseruantur peccata,
contra iustitiam, charitatem, castitatem, &c. in
actum externum prodeuntia, non esse reseruata;
actiones leues, licet ex mortali proueniant
affetu. *Ibid.* 9.

Certissimum mihi est, peccatum, in dubio
mortale, posse reseruari. 418. 10. Cum quo ta-
men stat, probabilius esse, quando absolute, &
simpliciter reseruatur genus aliquod peccati,
non intelligi reseruatum peccatum dubium, vel
quoad commissionem, vel quoad grauitatem.
Ibid. 11.

Probabile est, quando peccatum dubium. v.
g. hæresis, absolutum est ab inferiori, & postea
certò in memoriam venit; non debere iterum
Superiori presentari; sicut de voto, in dubio,
ab Episcopo dispensato; quod, licet postea cer-
to occurrat, non indiger Pontificia dispen-
satione. 419. 12.

Peccata non solum possunt, iuxta communem
sententiam, sine censura reseruari, sed aliquando
Summus Pontifex aliqua reseruavit, sine
censura. *Ibid.* 13.

Longe probabilius est, Pontificem, aut Epis-
copum, reseruantes peccata, non solum reserua-
re censuram, sed etiam peccata ipsa, ob quæ cen-
sura imponitur. *Ibid.* 14.

Quando peccata, à quocumque reseruata, co-
mittuntur cum ignorantia, à censura excusatæ,
non solet reseruata. 420. 16.

Probabilius est, posse à solo Summo Ponti-
fice reseruari peccata quoad absolutionem, etiā
indirectam. *Ibid.* 17.

Capitulum Sede vacante.

Probabilius est, non posse Capitulum Sede
vacante Indulgentias concedere. 478. 23.

Cardinales.

Probabilius est, posse Cardinales ex confue-
tudine, vel alicuius Pontificis viuæ vocis ora-
culo, eligere sibi, in Confessarios, Sacerdotes
simplices. 381. 33.

Caro.

Vnicum tantum peccatum committit, qui,
vnico voluntatis actu, vult per totam quadra-
gesimam carnibus vesci. 274. 27.

Causa ad concedendas Indulgentias. Vide
Pontifex Summas.

Requiritur causa aliqua pia ad concedendas
licite Indulgentias. p. 479. q. 27. *Immo*, & ad
validam earum concessionem. *Ibid.* 28. Nec
sufficere causæ æqualitatem, secundum quanti-
tatem, sed requiri secundum proportionem,
probabilius est. 480. 29. Vnde solum valebit
Indulgentia, pro parte, cui causa proportiona-
ta est. *Ibid.* & 481. 31. Nisi causa, a concedente
Indulgentias estimetur sufficiens, & propor-
tionata, tunc enim valet in totum. 480. 30.

Eleemosyna duorum argenteorum pro Bul-
la, cum alijs operibus, que in Bulla præscribun-
tar, sufficiens est causa ad illam concedendam.
481. 32.

Sufficiens, & pià reperitur causa, quando
conceditur Indulgentia habenti aliquod gra-
num, vel imaginem benedictam. *Ibid.* 33.

Cæcus.

Cæcus debet in extrema vñctione, vngi in
oculorum organo. 24. 14.

Censura.

Vide Casus reseruati. Mortis articulus, &
Circumstantia Quando.

Etiam extra Confessionem potest absolvi à
centura. 309. 23.

Character.

Est aliquid phisicum, & reale. 15. 17.

Non est formaliter relatio realis prædicatæ
mentalæ. sed qualitas quædam, spiritualis, su-
pernaturalis, & indelebilis. *Ibid.* 18.

Probabilius est, characterem, esse potétiam,
ad secundâ qualitatis speciem, pertinentem.
Ibid. 19. In soloqñ Intellec̄tu immediate sub-
iectari. *Ibid.*

Probabilius est, characterem, post mortem;
manere in Beatis, & damnatis. 16. 21. *Immo*, &
in æternum permanere, cum potestate, sibi an-
nexa. 17. 22.

Characteres, à Sacramentis impressi, specie;
differunt. *Ibid.* 23.

Chrisma.

Vide Confirmationis materia.

Chris-

Chrisma ex oleo olivarum, & balsamo confectum, est materia remota Sacramenti confirmationis. 96. 1. Fuit a Christo institutum. 97. 2. Et que de necessitate Sacramenti, quod sit consecratum. Et ab Episcopo. ibid. 4. & 98. q. 5

Chirurgus.

Probabilius est, posse absoluī, etiamsi in mendis fœminis, s̄pē peccet. 249. 48.

Christus.

Omnia Sacraenta legis nouæ immediatè per se ipsum Christus instituit. p. 3. q. 5. & 6. & p. 4. q. 10. Et determinauit materias, & formas illorum. ibid. Licet probabilius sit, non determinasse in individuo materias, & formas omnium Sacramentorum. 5. 11.

Circumstantia in communi.

Quid, & quot sint circumstantiae peccatorum. 256. q. 1. & 2.

Defide est, omnes circumstantias peccatorum mortalium mutantes speciem, esse necessario constendas. ibid. 2.

Probabilius est, circumstantias notabiliter aggravantes intra eandem speciem, non esse necessario confitendas. 257. 4. Et minus, circumstantias notabiliter minuentes peccatum. ibid. 5. Licet certum sit posse pœnitentem has circumstantias licite confiteri. ibid. 6.

Circumstantia Quid.

Denotat qualitatem pœnitentis. pag. 258. q. 1. Certissimum est, teneri fateri circumstantiam voti, aut Ordinis, Religiosum, aut sacris initiatum, fornicantem. ibi. q. 2.

Probabilius est, Sacerdotem sæcularem satisfacere in Confessione, si dicat; se violasse votum castitatis. 258. 3.

Qui fœminam, habentem votum simplex castitiatis, cognouit; tenetur fateri talem circumstantiam. 259. 3.

Probabile est, non satisfacere Religiosum professum, seu Moniale, dicendo, se violasse votum castitatis, non explicando, statum Religionis. 259. 4.

Probabilius est, non teneri Sacerdotem sæcularem, in peccatis contra castitatem, explicare Sacerdotium. ibi. 5.

Quando Sacerdos, aut Religiosus est notus Confessario, non tenetur, adhuc in peccatis luxuriaz, dicere, se esse Sacerdotem, aut Religiosum. ibid. & p. 266. 25.

Mulier, quæ cum Sacerdote sæculari peccavit, sat est illi, si dicat, se peccasse cum habente Ordinem Sacrum; si vero cum Regulari, necessario debet explicare statum Religiosum. 260. 7.

Probabilius est, non teneri utramque voti simplicis, & solemnis circumstantiam fateri, quivtrumq; vi lauit. ibid. 8. Nec peccante cum Nouitio, vel Nouitia, explicare hanc circumstantiam. ibid. 9. Quod idem est dicendum, de

Clericis Minorum Ordinum. ibidem.

Probabile est, debere votum explicare, qui habens votum castitatis, consilio, vel auxilio, causa fuit, vt alij, tale votum non habentes, pecarent. 261. 10.

Probabilius est, teneri Eunuchum, & Frigidum, circumstantiam impotentie explicare, quando ad mulieres accedunt. ibid. 11.

Probabilius est, nec sponsum, nec sponsam de futuro, nec eos, qui cum eis commiscentur, tenet ri explicare in Confessione sponsalium circumstantiam, ibid. 12. Nec Episcopum, aut alium Prælatum, in peccati occulti confessione, Prælationis circumstantiam. 262. 13.

Non tenetur, qui votum castitatis emisit, & postea votum de non committenda mollitie, si polluatur, utrumque votum explicare. ibid. 14.

Probabilius est, amissionem Virginitatis, non esse a viris necessario in confessione fatendū. ibid. 15. Nec à fœminis sponte illam amittendib; 263. 16. Nec quamvis sint sub cura Parentum, aut Tutorum. ibid. 17. Nec si se polluat. ibid. 18.

Probabilius est, sufficere suprant̄ fœminam per vim, fateri se commisere simplicem fornicationem per violentiam, etiam si fœmina sit virgo. 264. 19.

Probabilius est, iuueni, qui morosè de virginine delectatur, sine intentione ei violentiam inferendi, sufficere, si dicat, se habuisse delectationem, circa solutam. ibid. 20.

Circumstantia Quid.

Per illam denotatur quantitas, & qualitas peccati. p. 266. q. 1.

Probabilius est, non debere necessario confiteri quantitatem furti. ibid. 2. Licet circumstantia parui furti aliquando sit cōfiteāda. 267. 3.

Probabilius est, furari coram Iudice, vel cum manifesto periculo vita, non esse circumstantiam necessario fatendam. 267. 4.

Certissimum est, necessario debere explicari copulam ab illo, qui illam habuit; nec sufficere ei, si dicat, commisi peccatum graue contra castitatem cum soluta. ibid. 5.

Probabilius est, teneri Sodomiticum explicare, an fuerit agens, vel patiens. ibid. 6. Et qui copulam habuit cum infideli, circumstantiam hanc. 268. 7.

Probabilius est, non teneri fateri, se odisse proximum in mortem, infamiam, vel paupertatem, eum, qui ex odio formaliter, dicta mala illi desiderauit. 268. 8.

Probabilius longe est, unum tantum peccatum committere, eum, qui, vno iracundia impletu, multa verba, vnam in specie iniuriam continentia, in aliū profert. ibid. q. 9.

Probabilius est, Non teneri explicare nūmō rum, nec diuersitatem contumeliarum, quantum uis grauij, eum, qui vnioco impetu plura verba iniurio-

injuriosa, etiam specie diuersa, in alium protulit. 269. 10. Nec teneri explicare materiam, aut personam, eum, qui de aliquo temere iudicavit. 269. 11.

Probabilis est, Non teneri explicare speciem peccati, eum, qui se de aliquo iactauit, aut laudauit. 270. 13.

Certum est, Teneri, qui consilium de opere illicito dedit, speciem peccati, quod consuluit, explicare. 270. 13.

Probabilis est, Non esse necessarium explicare in Confessione qualitates, aut modos blasphemiarum contra Deum; nisi casu, quo sint hereticales, aut proueniant ex odio Dei. 270. 14.

Probabilis est, debere explicare in Confessione; an contra Deum; an contra Sanctos fuerint blasphemiae. 271. 15. An etiam contra Beatam Virginem. ibid. 16.

Probabilis est, teneri hereticum explicare in Confessione qualitate sua heresis. 271. 17

Probabilis est, sufficere Apostata explicationem speciem heresis, quam amplexus est. ibid. 18.

Probabile est, illum, qui vnico actu voluntatis, vult plures homines occidere: ad plures mulieres eiusdem conditionis accedere, aut ad eamdem decies, non teneri explicare illam circumstantiam obiectorum, sed sat erit ei dicere, se voluisse aliquos homines occidere; ad mulieres accedere, &c. 272. 19.

Probabile est, eum qui de facto, vnico istu, decem occidit homines, non committere decem peccata necessario in Confessione explicanda. ibid. 20. Nec committere, nisi vnicum peccatum, qui vnico verbo, iudit famam, & honorem plurium hominum. 273. 21. Nec incurtere nisi vni cunctam excommunicationem, & irregularitatem, qui vnico istu, tres occidit Clericos. 273. 22.

Nec plura, sed vnicum tantum committere homicidium, qui vult occidere aliquem, cum tota sua familia. 273. 23.

Probabilis est, vnicum tantum peccatum committere, qui maledicit Deo, & duodecim Apostolis; aut imprecatur malum Paulo, & totius familie. 273. 24. Aut, vno tempore, & actu, pluribus iniuriam infert. 274. 25. Aut denique aucto vno, à pluribus sigillatim quantitatem notabilem furant. 274. 26.

Probabile est, Non committere nisi vnicum peccatum, qui vnico actu voluntatis staruit, omnittere officium Divinum per integrum mensum; ieunium per totam Quadragesimam; aut per totam illam, carnisbus vesci, ibid. 27. Licet tot peccata committeret, quod diebus non recaret, non ieunaret, aut carnisbus vesceretur de facto. ibid.

Probabilis est, vnum tantum peccatum committere, qui vnico actu mollitiei recognit plurimes coniugatas, vel Moniales. 275. 28. Plurata

men, si in tali actu, delectatur de nupta, cognata, & Moniali. ibidem.

Probabilis est, Insufficere ei, qui cum tribus conjugatis, vel solitis deliquerit, dicere, se tria adulteria, vel tres simplices fornicationes commisisse. 275. 29.

Qui bestialitatem commisit, non tenetur explicare speciem animalis; nisi sit bestia infernal. ibid. 30.

Probabilis est, non esse necessario explicare personam maris, vel foeminae in peccato Sodomitae. ibid. 31. Nisi casu, quo mulier esset conjugata; vel voto castitatis adstricta, vel consanguinea, vel affinis. ibid.

Probabilis est, non teneri explicare circumstantiam incubationis, eum, qui se polluit cum altero. 276. 32.

Probabilis est, teneri circumstantiam vetri in Confessione aperire, eum, qui tangendo aliquem voto castitatis adstrictum, se solus polluit. ibid. 33.

Necessario est explicanda circumstantia consanguinitatis, & affinitatis in gradibus, qui impedimentum matrimonij afferunt. ibid. 34.

Affinitas, & consanguinitas non sunt circumstantiae specie diuersae in incestu, & ideo non est necessarium explicare; an incestus fuerit inter consanguineos, an inter affines. 276. 35.

Probabile est, sufficere in Confessione explicare aliquos gradus consanguinitatis, & affinitatis personarum, ad quas quis luxuriose accedit. 275. 36. Qui autem gradus debeant explicari. ibid.

Probabilis est, esse declarandam in Confessione circumstantiam Matris, vel Filiae; Patris, vel Filii, in copula cum illis habita. pag. 278. q. 37.

Probabilis est, Non esse necessario declarandum copulam fuisse cum Patre, aut cum Auo; sed sufficit, dicere, fuisse cum consanguineo in primo gradu. 278. 38.

Probabilis est, non esse differentiam specificam, inter copulam habitam cum Matre, aut cum Nouerca, aut cum Filia, aut Filiastra. ibid. 39.

Probabilis est, in Confessione peccati cum sorore, non esse necessarium explicari esse ex vitroque Patente. ibid. 40.

Probabilis est declarandum esse, copulam fuisse cum Matre, aut cum Sorore. ibid. 41.

Probabilis est, ei, qui cum propria filia, & postea cum nepte sua peccauit, sufficere, si in Confessione dicat; peccauit bis cum descendenti in linea recta. 278. 42.

Probabilis est, non differre specie, affinitatem ex matrimonio; & ex copula illicita, ornatam. ibid. 43.

Cognatio legalis orta ex adoptione alicuius in filium, necessario debet explicari in copula illicita. ibid. 44.

Probabilis est, non differre specie incestū inter cognatos legales; ab incestu inter consanguineos, & affines naturales. 279. 45.

Probabilis est, non semper, sed aliquando, debere explicari gradus consanguinitatis, & affinitatis legalis personæ, ad quamquis accessit. ibid. 46.

Certum est, incestum inter cognatos spirituales habitum, esse diuersum in specie, ab incestu habito inter cognatos carnales, & legales. ibid. 47.

Pœnitens non tenetur explicare radicem cognitionis spiritualis, dum incestum confitetur. ibid. 48.

Probabile est, debere explicari in Confessione aliquos gradus cognitionis spiritualis, persona, cum qua quis habuit copulam; 279. 49. Qui autem sint. ibidem.

Probabilis est, debere explicari in Confessione coitum Sodomiticum, habitum cum consanguinea, vel affine, etiam usque ad quartum gradum. 280. 50.

Probabilis est, non esse necessario explicanda circumstantiam filii Confessionis in actu turpibid. 51. Et idem est dicendum, adhuc stando in opinione contraria, de Confessore peccante carnaliter cum Pœnitente masculo. 281. 52. At vero, in eadem sententia stando, probabilis est, teneri Confessorem explicare talem circumstantiam, filii, scilicet, Confessionis, in tactibus, cum illa habitu. ibid. 53.

Longe probabilis est, explicandas esse circumstantias duplicati adulterij, quando, videlicet, uterque peccans est coniux. Quod similiter, de Religioso cum Religiosa, vel cum habente votum castitatis, peccante, dicendum est. 281. 54.

Probabilis est, non esse necessario explicandam circumstantiam raptus, casu, quo feminam sponte in copulam consentiat. 282. 55.

Probabilis est, Prælatum, vel Patrem omittentem subditum, vel filii correptionem, teneri, se esse Patrem, aut Prælatum, in Confessione fatri. ibid. 56.

Probabilis est, Gubernatorem, vel aliam personā publicum Magistratum gerentem, non teneri in fatri Confessione à se facti, explicare circumstantiam sui officij. ibid. 57.

Probabilis est, Sacerdotem percutientem aliquem, adhuc notabiliter, non teneri in Confessione explicare, se esse Sacerdotem, nisi occidat, aut mulet. ibid. 58.

Circumstantia Vbi.

Denotat locum Sacrum. pag. 283. q. 1.

Probabilis est, non omnia mortalia in loco Sacro commissa, habere specialem malitiam nec fatio confitendam. Sed solum peccata illa, quæ cum loco Sacro habent peculiarem repugnantiam. ibid. 2. Licet alia, etiam habeant ma-

litiam sacrilegij venialiter aggravantem ibi. 3

Quatuor sunt peccatorum genera, quæ intuitu loci Sacri, iure humano sunt prohibita. ibid. 4. Quæ sint. ibid.

Non quodlibet homicidium, in Ecclesia patrum, est Sacrilegium. ibid. 5.

Probabile est, per cussionem, quantumvis gravem, in Ecclesia, si fiat absque effusione sanguinis, non esse Sacrilegium. 284. 6.

Non quæcumq[ue] effusio sanguinis in Ecclesia est Sacrilegium, sed magna tantum, non iocose, aut casu facta. ibid. 7.

Non committit Sacrilegium, qui existens in Ecclesia, alium foris existentem telo occidit. ibid. 8. Secus dicendum, si quis existens extra Ecclesiæ, aliquem intra illam occidit scienter. ibidem.

Probabilis est, continere malitiam sacrilegij, homicidium, effusionem sanguinis, vel seminis, & alia, quibus Ecclesia polluitur, etiam si occulte in illa fiant. 284. 9.

Non quæcumq[ue] effusio semen voluntaria in Ecclesia facta, est Sacrilegium, si non sit in quantitate. 285. 10.

Probabilis longe est, aspectus, nutritus, cōfabulationes in honestas in Ecclesia habitas, non induere malitiam sacrilegij. ibid. 11. Idemque dicendum est, de tactibus leuibus impudicis, per manus, &c. ibid. 12. Imo, & de tactibus impudicis in partibus in honestis, & pudendis, modo non sit periculum pollutionis. 13.

Probabilis est, copulam inter coniugatos, habitam in Ecclesia, habere specialem malitiam sacrilegij, etiam si occulte fiat; nisi casu, quo coninges in Ecclesia, aliqua de causa, ad minus per quatuor dies, detenti sint. 286. 14.

Probabilis est, non committere sacrilegium, qui gestando reliquias, luxuriose peccat. ibid. 15. Secus vero dicendum de illo, qui res sacras daret Amasis in prætium: & us venere; licet si illas ex benevolentia, aut gratitudine daret, non esset sacrilegus. ibid. 16.

Probabilis est, furari res profanas in loco Sacro, non esse Sacrilegium. ibid. 17. Certum vero esse, furari res profanas de Ecclesia, idest, traditas ipsi Ecclesiæ. 287. 18.

Probabilis est, Non esse sacrilegium furari modicum pecunia à Confessario in Confessione. ibid. 19. Nee furari à Clerico aliquid, iure Ecclesiastico, possessum. ibid. 20.

Probabilis est, esse sacrilegium furtum rei sacrae de loco non sacro. 288. 21. Et teneri explicare utramque malitiam, eum, qui rem sacrâ de loco sacro furatur. ibid. 22.

Probabilis est, teneri circumstantiam loci explicare, eum, qui desiderat habere pollutionem, furari, vel aliquem occidere in Ecclesia. ibid. 23.

Probabilis est, non committere mortale sa-

cri-

erilegium, qui existens in Ecclesia desiderat predicta, extra patrari. ibid. 24.

Probabilis est, pollutionem habitam in Ora torio alicuius domus, non esse sacrilegium. 289. 25. Nec habitam in Religiosorum cellis. ibi. 26. Secus tamē est dicendū de copula' habita in Oratorio Episcopi authoritate construc to; vel in Religiosorum claustris, si benedicta sint, & Religiosis sepeliendis destinata. ibid.

Non omnis extractio rei ab Ecclesia est fa ciliter. 289. 27.

Probabilis est, posse iudicem, licite auferre arma, intra Ecclesiam, ab immunitate illius frumentibus. ibid. 28. Nec committere sacrilegum si ille verbis dolosis reum ab Ecclesia conetur extrahere, etiam si hoc modo reus egrediatur. ibid. 29.

Circumstantia Quibus Auxilijs.

Per illam denotantur instrumenta, & condonātia peccati. pag. 289. quæst. 1.

Non est necessarium explicare in Confessio ne instrumenta, quibus scelus patratum est, nisi in casu, quo usus illorum sit prohibitus sub mortali, aut aliunde malitiam contra aliquem specialem virtutem habeant. 290. 2.

Probabilis est, nec teneri pœnitentem explicare circumstantiam inductionis, quando persona induxit erant parati. ibid. 3. Nec quā dovititur aliqua persona parata, ut suo maleficio, aliud soluat, fateri. 290. 4. Imo nec quando alterum non paratum, ad peccandum expresse induxit secum; casu, quo inductio fuerit ordinata ad idem peccatum, quod ipse pœnitens fatetur. ibid. 5.

Certum est, fatendam esse semper circumstantiam scandali. 291. 6. Vide. V. Scandalum, & V. Inductio.

Circumstantia Cur.

Per hanc circumstantiam denotatur finis extinsecus, propter quem medium aliquid eligi tur. p. 293. q. 1.

Quando medium electum, diuersam in spe cie malitiam habet mortalem, à malitia finis, necessum est, utramque malitiam in Confessio ne explicare. ibid. 2. Quando vero finis non est de se malus, sed medium solum, probabilis est, non teneri pœnitentem explicare finem. ibi. 3.

Probabilis est, non teneri quem, circumstantiam finis continentis solum malitiam veniale, in Confessione explicare. 293. 4.

Probabilis est, illi, qui furatus est propter fornicationem, sufficere, si in Confessione dicat, furatus sum; & postea per alium actum, subiungere; fornicatus sum. 294. 5.

Probabilis est, tactus, oscula, & amplexus præcedentes fornicationem, vnicum cum ipsa peccatum facere, & ideo non teneri quem, illa fateri, sed fornicationem tantum. ibid. 6.

Probabilis est, non teneri pœnitentem ex-

plicare tactus, & oscula, quæ ipsam copulam consequuntur, sed sat ei esse explicare. Cum fornicationis. ibid. 8. Imo nec gaudium, aut de lectionē habitā statim post copulam. ibid. 9.

Probabile etiam est, non teneri quem explicare tactus, & oscula habita cum fœmina sine intentione accedendi ad illam, si postea nuntiato animo, in eadem occasione accedat, & copulam fateatur. 295. 10.

Qui ab Episcopo administrandi omnia Sa-cramenta facultatem obtinuit, approbatus cen-setur ad audiendas confessiones. ibid. 92. Imo probabile est, iddem esse dicendum, respectu omnium Sacramentorum, data licentia ab Epis-copo ad Sacra menta indistincte, ministranda. ibidem. 93.

Longe probabilis est, censeri ab Episcopo approbatum, ad audiendas confessiones illum, qui tacitam illius licentiam habet, aut quod iddem est, qui illum habet per ratificationem de praesenti. 401.94.

Qui solum, cum tacita Episcopi licentia, in-ciperet confessiones audire, mortaliter pecca-ret. ibid. 95. Imo, non maneret approbatus, ad alias confessiones audiendas. 402.96.

Certum est, non conferri iurisdictionem, per ratificationem de futuro. ibid. 97. Nec suffi-cere, licentiam petitam, & non obtentam, per se, & secluso omni privilegio, ad audiendas vali-de confessiones. ibid. 98.

Probabilis est, licentiam, ad audiendas confessiones, metu graui, vi, vel dolo obtentam, non sufficere ad validam absolutionem; bene ta-men si per vim, aut metum, leuem, sit obtenta. 403.99.

Certum est, non censeri approbatum, ad au-diendas sacerdatis confessiones, illum, cui Epi-scopus confitetur. ibid. 100.

Longe probabilis est, titulum coloratum, erroremque communem, dare veram, ad audiend-as confessiones, iurisdictionem. ibid. 101. Imo probabile est, iddem efficere solum errorem communem, absque titulo. ibid. 102. Et etiam opinionem probabilem ibid. 103.

Sacerdos, absque sufficienti scientia, audiēs confessiones, extra casum necessitatis, peccat mortaliter. 404.104. In quibus autem casibus, possit, absque sufficienti scientia, audire con-fessiones licite. ibid. 105. Et quantas scientia in confessore requiratur. ibid. 106. In quibus ve-ro casibus, suppleri possit confessoris scien-tia. 405.107.

Probabilis est longe, tantam scientiam re-quiri,

quit, formaliter inquendo, in eo, qui à Prelato suo inbetur confessiones audire, ac in illo, qui spontaneè ad id se obtulit. ibid. 108.

Non tenetur confessor, auditio quolibet peccato, iudicare, an sit mortale, vel veniale. ibid. 109.

Probabilis est, tutius esse confiteri, confessori habent scientiam; quā conscientia, casu, quo, alius utrumque habens non inueniatur. ibid. 110.

Quid facere debeat confessor, casu, quo dubitet, an imponenda sit restitutio, vel prohibendum contractus. ibid. 111.

De fide est, non requiri bonitatem in Confessore, ad validam Sacramenti pénitentiae administrationem. 406. 112.

Certissimum tamen est, peccare mortaliter, administrantem hoc Sacramentum in mortali. ibid. 113. Ni grauis infirmi necessitas, non relinquit illi tempus; ut saltem moraliter ad iusticiam se præparet, tunc enim probabilis est, non peccare mortaliter. ibid. 114. Imo probabilis est, esse dabilem necessitatem, ministrandi hoc Sacramentum, excusantem Confessorem, illud in mortali administrantem. ibid. 115.

Probabilis est, non peccare mortaliter confessorem, audiētē omnia peccata in mortali, dum ante quam absolutionem proferat propositum habeat pénitendi. 407. 116. Si tamen ante quam conteratur, satisfactionem inponat Sacramentalē, vel pénitentiā, probabilis est, tunc peccare mortaliter. ibid. 117. Si tamen nesciat, nec dubitet, se esse in mortalis probabilis est, non peccare non eliciendō cōtritionē, licet ei non constet, non esse absq. illo. ibid. 118.

Probabilis est, non teneri confessorem præmittere interrogations, antequam, pénitens, confiteri incipiat, licet sit vtile. 408. 119. Melius tamen est, non differre illas usque in finem. 409. 120.

Fere certum est, teneri Confessorem, monere pénitentem, oblitum ex negligentia, etiam de mortali, quod confessor scit illud commisſe, aut si credat pénitentem, illud taciturnum, nisi confessor interroget. ibid. 121.

Probabilis est, adhuc venialiter non peccare, Confessorem inaduertenter, aut per obliuionem, omittentem aliquam necessariam interrogacionem. ibid. 122. Tenetur Confessor monere pénitentem, credentem ex conscientia erronea, aliquid esse mortale. ibid. 123. Teneatur etiam monere pénitentem, versantem ex ignorantia in mortali, ut in usu matrimonij existimat inuincibiliter validi, si speret emenda, & nullum graue damnum timeatur. 410. 124.

Probabilis est, teneri Confessorem, absolute, & directe, dicere vxori, ut reddat debitum, quando illa, inuincibiliter matrimonij nullitas;

rem ignorans, non vult reddere. ibid. 125.

Probabilis est, non teneri Confessorem auferre inuincibili pénitentis ignorantiam, in detrimentum proximi redundantem, si ex motione nullum speret profectum. ibid. 126.

Longe probabilis est, teneri Confessorem, aperire veritatem coniugi dubio de valore matrimonij interroganti, licet profutura ei non sit, nec emenda speretur. 411. 130. Idem dicendum est, casu, quo coniux, nos ex dubio, sed ex scrupulo, interroget veritatem, quamvis profutura non sit. ibid. 131.

Certum est, teneri Confessorem, sive propriū sive delegatum, sequi, probabilem pénitentis opinionem. ibid. 132. Et probabilis, adhuc Confessorem non proprium, teneri sub mortali, se pénitentis opinioni probabili conformare, nisi confessio de solis fuerit venialibus. ibid. 133.

Certissimum est, teneri confessorem monere pénitentem, de defectu absolutionis, saltem quādū, sine graui danno, sive proprio, sive alieno, aut sine scādalo, fieri potest. 412. 134. Quod si graue sit dānamū, sive propriū, sive alienū (dum modo non præponderet) probabilis est, teneri adhuc pénitentem monere de nullitate Sacramenti, casu, quo culpabiliter, & scienter, talē commiserit defectum. ibid. 135. Posse autem, Confessorem monere sepius pénitentē de tali defectu, absque vilo scādalo, probabilius est. ibid. 136.

Probabilis est, teneri Confessorem monere pénitentem, casu, quo illum ad soluendum quod non debebat, vel ad non restituendū, quod debebat positiue obligauit. 413. 137.

An in autem dicto casu, teneatur pénitentem monere, quando non positivē, sed omisiue eruit. ibid. 138.

An vero teneatur Confessor, culpabiliter non interrogans de aliquo mortali, monere pénitentem de defectu commissio contra integratam confessionis. 414. 139.

An autem teneatur confessor monere pénitentem, iterum ad confessionem redeuntem, de defectu in precedenti Confessione commissio. ibid. 140. Vide. V. Confessarius.

Confessionis sigillum. Vide. sigillum Confessionis. Confirmatio.

Est de fide, esse verum Sacramentum. 60. 12. Et à Christo institutum. 61. 2.

Confirmationis materia remota, est Christus proxima vero vñctio. 4. 9.

Instituta fuit in nocte cœnx, saltem quo ad materiam, & formam. 61. 3.

Præcepta tamen, & completa Ioan. 20. ibid. definitur. ibid. 4.

Probabilis est, non esse de ea recipienda, præceptum Diuinum. ibid. 5. Nec Ecclesia stip.

cum.

Index Sententiarum.

XXV.

cum 92. 6. Et ita, seclusi contempsit illum non recipere, non erit peccatum mortale. *ibid.* Verum ex negligentia eam omittere erit veniale. *ib. 7.*

Confirmationis Minister.

De fide est, esse solum Episcopum. *p. 93. q. 1.* Et hoc iure Diuino. *ibid.*

Probabilis est, simplicem Sacerdotem, ex commissione Papæ, posse esse Ministrum Confirmationis. *93. 2.* Et certum Diaconum, etiam Cardinalem, adhuc ex commissione Papæ, non posse Confirmare. *94. 4.*

Certissimum est, posse Episcopum degradatum, vel excommunicatum, vel hereticum, confirmare valide, licet non licite. *94. 5.*

Probabilis est, solum peccare venialiter Episcopum, non confirmatum, alios Confirmantem. *95. 6.* Et mortaliter, si opportunis, temporibus, non Confirmat. *95. 7.*

Probabile est, non peccare mortaliter Episcopum, subditos alterius Diœcesis, in sua, Confirmantem. *95. 8.* Secus vero, si in aliena confirmet. *ibid. 9.*

Bene potest Episcopus, confirmare aliquem afferentem dimissorias sui Episcopi, ut ordinetur. *ibid. 10.*

Quatuor dispositiones in Ministro confirmationis requiruntur. *95. 11.*

Probabilis est, Episcopum, nec debere esse ieunum ad Confirmandum. *96. 12.* Nec teneri, sub peccato, confirmare in Ecclesia. *ibid. 13.*

Confirmationis Materia.

De fide est, Chrisma ex oleo oliuarum, & balsamo confectum, esse materiam remotam confirmationis. *p. 96. q. 1.* Quam, certum puto, non ab Ecclesia, sed immediate à Christo Domino fuisse institutam. *97. 2.*

Probabilis est, quod Balsamum sit de necessitate materiæ Confirmationis. *ibid. 3.* Et quod Chrisma sit consecratum. *ibid. 4.* Et ab Episcopo. *p. 8. q. 5.* Et quod non possit Pontifex simplici Sacerdoti consecrationem Chrismatis committere. *98. 6.*

Non denecessitate Sacramenti, sed tantum præcepti, debet Chrisma esse nouum. *98. 7.* Et consecrari in die Cœnt. *99. 8.*

Materiæ proxima Confirmationis est vñctio chrismatis facta in frōte in modū Crucis. *99. 9.*

Cettissimum fere est, esse de necessitate Sacramenti, quod vñctio fiat in fronte. *ibid. 10.* Et probabilis, quod ex eadem necessitate, debat fieri in modum crucis. *ibid. 11.*

Probabile est, nec esse de necessitate Confirmationis (sed præcepti) quod vñctio fiat immedietate manu Episcopi. *100. 12.* Nec peccare mortaliter Episcopum, vnguentem Confirmationem, alio dígito, quam dextro pollice. *100. 13.*

Minima quantitas materiæ est sufficiens ad vñctionem. *ibid. 14.*

Confirmationis Forma.

De fide est, esse necessariam formam ad hoc

Sacramentum, & affertur. *100. 15.* Fuitque à Christo Domino tradita, & ab Apostolis promulgata. *ibid.*

Probabilis est, omnia verba formæ, assig-nata, esse essentialia. *101. 16.*

Inuocatio Sanctissimæ Trinitatis est essen-tialis, & requisita ad valorem Confirmationis. *101. 17.*

Probabilis est, non esse validam Confirmationem sub his verbis datam. *Confirmetur ser-vus Christi N. in nomine Patris. &c. 101. 18.* Validā tamen esse tribitis signetur, (aut signatur) seruus Christi signo Crucis, & Confirmetur, (aut Confirmatur) Christi matus salutis, in nomine Patris &c. *ibid. 19.* Sed peccaret mor-taliter tali forma confirmans. *ibidem.*

Confirmationis Subiectum.

Certum est, omnem hominem Baptizatum, siue adultum, siue infantem esse subiectum capax Confirmationis. *p. 102. q. 1.* Et probabilis, nullam requiri determinatam etatem ad suscep-tionem Confirmationis. *ibid. 2.* Et conne-cientius infantes ante vñlum rationis confirma-ti. *103. 3.* Amentes valide possunt confirmari. *103. 4.* Imo, & defacto posse licite, & debere, est probabilis. *ibid. 5.*

Probabilis est, posse licite confirmari infantes, vel adulti statim morituros. *103. 6.* Idēque dicendum de Fræneticis, Mutis, Surdis. *ib.*

In adulto, aliquæ requiruntur dispositiones, ad receptionem confirmationis. *104. 7.*

Probabilis est, non teneri præmittere confessionem, ante confirmationem illum, qui conscius est peccati mortalis. *ibid. 8.*

Tres principales effectus confert, hoc Confirmationis Sacramentum. *ibid. 9.*

Confirmari debet sub conditione, ille, de quo dubitatur an confirmatus sit. *ibid. 10.*

Probabilis est, reiterantem Confirmationem, non incurrire irregularitatem, quamvis certum sit, peccare mortaliter. *105. 11.*

Confirmationis Patrinus.

Non est de necessitate Confirmationis, sed solù præcepti. Et peccarer mortaliter, qui illū non ad hiberet. *p. 105. quæst. 1.*

Probabilis est, in Confirmatione, nec posse duos esse Patrinos, sed unū. *ib. 2.* Nec Patrinū Baptismi, esse Confirmationis, nisi in casu nece-sitatis. *105. 3.* Non tamen esset peccatum mor-tale, si id contingeret. *ibid.*

Patrinus Confirmationis debet esse Confirmatus. *106. 4.* Qui autem fecus ficeret pecca-ret quidem saltem venialiter. *ibid.*

Probabilis est, Patrinum non Confirmatum, non contrahere cognitionem spiritualem. *ibid. 5.* Et quod si plures Patrini adhibeantur, omnes contrahant cognitionem. *ibid. 6.*

Probabilis est, Patrinum Confirmationis, non contrahere obligationem instruendi Confirmationem. *ibid. 7.*

XXVI.

Index Sententiarum.

Probabilis est, Religiosus mendicantes, posse esse Patres Confirmationis. *ibid. 8.*

Probabilis est, neque in necessitate, posse vitam esse Patrium uxoris sui vel filij propij: aut uxorem sui mariti, aut filiolii. *107. 9.*

Probabile tamen est, in necessitate, fratre, posse suscipere fratrem. *ibid.*

Patrus contrahit cognitionem, cum Confirmato, & eius Parentibus, sicut, & Confirmans. *ibid. 10.*

Confirmationis Ritus.

Confirmation potest quocunque tempore, & die conferi. *ibid. 11.*

Probabilis est, quod Episcopus, det alapam confirmatio, ut hic intelligat se debere pati iniurias profide Christi tuenda. *107. 12.*

Probabilis est, nec esse peccatum omittere alapam, vel cereum. *ibid. 13.* Nec Eucharistiam, ante Confirmationem recipere. *ibid. 14.*

Continu.

Certissimum est, contra here circumstantiam adulterij coniugatum, qui se delictat per copulam solita, etiam si mente præscindat rationem coniugij. *265. 24.*

Probabilis est, vnicum peccatum committere tantum, qui vno aetate molicie i recogitat plures coniugatas. *275. 28.*

Copula.

Probabilis est, Copulam habitam cum Infidelibus habere circumstantiam necessario confitendam. *268. 7.*

Probabilis est, diuersam malitiam specificam esse in copula filij cum Matre, & Patris cum filia. *278. 37.* Non vero in copula cum patre, aut cum Auo. *ibid. 38.* Nec in habita cum Matre, aut cum Nouerca. *ibid. 39.* Nec inhabita cum filia, aut cum filiastra. *ibid.*

Probabilis est differre specie copulam cum Matre, & cum sorore. *ibid. 41.*

Probabilis est, copulam inter coniugatos habitam in Ecclesia esse sacrilegam, etiam si occulte fiat, nisi casu, quo coniuges in Ecclesia aliqua de causa, ad minus per quatuor dies detenti sunt. *286. 14.* Vide. *Ver. Pollutio.*

Consanguinitas.

Addit fornicationi nouam speciem incestus oppositi pietati. *276. 34.* Non tamen est circumstantia specie diversa in fornicatione, ab affinitate. *ibid. 35.*

Qui gradus debeant in Confessione explicari. *ibid. 277. 36.* Vide. *Circumstantia Quid. à quatuor. 34. p. 28. 276.*

Consecratio.

Materiæ Sacramentorum, quibus Christus nō est vius, necessario consecrandæ sunt. *p. 98. q. 4.*

In die Cenæ debet Chrisma consacrari. *99. 8.*

Conscientia erronea. Vide *Ieiunium.*

Consensus. Consilium. Consulere.

Probabilis est, requiri in Adultis ad valorem Baptismi, posituum consensum. *p. 75. q. 20.*

Certum est, teneri, qui consilium dedit de opere illicito, species peccatorum, q̄a consiluit, explicare. *270. 13.*

Consuetudo.

Consuetudo confitendi secreto, non obligat sub mortali. *p. 228. q. 5.*

Consuetudo confitendi propriâ voce obligat graviter, nisi rationabilis causa excusat. *230. 13.*

Probabilis est, sufficienter satisfacere consuetudini confiendi propriâ voce, qui dat peccata in scriptis Confessori ei dicens: de cunctis his me accuso. *231. 14.* Etiam si, ante quam peccata legeret Confessor, id diceret. *15.*

Probabilis est, non esse necessario confitendum peccandi consuetudinem. *302. 20.* Adhuc in casu, quo à confessario de illa interrogatur. *303. 21.*

Contemptus.

Contemptus de re gravi, est mortale peccatum; de leui, veniale. *p. 299. q. 9.* An sit necessario confitenda contemptus circumstantia. *ibid.*

Contemnere Ritus Ecclesiæ, ad minus est veniale. *156. 13.*

Contritio. Vide Dolor.

Contritio est triplex. *p. 137. q. 11.*

Probabilis est, perfectam contritionem debere esse necessario, ex sole motivo charitatis Dei. *138. 12.* Et debere detellari peccata super omnia mala pœna, appratitative, non intensa. *ibid. 13.* Et debere denique dolere de peccatis, supra omnem pœnam, etiam æternam, dummodo hæc, non includat culpam. *139. 15.* Vide *Pœnitens.*

Contritio, non debet esse de peccato Originali. *140. 18.* Nec quis tenetur habere dispenſientiam de illo. *ibid. 19.* Magisque debet homo dolere de peccato personali, mortali, (imo & de veniali;) quam de Originali. *140. 20. & 21.*

Probabilis est, ad iustificationem, sufficere dilectionem Dei, sine contritione formalis. *141. 23.* Et etiam, contritionis actum, sine alio distincto actu charitatis; non vero sine dilectione formalis. *142. 25.* Contritio est simul dilectio Dei super omnia. *ibid.*

Certissimum est contritionem semper habere conscientiam remissionem peccati mortalis, etiamante receptione actualē Sacramenti. *26.*

Probabilis est, nec esse sufficientem ad iustificationem ex natura rei, sed ex Divina institutione. *ibid. 47.* Nec esse formam sanctificatam. *143. 28.*

Certissimum est, esse sub precepto. *ibid. 29.* Et hoc, esse naturale. *ibid. 30.*

Probabilis est, tale preceptum non obligare statim ac commissum est peccatum, aut quoties memoriz occurrit. *144. 31.* Nec in diebus festis, etiam solemnibus. *145. 33.* Vide *Peccator.*

Certissimum est obligare in articulo mortis, si quæc

non posset fieri Confessio. 145. 36. Et probabilitus longe, non solum in articulo mortis, sed etiam aliquoties in vita. 146. 37. Et ad minus, semel in anno. ibid. 38. Vide V. Praeceptum.

Probabilis est, non teneri pœnitentem, peccatum omissionis contritionis, explicite in confessione fateri. 146. 39.

Per accidens potest quis obligari ad elicendam contritionem plusquam semel in anno: 147. 40.

Tenetur quis elicere actum contritionis, quando est in periculo probabili incidenti in aliquod mortale, in aliquo casu. 147. 41.

Probabilis est, eum, qui per attritionem cū Sacramento iustificatus est, non teneri ex pracepto ad contritionem. 147. 42. Imo nec eum, qui per dilectionē Dei iustificatus est. 148. 43.

Probabilis est contritionem, & attritionem differre specie. ibid. 44. Et ita eundem actum, qui est attritio, non posse fieri contritionem, ibid. 45. Vide Attritio.

Contritio. XII. Qualitas Confessionis.

Certissimum est, nec fructuosam, nec validā posse dari confessionem, absque contritione, vel attritione. pag. 234. quest. 3.

Probabilis est, non debere precedere confessionem, dolorem ad illius valorem requisitum; sed sufficere precedere absolutionem ib. 3

Probabile est, nec teneri ad habendum nouū dolorem formalem illum, qui iterum confitetur peccata iam semel per pœnitentiam, remissa. 235. 4. Nec illum, qui oblitus vnius, vel alterius peccati, statim post absolutionem recordatur; & addit illud. ibid. 5.

Probabile est, sufficere ad validam efficiendam confessionem, dolorem, quantumuis, per multum temporis spatium, absolutionem praecesserit; dummodo, postquam semel est habitus, nec expresse, nec implicite, retractatus sit. 236. 6.

Probabilis est, non debere necessario elici dolorem requisitum ad Confessionem, ex intentione confitendi. ibid. 7.

Certissimum est, non requiri ad contritionem, dolorem, summe intensum. 239. 18. Nec contritionem, indigere duratione. 240. 19.

Probabilis est, non requiri ad veram contritionem, specialem recogitationem peccatorum in particulari. ibid. 20. nec in Confessione debere haberi tunc, singulorum peccatorum, singulares contritiones 240. 21.

Contumelia.

Contumelia sumit malitiam ex lesionē honoris. 269. 10.

Probabilis est, quod, nec contumeliarum paupertas, nec diuersitas specifica carum, sit ex-

plicandus ab eo, qui vnicō impetu, illas in aliā profert. 269. 10.

Ceruitiam.

Vnum tantum mortale committit, qui vno impetu, multa coniunctia in Deū profert. 268. 9.

Correccio.

Probabilis est, Prælatum: vel Patrem omnitem subditi, vel filij correctionem, teneri in confessione dicere se esse Patrem, vel Prælatum. 282. 56.

Præmittēdam esse correctionem fraternalē ante denuntiationem solicitantis foeminam in Confessione &c. Casu quo ille firmiter emendatus credatur, licet propterque parte probabilis ad sit sententia, speculative tamē, etiam affirmat, probabiliter est; & in praxi, qua negat. 449. 6.

Iddem omnino dicendū, casu, quo solicitans confessor, iam emendatus sit. 450. 7. Quando autem emendatus censeatur. Vide. ibid. 8.

Correctionis præceptum est de iure naturali, & Diuino. 449. 6.

Crimen Solicitationis.

Probabilis est, non probari sufficienter per testimonium duarem foeminarum. Imo, nec tale testimonium sufficere ad capturam Confessarij. 467. 52. Et seqq. Quot autem requirantur testes, iudicio Inquisitorum relinquitur. ibid.

Curatus. Vide Parochus.

Probabile est, non posse Curatum occulto peccatori negare aliquod Sacramentum, ob peccatum in confessione cognitum, si publice petat; posse vero, si perat occulte, licet, non teneatur. 364. 71.

Decima.

Furari decimas est sacrilegium. p. 287. q. 20.

Debitum Coniugale.

Nullo modo manet priuatus iure petendi debitū pater, qui in necessitate, nullo alio praesente, Baptizat suum, legitimū filium. 70. 31 & 33. 11. mo, & si Baptizet praesentibus alijs. 71. 32. & 83. 11. Secus vero dicendum, si filius, quem Baptizat fuerit ex fornicatione habitus. 71. 31. & pag. 84. quest. 12.

Delectatio morosa.

Probabilis est, inneni, qui morose de virginine delectatur, sine voluntate, ciuiolentiam inferendi, sufficere, si dicat in Confessione, sed delectationem habuisse circa solutā. p. 264. q. 20.

Probabilis est, in delectatione morosa, factam esse circumstantiam obiecti, si feratur in totam eius malitiam; secus vero, si non feratur. ibid. 21.

Degradatio.

Non tollit characterem Ordinis. 94. c. 5.

Denuntiatio. Denuntiare. Vide. Edicium

Inquisitionis.

Probabilis est, longeque verius, denuntian-
dum esse confessorem, ita oculre solicitantem,
vt eius solicitatio sit vni tantum nota. 448.5.

Primitenda est, ante denuntiationem, frater
na correctio respectu solicitantis, casu, quo il-
le firmiter emendandus credatur, licet pro
vtraque parte, probabilis ad sit sententia, spe-
culatiue tamen, quæ affirmat probabilius est;
& in praxi, quæ negat. 449.6. Idem dicendum
est, casu, quo solicitans, iam emendatus sit. 450.
7. Quando autem emendatus censeatur. ibid.8.

Longe probabilius est: non esse denuntian-
dum Confessorem, ad alia peccata, quam ad in-
honestia, solicitantem. 451.9.

Idem dicendum est, de Confessore, ad in-
honestia etiam solicitante, in vsu aliorum Sacra-
mentorum, excepto pœnitentia Sacramento. ibid.10.

Probabilius est, denuntiandum esse confessorem,
sub gravi culpa, ad in honesta solum venialiter
solicitante. 452.12. Et etiam, qui pœnitentis
facie, libidino so animo, à pulchritudine laudat:
fecit, si fine alio honesto, vel indiferenti. ib.13.

Etiā dentiandus, qui dū Confessiones audie-
nterius delectatur, aut voluntarie polluitur, si
id in confessione, aut proxime immediate ad il-
lā, aut in confessionario, simulando se confe-
ssionem audire, pœnitenti aperiat ibid.14.

Certissimum iudico, denuntiandum esse Con-
fessorium, qui in confessione, chartam prouocā-
tem ad venerē, pœnitenti legendā postea, exhi-
buit. 453.15. Et idem dicendum iudico de eo,
qui in confessione, vel proxime ad illam, cōcu-
binam suā obiurgat. Hispane, *lapide gelos*, ibid
16. Et de confessore, imponente foemina pœni-
tentiā, vt domi nudab ipso verberetur, si postea a
factū contingat. ibid.17. Et de confessore ins-
trigante foemina in confessione, vt cum alio co-
puletur. ibid.18. Et de solicitante foeminam in
Confessione, ad hoc, vt mediet cum alia, vt in
fornicationem consentiat. ibip.19.

Idem certe, de confessore, qui à foemina in
confessione solicitatus, consentit. 454.20.

Probabilius est, denuntiandum esse confessore-
rem, qui à foemina ad congressum solicitatus,
illum remittit; intendens tamē solis tactibus de-
lectari, & ad eos foeminam prouocare ibid.21.
Idem, casu quo, ipse, & foemina, se adiuvicem
solicitent, à foemina primo. ibid.22.

Probabilius videtur, etiā denuntiandum esse,
qui ad audiendam confessionē ægrotantis foe-
minz, vocatus, ab eaque minas studente, solici-
tatus, solicitationi, in confessione, vel proximi-
me ad illam, facte consentit, etiam metu gravi,
ductus, vel ob vitandam infamia, nisi credatur
expia D.D. Inquisitorum intentione, nolle eos
in dicto casu, quod talis confessor ad suum de-
feratur tribunal. 455.23.

Probabilius est, non esse denuntiandum con-
fessorem, à foemina in domū suā, ipsius confesso-
ris, consilio vocatū ad audiendam cōfessionē;

cū tanē vocatio illa, non sit nisi ad turpiter cū
illa, etiam consentiente, tractandū; nisi in ip-
sa turpi tractatione, ipse confessor simulet se
confessionem audire. ibid.24.

Certissimum iudico, denuntiandum esse cō-
fessorem, in confessario, aut sub confessionis
prætextu, foeminam solicitantem, etiam cō-
fessio non sequatur. 456.25.

Idem dicendum, de solicitante foeminā, paulo
ante, vel post confessionem, ibid.26.

Idem etiā dicendum de eo, qui foemina cō-
fiteri volenti, suadens vt in aliud tempus con-
fessionem differat, eam tunc, mutato confiten-
di animo, solicitat. Quod etiam dicendum in-
fertur. Primo casu, in quo foemina sub signo
Crucis velit peccata detegere, & à confessore ad
turpia solicitante interrupitur. Secundō casu,
quo filia spiritualē, ex præcedētibus notā con-
fessionibus, ante signum Crucis, confessarius
ipse solicitans, præoccupet. ibid.27.

Probabilius est, non esse denuntiandum con-
fessarium, qui post auditam foemina Confessio-
nem, ad illus dominum accedit, & ibi, aut in iti-
ner eam solicitat. 457.28.

Non est denuntiandum Confessor, qui foemina
dicente milli, se velle crastino, non hodie con-
fiteri, illam solicitat, sive in confessionario,
sive extra; nullo tamen modo simulans Confe-
ssionem audire. ibid.29.

Probabilius est, non esse denuntiandum Cō-
fessarium, qui in confessionario sedens, & cū
foemina stante, vel sedente ante confessiona-
rium, locuens, eam solicitat. 458.30.

Non est denuntiandum Confessor, qui foemina-
m, in confessionario omnibus patenti, genu-
flexam, ita solicitat, vt suis actibus, & actioni-
bus designet notius le Confessionem non exci-
pere, quam excipere. 460.31.

Certissimum iudico, denuntiandum esse cō-
fessorem, qui foemina volēti eum illo aliquid,
bona fide, extra confessionariū cōmunicare, di-
cī: veni ad confessionarium, & ibi eam solici-
tat, Confessionem simulars, vel cum ea, simula-
ta etiam confessione, turpiter agit; quamvis
mutua præcesserit, extra cōfessionarij locum,
solicitatio. ibid.32.

Certum iudico, denuntiandum esse confessō-
rem, qui proxime ad Confessionem, sopia-
minam, culpa confessoriis, vel morbo aliquo
naturali, cognovit. ibid.33.

Denuntiandas est Corfessor, qui, sive ante
constitutionē Gragorij XV. Sive post illā ad-
olescentē, in Confessione solicitauit. 461.34

Idem dicendum, de Confessore, qui statim
post Confessionem dicit puerum ad cubiculum
vt Confessionis schedulam ei tradat, ibique
cum solicitat. ibid.35.

Probabilius est, non esse denuntiandum mā-
dantem cōfessatio, vt pro se solicitet. ibi.36.

Idem dicendum (ex Decretis saltem, datis
contra solicitantes) de laicis, qui singentes se

Index Sententiarum.

XXIX.

Sacerdotes, & Confessiones excipientes, poenitentes sollicitant. ibid. 37. Immo idem similiter de subdiaconis, & Diaconis. 462. ibid. Et est probabile, nec ex alijs Pontificum Decretis, esse prædictos denuntiandos, casu, quo abolutionem non impendant. ibid. 38.

Piebabile etiam est, ex vi dictarum constitutionum, non esse denuntiandos Sacerdotes, in Confessione foeminas sollicitantes, si iurisdictione careant; licet, alio ex capite, ab Inquisitoribus puniri possint. ibid. 39.

Longe probabilius est, ex vi prædictarum constitutionum non esse denuntiandum interpres, etiam Sacerdotem, sollicitantem poenitentem in aetu confessionis, ante, vel immediate post: licet alio ex capite à D. D. Inquisitoribus puniri possit. 463. 40.

Certum est, non esse denuntiandum foeminam, quæ confessorem sollicitat. ibid. 41.

Non tenetur Confessor sollicitans, se ipsum denuntiare. ibid. 42.

Probabilius est, & in praxi certum, teneri foeminam, sollicitatam, etiam consentiente, Cōfessorem sollicitantem denuntiare. ibid. 43.

Probabilis est, excusari poenitentem sollicitatum, ab obligatione denuntiandi, si ex illa timeat aliquod graue damnum, probabilitate evenerit ei, vel alteri personæ, ipsi coniunctæ, familiari, sive domesticæ, in vita, fama, aut bonis temporalibus in quantitate notabili modo tamen fidei bonum ex denuntiandi omissione, non periclitetur. 464. 44.

Certissimum est, non excusari ab obligatione denuntiandi, illum, qui sub secreto fecit foeminam, v.g. a talis Sacerdote fuisse sollicitatam. 465. 45.

In praxi in Hispania, ut certum tenendum est, non excusari à denunciatione, Inquisitoribus facienda, illum, qui Episcopo sollicitantem detulit. Secus extra Hispaniam, ubi probabile est, posse Episcopos, separatim ab Inquisitoribus, excipere denunciations contra sollicitantes, & quoad hoc proferre sententiam. ibid. 46.

Excusat fœmina sollicitata, ab obligatione denuntiandi, si sciat Confessorem, iam ab alijs denuntiatum, & punitur esse; nisi aliud de mandato D.D. Inquisitorum, constet: vel nisi Confessor, adhuc in sollicitatione persevereret. 466. 47.

Non potest Confessor poenitentem absoluere, antequam Inquisitoribus denuntiet Confessoriū, qui sollicitauit; nisi adsit iusta, causa denunciatione differendi: que erit necessitas Cōmunionis, cum longa Tribunalis distantia, data prius promissione ex parte poenitentis, de denunciando opportune tempore. ibid. 48.

Potest fœmina, ab excommunicatione incurſa non denuntiando, virtute Bullæ, abs-lui, si denunciationis præceptuadimpleuit postea, aut denū-

tiā obligatio omnia fuit extinta. ibid. 49.
Nec Episcopus, à Sede Apostolica apprehensus; nec Nuntius Apostolicus; nec Sedis Apostolica Legatus; nec eiusdem officiales sollicitantes, denuntiandi sunt Inquisitoribus, aut Ordinariis. Quod si tales denunciationem exceptarent, poterū testium exciperē depositiones, Apostolica Sedi remittendas. Quod si prædictorum fuga timeatur, poterunt ipsos detinere, dū ad Apostolicam Sedem, vel ad legitimum Superiorē, eorum delicta deferunt. 467. 50.

Inquisitorum solicitantem, esse denuntiandum Inquisitori Generali, probabile est, & etiam Sedi Apostolica soli, esse denuntiandum. ibid. 51.

Probabilius est, solicitationis crimen non probari sufficienter per testimonium duarum foeminarum. Imo, nec tale testimonium sufficeret ad capturam Confessarii. ibid. Fr. 468. 52.
Quot autem requirantur teste, sindicio Inquisitorum relinquitur. ibid.

Certissimum est, non solum poenitentem sollicitantem, sed quemlibet alium, id scientem, teneri sub poena excommunicationis latenter, sollicitantem denuntiare. 468. 53.

Probabile est, dies pro termino, in edito, ad denuntiandum assignatos, numerari debere, non à die publicationis, sed à die impietate sequenti. eadem hora. ibid. 54.

Probabilis est, foeminam sollicitatam; ignoram tamen editi Inquisitionis, non teneri denuntiare statim, ac scinerit, sed intradi eos præscriptos in edito. Quod idē dicēdū est de illo, qui post publicationem editi, incipit esse subditus illius, qui illud tulit. ibid. cū seq. q. 55.

Idem probabiliter dicendum est, de foemina sollicitata, conscientia que editi, impedita tamē; huic enim a die potentia computandi sunt dies, in edito præscripti. 469. 56.

Probabilis est, non teneri denuntiare soliditatem, quia à levibus, & non fide dignis foeminis, fuisse talē audinit. ibid. 57.

Longe Probabilis est, teneri foeminam sub excommunicationis poena, denuntiare sollicitantem Confessorem, quamvis editum Inquisitionis non publicetur. 470. 59.

Certissimum est, teneri foeminam, publicatio nis editi conscientiam, denuntiare sollicitantem, ante impletos publicationis dies sex, casu, quo iter actura sit ad locum, ubi non est denuntians di opportunitas. ibid. 60.

Desiderium.

Qui desiderauit inferre proximo malum, teatur malum, quod desiderauit, explicare. pag. 268. q. 8.

Dætradio.

Lredit famam alienam externe. p. 269. q. 17
Non variatur specie dætraciones, pro diuersitate materiæ, in qua auferitur fama. ibid.

Non sunt necessario explicanda in confes-

sient, personæ, quas vñica, quis! lexit, detractio-
ne, 173. 21.

Diaconus.

Non sunt depuntiandi Diaconi in Confessionario solicitantes mulieres, ex decretis datis contra solicitantes. pag. 462. quest. 37. Imo probabile est, nec ex alijs Pontificum decretis, casu, quo absolutionem non impendant. ibid. 38.

Diaconus non est Minister Baptismi ex officio. 64. 8. Est tamen ex concessione Parochi. 68. 22.

Diacodus, etiam Cardinalis, non potest ex commissione Papæ confirmare. 94. 4. Nec esse Minister Extremæ vñctionis. 125. 1.

Dies. Vide fæmina.

Probabile est, dies pro termino inedito, ad denuntiandum assignatos, numerari de bere, non à die publicationis, sed à die immediate sequenti, eadem hora 468. 54.

Numerari etiam debent à die scientiæ. 468. 55. & potentia 469. 56.

Certissimum est, teneri foeminam, denunciare solicitantem, ante impletos sex publicationis dies, casu, quo iter sit aetura, ad locum, vbi denuntiandi non sit opportunitas 470. 60.

Dilectio Dei.

Sufficit ad iustificationem, sine contritione. pag. 141. quest. 23. Est virtualiter, & eminenter contritio. ibid.

Iustificat etiam in casu, quod adsit memoria peccatorum. ibid. 24.

Dispensare. Vide Ecclesia. Episcopus.

Bulla.

Non potest Ecclesia dispensare, quod Christus non sit consecratum pag. 97. quest. 4.

Dispositio.

Debet esse eiusdem ordinis, ac forma. pag. 149. quest. 47.

Doctor.

Certissimum est, quod non censetur approbatus ad confessiones audiendas. p. 385. q. 48.

Probabilis est, posse Episcopos illos examinare. ibid. 49.

Certum est, non esse eligibles in confessarios per Bullam, non approbatos. 386. 50.

Dolor. Vide Attritio. Contritio.

Penitens.

Dolor de peccato, propter turpitudinem, abstrahentem à Deo, probabilis est, quod non sit vera attritio. pag. 139. quest. 15.

Ad valorem Sacramenti Penitentie requiritur dolor formalis, vel saltem virtualis omnium mortalium. ibid. 16.

Dolor formalis est ille, qui procedit ex omnium peccatorum apprehensione: virtualis vero, quando detestatur vnum, vel alius, cuius adest memoria, & in eo detestantur alia. ibid.

Ad valorem Sacramenti Penitentie, non re-

quiritur dolor omnium venialium. ibid. 17.

Probabilis est, posse dari Sacramentū Penitentie informe ex defessa doloris. 241. 23. Solumque posse dari quando contingit fieri confessionem cum vera attritione aliquorum mortaliū; non tamen omnium, quæ in Confessione dicuntur. 242. 23.

Certissimum est, ad Confessionem de solis venialibus, requiri dolorem efficacem. ibid. 24. Effeque mortale, venialis absque villo dolore, confiteri. ibid. 25.

Probabilis est, non esse mortale, non habere dolorem de omnibus venialibus, quæ in confessione, explicantur. ibid. 26.

Probabilis est, non teneri sub mortali, sed sub veniali tantum, penitentem, dicere: se non dare veniale, quod absque dolore confitetur, pro materia absolutionis, si in tali Confessione alia peccata, cum dolore fateatur. 243. 27.

Probabilis est, posse aliquem habere dolorem sufficientem de uno veniali, absque dolore, de alijs eiusdem speciei. ibid. 29.

Quando aliquis se accusat de mendacijs in communi, remittuntur omnia, si dolor ad omnia se extendat. ibid. 30.

Domicilium.

Probabilis longe est, eum, qui duo, aut plura domicilia habet, in diversis Parochijs, posse utrilibet Parochio confiteri. pag. 383. quest. 40

Dominus.

Tenentur Domini, sub mortali, ratione charitatis, infantes infidelium, seruos baptizare. pag. 73. quest. 11.

Duratio; V. Circumstantia. Quomodo.

Ecclesia. Vide Iudee. Sacrilegium.

De fide est, esse in Ecclesia potestatem reseruandi casus, etiam in foro conscientiæ. pag. 415. quest. 1.

Vtrah; Ecclesia, Latina, & Græca valide cosecerat. 5. 11. Et utraque, formaliter loquendo, seruat in consecratione materiam, & formam, à Christo institutam, licet non materialiter. ibid.

Ecclesia Græca valide Ordinaret, Baptizaret, consecraret, &c. si, sicut Latina, id faceret. & Latina, si, sicut Græca. ibid. 12.

Ecclesia non potest variare materiam Sacramentorum, à Christo assignatam. ibid. 13. Unde non variavit formaliter, sed materialiteratum materiam Matrimonij. ibid.

Ecclesia potest definire verba certi idiomaticis, ad formas Sacramentorum. 30. 16.

Quæ sunt de essentia Sacramenti, non possunt ad Ecclesia mutari. 97. 4.

Ecclesia potest mutare formam Extremæ vñctionis, in aliam similem, si seruet eundem sensum. 117. 26.

Probabile est, non posse Ecclesiam præcipere Confessionem Sacramentalem de venialibus. 179. 36.

Index Sententiarum.

XXXI.

Quatuor peccata in Ecclesia facta, illam viuant. 283.4. Quæ sint. ibid.

Probabilis est, Ecclesiam non pollui, per percusione grauem in illa, si fiat sine occisione, aut effusione sanguinis. 284.6.

Non per quamlibet effusionem sanguinis viatur. ibid. 7. Nec ex eo, quod existens in Ecclesia, aliū, foris existentē, telo occidat. ibi. 8. Se cus dicendum, si quis existens extra Ecclesiam, aliquem intra illam occidat scienter. ibid.

Probabilis est, violari Ecclesiam per hominem, effusionem sanguinis, seminis, &c. Etiā si in illa occulte fiant. 284.9. Licet non egeat Ecclesia reconciliatione, donec delictum fiat publicum. ibid.

Non quilibet effusio seminis in Ecclesia, est sacrilega, nisi fiat in quantitate aliqua. 285.10

Probabilis est, teneri circumstantiam fate ri loci, qui desiderat furari, occidere, &c. In Ecclesia. 288.23. Non tamen si existens in Ecclesia, desideret talia extra illam patrare. ibid. 24

Non omnis extractio rei ab Ecclesia, est sacrilegium. 289.27. Vide Verbo Index.

Edictum Inquisitionis. Vide. Solicitatio, famina solicitata, dies.

Certissimum est, dictum Inquisitionis annuale, per totum fere annum integrum, durare. 470.58.

Longe probabilis est, teneri, etiam sub poena excommunicationis, foeminam denuntiare solicitantem, licet dictum non publicetur. ibi dem. 59.

Bulla Pij IV. contra solicitantes. 443.

Bulla Clementis VIII circa idem. 444.

Bulla Pauli V. circa idem. ibid.

Bulla Gregorij XV. circa idem. 445.

Præfata Bullæ, & Constitutiones, atque de creta differunt inter se. 447.2.

Certissimum est Bullam Gregorij XV. esse iam in Hispania receptam. ibid. 3.

Ecclesia Thesauræ. Vide. Thesaurus Ecclesia.

Effusio Sanguinis. Vide. Ecclesia.

Non quicunque effusio sanguinis in Ecclesia, est sacrilegium, sed magna tantum, non ioco se, aut casu facta. 284.7.

Effusio seminis. Vide. Pollutio, Mollities.

Eleemosyna. Vide. Causa ad concedendas Indulgentias. Indulgentia.

Episcopus. Vide. Prælatus Regularis. Minis ter. Confessionis. Nuntius. Legati. In dulgentia. Votorum commutatio.

Mortis articulus.

Nequit dispensare, ut duo viri, vel dux fœ

mine simul suscipiant in Baptismo infantem. pag. 82. quæst. 5.

Tantum venialiter peccat, ordinando non Confirmatum. 93.9.

Solus est Ordinarius Minister Confirmationis Iure Divino. 93.1.

Non potest committere simplici Sacerdoti, vt valide Confirmet. 94.3.

Episcopus Hæreticus, vel degradatus, vel excommunicatus valide, non licite, potest Confirmare. ibid. 5.

Probabilis est, Episcopum non Confirmatum, peccare tantum venialiter, si alios Confirmet. 95.6.

Peccat mortaliter Episcopus, si statutis tem poribus non Confirmet, in sua Diocesi. ibi. 7.

Nec peccat, nec incurrit censuram aliquam, Confirmans in sua Diocesi subditos alterius. ibid. 8.

Non peccat grauiter, in aliena Dioceſi Confirmando. ibid. 9.

Potest licite Confirmare afferentem dimis srias, vt ordinetur. ibid. 10.

Probabilis est, non debere esse ieunium ad Confirmandum. 96.12.

Probabilis est, non teneri sub peccato, Con firmare in Ecclesia. ibid. 13.

Iure Divino data est solis Episcopis potes tas ad consecrandam materiam Confirmationis. 97.5.

Episcopus non Chrismate, sed oleo, debet infirmum invngere. 127.9.

Probabilis est, non teneri Episcopum, in peccati occulti Confessione, circumstantiam prælationis explicare. 262.13.

Potest Episcopus condere leges, aut reserua re casus, si ex Confessione sciat, aliqua pecca ta frequentari in sua Dioceſi. 365.74.

Probabilis est, Archiepiscopum non esse ordinarium Episcoporum, in foro pœnitentia. 379.26.

Possunt Episcopi eligere sibi Confessarium, quemlibet Sacerdotem ex suis. ibid. 27.

Longe probabilis est, id non posse extra suam Dioceſim de sibi non subditis. ibid. 28.

Probabilis est, non posse Episcopum, nec eius Vicarium approbare Sacerdotem, sibi non subditum, ad audiendas Confessiones suorum subditorum. 380.30.

Episcopus potest absoluere suum subditum extra suam Dioceſim. 383.41.

Episcopus tenetur approbare Sacerdotes tā ſæculares, quam regulares, ad audiendas Confessiones, si ad examen admiserit, & dignos inuenierit. 396.81.

Probabilis est, interueniente iusta cauſa, posse Episcopos cum limitatione regulares approbare. 398.85.

Potest Episcopus, aliquos sibi reservare ea. sus. Aaa. 4

XXXII.

Index Sententiarum.

sus, à quibus Parochi; sibi subditi, absoluere nequeant. 416.4.

Probabilis est, reservationem, factam ab Episcopo, absq; rationabili, & legitima causa, esse illicitam absolute; validam tamen, quoad alios Confessores, exceptis Parochis, & Regula ribus. 421.19.

Probabilis est, posse ab Episcopo absoluiri, à censura, Pontifici reservata, illum, qui impeditus est, Papam, & eius Delegatū adire. 441.73.

Si tamen sit tantum impeditus adire Papam, non vero Nyntium, vel Legatum illius, potenter à tali censura absoluere, probabilis est, tunc non posse ab Episcopo absoluiri. ibid.74.

Quod si adhuc pœnitens impeditus sit, hos adire, & etiam Episcopum, probabilis est, tunc non posse à Parocho, aliove Confessore, etiam sub onere comparandi, absoluiri à talibus censuris, Pontifici referuatis. 442.75.

Probabilis est, posse Episcopos, separatim ab Inquisitoribus, excipere denuntiationes contra solicitantes, & quo ad hoc, proferre sententiam, extra Regna Hispanie. 465.46.

Episcopus, à Sede Apostolica approbatus, sollicitans, non est denuntiandus Inquisitoribus, qui si talem denuntiationem excepint, poterunt testium excipere depositiones, Apostolicæ Sedi remittendas. 467.50.

Probabilis est, non posse Episcopū, diuinis iure, indulgentias concedere. 477.16.

Certum est, posse iure humano Episcopum concedere Indulgentias. ibid.17.

Potestas, Episcopis concessa ad concedendas indulgentias est cum limitatione. ibid.18.

Si plures, extra prescriptos dies, concedant, non solum peccant, sed nulla est concessio. ibidem.19.

Si vero concedant sexaginta dies, probabilis est, valere concessionem, pro quadraginta diebus. 478.20.

Certum est, non posse Episcopos, Indulgentias pro defunctis concedere, nisi ex speciali Papæ commissione. ibid.21.

Episcopus, etiam non consecratus, electus tamen, & confirmatus, & in peccato mortali, potest Indulgentias concedere. ibid.22.

Episcopus excommunicatus vitandus, aut iurisdictione, seu subditis carens, etiam consecratus, non potest Indulgentias concedere. ibi.

Certum est, posse Episcopū, nō solū suo Vicario Generali, verum etiam, cuicunque Sacerdoti, vel Clerico, facultatem dare, concedendi Indulgentias. 479.24. Non tamen Laico. ibi.25.

Equites.

Probabile est, Equites Sancti Ioannis D. Iacobii, Alcantara, & Calatravae, posse simplici Sacrae mortis confiteri. p.284 q.47.

Probabilis est, Milites Alcantara, Calatra

uz, & D. Iacobi esse vere Religiosos. ibidem. Et 509.121.

Certissimum est, Equites Diui Ioannis esse vere Religiosos. 508.120. Et etiā non posse vi Bullæ, aut Iubilei commutari votum ingrediendi talé Ordinem; licet posse commutari votum ingrediendi Religionem aliorum Militum, probabile sit. ibid.121.

Error communis!

Longe probabilis est, errorem communem, veram ad audiendas confessiones dare iurisdictionem. 403.101 & 102.

Eucharistia?

Eucharistie sunt materia remota, panis, & vinum proxima, Sacramentales species. p.4 q.9.

Eucharistie materiam, non determinauit Christus in individuo. 5.11.

Valide, & licite potest Eucharistia administrati, homini existenti in articulo mortis, etiā si illam explicite non petierit, si Catholicavixit. 27.3.

Peccare in die Sumptionis Eucharistie, non est circumstantia necessario fatenda. 304.4.

Eunuchus.

Probabilis est, teneri circumstantiam imponentiae, explicare, quando ad mulierem accessit. 261.11.

Examen?

Possunt admitti ad Confessionem absque velio examine, qui solum devenialibus, vel de mortalibus, alias Confessis, confitentur. 253.62.

Non est audiendus ad Confessionem, qui nul latenus suam examinavit conscientiam. ibid. 60. Nisi sint Rustici, & ignati. ibid.61.

Probabilis est, non teneri pœnitentem ad summam diligentiam adhibendam, in sua conscientia examine; sufficit enim mediocris. 254.63.

Excommunicatio.

Nō tollit chare & rem Ordinis. p.94 q.5. Non datur preceptum speciale, prohibens, quod nullus incurrit excommunicationem, sed tantum prohibens peccatum, ob quod excommunicatio imponitur. 209.22.

Probabilis est, non incurriere, nisi unicus tantum excommunicationem, qui tres, aut plures Clericos, v.g. unico isti, occidit. 273.22.

Probabilis longe est, teneri sub excommunicatione feminam denuntiare Confessorem solicitantem, quamvis eidem Inquisitionis non publicetur. 470.59.

Potest fœmina, solicitantem non denuntias, ab excommunicatione absoluiri, virtute Bullæ, si postea preceptum impluit, aut illud omnino cessauit. 466.49.

Excommunicatus.

Sacerdos excommunicatus potest in articulo, & periculo mortis, ab omni peccato, & censura absoluiri. 376, 16. & 17.

Extre-

*Extrema Vnctio. Vide. Parochus. Prælatus
Sacerdos.*

Quid sit. pag. 108. quæst. 1.

Defide est, *Extremam Vnctionem esse verum Sacramentum.* ibid. 2. Et esse immediate à Christo institutum est certissimum. 109. 3.

Probabilis institutum fuisse Ioan. 20. licet insinuatum Marci. 6. ibid. 4.

Probabilis, omissentem hoc Sacramentū absque contemptu, non peccare mortaliter. ibid. 5. Peccaret tamen venialiter, qui absque causa illud omitteret. 110. 6.

Habet Extrema Vnctio partiales materias, & formas. 127. 6.

*Extrema Vnctionis materia remota,
& proxima.*

Extrema Vnct.onis materia remota est oleum benedictum, vncio in quinque sensibus, proxima. 4. 9.

Defide est, materiam remotam Extremæ Vnctionis, esse oleum oliuarum. 111. 1. Certum vero, huiusmodi oleum debere esse benedictum ab Episcopo. ibid. 2. Et probabilis tandem; id esse de necessitate Sacramenti. ibid. 3.

Probabilis est, nec ex commissione Papæ, posse simplicem Sacerdotem, tale oleum benedicere. 112. 4.

Oleum benedictum ab Episcopo alia benedictione, quam consueta, est materia sufficiens extrema vunctionis. ibid. 5.

Probabile est, esse validum Sacramentum vunctionis, si in necessitate, aut per errorem, Sacerdos vngat infirmum chrismate. ibid. 6.

Oleum oliuarum ad mixtum cum alio liquore, est sufficiens materia huius Sacramenti. ibi. 7.

Parochus licite potest miscere oleum Consecratum, cum non consecrato, casu, quo consecratum sufficiens non sit. 113. 8.

Probabilis est, si oleum non consecratum, consecrato additum, sit in maiori quantitate, quam consecratum, non esse veram materiam extrema vunctionis. ibid. 9.

Certum est, non esse de necessitate Sacramenti, & probabilis quod nec præcepti, quod oleum sit eo anno, benedictum. ibid. 10. & 11.

Probabilis est, vnam gutam olei, sufficere in una quaq. vunctione, ad conferendum hoc Sacramentum. ibid. 12.

Certum est, materiam proximam huius Sacramenti, esse vunctionē ex oleo benedicto factam. 114. 13.

Probabilis est, non esse de necessitate huius Sacramenti, Vunctiones fieri in formam Crucis. ibid. 14. Imo nec esse de necessitate præcepti ibid. 15. Vnde probabilis est, nec venia datur peccare, qui id absque necessitate efficeret.

ret. ibid.

Non est de necessitate huius Sacramenti, quamvis sit præcepti (nisi obster contraria consuetudo) quod prædictæ vunctiones sicut manu immediata Sacerdotis. 114. 16. & 115. 17.

